R. 39. 539
(R 39 | 539)
Nº 2 / 1 – 74
Biblioteca Universitaria
2 – A – a
Estante 24
Tabla 109

# ÆL. ANTONII NEBRISSENSIS INTRODVCTIONES

in latinam Grammaticen per eũdem recognitę, atq; exactiſſime correctæ gloſſematis cum antiquo exemplari collatis.

IMPERIALI CVM PRIVILEGIO.

Liber primus de primis Grammaticę rudimentis.
Liber ſecũdus de genere/& declinatione/& p̄teritis/& ſupinis.
Liber tertius de Erotematis partium orationis.
Liber quartus de Conſtructione octo partium orationis.
Liber quintus de Quantitate ſyllabarum: metris; & accentu.
Barbariſmus Donati cum eiuſdem Antonij expoſitione.
Differentiarum epitome ex elegantijs Laurentij Vallę.
Nomina numeralia/diuidua/ordinalia; & aduerbia numerãdi.
De punctis, quibus orationis clauſulæ diſtinguntur.
De ordine partium orationis, quam vocant Conſtructionem.
Repetitio de accentu latino.
Quędam partes grammatic[illegible] magis explicatę, hoc eſt,
De literis & declinatione Gr[illegible]a, quibus opus eſt Latinis.
Quędam quoq; regu[illegible]erarum prolatione.
De literis Hebraicis[illegible] accẽtu quoq; Hebraico opuſcula duo.
Lexicon di[illegible], quæ per totum opus ſparguntur.

APVD INCLYTAM GRANATAM

ANNO. M. D. LII.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

R. 39. 589

# ÆL. ANTONII NEBRISSENSIS INTRODVCTIONES

in latinam Grammaticen per eũdem recognitę, atq; exactiſſime correctæ gloſſematis cum antiquo exemplari collatis.

## IMPERIALI CVM PRIVILEGIO.

Liber primus de primis Grammaticę rudimentis.
Liber ſecũdus de genere/& declinatione/& p̃teritis/& ſupinis.
Liber tertius de Erotematis partium orationis.
Liber quartus de Conſtructione octo partium orationis.
Liber quintus de Quantitate ſyllabarum: metris; & accentu.
Barbariſmus Donati cum eiuſdem Antonij expoſitione.
Differentiarum epitome ex elegantijs Laurentij Vallę.
Nomina numeralia/diuidua/ordinalia; & aduerbia numerãdi.
De punctis, quibus orationis clauſulæ diſtinguntur.
De ordine partium orationis, quam vocant Conſtructionem.
Repetitio de accentu latino.
Quędam partes grammatic[illegible] magis explicatę, hoc eſt,
De literis & declinatione Gr[illegible]a, quibus opus eſt Latinis.
Quędam quoq; regu[illegible]merarum prolatione.
De literis Hebraicis [illegible] accẽtu quoq; Hebraico opuſcula duo.
Lexicon di[illegible]um, quæ per totum opus ſparguntur.

APVD INCLYTAM GRANATAM

ANNO. M. D. LII.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

¶ Artem ſuam Autor alloquitur.

O Mihi per multos caſte nutrita labores
Ars mea, quã genui, tẽpus in omne vale.
Tẽpus in omne vale: neq; enim tuus addere qcq;
Sed neq; quod genitor demere poſſit habet.
Quem ſua nunc ętas opera ad maiora remittit,
Quæq; ſibi fuerint inuidioſa minus.
Et te iam grandem latebras exire paterni
Liminis: & media viuere luce decet.
Sed ne ſola domo vadas: gloſſemata iunxi:
Quæ te circunſtent, quolibet ire velis.
His comitata (metu poſito) contemnere vulgus,
Et detractorum verba maligna potes,
Qui non agnoſcant, cum te mera ſomnia fingit;
Qui nihili verſus ſuppoſuere meis.
Ito bonis auibus: tamen impartire ſalute
Multa, diſcipuli ſint vbicunq; mei.
Siue ego quos docui: vel ſi quis doctus ab illis:
Nam licet & fas eſt, dicere vtroſq; meos.
At ſi forte roges, quo primũ vertere curſus,
Quamq; tibi iubeam protinus ire viam:
Te prius ad noſtræ hinc auguſtæ limina perfer,
Nuſq; tota tibi eſt ianua aperta magis.
Inuenies illic a beadem ſtirpe ſorores,
Quæ te ſubcollant, excipiantq; ſinu.
Altera qua noſtro mutatur ſermo latin[...]
Altera quæ Hiſpane nectere verba doc[...]
[...]æterea fratres, alia ſed matre gemellos
Inuenies: quos tu non aliena petes.
[...]ter enim Latio ſermonem reddit Iberum:
[...] Hiſpanis verba Latina refert.
Si regina tu[...] [...]petet, voluetq; libellos,
Vtq; ſolet, vultu[...] ſerenus erit.
Pauca tui referes memor [...]
Temporibus veſtris non nihil iſte dedit.
Quod ſi tu nobis fœlicia tempora donas,
Et meus illuſtrat ſæcula veſtra parens.

O Mihi. Alloquitur artem ſuam Antonius quaſi filiam quandam ex ſe genitam, quæ cum ſit multo iam tẽpore domi caſte integreq; ab illo educata: iubet ipſam valere: atq; ex latebris domeſticis in lucẽ emittit. Quod tamẽ virgo eſt, ętaſq; ludibrio expoſita: addit illi gloſſemata, quaſi comites ſtipatoreſq;, quę illam deducant: atq; ab inuidorũ iniuria defendãt, aſſerãtq;. Dat illi pterea mãdata, vt ſuo nomine ſalutet diſcipulos quoſcũq; aut vbicũq; nacta ſit. Imperat quoq; illi, vt imprimis Regiam domum reuerenter adeat, vbi non omnino erit hoſpes: quippe quæ illic inuentura ſorores fratreſq; ad quos diuertat. Deinde pcipit vt ſuis verbis pauca reginę ipſi dicat. O (inquit) ars mea quam genui. Tranſlatio frequẽs eſt: nã eo modo poetæ opera ſua dicũtur gignere atq; amare, quo parentes filios: autor eſt Ariſtoteles in libro Ethicorũ. i. Tempus in omne. i. in æternum: ſic Ouidius. Effice me meritis tempus in omne tuũ & Vergilius. Salue mihi maxime Palla ęternũq; vale. Tempus in omne. Iucũda repetitio Sappho poetiſſę frequẽtiſſima. Tuus genitor, id eſt autor, perſtatq; in allegoria. Habet quod poſſit addere aut demere: nã in recte factis, vt ait Ariſtoteles ſecundo Ethicorum, nec addi, nec detrahi quicquam poteſt. Et te iã grandẽ ac ſi dicat nubilem ac viro maturam, Exire latebras, vbi ante hac latuiſti, & viuere in media luce. i. verſari in oculis hoim ac frequentia. Sed ne ſola, quod in virgine periculoſum eſt. Gloſſemata. i. gloſſulas. ſic enim græci appellant, quæ autorum lectioni enarratores de ſuo addũt viua (vt aiunt) voce. Quæ te circunſtent. i. ſatellitio ſtipent, eodem namq; modo gloſſulæ apponuntur lectioni, quo ſtipatores cingunt latus atq; circunſtant eum, quem comitantur. Quolibet. i. in quamcumq; partem. Comitata his, ſcilicet gloſſematis. vulgus. i. multitudinem imperitã. Verba maligna: ab inuidia detractorũ naſcentia. Qui. ſcilicet homines imperiti & detractores. Cum non agnoſcant te. i. intelligant, quid cõtineas. Mera ſomnia. i. pura & ſignificantia illa, quæ ſunt videlicet pituita purgatiſſima. Martialis ſemper mane mihi de me mera ſomnia narras. Verg. in bucolica. An qui amant ipſi ſibi ſomnia fingunt. Verſus nihili, i. ocioſos, & nullius momenti. Suppoſuere meis. i. quaſi ſuppoſiticios inſeruerunt. Ito bonis auibus. i. auſpicijs fœlicib9. antiqui enim ſine augurio nihil incipiebãt. Impartire ſalute multa. i. ſaluta meis verbis diſcipulos meos. ſic Teren. in Eunu. plurima ſalute Parmenonẽ ſummũ ſuum impartit Gnato. Vtroq; enim modo declinat impartior & impartio. Vtroſq;, ſcilicet diſcipulos & diſcipulorum meorum. At ſi forte. Quia permittit autor artem ſuam libere vagari, ſuadet illi vt domum regiam in primis adeat. Auguſtæ limina. i. reginæ. Nam vxores Cæſarum auguſtæ appellantur. Vergil. i. Aeneidos. Perge modo atq; hinc te reginæ ad limina perfert. Nuſquã. i. nullo loco. Tota ianua. ſic Martialis. Nulli tota magis ianua poſt te patet. Sorores. duas artes grammatices alteram quam ipſius reginæ imperio e regione verſuum Hiſpanienſem fecimus. Alteram, in qua ſermonem Hiſpanum ſub regulas atq; artis præcepta contraximus: opus eiuſdem reginæ auſpicijs æditum. Quæ te ſubcollant: humero & collo ferãt. Varro in. iij de re ruſtica de apibus: regẽ (inquit) ſuũ ſequunt & feſſum ſubleuant: & ſi neqt volare, ſubcollãt. Sueto. in Othone. Donec cõmiſſa meta ſubcollatus. Præterea fratres. i. duo vocabularia. Alia ſed matre. i. diuerſa vocabulorum materia. Nam alterum ex ſermone latino in hiſpanũ. Alterum ex hiſpano in latinas conuerſum dictiones. Forma vero eſt quam ars inducit, nomina & verba, aliaſq; partes orationis quadrans ad ſermonis ſtructuram. vnde ſignanter dixit alia matre, alludens ad materiam vocabulorum. Gemellos. Quia ſimul geniti atq; editi ſũt. Latio. i. Latino ſermoni. Iberũ. i. Hiſpanũ. Si regina qd ipſi reginę dicat oſtendit. Nõnihil. i. aliquid, & modeſte de ſe loquitur, atq; ex Martiale ſumptũ eſt. Quod ſi dicis o regina te dare nobis tempora fœlicia: & meus parens ſua doctrina facit ſæcula veſtra illuſtriora.



¶ Ad optimam eandemq; maximam Auguſtam Eliſaben huius nominis tertiam Hiſpanię, inſularumq; maris noſtri Reginam clariſſimam Aelij Antonij Nebriſſenſis Grãmatici in recognitionẽ commentarioſq; introductionum ſuarũ, quas de ſermone Latino bis ędiderat, Pręfatio incipitur.

Thales ille Mileſius, qui fuit vnus idemq; primus illorum ſeptem, quos Gręcia iactat ſapiẽtiæ ſtudioſos: interrogatus aliquando quiſnã eſſet ſapiẽs; tempus, inquit, ſubiecitq; eueſtigio cauſam: quod omnia inueniat. Pręclara me hercule vox, & tali viro digna ſententia: quę declarat nullã eſſe artem ex ijs, quæ ſunt humano ingenio adinuentę, quam non temporis longinquitas abſoluat. Hinc & Ariſtoteles tempus, inquit, rerum repertor eſt, adiutorq; probus. Vnde & artiũ facta ſunt additamẽta. Quod cum a Thalete primũ, deinde ab Ariſtotele poſt annos circiter tercentum dictum ſit, Cleobolus

Thales ille Mileſius. Hæc præfatio in tres partes diſtribuitur. Prima enumerat cauſas cur autor introductiones ſuas iam bis æditas recognouerit. Secunda cur in illos commentarios adiecerit. Tertia cur Eliſabæ Hiſpaniarum reginæ potiſſimum dedicauerit. In prima præfationis parte artificioſa quadam inſinuatione vtitur. Nam cum inconſtantiæ ac leuitatis nec minus ignorantiæ ſignum videri poſſet toties idem opus ædere: excuſat ſe autoritate Mileſij Thaletis, qui cum aliquando interrogaretur quis eſſet ſapiẽs: reſpõdit tempus, quod omnia inuenit. Hoc igitur autor dicit, quędã operi adieciſſe, quędã rurſus detraxiſſe. Deinde ſubdit aliã adhuc cauſam opus illud emẽdandi, q inſcitia quorundam, atq; ignorantia imperitorum librariorumq; multa fuerant ex exemplari deprauata: quę tamen ſuis locis reddẽda ſunt. Dicit igitur proponens. Thales Mileſius (quemadmodum Diogenes Laertius ſcribit) Thales patriam habuit Phœniciam: poſtea vero ciuis Mileti aſcriptus, quæ fuit vrbs in Ionia clariſſima, obtinuit, vt Mileſius potiuſq; Phœnix cognominaretur. Ille hoc in loco emphaſim quandam habet autore Valla. Qui fuit vnus ex numero ſeptem ſapientum, Idemq; primus, in ordine ſcilicet illorum ſeptem. Nam cum adoleſcentes Ionij iactũ retis a piſcatoribus emiſſent, eſſet q inter illos de tripode aureo cũ piſcibus educto exorta contentio: ex Apollinis oraculo quod iubebat: vt tripus ille ſapientiſſimo traderetur: vtriuſq; partis conſenſu Thaleti datus eſt. Hinc igitur primum ſophiæ, ideſt ſapientiæ nomẽ exoritur: quemadmodum philoſophiæ a Pythagora. Illorum ſeptem. Hi prope omnium conſenſu fuerunt Thales Mileſius. Solon Salaminius. Chilo Lacedæmonius. Pittac9 Mitylenę9. Bias Prienę9. Cleobolus Lindius. Periãder Corinthi9: quãquã Plato in Protagora huius loco Miſonem Chenæum numerauit. Sapientiæ ſtudioſos. i. ſapientes, non illi quidem ſimpliciter ſapientes, illa ſcilicet ſapientia, quam adhuc mortalis nemo conſequutus: ſed vt vulgus vitaq; cõmunis loquitur: quæ appellat ſapientes viros ingenio doctrinaq; præſtantes. Interrogatus aliquando. Interrogandi cauſã illa fuiſſe videtur, quod cum ſapientis nomen, vt paulo ante diximus, nuper eſſet inuentum: atq; illi ſeptem, qui ſapientes eſſe putabantur, [...] recuſarent interrogatus Thales quis igitur eſſet ſapiens, tempus reſpõdit. & ſubdit cauſam, quia omnia inueniat. Eueſtigio. i. continuo & ſtatim, dictum ab eo q in eodem veſtigio inſiſtentis fit. Deinde præpoſitam ſententiam commendat ſimul & exponit dicens: Præclara me Hercule vox. Hercule aduerbiũ eſt iurandi, quod tametſi videtur ſignificare per Herculem, vel ita me Hercules amet, apud nos tamen aduerbium eſt Dei obteſtatione aliquid affirmantis. Nam q diuus Hieronymus prohibet nos huiuſmodi ſermonibus vti ſcribens in illud euangelij de filio pdigo & frugi: Abſit (inquit) ab ore Chriſtiano Iupiter omnipotẽs & me Hercule. me Caſtor. loquẽdi modus ille ſua ætate fuerit forte periculoſus, cum adhuc Romę cõplures ex gentilitate ſupereſſent: noſtro vero ſęculo quis adeo infirmus eſt, vt offendatur, ſiue vt Gręci dicũt, ſcandalizetur, cum audit, me Hercule, me Caſtor: & quod poeta noſter dixit: A quel con quien Iupiter tuuo tal zelo. Tali viro. Emphaſim habet quaſi velit dicere illo, qui ſit ab omnibus ſapientiſſimus iudicatus. Humano ingenio. Nam quæ diuinitus reuelãtur, temporis momento poſſunt infundi: quãquã & ille temporum diuturnitate, quibus non ſunt reuelatæ, acquirantur. Abſoluat. hoc per accidẽs fit nam Ariſtotele autore libro phyſicorum quarto, tempus corruptionis per ſe cauſa eſt, generationis vero per accidens. Vnde eodem teſte prouerbium fuit apud Gręcos. Omnia tẽpore ſeneſcere atq; corrumpi. Hinc & Ariſtoteles. Superiori Thaletis ſententiæ aſtipulari dicit Ariſtotelem, qui primo de moribus libro ſcripſit: tempus eſſe quod res inuenit adiuuatq;. Tempus inuentor adiutorq;. Nam teſte Priſciano maſculina & fœminina vel duorum communia in. or. inueniuntur etiam neutris coniuncta. vt Verg. x. æneid. Italiã petijt fatis autoribus, eſto. Illud quoque figurate dicitur tempus res inuenire: cum intelligendum ſit ab hominibus in tempore inueniri. Vnde, id eſt, a quo tempore. ſic Verg. Genus vnde Latinũ. i. a quo Latino. Artium, ſiue illæ ſint practicæ ſiue theoricæ. Facta ſunt additamenta. Nam ſic artes abſoluuntur: ſi noſtris atq; aliorum inuentis cotidie aliquid addamus. Sed quemadmodum diximus, hoc per accidens fit, nam per ſe tempus cauſa eſt obliuionis atq; artium interitus. Quod cum a Thalete primum. Quod Thales primum deinde Ariſto. in genere dixerunt tempus omnia inuenire. Cleobulus proprie ad eas artes cõtraxit, quas ſermocinales appellant. Nam omnes artes ſiue ſcientiæ aut ſunt de rebus, aut de ſermonibus. De rebus aut ſunt praticæ, quarum finis eſt actio ſiue opus, aut theoricæ, quarum finis eſt contemplatio, quo in genere ſunt phyſica. mathematica. theologia. Circa ſermones quoq; tres verſantur. grammatica, dialectica. rhetorica. Poſt annos trecentos. nam floruiſſe Thaletem circa olimpiada quinquageſimam: quo tempore Iudæorum captiuitas fuit Babilonię, autores Laertius Diogenes, atq; Euſebius Pamphili. Ariſtotelem vero circa olympiada centeſimã vigeſimam omnes cõ[...]tiuntur. Cleobulus, hic quemadmodum ſuperius eſt memoratum, vnus fuit ex numero ſeptem

ſapientum Euagoræ filius, natus Lindi, quæ fuit vrbs nobiliſſima inſulæ Rhodi. Sunt qui dicant hunc non Lindium, ſed ex Caria fuiſſe, quæ regio cõtra Rhodum in Aſiæ cõtinenti ſita eſt. Thaleti cõtemporaneus. Nam ſeptem illi, quos diximus omniũ prope conſenſu fuiſſe ſapiẽtes, ſynchroni, hoc eſt contẽporanei fuerunt, quandoquidem circa olympiada quinquageſimam floruiſſe, omnes fatentur. Ad eas artes cõtraxit.i.reſtrinxit, & ex genere ad ſpeciem reduxit. Quæ circa ſermones id eſt, quas græci logicas, latini ſermocinales appellãt. Qualis eſt grãmatice.i.quo in genere eſt habẽda. quoniam circa ſermonis congruitatẽ verſatur, quemadmodum Rhetorica circa ornatũ. Dialectica circa veri falſiq́ diſſertionẽ. Cuius, hoc eſt Cleobuli verba: quæ ille ſoluta oratione dixit, nos addita metri neceſſitate redegimus in diſtichon, id eſt in duos verſus hoc modo. Copia verborũ rerũq́ inſcitia verſat. &c. quaſi velit dicere: homines in adoleſcẽtia duabus rebus inuoluũtur: hoc eſt rerũ ignoratione & verborũ abũdantia: ſed poſtea ætate perficiuntur & ſapiunt. Quã ſententiã ſimilitudine quadã deinde exponit dicens, quod quemadmodũ in frumẽto ſato multa procreãtur, quæ nihil ad rem pertinent: quibus neglectis tantum ſemina leguntur: ſic homines cum rerum inſcitia tenẽtur: abundãt verbis quaſi herbis floribuſq́ quibuſdã, cũ vero incipiunt ſapientiæ grana legere, verborũ illã redundantiã contẽnunt. In frumenti ſatione.i.in frumento iã ſato. Luxuries illa ſegetũ: quæ ex nimia terræ atq́ anni fertilitate prouenit. In herba tenera depaſcendã: id debere fieri Plin. libro ſecũdo naturalis hiſto. his verbis pcipit. Luxuries ſegetum caſtigatur dente pecoris in herba dũtaxat, & depaſtæ quidẽ vel ſæpius nullã in ſpica iniuriã ſentiunt. Maro præcipit. Vergilij verba ſunt ex .i. Georgicorũ libro. Quid qui ne grauidis procumbant culmus ariſtis Luxuriem ſegetũ tenera depaſcit in herba. Tũc calami.i. poſt frumenti herbã calami procreantur. Ad certa, puta quaterna: vel quina internodia. Internodiũ appellatur illud quod duabus calami nodis: hoc eſt geniculis cõtinetur. Tũ ſpicæ.i.poſt calamos [illegible] tur ſpicæ. Quarum gratia.i.cauſa vel fine. Natura ludens: ac ſi dicat otioſa qui modus loquendi frequens eſt. vt apud Plinium lib. x. cum de conchis ſcribit: in quibus ait, eſt magna ludentis naturæ varietas. Et in ſacris literis Prouerbiorũ cap. viij. Ludens corã eo omni tẽpore: ludẽs in orbe terrarũ, & illud Pſalmographi. Draco iſte quẽ formaſti ad illudẽdũ ei.i cũ quo quaſi peractũ luderet. Qualeſq́.i. ab agricolarũ ſpe. Mar. Varrõis verba ſũt in primo libro de re ruſtica: ſpica autem a ſpe nominata videtur: eam enim, quod ſperant fore, ſerunt. Tum vero ariſtis. eodem autore ſpica tria habet, granum, glumam & ariſtam. granum a gerendo dictũ: quia vt id ſpica gerat: frumẽtum ſeritur. gluma a glubẽdo: qđ eo folliculo detracto deglubatur: hoc eſt detrahatur granũ. Nã gluma proprie folliculus eſt eius fici quẽ edimus: & per tranſlationẽ frumẽti ſiliqua vel vagina. Ariſta vero dicta q̃ prima areſcit. In ætatis flore.i. in adoleſcentia vt Iuuenalis: Flos Aſiæ ante ipſum precio maiore paratus. Ignoratione. propter rerũ experiẽtiã abũdãt verbis: quod vitium ſimul ætatis & ignorãtiæ eſt. Temere aſſeuerant. id eſt ſine cauſa aſſeuerante affirmãt. Quintilianus noſter. vel quia Hiſpanus ex Calagurrę citerioris Hiſpanię oppido aut noſter quia latinus: aut quia hunc autorẽ in hoc potiſſimũ ope ſequuti ſumus. verba Quintiliani oratoriarũ inſtitutionũ libro ſecũdo ſunt. Prima eſt eloquẽtiæ virtus pſpicuitas: & q̃ quis ingenio minꝰ valet: hoc ſe magis attollere ac dilatare conat: vt ſtatura breues in digitos eriguntur: & plura infirmi minãtur. Cũ vero incipiũt: ecõtrario dicit oĩa ſenes facere. Minus minuſq́. contra id qđ dixit magis abundant verbis. Nihil ſine tẽperamẽto illo forte. cõtra id quod dixit, Temere aſſeuerãt. Forte aduerbiũ, tẽperamentum eſt philoſophorũ: Academicorũ maxime: qui nihil affirmare audent. Taciturnitas vnde Iuuenalis de ſimulatis philo. dixit. Rarus ſermo illis: & magna libido tacendi. Loquacitas a qua ſermo Hiſpanus eleganter: queadmodũ & multa alia: furioſos & inſanos appellat locos: quaſi locululeios & loquaces. Hęc idcirco. ex ſuperioribus colligit autor ſe tẽpore admonitũ: quędã introductionibus ſuis adiciſſe: quędã rurſus detraxiſſe: atq́ licuiſſe ſibi in opere ſuo: quod licuit alijs in alieno atq́ etiã in proprio opere facere. Princeps. non principiſſa: aut principiſſa: queadmodũ neq́ duciſſa, aut comitiſſa: vt indocti quidã dixerũt: cũ princeps, dux comes duorũ generũ cõmunia ſint. Tam multis. ſubaudi verba repetita, quaſi alõge petita. Quędã adiecimus perpauca illa quidẽ & quę ſuis locis reddẽda ſunt. Quę tẽpus ſuggeſſit.i. quę interlegẽ

Lindius, qui fuit prope Thaleti cõtẽporaneus: ad eas artes contraxit, quæ ſũt circa ſermões: qualis eſt Grammatice, quam nos profitemur. Cuius ea de re verba nos in diſtichon ſic redegimus,

Copia verborum, rerumq́ inſcitia verſat
Mortales. tempus perficit, atq́ ſapit.

Et profecto ita res ſe habet. Nam quemadmodũ in frumẽti ſatione primo luxuries illa ſegetũ procreatur, quã in herba tenera depaſcendã eſſe Maro præcipit: tũc calami ad certa quædã internodia: tum ſpicę, quarum gratia nugas illas natura ludẽs pduxerat, qualeſq́ ab agricolarũ ſpe Marcus Varro dictas eſſe putauit: tũ vero ariſtis folliculis neglectis grana ipſa deglubuntur: ſic in ætatis flore in qua homines rerũ prope omnium ignoratiõe tenẽtur, magis abundãt verbis, audatius loquuntur, temere aſſeuerant, vt recte Quintilianus nr̃ dixiſſe videatur: Quo quiſq́ igenio minus valet: eo ſe magis attollere ac dilatare cõatur, quẽadmodũ ſtatura breues in digitos erigũtur: cũ vero incipiunt aliquid ſapere minus minuſq́ verba effundũt: nihil ſine tẽperamẽto illo forte affirmãt: vt iã nullum ſit maius ſapientię ſignũ, quã taciturnitas. quemadmodum ediuerſo nullũ magis ignorãtiæ quam loquacitas. Hęc idcirco ſunt a me clariſſima Princeps tã multis repetita: vt nemo miretur, ſi in troductionum latinarũ editioni ſecũdę, cui nihil iam addi poſſe [illegible] quę nobis interim tẽpus rerum omniũ inuentor ſuggeſſit: quędam rurſus detraximus, quæ videlicet ętatis iam ingraueſcentis ratio elimare ſuadebat.



dũ poſtea occurrerũt tpe illa ſuggerẽte atq́ ſubminiſtrãte. Quędã detraximus, ſed hęc pauciora: & q̃ ętatis ingraueſcẽtis ratio.i. ſenecta quæ plęriſq́ grauis & moleſta videtur. vt Cice. in Catone maiori oſtẽdit. Elimare.i. lima veluti q̃dã deterere. An mihi nõ liceat. ſuperiorẽ cõcluſionẽ a præiudicio arguẽs adhuc cõfirmat. In opere præſertim meo: ac ſi dicat licet hoc in opere alieno facere, ergo multo magis hoc in proprio opere licebit. Sacrarũ. quibus Chriſtiana religio continet. Secularũ.i. pfanarũ. nã quia pfanũ a noſtris in malã partẽ accipitur: peo quod nõ eſt ſacrũ ſęculare dicũt: cũ omnis res aut ſacra ſit, aut profana: ſæculare vero ſit quod ad ſæculum pertinet, vt ludi ſeculares, carmẽ ſæculare: quod vtrũq́ ſacrum eſt. Infamiæ nota. oſtẽdẽdo libros illos hęreſim, aut falſitatẽ aliquã continere. Inuſſerunt quaſi igne atq́ cauterio ſignum impreſſerũt, qđ ſeruis erronibus, aut fugitiuis fieri conſueuit. Libros retractationũ. quẽmodũ Aurelius Auguſtinus qui in opera iã ędita libros retractationum fecit. In eos qui ante nos.i. a quorũ pręceptis atq́ doctrina nõnũq́ diſceſſimꝰ. Poſteris.i. futuris. Meq́ viuo & ſentiẽte. ex Martiale ſumptũ eſt, qui libro epigrãmatũ primo ſcribit. Cui lector ſtudioſe quod dediſti viuẽti decus atq́ ſentiẽti. Itaq́ ego, ſuperioris adhuc cõcluſionis rationẽ exẽplo gręcorũ cõfirmat: q̃ in operibꝰ ab aliqua arte profectis pręterito impfecto tẽpore ſubſcriptiões apponebãt illud ſignificare volẽtes: nullũ eſſe mortale opus, cui non aliquid deſit qđ tẽpore ſuppleri poſſit. In hac quoq́ parte. de qua ſum ſtatim dicturus. Statuis & imaginibus. ſtatuæ ex materia ſolida ſunt veluti auro, argẽto, ęre, ligno, marmore. Imagines vero ſunt etiã ex coloribꝰ. Vt mos artificũ eſt, q̃ in baſibꝰ ſtatuarũ tabularũq́ calcibus noĩa ſua ſubſcribere cõſueuerũt. dũmodo opa illa nõ eſſet publicis ĩpẽſis facta. nã fuit lex q̃ adhuc hodie extat in codice Iuſtiniano, ne quid operi publico liceat inſcribere. Et Cicer. lib. Thuſculanarũ q̃ſtionum .j. quid enim Phidias ſui ſimilem ſpeciem incluſit in clypeo Minerue, cũ inſcribere nõ liceret? Lyſippꝰ fecit aut Polycletus. tota hęc clauſula pene ad verbũ ex Plinij pręfatione in libro naturalis hiſtorię tranſlata eſt: Ex illis, inq̃t, nos velim intelligi pingẽdi, fingẽdiq́ cõditoribꝰ, q̃s in libellis his inuenies abſoluta opa, & illa quoq́ q̃ mirãdo nõ ſatiamur, pẽdẽti titulo inſcripſiſſe: vt, Appelles faciebat, aut Polycletꝰ: tãq́ inchoata ſemper arte & impfecta, vt cõtra iudiciorũ varietates ſupereſſet artifici regreſſus ad veniã, velut emẽdaturo quicquid deſideretur, ſi non eſſet interceptus. Lyſippus & Polycletus, ſtatuarij fuerũt, quorũ opera idẽ autor illuſtrauit lib. xxxiiij. Fecit tempore præterito perfecto, ne ſignifcarent opera ſua fuiſſe ab illis abſoluta, quodq́ nihil illis addi poſſet, quod ipſum magnæ inuidiæ haberetur, vt idem Plinius eſt autor, ſed titulo impẽdenti, quaſi tempore imperfecto. faciebat aut pingebat: quod faciebãt, vt ſuperſſet artifici regreſſus ad veniam.i. ex eo quod populus de ſuis operibus iudicaret. ipſi opꝰ emẽdarẽt, artifici inquã velut emẽdaturo quicquid deſideraretur.i. deficeret. nã & hoc quoq́ ſignicat deſidero. Si non eſſet interceptus.i. morte raptus, vt Lucanus in primo. abſtulit ad manes parcarum Iulia ſæua intercepta manu. Quid? quod & illa. aliam quoque fuiſſe cauſam recognoſcendi ſecundam ęditionẽ dicit: quia fuerũt nonnulli: qui aut ignorantia: aut auſu quodam temerario plæraque loca inuerterunt. Impreſſoribus, id eſt qui libros torculis imprimũt: quos quidem calcographos appellant, hoc eſt æreis literis cartas imprimendo ſcribentes. Librarijs, qui libros calamo vel penna ſcribunt: nam qui vendunt bibliopolæ dicuntur. Detorta, id eſt a vero exẽplari deprauata. Cum prototypo meo, id eſt primo illo meo archetypo exemplari. Contuli, id eſt comparaui. Et quod aberrauerat, id eſt a via recta deprauatum fuerat. Ad lineam veritatis, id eſt ad regulam reduxit. Hos vero commentarios: hęc eſt ſecũda prologi pars, in qua duas affert cauſas, cur in introductiones ſuas Autor hos commẽtarios ędiderit. quarum prima eſt q̃ reddenda fuit ratio, cur ab antiquis grammaticis aliquãdo diſceſſerit. Amicis qui putabant a me fuiſſe ſcriptum quod nec ſuſpicatus quidẽ ſum, aut cogitaui. Alienioribus, ideſt non amicis: qui ſuam ignorantiam ſimul & maleuolẽtiam in meos libros trãſtulerunt. Multis in locis, & qui illi ſunt: in ipſo commentariorum diſcurſu patebit. Antiquorum, puta Diomedis, Phocæ, Seruij, Priſciani, Donati, Iuniorum. puta Alexãdri, Ebrardi, Catholici, & ex ijs qui ſuperſunt. Perotti, Verulani, Nigri, Mancinelli. Sed cum poſſemus, ſed id peparce dicit feciſſe: cum poſſet adhuc alijs in locis idem facere. Compendio.i. breuiori via, ſicut diſpendium eſt

An mihi non liceat in opere præſertim meo facere, quod licuit multis ſacrarum atq́ ſæcularium literarũ ſcriptoribus; qui nõ modo in aliorũ libris quoſdã locos infamię nota inuſſerunt, verũ etiã in propria opera libros retractationũ ędidere? Qđ licuit nobis in eos qui ante nos artis Grãmaticę pcepta tradiderũt? Quod deniq́ poſteris meq́ etiã viuo & ſentiente præſentibus licebit, vt quid velint operi meo addere nõnihil etiã detrahere, quędã rurſus in aliũ ordinẽ cõmutare? Itaq́ ego Grę corum prudentiam (quẽadmodũ cęteris in rebus) in hac quoq́ parte vehementer admiror, qui ſtatuis & imaginibus nõ ſcribãt (vt mos artificũ eſt) Lyſippus fecit, aut Polycletus: ſed titulo impẽdẽti Lyſippus, aut Polycletus faciebat: vt cõtra iudiciorum varietates ſupereſſet artifici regreſſꝰ ad veniam: velut emẽdaturo quicquid deſideraretur, ſi nõ eſſet interceptꝰ. Quid? qđ & illa q̃ fuerunt ab Impreſſoribus & Librarijs detorta, cum protoypo meo, vnde oẽs codices emanarũt, contuli: atq́ ad lineam veritatis, qđ aberrauerat, q̃ diligentiſſime reduxi. Hos vero cõmentarios ædendi cauſa illa in primis fuit, q̃ cum multis in locis a vulgata præcipiendi via diſceſſerim: reddenda fuit a nobis ratio, tũ amicis, tum etiam alienioribus, cur antiquorum, iuniorũq́ autoritate neglecta, præceptiones [illegible] formam cõmutare: qđ cũ poſſemꝰ pluribꝰ adhuc alijs in locis magno huius doctrinæ compendio facere, fecimus id quidem modice, vel intra modum potius: ne alicuius nouitatis eſſemus autores, niſi vbi plurimũ intereſſet hoc vel illo modo pręceptiones quaſdam tradi.

viæ ambages. Modice.i.cum modo. Intra modum.i.adhuc arctius quã in modo. Plurimum intererat: magnum compendium atque emolumẽtũ, & vt ſic dicã, huius doctrinæ lucrũ facere. Deinde q; cum. hæc eſt ſecunda cauſa cur cõmẽtarios hos ædiderit: quia introductiones illę fuerũt ſimplices, quippe q̃ puerorum eruditioni ſcriptæ ſunt: nunc vero in hoc opere cum adultis, vel potius cũ ipſis præceptoribus ſermo habendus eſt. Ingenio tumultum faceret. Horatianum eſt. ſtomachoq; tumultum lenta feret pituita, vides pallidus omnis cœna deſurgat dubia. Cum vero iam. quaſi dicat, cum erant pueri ac rudes in ſtudio literarum: danda fuit illis doctrina ſimplex & quaſi lac paruulis, vt apoſtolus ait: ſed prouectis & in ætate ꝓgreſſis porrigendus eſt doctrinæ ſolidior quidã cibus.i durior & numeroſior.i. magis varius. Vt lac pulpamentũque. adhuc in tranſlatiõe cibi ad doctrinã perſtat: vt lac pulpamentũq; ſit doctrina ſimplex & facilis: nã pulpamẽtũ eſt corpus ſine oſſib9 quod facile mandi conficiq; dentibus poteſt: oſſa vero & nerui ſũt difficultates doctrinæ ſecretioris: q̃ nõ niſi a grãdiuſculis penetrari percipique poſſunt. Quare nõ tã. ex ſuperiorib9 infert cui lectori hos cõmentarios ſcripſerit. Tuæ vero celſitudini. hæc eſt tertia pars p̃fationis: in qua ponũtur rationes cur hoc opus Celſitudini regiæ dedicatũ ſit. Extremũ laborẽ. q[illegible] nobis in aĩo eſt poſteaq; antiquitates Hiſpaniẽſes abſoluerimus, omne reliquũ vitæ noſtræ tẽpus in ſacris litteris conſumere. Quãtæ ſit tibi curæ. hæc eſt ratio cur frõtem perfricuit autor, vt rem tenuem atq; ieiunã tãtæ maieſtati dedicarit: qđ multis argumẽtis intellexit, quãta illi cura ſit, ne rei Hiſpanę hoc vnũ ſermonis latini ornamentũ deſit, tũ qđ in eo liberos erudiẽdos curet, tũ q; oẽs aulici putãt ſe rẽ iucũdiſſimã illi facere, q; dent operã lr̃s præcipuã: quodq; iã a fœminis expectatur, quod viri antehac vix optare audebãt. In hac diſciplina. hoc eſt grãmaticæ, de qua nunc ſcribimus. Adoleſcentes, exoletos & purpuratos regios intelligit. Omniũ ætatum. quia etiam adultetam hoc agrediũtur. Alter ſexus. ſcilicet a virili, hoc eſt muliebris. Nã quid ego. aliud quoq; ſignũ affert: cur huic maximæ curæ Regina intẽdit, quod ad autorẽ dederit litteras humaniſſime ſcriptas, quibus illum admonebat, vt introductiones latinas e regione verſuũ Hiſpaniẽſes faceret ad eum modũ, quem Præſul Illiberritanus illi præfiniſſet. Quas literas. quaſi dicat quã comiter atq; clementer ſcriptas. Archiepiſcopus. Ferdinandus a Talabrica Regius ſenator: atq; illa tempeſtate Præſul Abulenſis. Illiberritanus. Illiberris vrbs eſt, quę noſtro ſæculo

Deinde quod cum introductiones noſtræ puerorum eruditioni ſcriptę ſint: habãda fuit ratio, vt eſſent quã ſimpliciſſimæ: ne quaſi ciborum redundantia ſtomacho, ſic p̃ceptorum varietas illorũ ingenio tumultum faceret. Cum vero iam in literis aliquantulũ progreſſi ſunt, quaſi ſolidior quidam numeroſiorque cibus eſt illis porrigendus: vt nõ modo lac, pulpamentumq; deguſtent, verũ etiã oſſa neruoſq; poſſint obrodere. Quare non tam rudibus, nouitijſq; rei literariæ profeſſoribus: quã cum prouectis, vel potius cum magiſtris ipſis ſermo mihi in his commentarijs habendus eſt. Tuæ vero Celſitudini extremum hunc artis Grammaticæ laborem meum dedicandi illa ratio maxime fuit: quod nemo eſt, qui non intelligat, quante ſit tibi curę rẽ publicam hanc Hiſpanam cum cęteris in rebus: tũ vel precipue in re literaria quã florentiſſimam efficere. Quanta diligentia dulciſſimos liberos tuos in hac diſciplina erudiendos curaueris. Quam tibi ſit iucundum quod non modo adoleſcentes nobiliſſimi, qui ſunt tuo miniſterio dedicati: verumetiam reliqui omnes omniũ ætatum atq; ordinum homines dent operam vel precipuam literis: quas ãte hac quaſi nimis delicatas atq; animorũ eneruatrices oderant. Quodq; alter ſexus de ſe iam preſtat, quod viri ante hac [illegible]tis omnibus vix audebant exoptare. Nam quid ego referam quas ad me literas ab hinc ſeptenniũ celſitudo tua dedit? Quas preterea mihi Archiepiſcopus Illiberritanus ex tuis verbis atq; ſententia reddẽdas curauit: vt introductiões meas, quas de ſermone Latino ediderã: e regione verſuũ Hiſpanienſes faceremus? Nemo igitur me equus iudex ãbitioſe atq; petulanter feciſſe iudicabit, q; leuiſſimis de rebus ſcribens vigilias meas auſus ſũ mageſtati regię dedicare: cũ preſertim quicq;d

Granata dicitur quæque annis ſuperioribus in deditionem Chriſtianorum venit, cum annos circiter octingentos ſub ditione Pœnorum, Mauritanorumq; fuerit. E regione. i. ex oppoſito: hoc eſt, vt ſermo Hiſpanienſis ſit poſitus contra latinum. Hiſpanienſes vero dixit non Hiſpanas: quia introductiones illę in Hiſpanum ſermonem non vſque adeo migrare potuerũt, vt nõ maximã latinitatis partẽ retinuerint. Nã Hiſpanũ eſt qđ in Hiſpania, atq; ex Hiſpania eſt. Hiſpaniẽſe vero qđ nõ penitus Hiſpanum: ſed aut in Hiſpania ab externis geritur: vt bellum Hiſpaniẽſe: quod a Romanis in Hiſpania: aũt extra Hiſpaniam ab Hiſpanis: vt Collegium Hiſpanienſe: quod eſt Bononiæ ab immortalis memoriæ viro Egidio Ibornozio. S. R. E. Cardinali Hiſpano fundatum. Quam differentiam videtur obſeruare Martialis cum in Epiſtola duodecima libri epigrammaton ſcripſit, ſe mittere Romam librum iam non Hiſpanienſem ſed Hiſpanum. Nam cum ſuperiores libri magna ex parte fuiſſent Romę conſcripti, quia ab homine Hiſpano Hiſpanienſes poterant appellari. at vero duodecimus: quia in Hiſpania & ab homine Hiſpano recte Hiſpanus dici debuit. Nemo igitur me. Ex ſuperioribus autor concludit ſe non ambitioſę feciſſe: quod opus de rebus leuiſſimis qualis eſt grammatice tantæ Principi dedicauerit: cum præſertim ab ipſa per literas fuerit admonitus vt iiſdem de rebus ſcriberet. Neque petulanter. cum grammatic[illegible] non debeat res parua iudicari. quod multis rationibus confirmat. Ambitioſe. hoc eſt, quod non inſinuauerimus Regiæ familiaritati, vt honores aut aliquam bonam gratiam aucuparemur, a qua ſuſpitione ſe purgat cũ dicit ſe iuſſum iiſdem de rebus ſcripſiſſe. Petulanter. id eſt impudenter & procaciter. quod videlicet



illepidum fuerit donum, quod eſt de rebus leuiſſimis & parui pretij: quod tamen excuſatur oſtendendo rei literariæ dignitatem. Ille inquit. Quintilianus eſt: qui oratoriarum inſtitutionũ libro primo hoc ſcribit. An vero eſt qui. Neceſſitatem ſimul & dignitatem huius artis oſtendit. Sermo continetur. nam hoc præſtat ars, vt ſermoni vitium aliquod irrepere non poſſit. Sacramenta. i. myſteria & ſacra ſecreta. Quaſi depoſitum. hoc ex Quintiliano quoque deductum eſt, qui de literis ſcribens ait. Hic eſt vſus literarum, vt cuſtodiant voces, & velut depoſitum reddant legentibus: nam depoſitum per ſancte ſeruandum: & cum repoſcitur ſumma fide reddendum eſt. Coagmentata. coniuncta & conglutinata. Nec ab alijs. nam in hoc eius dignitas oſtenditur, qđ ab alijs omnibus eſt abſoluta, cũ reliquæ ſine illa conſiſtere non poſſint. Nã oro te. Neceſſitatem huius artis demõſtrat, q; nulla vitę pars illius officio vacare poteſt: cum reliquæ omnes raro in vſum veniãt. Quotam. interrogatiue. quaſi dicat minimam: quia raro de illis fit ſermo, cum ſine hac nec momento, vt ſic dixerim, temporis eſſe poſſimus. De numeris. quod eſt arithmeticæ opus. De magnitudinibus. quod eſt geometriæ. De vocum ratione. de quibus eſt muſica. Aſtrorum. de quibus eſt aſtrologia. De moribus. quod ad ethicen pertinet. De rerum natura. quod ad phiſicen pertinet. De re diuina. quæ dicitur Gręce theologia. Ita præſto eſt. i. preſens. Vt ſi quid legas. hic loc9 ex procemio Ciceronis in libros de officijs tranſlatus eſt. Nulla, inquit, vitę pars neque publicis, neque priuatis, neq; forenſibus, neque domeſticis in rebus, neque ſi tecum agas quid, neque ſi cum altero contrahas: vacare officio poteſt. Fabius. M. Fabius Quintilian9, qui oratoriatũ inſtitutionum libro. i. hoc ſcribit. Iucunda ſenibus. quia etiam citra neceſſitatem, altiſſimam quoque eruditionẽ exercere poteſt. Dulcis ſecretorũ comes. quia per illam dulces curas, cogitationeſq; que noſtras literis mandamus. Cuius amor. i. voluptas quæ ex illa percipitur: nõ terminatur dum in ſcholis verſamur, ſed morte ſola. Et quiſquã eſt. ad præfationis epilogum accedit. A communi ſenſu. non quemadmodum phyſici qui potẽtiam illam ſuperiorem quinque ſenſibus, communem ſenſum appellant. Sed vt Cicero pro eo in quo plerique omnes ſapiẽtes conueniunt. Sic Quintilianus in primo: ſenſum ipſum, qui cõmunis dicitur, vbi diſcet, cum ſe a congreſſu ſegregarit. Seneca in epiſtolis: hoc philoſophia promittit ſenſum communem & humanitatem. Horatius. communi plane ſenſu caret. Tenuem atque ieiunam. id eſt aridã & ſterilem. Maximis principibus. vt Iulius pollux ad Commodũ Cæſarem de vocabulis atq; arte grãmatica. Duces Imperatoreſq;. vt Cęſar qui de analogia libros ſcripſit. Compertiſſimã. i. certa & explorata. Alio in loco. in repetitione ſecũda, in qua de literis diſputauimus.

illud eſt, quod elaboramus, tuis auſpicijs, tuoq; imperio ſimus aggreſſi: neq;, vt ille inquit, exiſtimari parua debeant, ſine quibus magna conſtare non poſſunt. An vero eſt, qui paruam audeat artem illam appellare, qua ſermo latinus cõtinetur: in quo religionis noſtrę imprimis ſacramenta quaſi depoſitum quoddam fideliſſime ſeruantur? Quę cum reliquis omnibus diſciplinis ita eſt coagmẽtata, vt hęc ab alijs facile ſecerni: illę vero ab hac quemadmodũ diſiungantur, nec intelligi vllo modo poſſit. Nam oro te atq; per Deum immortalẽ obteſtor, quotam ſibi vitæ noſtrę partem reliquæ omnes diſciplinæ vendicant? Quoties in eum ſermonem incidimus: vt de numeris magnitudinibuſq;? quoties vt de vocum aſtrorumq; ratione? quoties vt de moribus: rerũq; natura? quoties vt de medicina, deq; ciuilis & pontificij iuris ſcientia? quoties vt de religione atq; de re diuina diſputemus? At vero grammatice omni in loco, omniq; tempore ita præſto eſt: vt ſi quid legas, ſi quid ſcribas, ſi cũ alio loquaris, ſi denique tecum ipſe quid cogites, ſine illa efficere nullo modo poſſis.

Atq; vt de illa Fabius veriſſime ſcripſit: neceſſaria eſt pueris: iucunda ſenibus: dulcis ſecretorum comes: & cuius amor, vt idem autor ſcribit, nõ ſcholarum temporibus: ſed vita terminatur. Et quiſq̃ [illegible] alienus, qui audeat hãc artẽ tenuẽ atq; ieiunã appellare: & indignã, cuius libri Auguſtę noſtrę debuerint dicari: cum videamus nõ modo viros ſũmo ingenio ſingularique doctrina preditos, huius diſciplinę opera maximis principib9 dedicaſſe: verũ etiã duces ipſos imperatoreſq; in media totius orbis terrarũ adminiſtratione occupatos volumina iiſdẽ de rebus ſcripta reliquiſſe? Sed ego demẽs, qui de re iam pridẽ Celſitudini tuę compertiſſima pluribus diſputẽ.

Illud modo tantũ hic dicã, qđ alio in loco magna ſcholaſticorũ frequẽtia teſtat9 ſum, tuũ atq; dulciſſimi coniugis tui Præſidium implorans. Vos, inquam, clariſſimi atq; inuictiſſimi principes: quorũ ductu auſpicijſq; totius Hiſpanię membra diſſipata in vnum ꝑpe corpus redière: curate obſecro ne fœlicitati, quam noſtro ſęculo dediſtis, hoc vnum latini ſermonis ornamẽtum deſit ampliſſimum.

## SVPPOSITVM DE AVTORIBVS GRAMMAticæ latinæ In quo doctiſſimus quiſq; conſentit.

SED QVIA NOSTRI SAECVLI SCRIPTORIBVVS eatenus fides adhibenda eſt: quatenus ea, que nobis afferunt, ratione probauerint: nemoq; eſt adeo imperitus, qui iam non intelligat antiquis autoribus ideo aſſentiendũ eſſe, quia ſic loquuti ſunt: Iunioribus vero quia, quod nobis perſuadere volunt, illorum autoritate freti probare contendunt: neceſſarium eſſe duxi hoc in loco demonſtrare quantum fidei ſcriptorum cuiq; ſit habendum. Neq; enim omnibus illis paſſim atque indifferenter credere debemus: ſed illis duntaxat, qui floruerunt intra ducentos circiter quinquaginta annos ab ortu Ciceronis ad Antoninũ Pium, hoc eſt, ante Chriſtianum natalem annis cẽtum, ad centeſſimum quinquageſimum: ex quo ſalutem Chriſtianam numeramus, Nam & latinus ſermo, quemadmodum & cætera mortalià, aliquando incœpit, habuitq; ſuã infantiã, in q̃ vir gcq; effari potuit. Sic loquuti ſũt Aborigines primũ cũ Faunis Vatibuſq;. Sic deinceps Latini & Albani. Sic poſtea Romani ad annum quartũdecimũ, ſupra quingẽteſimũ ab vrbe cõdita: quo Liuius Liuij Salinatoris libertus fabulã primus latinis verſibus edidit. Hũc ſequuti ſũt ex poetis Ennius. Neuius, Plautus. Cecilius. Terẽtius, Pacuui9. Lucilius. Actius. Turpilius, Affranius. Tintinnius. Luci9. Laberius Põponius. Ex Oratorib9, Cæthegus. Cato. Sex. Aelius. Gallus. Scipiones, Naſica & duo Aphricani. Gracchi pater & duo filij. Lælius, alijq; cõplures: quos Cicero in libro de claris oratoribus ad ſua vſq; tẽpora cõmemorat. Ex iure cõſultis, Papirius Appij duo. Coruncanus. Atilius. Manilius. Brutus. Rutilius. Virginius, Antipater. L. Craſſus, Q. Mutius. Lucillius. Iuuentius. Fuerit atq; hæc latini ſermonis pueritia: in qua multa qdem emẽdate atq; diligẽter: plæraq; tamẽ nimis antique duriterq; dicta ſunt. At vero illius iuuẽta, in qua & lacertos mouere & vires ſuas oſtẽtare cœpit, cũ Cicerone orta eſt, cœpitq; cũ Cæſare Hadriano cõſeneſcere. Hac etate fuerũt autores illi, qui latinã linguam locupletarũt: quoſq; imitandos eſſe dicimus. Ex poetis Catullus. Varro. Lucretius. Vergilius. Horatius, Manilius. Tibullus, Propertius. Ouidius. Germanicus, Auienus, Macer. Perſi9. Seneca, Lucan9. Valeri9 Flacus, Silius Italicus. Martialis. Iuuenalis. Papinius. Ex Oratoribus, variarũq; rerũ ſcriptorib9 Cicero. Cęſar. Brutus. Seruius Sulpitius. Pollio. M. Varro. Nigidius. Cato vticẽſis. Celius. Vitruuius. Columela. Celſus. Iginius. Pedianus. Feſtus, Marcellus, Mela. Apicius, vterq; Seneca. vterq; Plini9. Quintilianus. Ex Hiſtoricis vero. Saluſtius. Nepos. Liuius. Valerius Maximus. [illegible] Tranquillus. Tacitus. Curtius. Florus Aemilius. Ex iure cõſultis. Alphen9. Offili9. Aufidius, Namuſa. Flauius. ~~Proculus. Attilius Gellius~~. Trebatius. Caſſellius. Tubero. Capito. Caſi9. Sabini duo. Labeones tres. Nerua pater & fili9. Pegaſus Iabolenus, Celſus, Neratius. Alburnus, Iulian9. Poſt Hadrianũ cœpit in dies latin9 ſermo lãguere, & quodã quaſi ſenio cõtabeſcere, qđ nimis factũ eſt ſub aduentũ Gotthorũ in Italiã, regnũq; Lõgobardorũ ad fatalẽ illã totius humani gñis peſtẽ Mahumeteã: q̃ cũ oibus ingenuis & bonis artib9 ſermonẽ quoq; latinũ intercepit. Hãc igit̃ recte dixerimus latinæ linguæ ſenetutẽ: q̃ cũ annos ꝓpe q̃dringentos quinquaginta ægre ſpiritũ duxiſſet: tãdẽ cũ imperio ppl̃i Romani extincta eſt. Hoc tẽporũ interuallo pauci admodũ reperiũtur autores tollerabiles illi quidẽ, ſed qui nullo modo cũ ſupioribus debeã cõparari. Ex Poetis & Grãmaticis aliarumq; rerũ ſcriptoribus, Auſonius, Claudianus, Serenus. Diomedes. Phocas. Gellius. Macrobius. Acrõ. Porphyrion. Victorinus. Donatus. Sergius. Seruius. Priſcianus. Apuleius Socraticus. Apuleius grãmaticus. Vegetius, Frontinus. Ex Hiſtoricis. Spartianus. Capitolinus. Trebelius. Lãpridius, Volcatius. Vopiſcus. Eutropius. Damaſus. Oroſius. Ex iure cõſultis. Arrianus. Aphrican9. Arcadius. Caius Caliſtratus. Florent. Largus. Hermogenianus. Martianus. Modeſtinus. Marcellus. Mela. Papinianus. Paulus. Scęuola. Tryphonius. Venuleius. Vlpianus. Ex ijs qui pro religione noſtra ſcripſerunt. Tertullianus. Iuuencus. Cyprianus. Lactãtius. Amhroſius. Hieronymus. Auguſtinus. Ruffinus. Sedulius. Licinius. Prudẽtius. Sidonius. Boetius. Caſſiodorus. Gregorius. Iſidorus; Proſper. Qui ſequuntur, quod ad latini ſermonis rationem attinet, nec digni quidem ſunt, quorum meminiſſe debeamus. Qui autores cum ſint in triplici temporum diuerſitate poſiti; illorum tantum autoritate nitemur, qui fuerunt medij.



¶ Prima nominis declinatio. Cap. I.

Nominatiuo hæc muſa.
Genitiuo muſæ.
Datiuo muſę.
Accuſatiuo muſam.
Vocatiuo ò muſa.
Ablatiuo a muſa.
Plurali Nominatiuo muſæ.
Genitiuo muſarum.
Datiuo muſis.
Accuſatiuo muſas.
Vocatiuo o muſæ.
Ablatiuo a muſis.

¶ Secunda declinatio.

¶ Nominatiuo hic dominus.
Genitiuo domini.
Datiuo domino.
Accuſatiuo dominum.
Vocatiuo o domine.
Ablatiuo a domino.
Plurali Nominatiuo domini.
Genitiuo dominorum.
Datiuo dominis.
Accuſatiuo dominos.
Vocatiuo o domini.
Ablatiuo a dominis.

¶ Nominatiuo hoc templum.
Genitiuo templi.
Datiuo templo.
Accuſatiuo templum.
Vocatiuo o templum.
Ablatiuo a te[illegible].
Plurali nominatiuo templa.
[illegible] templorum.
[illegible]
Accuſatiuo templa.
Vocatiuo o templa.
Ablatiuo a templis.

¶ Tertia declinatio.

¶ Nominatiuo hic ſermo.
Genitiuo ſermonis.
Datiuo ſermoni.
Accuſatiuo ſermonem.
Vocatiuo o ſermo.
Ablatiuo a ſermone.
Plurali Nominatiuo ſermones.
Genitiuo ſermonum.
Datiuo ſermonibus.
Accuſatiuo ſermones.
Vocatiuo o ſermones.
Ablatiuo a ſermonibus.

¶ Nominatiuo hoc tempus.
Genitiuo temporis.
Datiuo tempori.
Accuſatiuo tempus.
Vocatiuo o tempus.
Ablatiuo a tempore.
Plurali Nominatiuo tempora.
Genitiuo temporum.
Datiuo temporibus.
Accuſatiuo tempora.
Vocatiuo o tempora.
Ablatiuo a temporibus.

¶ Quarta declinatio.

¶ Nominatiuo hic ſenſus.
Genitiuo ſenſus.
Datiuo ſenſui.
Accuſatiuo ſenſum.
Vocatiuo o ſenſus.
Ablatiuo a ſenſu.
Plurali Nominatiuo ſenſus.
Genitiuo ſenſuum.
Datiuo ſenſibus.
Accuſatiuo ſenſus.
Vocatiuo o ſenſus.
Ablatiuo a ſenſibus.

¶ Nominatiuo hoc veru.
Genitiuo veru.
Datiuo veru.
Accuſatiuo veru.
Vocatiuo o veru.
Ablatiuo a veru.
Plurali. Nr̃o verua.
Genitiuo veruum.
Datiuo verubus.
Accuſatiuo verua.
Vocatiuo o verua.
Ablatiuo a verubus.

¶ Quinta declinatio.

¶ Nominatiuo hic dies.
Genitiuo diei.
Datiuo diei.
Accuſatiuo diem.
Vocatiuo o dies.
Ablatiuo a die.
Plurali Nominatiuo dies.
Genitiuo dierum.
Datiuo diebus.
Accuſatiuo dies.
Vocatiuo o dies.
Ablatiuo a diebus.

¶ Adiectiua Primę & Secundę

Nominatiuo bonus bona bonum.
Genitiuo boni bonę boni.
Datiuo bono bonæ bono.
Accuſatiuo bonũ bonã bonum.
Vocatiuo o bone bona bonum.
Ablatiuo a bono bona bono.
Plurali. Nominatiuo boni bonę bona.
Gtõ bonorum bonarum bonorum.
Datiuo bonis.
Accuſatiuo bonos bonas bona.
Vocatiuo ò boni bonę bona.
Ablatiuo a bonis.

¶ Adiectiua Tertię.

¶ Nominatiuo hic & hæc & hoc prudens.
Genitiuo prudentis.

Datiuo prudenti.
Accuſatiuo prudentem & prudens.
Vocatiuo o prudens.
Ablatiuo a prudente vel prudenti.
Plurali. Ntō prudētes & prudentia.
Gtō prudentum vel prudentium.
Datiuo prudentibus.
Accuſatiuo prudentes & prudentia.
Vocatiuo o prudentes & prudentia
Ablatiuo a prudentibus.
Ntō. hic & hęc breuis & hoc breue.
Genitiuo breuis.
Datiuo breui.
Accuſatiuo breuem & breue
Vocatiuo o breuis & breue
Ablatiuo a breui.
Plurali. Ntō breues & breuia.
Genitiuo breuium.
Datiuo breuibus.
Accuſatiuo breues & breuia.
Vocatiuo o breues & breuia.
Ablatiuo a breuibus.
¶ Ntō hic & hæc breuior & hoc breuius.
Genitiuo breuioris.
Datiuo breuiori.
Accuſatiuo breuiorem & breuius.
Vocatiuo o breuior & breuius.
Ablatiuo a breuiore vel breuiori.
Plurali. Ntō breuiores & breuiora.
Genitiuo breuiorum.
Datiuo breuioribus.
Actō breuiores & breuiora.
Vctō o breuiores & breuiora.
Ablatiuo a breuioribus.
Ntō hic acer hæc acris hoc acre.
Genitiuo acris.
Datiuo acri.
Actō acrem & acre.
Vocatiuo o acer acris & acre.
Ablatiuo a acri.
Plurali nominatiuo acres & acria.
Genitiuo acrium.
Datiuo acribus.
Accuſatiuo acres & acria.
Vocatiuo o acres & acria.
Ablatiuo ab acribus.

¶ Irregularia.

¶ Nominatiuo hæc domus.
Genitiuo domi vel domus.
Datiuo domui.
Accuſatiuo domum.
Vocatiuo o domus.
Ablatiuo a domo.
Plurali Nominatiuo domus.
Genitiuo domorum vel domuum.
Datiuo domibus.
Accuſatiuo domos, vel domus.
Vocatiuo o domus.
Ablatiuo a domibus.

¶ Plurali Nominatiuo duo duæ duo.
Genitiuo duorum duarum duorum.
Datiuo duobus duabus duobus.
Accuſatiuo duos vel duo duas duo.
Vocatiuo o duo duæ duo.
Ablatiuo a duobus duabus duobus.
Plurali Nominatiuo ambo ambæ ambo.
Genitiuo amborum ambarum amborum.
Datiuo ambobus ambabus ambobus.
Accuſatiuo ambos vel ambo ambas ambo.
Vocatiuo o ambo ambæ ambo.
Ablatiuo ab ambobus ambabus ambobus.
¶ Nominatiuo hoc plus.
Genitiuo pluris.
Datiuo pluri.
Accuſatiuo plus.
Vocatiuo o plus.
Ablatiuo a pluri.
Plurali nominatiuo plures & plura.
Genitiuo plurium.
Datiuo pluribus.
Accuſatiuo plures & plura.
Vocatiuo o plures & plura.
Ablatiuo a pluribus.

¶ Pronominis prima declinatio. Cap. II.

¶ Nominatiuo ego.
Genitiuo mei.
Datiuo mihi vel mi.
Accuſatiuo me.
Ablatiuo a me.
Plurali nominatiuo nos.
Genitiuo noſtrum vel noſtri.
Datiuo nobis.
Accuſatiuo nos.
Ablatiuo a nobis.
¶ Nominatiuo tu.
Genitiuo tui.
Datiuo tibi.
Accuſatiuo te.
Vocatiuo o tu.
Ablatiuo a te.
Plurali Nominatiuo vos.
Genitiuo veſtrum vel veſtri.
Datiuo vobis.
Accuſatiuo vos.
Vocatiuo o vos
Ablatiuo a vobis.
¶ Genitiuo ſui.
Datiuo ſibi.
Accuſatiuo ſe.
Ablatiuo a ſe.
Plurali Genitiuo ſui.
Datiuo ſibi.
Accuſatiuo ſe.
Ablatiuo a ſe.

¶ Secunda pronominis declinatio.

¶ Nominatiuo hic hæc hoc.
Genitiuo huius.



Datiuo huic
Accuſatiuo hunc hanc hoc.
Ablatiuo ab hoc hac hoc.
Plurali Nominatiuo hi hę hæc.
Genitiuo horum harum horum.
Datiuo his.
Accuſatiuo hos has hæc.
Ablatiuo ab his.
¶ Nominatiuo iſte iſta iſtud.
Genitiuo iſtius.
Datiuo iſti.
Accuſatiuo iſtum iſtam iſtud.
Ablatiuo ab iſto iſta iſto.
Plurali nominatiuo iſti iſtę iſta.
Genitiuo iſtorum iſtarum iſtorum.
Datiuo iſtis.
Accuſatiuo iſtos iſtas iſta.
Ablatiuo ab iſtis.
¶ Nominatiuo ille illa illud.
Genitiuo illius.
Datiuo illi.
Accuſatiuo illum illam illud.
Ablatiuo ab illo illa illo.
Plurali Nominatiuo illi illę illa.
Genitiuo illorum illarum illorum.
Datiuo illis.
Accuſatiuo illos illas illa.
Ablatiuo ab illis.
¶ Nominatiuo ipſe ipſa ipſum.
Genitiuo ipſius.
Datiuo ipſi.
Accuſatiuo ipſum ipſam ipſum.
Ablatiuo ab ipſo ipſa ipſo.
Plurali Nominatiuo ipſi ipſæ ipſa.
Genitiuo ipſorum ipſarum ipſorum.
Datiuo ipſis.
Accuſatiuo ipſos ipſas ipſa.
Ablatiuo ab ipſis.
¶ Nominatiuo is ea id.
Genitiuo eius.
Datiuo ei.
Accuſatiuo eum eam id.
Ablatiuo ab eo ea eo.
Plurali Nominatiuo ei vel ij eæ ea.
Genitiuo eorum earum eorum.
Datiuo eis vel ijs.
Accuſatiuo eos eas ea.
Ablatiuo ab eis vel ijs.

¶ Tertia pronominis declinatio.

¶ Nominatiuo meus mea meum.
Genitiuo mei meę mei.
Datiuo meo meæ meo.
Accuſatiuo meum meam meum.
Vocatiuo o mi mea meum.
Ablatiuo a meo mea meo.
Plurali Nominatiuo mei meę mea.
Genitiuo meorum mearum meorum.
Datiuo meis.
Accuſatiuo meos meas mea.
Vocatiuo o mei meæ mea.
Ablatiuo a meis.
Nominatiuo tuus tua tuum.
Vocatiuo caret.
Nominatiuo ſuus ſua ſuum.
Vocatiuo caret.
Nominatiuo noſter noſtra noſtrum.
Vocatiuo o noſter noſtra noſtrum.
Nominatiuo veſter veſtra veſtrum.
Vocatiuo caret.

¶ Quarta pronominis declinatio.

¶ Nominatiuo hic & hæc & hoc noſtras.
Genitiuo noſtratis.
Datiuo noſtrati.
Accuſatiuo noſtratem & noſtras.
Vocatiuo o noſtras.
Ablatiuo a noſtrati.
Plurali nominatiuo noſtrates & noſtratia.
Genitiuo noſtratium.
Datiuo noſtratibus
Accuſatiuo noſtrates & noſtratia.
Vocatiuo o noſtrates & noſtratia.
Ablatiuo a noſtratibus.
¶ Nominatiuo hic & hæc & hoc veſtras.
Vocatiuo caret.

¶ Nomina per ſecundam declinationem pronominis declinata. Cap. III.

Nominatiuo vnus vna vnum. vnius vni.
Nominatiuo nullus nulla nullum. nullius nulli.
Nominatiuo ſolus ſola ſolum. ſolius ſoli.
Nominatiuo totus tota totum. totius toti.
Nominatiuo alius alia aliud. Genitiuo alius. I. alij.
Datiuo ali.
Nominatiuo alter altera alterum. alterius alteri.
Nominatiuo vter vtra vtrum. vtrius vtri.
Nominatiuo neuter neutra neutrum. neutrius neutri.
Nominatiuo vterqꝫ vtraqꝫ vtrumqꝫ. vtriuſqꝫ vtriqꝫ.
Nominatiuo quis vel qui quæ quod. vel quid.
Genitiuo cuius.
Datiuo cui.
Accuſatiuo quem quam quod vel quid.
Ablatiuo a quo qua quo. vel qui.
Plurali. Nominatiuo qui quæ quæ.
Genitiuo quorum quarum quorum.
Datiuo quis, vel quibus.
Accuſatiuo quos quas quæ.
Ablatiuo à quis vel a quibus.

# CONIVGATO.

¶ Compoſita à quis vel qui.

Quiſq;, quæq;, quodq; vel quidq;. Cuiuſq;.
Quiſquis, quicquid in nominatiuo & accuſatiuo tantum.
Quiſnam, quænam, quodnam, vel quidnam. Cuiuſnam.
Quiſpiam, quępiam, quodpiam, vel quidpiam. Cuiuſpiam.
Quiſquam, quęquam, quodquam, vel quidquam. Cuiuſquam.
Quiſputas, quęputas, quodputas, vel quidputas. Cuiuſputas.
Quicunq;, quęcunq;, quodcunq; vel quidcunq;. Cuiuſcunq;.
Quidam, quædam, quoddam, vel quiddam. Cuiuſdam.
Quilibet, quęlibet, quodlibet, vel quidlibet. Cuiuſlibet.
Quiuis, quæuis, quoduis vel quiduis. Cuiuſuis.
Aliquis, aliqua, aliquod vel aliquid. Alicuius.
Ecquis, ecqua, ecquod vel ecquid. Eccuius.
Nequis, nequa, nequod vel nequid. Necuius.
Nunquis, nunqua, nunquod vel nunquid. Nuncuius.
Siquis, ſiqua, ſiquod vel ſiquid. Sicuius.
Vnuſquiſq;, vnaquęq;, vnumquodq; vel vnumquidq;.

## ¶ DE CONIVGATIONE. CAP. V.

IN coniugatione verborum explicanda viſum eſt quædam tempora adijcere: ducti ſumus ad id faciendum tum antiquorum autoritate, tum ratione, tum etiam neceſſitate. Adiecimus inquam in indicatiuo alterum futurum in voce ſimile futuri ſubiunctiui. Imperatiuo in vtroq; tempore adiecimus voces alteras ſimiles futuro optatiui, alteras ſimiles præterito aut futuro ſubiunctiui. Optatiuo præterea adiecimus duo tempora. Infinitiuo futurum proprium vltra duo illa circũloquia quæ vulgo habẽtur. Quod ſi quis dixerit fruſtra hæc tempora fuiſſe adiecta, cum ad aliorum modorum tempora reduci poſſint: fruſtra igitur futurum optatiui ponimus, quia ſimilis eſt in voce præſenti ſubiunctiui. Fruſtra quaſdam imperatiui perſonas, cum ſimiles ſint eiuſdem ſubiunctiui paribus perſonis. Non igitur per voces diſtinguuntur tempora atq; modi verborum, ſed ratione ſignificationis quemadmodũ in dictionibus per caſus declinatis: caſus & numeri non vocibus, ſed ſignificationibus diſtinguntur: alioqui nominatiuus & vocatiuus idem eſſent caſus, quia plerũq; ſimiliter deſinũt: ablatiuus & ſeptimus caſus vtriuſq; numeri, datiuus quoq; & ablatiuus plurales, quia ſemper eodem modo terminãtur. Quod ſi multo commodius eſt verborum qualitates cum ſuis temporibus diſtincte poni: etiam ſi aliquod [illegible] addiſcentibus diſpendium fuerit, quam omnia miſcere atq; inculcare, [illegible] dendo modos [illegible] conſulamus bo[illegible], atq; patiamur hanc tantulam moram, quę ſit nobis poſtea magnam allatura vtilitatem. Adiecimus inquam in indicatiuo tempus futurum quod perfectum dicimus: quoniam alterũ eſt, quod in vſu frequentiori imperfectum dici oportet. Nam qui dicit ego amabo vxorem: nihil aliud deſignat, quam futurum eſſe tempus in quo vxorem amare inchoabit, quemadmodum qui dicit amo & amabam. Qui vero dicit amauero, non minus impoſiturum eſſe finem vxoris amandæ ſignificat, quam is, qui dicit ego amaui, & ego amaueram. Et ne pro libidine noſtra hoc dixiſſe videamur, attulimus M. Varronis verba ex ſecundo de analogia libro. Quędam, inquit, ſunt tempora imperfecta, vt à diſco, diſcebã, diſcã: quędã vero perfecta, vt didici, didicerã, didicero. Vides inter tẽpora voceſq; indicatiui modi a Varrone poſitũ didicero in futuro pfecto, qđ eſt ſimile futuro ſubiũctiui modi. Quare ſi qs dixerit cũ didicero Bucolica Vergilij ceſſabo a labore, ſubiunctiuus eſt. Quod ſi dixerit, intra decem dies didicero Bucolica Vergilij, indicatiuus eſt. Et quemadmodum alibi diximus pluſquã perfectum indicatiui modi poni pro præterito perfecto, ſi non ad aliud præteritum referatur: id nunc dicimus de futuro perfecto: vt eius manifeſta ſignificatio apparet, indigere altero futuro ad quod referatur. Vt Cicero in epiſtolis ad Appium. Etſi cum tu in prouinciam veneris ego annuum munus confecero, ideſt a me confectũ erit. Imperatiui quoq; modi ſecundis perſonis præſentis temporis vtriuſq; numeri voces futuri optatiui earundem perſonarum ſimiles adiecimus, ama vel ames, amate vel ametis. Terentius in Heauton. Solicitudinem iſtam, quę te excruciat, omittas, quod tantum ſignificat quantum omitte. Horatius. iij. carmi. Per meos fines & aprica rura lenis incedas, abeaſq; paruis æquus alumnis, quod valet incede, & abi. Iam cum negatione prohibendo frequens eſt hic dicẽdi modus, vt ne neges, ne facias, ne dicas pro ne nega, ne fac, ne dic. Nam prohibitiuus modus ad imperatiuum refertur: quod prohibere quodammodo eſt imperare. Sed & alias ſignificationes hic modus habet. Eſt enim & precatiuus. Verg. Parce pio generi, & proprius res aſpice noſtras. Eſt & exhortatiuus, vt o iuuenes tectis ſuccedite nr̃is. Eſt & cõceſſiuus, vt: I, ſeqre Italiã vẽtis, pete regna p vndas. Et eſt execratiuus. vt Iuuen. qb⁹ grata eſt picta lupa barbara mitra. In futuro vero impatiui cur oẽs voces pteriti pfecti ſiue futuri ſubiũctiui, pterquã primę pſonæ ſingularis, addiderim⁹, res ipſa nos admonu[illegible] nã uoces illæ pmodũ ĩperãdi freq[illegible]



reperiuntur. Cicero in ſecundo de Oratore. tu quemadmodũ his ſatiſfacias, videris. Iuu. græculus eſuriens in cœlum iuſſeris, ibit. Per. dixeris hæc inter varicoſos centuriones. Et illud eiuſdem: Verterit hunc dominus: momento turbinis exit Marcus dama. nec eſt neceſſe ſuppleri coniugationem, vt ad modum ſubiunctiuum huiuſmodi conſtructiones referantur. Iam vero illa ex euangelio tu videris & vos videritis, ſatis liquet ad huiuſmodi tempus pertinere: quãquam apud grecos loca illa futuri ſunt indicatiui. Cum particula negatiua frequenti us hæc conſtructio reperitur. Vergilius in tertio Aenei. Hic tibi nequa more fuerint diſpendia tanti. Horatius in epiſtolis: Mancipijs locuplex, eget æris Cappadocum rex: ne fueris hic tu. Plautus in Epidico: Vbi voles pater eſſe, ibi eſto, vbi nolis, ne fueris pater. Quæ voces non magis ſubiunctiui ſunt, quã illę, quas futuro perfecto indicatiui tribuimus: cũ non voces ſed ſignificationum diuerſitas faciat diſtinctos modos. Optatiui modi præteritum perfectum extricauimus a præſenti, propterea quod in ſermone Hiſpano vtrumq; tempus ſub eadem voce diuerſos habet ſenſus. Tempus præteritum perfectum ſubiunctiui præterito adiecimus ſimile. ducti tum Diomedis autoritate, tum etiam ratione ſignificationis, quæ in vſu frequẽter reperitur. Vergilius ſexto Aeneidos. Hac Troiana tenus fuerit fortuna ſequuta, & Lucanus in ſecundo. Sed cõditor arcis finxerit iſta Tages. Cicero in libello de fato. Poſidonius pace magiſtri dixerim, quædam commiſci videtur, quam quam hic dicendi modus magis videatur futuri temporis huiuſmodi, quam preteriti. Eſt quoq; figura loquẽdi cum officium pretermiſſum fuiſſe a nobis, aut a b alijs conquerimur, quę loquutio ad hunc modum referri poteſt, qualis eſt illa apud Terentium in Andria. hem prædiceres. Idem in Heauton. fortaſſe iniquior erat, pateretur. Idem in Phormione. ſumeret vel fœnore. Vergilius quarto Aeneidos. Faces in caſtra tuliſſẽ, impleſſemq; foros flammis: natũq; patrẽq; cũ genere extinxẽ, memet ſuper ipſa fata dediſſem. Idẽ in eodẽ. eadem me ad fata vocaſſes. Idem ambas ferro dolor, atq; eadem hora tuliſſet. Subiunctiuus cum ab eo dicatur, quod aliud verbum ſibi adiungi deſideret, idq; niſi per coniunctionem fieri non poſſit, nõ omnes coniugationes omnibus temporibus conueniunt, ſed quædam quibuſdam. Sed ideo hæc coniunctio cum in verbo ſubiunctiuo præponitur, quia pleriſq; huiuſmodi temporibus aptari poteſt. Illud tamen aduertendum ſubiunctiui tempora nõ eſſe ſatis explicita. nam & pręſens magis ſignificat futurum aut inſtans, quam tempus pręſens. vt ſi dixeris venio vt legam. lego vt intelligam. Præteritum quoq; imperfectum nonnunquam in tempore præſenti rem fieri ſignificat. vt Vergilius ſexto Aeneidos. Si nunc foret illa iuuenta. Idem in Bucolicis. Nec tuus hic *Mœris*, nec viueret ipſe *Menalcas*. Futurum quoq; tempus aliquando ſignificat. vt Vergilius. Tyrias olim qui uerteret arces. Idem, qui mare qui terras omni ditione tenerent. Pręteritum quoq; perfectum plerũq; ſenſum habet futuri. vt Terentius in Andria. *Si* inde te eximerim, ego pro te molam. Idem in eodem. Certe ſi reſciuerim, atq; in vſu frequenti eſt, ut ſic dixerim, cum aliquid impropriæ, aut barbare loquimur. Quare non ſine cauſa Gellius in ambiguo reliquit, an eiuſmodi voces pręteriti an futuri ſubiunctiui eſſent. Eſt & alia ſub[illegible]ctiui ſignificatio per modum concedendi, quę quidem verbi qualitas ab alijs modis diſtinguenda [illegible] modi ſex. Cicero in Academicis. ſed fuerint illa vetera, ſi vultis illa cognita: Idem in ſecundo de F[illegible] [illegible] ſecerit, ſi ita vis. Vergilius quarto Aeneidos. Verum anceps pugnę fuerat fortuna, fuiſſet. In futuro quoq; reperitur hic modus. vt Cicero in Academicis. Age reſtitero Peripateticis: ſuſtinuero Epicureos, & per alterum futurum ſimile pręterito. Vergilius ſecundo Georgicorum. Haud alios prima naſcentis origine mundi illuxiſſe dies, aliumue habuiſſe tenorem, crediderim. Idem in eodem. Non ego te menſis & dijs accepta ſecundis tranſierim Rhodia.

## ¶ De coniugatione huius verbi irregularis ſum. Cap. IIII.

SVm. Es. Fui. Eſſe. Ens. Futurus.

¶ Indicatiuo modo.

Tempore præſenti. Sum. es. eſt. Sumus. eſtis. ſunt.
Pręterito imperfecto. Eram. eras. erat. Eramus. eratis. erant.
Pręterito perfecto. Fui. fuiſti. fuit. Fuimus. fuiſtis. fuerunt vel fuere.
Pręterito pluſquam perfecto. Fueram. fueras. fuerat. Fueramus. fueratis. fuerant.
Futuro imperfecto. Ero. eris. erit. Erimus. eritis. erunt.
Futuro perfecto. Fuero. fueris. fuerit. Fuerimus. fueritis. fuerint.

¶ Imperatiuo modo.

¶ Tempore præſenti. Es, vel ſis ſit. Simus. eſte vel ſitis. ſint.
Futuro. Eſto vel fueris. eſto vel fuerit. Fuerimus. eſtote vel fueritis. ſunto vel fuerint.

¶ Optatiuo modo.

Tempore præſenti. Vtinam Eſſem. eſſes. eſſet. Eſſemus eſſetis. eſſent.
Præterito imperfecto. Vtinam Eſſem. eſſes. eſſet. Eſſemus. eſſetis. eſſent.
Præterito perfecto. Vtinam Fuerim. fueris. fuerit. Fuerimus. fueritis fuerint.
¶ Præterito pluſq; perfecto. Vtinam Fuiſſem. fuiſſes. fuiſſet. Fuiſſemus. fuiſſetis. fuiſſent.
Futuro. Vtinam Sim. ſis. ſit. Simus. [illegible]tis. ſint.

¶Subiunctiuo modo.

Tempore præſenti. Cum Sim. ſis. ſit. Simus. ſitis ſint.
Præterito imperfecto. Cum Eſſem, eſſes. eſſet. Eſſemus. eſſetis. eſſent.
Præterito perfecto. Cum Fuerim. fueris. fuerit. Fuerimus. fueritis. fuerint.
Præterito pluſquam perfecto. Cum Fuiſſem. fuiſſes. fuiſſet. Fuiſſemus. fuiſſetis. fuiſſent.
Euturo. Cum Fuero. fueris. fuerit. Fuerimus. fueritis. fuerint.

¶Infinitiuo modo.

Tempore præſenti. Eſſe. Præterito Fuiſſe. Futuro. Fore vel futurum.

SVm. es. fui. Hoc verbum ideo præpoſuimus alijs verbis regularibus, quia neceſſariũ fuit ad circumloquia verborum paſſiuorum aut paſſiuam vocem habentium declinanda. In imperatiuo. es, vel ſis poſuimus, quanquã alias diximus, ſis, non eſſe huiuſmodi vocem ſed, es, tantum. Nã ſi habet, ſit, & ſimus, & ſite, & ſint, cur non habeat & ſis? Et cum Ver. dixit primo æneidos. Sis bonus o fœlixq; tuis: cur magis ſit optaui, ſis, quã deprecatiui, hoc eſt, imperatiui modi? Sed quod de. ſite. dixi, apud antiquiores tantum fuit, vt apud Plautum in Curgulione: Site mihi volentes propiciæ, & in eodem. Site cauſa mea Lydi barbari. Suſtulimus vero quod alij perperam poſuerunt. eſſendi. eſſendo. eſſendum: quæ gerundia nuſquam apud latinos reperiri veriſſime ſcripſit valla. Ens vero & ſi latine dici non poſſe Seneca in quadam epiſtola aſſeuerat: poſſumus tamen [illegible] lum quia Priſcianus ait apud antiquos fuiſſe, & ab eo compoſita abſens & præſens adhuc extant: & philoſophi neceſſitate coacti vtuntur eo ad exprimendum quod ex græco interpretatur. on, vſa, on. pro hic ens, hæc ens, hoc ens. Futurum quoq; ab alio verbo ſumptum eſt, quod in vſu non extat, hoc eſt fuo fuis, a quo eti[am] mutuati ſumus præteritum & tempora quæ ab eo formantur. Fore quoq; ab eo quod eſt forem ſumptum e[ſt] pro eo quod futurũ eſt. circũloquiũ videlicet futuri infinitiui modi. Cõpoſita vero ab hoc verbo rationem ſim[plicis] plicis ſequuntur: niſi quod poſſum a pos & ſum, aliquando recipit. t. mediã vt potes. poteſt. poteſtis. pote[rit]. In imperatiuo poteſte. poteſtote. In præterito & temporibus ab eo formatis. ſ. mutatur in. t. vt potui. In fu[turo] turo quoq; indicatiui. t. interponitur: vt potero. Et in participio pręſentis temporis, vt potens quod magis nomen eſſe videtur. Inuenimus quoq; poſſetur pro poſſet. Quadrigarius apud Marcellum. Cũ nõ poſſetur di[ſ]cerni vtrius putaretur victoria. Poteratur pro poterat: Cęlius apud eũdem. Sine periculo bellum geri poteratur. Verg. quoq; libro octauo: Liquido ve poteſtur electro dixit. Proſum quoq; a pro cõpoſitũ ſequenti vocali. d. recipit. Cum prępoſitionibus frequenter componitur his. ſ. ad. ab. de. in. inter. ob. pro. pre. ſuper. vt abſum. adſum. deſum. inſum. interſum. obſum. proſum, præſum. ſuperſum. Sed quemadmodum poſſum, accepit. t. pro ſ. ita proſum euphonię deſeruiens accepit. d. quando ſequitur vocacalis, vt proderam. prodero. prodeſſem.

¶Prima coniugatio.

AMo. amas. amaui. amare. Amandi. amando. amandum. Amatum. amatu. Amans. amaturus. Amo[r]. amaris. Amatus. amandus.

¶Actiua voce Indicatiuo modo.

Tempore pręſenti. Amo. amas. amat. Amamus. amatis. amant.
Præterito imperfecto. Amabam. amabas. amabat. Amabamus. amabatis. amabant.
Præterito perfecto. Amaui. amauiſti. amauit. Amauimus. amauiſtis. amauerunt vel amauere.
Pręterito pluſquam perfecto. Amaueram. amaueras. amauerat. Amaueramus. amaueratis. amauerant.
Futuro imperfecto. Amabo, amabis. amabit. Amabimus. amabitis. amabunt.
Futuro perfecto. Amauero. amaueris. amauerit. Amauerimus. amaueritis. amauerint.

¶Imperatiuo modo.

Tempore præſenti. Ama. vel ames. amet. Amemus. amate, vel ametis. ament.
Futuro. Amato vel amaueris. amato vel amauerit. Amemus, vel amauerimus. amatote vel amaueritis. Amanto vel amauerint.

¶Optatiuo modo.

Tempore pręſenti. Vtinam Amarem. amares. amaret. Amaremus. amaretis. amarent.
Præterito imperfecto. Vtinam Amarem. amares. amaret. Amaremus. amaretis. amarent.
Pręterito perfecto. Vtinam Amauerim. amaueris. amauerit. Amauerimus. amaueritis. amauerint.
Præterito pluſquam perfecto. Vtinam Amauiſſem. iſſes. iſſet. Amauiſſemus. amauiſſetis. amauiſſent.
Futuro. Vtinam Amem. ames, amet. Amemus. ametis. ament.

¶Subiunctiuo modo.

Tempore præſenti. Cum Amem. ames. amet. Amemus. ametis. ament.
Præterito imperfecto. Cum amarem. amares amaret. Amaremus. amaretis. amarent.
Præterito perfecto. Cum Amauerim. amaueris. amauerit. Amauerimus. amaueritis. amauerint.
Præterito pluſ. perf. Cum Amauiſſem. iſſes. iſſet. Amauiſſemus. amauiſſetis. amauiſſent.
Futuro. Cum Amauero. amaueris. amauerit. Amauerimus. amaueritis. amauerint.

¶Infinitiuo modo.

Tempore pręſenti. Amare. preterito. Amauiſſe.
Futuro. Amaturum, vel amaturum eſſe vel [a]matum ire.



Futuro imperfectto. Amabitur.
Futuro perfecto. Amatum erit.

¶Imperatiuo modo.

Tempore præſenti. Ametur. Futuro, Amator vel amatum ſit.

¶Optatiuo modo.

Tp̃e p̃ſenti, vtinam Amaretur. preterito imperfecto. Vtinã Amaretur.
Præterito perfecto, vtinam Amatum ſit vel fuerit.
Præterito pluſq; perfecto, vtinam Amatum eſſet vel fuiſſet. Futuro vtinam Ametur.

¶Subiunctiuo modo.

Tempore præſenti, cum Ametur. Præterito imperfeto, cum Amaretur.
Præterito perfecto, cum Amatum ſit vel fuerit. Præterito pluſ. perfecto, cum Amatum eſſet vel fuiſſet.
Futuro, cum Amatum erit vel fuerit.

¶Infinitiuo modo.

Tempore præſenti. Amari, Pręterito. Amatum eſſe vel fuiſſe.
Futuro. Amãdum vel Amãdũ eſſe, vel Amatũ iri.

¶Paſſiua voce. Indicatiuo modo.

Tempore præſenti. Amor, amaris vel amare, amatur. Amamur, amamini, amantur.
Præterito imperfecto. Amabar, amabaris vel amabare. amabatur. Amabamur. amabamini. amabantur.
Pręterito p̄fecto, Amatus, a. ũ. ſum vel fui. Præterito pluſ. perfecto. Amatus. a. ũ. eram vel fueram.
Futuro imperfecto. Amabor. amaberis vl' amabere. amabitur. Amabimur. amabimini. amabuntur.
Futuro perfecto. Amatus, amata, amatum ero.

¶Imperatiuo modo.

Tp̃e p̃ſenti. Amare vel ameris. ametur. Amemur. amamini vel amemini. amentur.
Futuro, Amator vel amatus ſis. Amator vl' amatus ſit. Amemur vel amati ſimus. amaminor vl' amati ſitis, amãtor vel amati ſint.

¶Optatiuo modo.

Tempore præſenti, vtinam Amarer. amareris. vel. ere. amaretur. Amaremur. amaremini. amarentur.
Præterito imperfecto, vtinam Amarer, amareris vel. ere. amaretur. Amaremur. amaremini. amarentur.
Præterito p̄f. vtinã. Amatus. a. ũ. ſim vel fuerim, Præterito pluſ. p̄fecto Vtinã Amatus. a. ũ. eſſem vel fuiſſem.
Futuro, vtinã Amer. ameris vel. ere. ametur. Amemur, amemini. amentur.

¶Subiunctiuo modo.

Tẽpore p̃ſenti, cũ Amer. ameris vel amere. ametur. Amemur. amemini. amentur.
Præterito imperfecto, cum Amarer. amareris vel. ere. amaretur. Amaremur. amaremini. amarentur.
Præterito p̄fe. cũ Amatus, a. ũ. ſim vel fuerim, Præterito pluſ. p̄fecto, cum Amatus, a. um. eſſem vel fuiſſem.
Futuro, cũ Amatus, a. ũ. ero vel fuero.

¶Infinitiuo modo.

[illegible] amatũ eſſe vel fuiſſe.
Futuro, Amandum vel amandum eſſe, vel amatum iri.

¶Participia vocis paſſiuę.

Præteriti, Amatus, amata, amatum. Futuri. Amandus, amanda, amandum.

¶Secunda coniugatio.

DOceo, doces, docui, docere Docendi, docendo, docendum, Doctum, doctu, Docens, docturus. Doceor. doceris, Doctus, docẽdus.

¶Actiua voce. Indicatiuo modo.

Tempore pręſenti. Doceo, doces, docet. Docemus, docetis, docent.
Præterito imperfecto. Docebam, docebas, docebat, Docebamus, docebatis, docebant.
Pręterito p̄fecto. Docui, docuiſti, docuit. Docuimus docuiſtis, docuerunt uel docuere.
Pręterito pluſ. p̄f. Docuerã, docueras, docuerat. Docueramus, docueratis. docuerant.
Futuro imperfecto, Docebo, docebis, docebit. Docebimus. docebitis. docebunt.
Futuro perfecto. Docuero, docueris, docuerit. Docuerimus. docueritis, docuerint.

¶Imperatiuo modo.

Tempore p̃ſenti Doce vel doceas, doceat. Doceamus, docete vel doceatis, doceant.
Futuro doceto vl' docueris, doceto vel docuerit. Doceamus, vl' docuerimus, docetote vl' docueritis, doceto vel docuerint.

¶Optatiuo modo.

Tempore p̃ſenti. vtinam. Docerem, doceres, doceret. Doceremus, doceretis, docerent.
Præterito imperfecto, vtinam Docerem, doceres, doceret. Doceremus, doceretis, docerent.
Prærerito perfeto, vtinam Docuerim, docueris, docuerit. Docuerimus, docueritis, docuerint.
Præterito pluſ. p̄fecto vtinam Docuiſſem, docuiſſes, docuiſſet. Docuiſſemus, docuiſſetis. docuiſſent.
Futuro, vtinam Doceam, doceas, doceat, Doceamus, doceatis, doceant.

¶Subiunctiuo modo.

Tempore præſenti. cum Doceam, doceas, doceat. Doceamus, doceatis, doceant.
Præterito imp̄fecto cum Docerem, doceres, doceret. Doceremus, doceretis, docerent.

Præterito perfecto,cum Docuerim,docueris,docuerit. Docuerimus,docueritis,docuerint.
Præterito pluſ.perfecto,cum Docuiſſem,docuiſſes,docuiſſet. Docuiſſemus,docuiſſetis,docuiſſent.
Futuro,cum Docuero,docueris,docuerit. Docuerimus,docueritis,docuerint.

¶ Infinitiuo modo.

Tempore præſenti. Docere. Præterito,docuiſſe. Futuro,docturum vel docturum eſſe,vel doctum ire.
¶ Gerundia ſubſtantiua. Docendi,docendo,docendum.
Supina verba. Doctum,doctu.
Participia præſentis. Docens. Futuri, Docturus.

¶ Verbo impersonali. Idicatiuo modo.

Tempore præſenti. Docetur. Præterito imperfecto. Docebatur. Præterito perfecto, Doctum eſt vel fuit.
Præterito pluſ.perfecto, Doctum erat vel fuerat. Futuro imperfecto docebitur. Futuro perfecto, doctum erit.

¶ Imperatiuo modo.

Tempore præſenti. Doceatur. Futuro, Docetor vel Doctum ſit.

¶ Optatiuo modo.

Tempore præſenti, vtinam Doceretur. Præterito imperfecto vtinã Doceretur.
Præterito pfe. vtinã Doctũ ſit vel fuerit. Præterito pluſ.pfe. vtinã Doctũ eſſet vel fuiſſet. Futuro vtinã doceat.

¶ Subiunctiuo modo.

Tempore pſenti. cũ Doceat. Preterito impfecto cũ doceretur. Preterito perfecto, cum doctum ſit vel fuerit.
Præterito pluſ.perfecto, cum Doctum eſſet vel fuiſſet. Futuro, cum Doctum erit vel fuerit.

¶ Infinitiuo modo.

Tempore præſenti, Doceri. Præterito. Doctum eſſe vel fuiſſe. Futuro, Docẽdũ vel docendũ eſſe vel doctũ iri.

¶ Paſſiua voce. Indicatiuo modo.

Tempore præſenti. Doceor, doceris vel docere, docetur. Docemur, docemini. docentur.
Præterito imperfecto, Docebar, docebaris vel. are. docebatur. Docebamur. docebamini. docebantur.
Præterito perfecto, Doctus.a.um.ſum Vel fui. Præterito pluſ.perfecto, Doctus.a.um.eram vel fueram.
Futuro imperfecto. Docebor, doceberis vel. ere. docebitur. Docebimur, docebimini docebuntur.
Futuro perfecto. Doctus.a.um.ero. ¶ Imperatiuo modo.
Tempore præſenti. Docere vel docearis, doceatur. Doceamur, docemini vel doceamini. doceantur.
Futuro docetor vl' doct9 ſis, docetor vl' doct9 ſit, doceamur vl' docti ſim9, doceminor vl' docti ſitis, docetor vel docti ſint. ¶ Optatiuo modo.
Tempore præſenti, vtinam Docerer, docereris vel. ere. doceretur. Doceremur, doceremini, docerentur.
Præterito imperfecto, vtinã Docerer, docereris vel. ere. doceretur. Doceremur, doceremini, docerentur.
Præterito perfecto, vtinam Doctus.a.um. ſim vel fuerim. Præterito pluſ.per. Vtinam Doctus, docta do... eſſem vel fuiſſem.
Futuro, vtinam Docear, docearis vel doceare, doceatur. Doceamur, doceamini, doceantur.

¶ Subiunctiuo modo.

Tempore præſenti, cum Docear, docearis vel doceare, doceatur. Doceamur, doceamini doceantur.
Præterito imper. cum Docerer, docereris vel. ere. doceretur. Doceremur, doceremini, docerentur.
Preterito per. cũ doctus.a.um.ſim vel fuerint. Præterito pluſ.per. cũ. doctus.a.um. eſſem vel fuiſſem.
Futuro, cum Doctus.a.um.ero vel fuero. ¶ Infinitiuo modo.
Tp̃ep̃ſenti, Doceri. Preterito. Doctus.a.um. eſſe vel fuiſſe. Futuro. Docendũ, vel docendũ eſſe, vel doctum iri.
Participia vocis paſſiuæ. Præteriti. Doctuu.ã.um. Futuri Docendus.a.um.

¶ Tertia coniugatio.

LEgo, legis, legi, legere, Legẽdi, legẽdo, legẽdũ. Lectũ, lectu. Legẽs, lecturus. Legor, legeris, lectus, legẽdus.

¶ Actiua voce. Indicatiuo modo.

Tempore præſenti. Lego, legis, legit. Legimus, legitis, legunt.
Præterito imperfecto. Legebam, legebas, legebat. Legebamus, legebatis, legebant.
Preterito per. Legi, legiſti, legit. Legimus, legiſtis, legerunt vel legere.
Præterito pluſ.per. Legeram, legeras, legerat Legeramus, legeratis, legerant.
Futuro imper. Legam, leges, leget Legemus, legetis, legent.
Futuro per. Legero, legeris, legerit. Legerimus, legeritis, legerint.

¶ Imperatiuo modo.

Tempore præſenti. Lege vel legas, legat. Legamus, legite vel legatis, legant.
Futuro. Legito vel legeris, legito vel legerit. Legamus vel legerim9, legitote vel legeritis, legũto vel legerint.

¶ Optatiuo modo.

Tempore præſenti. vtinam Legerem, legeres legeret. Legeremus, legeretis, legerent.
Præterito imperfecto, vtinam Legerem, legeres, legeret. Legeremus, legeretis, legerent,



Præterito perfecto vtinã. Legerim, legeris, legerit. Legerimus, legeritis, legerint.
Præterito pluſq; pfecto, vtinã Legiſſem, legiſſes, legiſſet. Legiſſemus, legiſſetis, legiſſent.
Futuro, vtinam Legam, legas, legat. Legamus, legatis, legant.

¶ Subiunctiuo modo.

Tempore præſenti, cum Legam, legas legat. Legamus, legatis, legant.
Præterito impfecto, cum Legerem, legeres, legeret. Legeremus, legeretis, legerent.
Præterito perfecto, cum Legerim, legeris, legerit. Legerimus, legeritis, legerint.
Præterito pluſ.per. cum Legiſſem, legiſſes, legiſſet. Legiſſemus, legiſſetis, legiſſent.
Futuro, cum Legero, legeris, legerit. Legerimus, legeritis, legerint.

¶ Infinitiuo modo.

Tempore præſenti, Legere. Preterito, Legiſſe. Futuro, Lecturum, vel lecturum eſſe, vel lectum ire.
Gerundia ſubſtantiua. Legendi, legendo. legendum.
Supina verba. Lectum, lectu.
Participia præſentis. Legens. Futuri. Lecturus.

¶ Verbo impersonali. Indicatiuo modo.

Tempore præſenti, Legitur. Præterito imperſ. Legebatur. Preterito perfecto, Lectum eſt vel fuit.
Præterito pluſ.perfecto, Lectum erat vel fuerat. Futuro. imperfecto Legetur. Futuro perfecto, Lectum erit.

¶ Imperatiuo modo.

Tempore præſenti, Legatur. Futuro, Legitor, vel lectum ſit.

¶ Optatiuo modo.

Tempore preſenti, vtinam Legeretur, Preterito imper. vtinã Legeretur. Præterito per. vtinã Lectũ ſit vel fuerit.
Præterito pluſ.per. vtinam Lectum eſſet vel fuiſſet. Futuro, vtinã Legatur.

¶ Subiũctiuo modo.

Tempore præſenti, cũ Legatur. Præterito imper. cũ Legeretur. Præterito perfecto, cum Lectum ſit vel fuerit.
Præterito pluſ.perſe. cum Lectum eſſet vel fuiſſe. Futuro, cum Lectum erit vel fuerit.

¶ Infinitiuo modo.

Tempore præſenti, Legi. Præterito, Lectum eſſe vel fuiſſe. Futuro, Legendum vel Legendũ eſſe vel lectum iri.

¶ Paſſiua voce. Indicatiuo modo.

Tempore præſenti. Legor, legeris vel legere, legitur. Legimur, legimini, leguntur.
Præterito imperfecto. Legebar, legebaris, vel. are. legebatur. Legebamur, legebamini, legebantur,
Præterito pſe. Lect9.a.ũ.ſum vel fui. Præterito pluſ.per. Lectus.a.ũ. eram vel fueram. Futuro imperfecto, Legar, legeris, vel. ere. legetur, Legemur, legemini, legentur. Futuro perfecto, Lectus, lecta, lectum ero.

¶ Imperatiuo modo.

... Legamur, legimini vel legamini, legantur.
Futuro, Legitor vel lectus ſis, legitor vel lectus ſit. Legamur vel lecti ſimus, legiminor vel lecti ſitis, leguntor vel lecti ſint. ¶ Optatiuo modo.
Tempore præſenti, vtinam Legerer. eris. vel. legere legeretur. Legeremur, legeremini, legerentur
Præterito imper. vtinam legerer, legereris vel. ere. legeretur. Legeremur, legeremini, legerentur.
Præterito per. vtinam. Lectus.a.ũ. ſim vel fuerim. Præterito pluſ.per. vtinã Lectus.a.ũ. eſſem vel fuiſſem.
Futuro, vtinam Legar, legaris vel legare, legatur. Legamur, legamini, legantur.

¶ Subiunctiuõ modo.

Tempore p̃ſenti, cũ Legar, legaris vel legare, legatur. Legamur, legamini legantur.
Preterito imper. cum legerer, legereris vel legerere, legeretur. Legeremur, legeremini, legerentur.
Præterito per. cum Lectus.a.ũ. ſim vel fuerim. Preterito pluſ.per. cum Lectus.a.um. eſſem vel fuiſſem.
Futuro, cum lectus.a.ũ. ero vel fuero.

¶ Infinitiuo modo.

Tp̃e præſenti. Legi. Præterito. Lectum.ã.ũ. eſſe vel fuiſſe. Futuro, Legendum vel Legendum eſſe, vel lectum iri.

¶ Participa vocis paſſiuę.

Præteriti, Lectus, lecta, lectum. Futuri. Legendus, legenda, legendum.

¶ Quarta coniugatio.

AVdio, audis, audiui, audire, Audiendi, audiendo, audiendum, Auditum, auditu, Audiens, auditurus. Audior, audiris, Auditus, audiendus.

¶ Actiua voce. Indicatiuo modo.

Tempore præſenti. Audio, audis, audit. Audimus, auditis, audiunt.
Præterito imper. Audiebam, audiebas, audiebat. Audiebamus, audiebatis, audiebãt.
Præterito perfecto. Audiui, audiuiſti, audiuit. Audiuimus, audiuiſtis, audiuerunt, vel audiuere.
Præterito pluſ.per. Audiuerã, audiueras, audiuerat. Audiueramus, audiueratis. audiuerant.
Futuro imperfecto, Audiam, audies, audiet. Audiemus, audietis, audiens.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

Futuro perfecto. Audiuero, audiueris, audiuerit. Audiuerimus, audiueritis, audiuerint.

¶ Imperatiuo modo.

Tempore præſenti. Audi vel audias, audiat. Audiamus, audite vel audiatis, audiant.
Futuro. Audito vł audiueris, audito vel audiuerit. Audiamus vel audiuerimus, auditote, vel audiueritis, audiunto, vel audiuerint.

¶ Optatiuo modo.

Tpe p̄ñti, vtinã Audirẽ, audires, audiret. Audiremus, audiretis, audirent.
Præterito imper. vtinã Audirẽ, audires, audiret. Audiremus, audiretis, audirent.
Præterito per. vtinã Audiuerim, audiueris, audiuerit. Audiuerimus, audiueretis, audiuerint.
Præterito pluſ. per. vtinã Audiuiſſẽ, audiuiſſes, audiuiſſet. Audiuiſſemꝰ, audiuiſſetis, audiuiſſẽt.
Futuro, vtinã Audiã, audias, audiat. Audiamus, audiatis, audiant.

¶ Subiunctiuo modo.

Tpe p̄ſenti, cũ Audiã, audias, audiat. Audiamus, audiatis, audiant.
Præterito imper. cum Audirem, audires, audiret. Audiremus, audiretis, audirent.
Præterito ꝑfecto, cũ Audiuerim, audiueris, audiuerit. Audiuerimus, audiueritis, audiuerint.
Præterito pluſ. per. cũ Audiuiſſem, audiuiſſes, audiuiſſet. Audiuiſſemus, audiuiſſetis, audiuiſſent.
Futuro, cum Audiuero, audiueris, audiuerit. Audiuerimus, audiueritis, audiuerint.

¶ Infinitiuo modo.

Tpe p̄ſenti. Audire. Præterito. audiuiſſe. Futuro. Auditurũ, vel auditurũ eſſe, vel auditum ire.
Gerundia ſubſtãtiua. Audiẽdi, audiẽdo, audiẽdũ. ¶ Supina verba. Auditũ, auditu.
Participia præſentis. Audiens. Futuri. Auditurus.

¶ Verbo imperſonali. Indicatiuo modo.

Tpe p̄ſenti, Auditur. Præterito impfecto, Audiebatur. Præterito per. Auditum eſt vel fuit.
Præterito pluſ. per. Auditũ erat vel fuerat. Futuro, imper. Audietur. Futuro per. Auditũ erit.

¶ Imperatiuo modo.

Tempore præſenti. Audiatur. Futuro, auditor, vel auditũ ſit.

¶ Optatiuo modo.

Tempore præſenti, vtinam Audiretur. Præterito imperfecto, vtinam Audiretur.
Præterito per. vtinã Auditũ ſit vel fuerit. Præterito pluſ. per. vtinã Auditũ eſſet vel fuiſſet.
Futuro, vtinam Audiatur.

¶ Subiunctiuo modo.

Tpe p̄ſenti, cũ Audiatur. Præterito imper. cũ Audiretur. Preterito per. cũ Auditum ſit vel fuerit.
Præterito pluſ. per. cũ Auditũ eſſet, vel fuiſſet. Futuro, cum Auditum erit vel fuerit.

¶ Infinitiuo modo.

Tpe p̄ſñti Audiri. Præterito Auditũ eſſe vel fuiſſe. Futuro Audiẽdũ vel Audiendum eſſe, vel auditum iri.

¶ Paſſiua voce. Indicatiuo modo.

Tempore præſenti Audior, audiris vel audire, auditur. Audimur, audimini, audiuntur.
Præterito imperfe. Audiebar, audiebaris vel. are. audiebat. Audiebamur, audiebamini, audiebãtur.
Preterito perfecto. Auditus. a. ũ. ſum vel fui. Preterito pluſ. perfecto, Auditus. a. ũ. erã vel fueram.
Futuro imperfecto. Audiar, audieris vel. ere. audietur. Audiemur, audiemini, audientur.
Futuro perfecto, auditus, Audita, auditum ero.

¶ Imperatiuo modo.

Tpe p̄ſenti. Audire vel audiaris, audiatur. Audiamur, audimini vel audiamini, audiantur.
Futuro Auditor, vel auditus ſis, Auditor vel auditus ſit, Audiamur vel auditi ſimꝰ, audiminor vł auditi ſitis. Audiuntor vel auditi ſint.

¶ Optatiuo modo.

Tpe p̄ſenti, vtinã Audirer, audireris, vel. ere. audiretur. Audiremur, audiremini, audirentur.
Præterito imperfe. vtinã Audirer, audireris vel. ere. audiretur. Audiremur, audiremini, audirentur.
Præterito perfecto, vtinam Auditus, audita, auditum ſim, vel fuerim.
Præterito pluſ. perfecto, vtinam Auditus, audita, auditum eſſem vel fuiſſem.
Futuro vtinã Audiar, audiaris vel audiare audiatur. Audiamur, audiamini, audiantur.

¶ Subiunctiuo modo.

Tpe p̄ſenti, cũ Audiar audiaris, vel audiare, audiatur. Audiamur, audiamini, audiantur.
Præterito imperfecto, cum Audirer, audireris vel. ere. audiretur. Audiremur. audiremini, audirentur.
Præterito ꝑfecto. cũ Auditus. a. ũ. ſim vel fuerim. Præterito pluſ perfecto. cũ Auditus. a. um. eſſem, vel fuiſſem
Futuro, cum Auditus. a. um. ero vel fuero. ¶ Infinitiuo modo.
Tpe p̄ſenti, Audiri. Præterito, Auditum. ã. um. eſſe vel fuiſſe. Futuro Audiẽdũ vel audiẽdũ eſſe, vel auditũ iri.
Participia vocis paſſiuę, Præteriti, Auditus. ã. um. Futuri, Audiendus. a. um.



De formatione. Analogia, quã ꝓportionẽ Quintilianꝰ interpretat̃, in nulla grãmatices parte magis deſetuit nobis, quã in verborũ cõiugatiõe: vt vł ſola ꝓpemodũ poſſit in hac vna parte ſufficere: præterq̃ in præteritis & ſupinis, q̃ a proportione plerũq; diſceſſerũt. Nã ſi amo as. fecit i p̄terito im perf. indicatiui amabã, & i futuro amabo, poſſis nullo præcepto ſed ſola analogia duce ab eo ꝙ eſt porto. as. & ab eo quod ãbulo. as facere portabã ambulabã, portabo ambulabo. Quia tñ video græcos & latinos circa tẽporũ formationẽ, atq; et perſonarũ, q̃ a prima verbi poſitione defluxerũt, laboraſſe: nõ oĩno & nos otioſũ, eſſe putauimus hac de re p̄cepta tradere.

¶ De formatione verborum regulariũ. Cap. vi.

Amo, doceo, lego, audio: nõ formant̃ aliũde quin potius alia tẽpora formantur ab eis. Amabam, docebam formantur a ſecunda perſona ſingulari pręſentis indicatiui modi ablata. s. & addita. bam.

Legebã, audiebã formant̃ a prima ꝑſona ſingulari p̄ñtis indicatiui mõi. o. mutata in. e. & addita. bã. p̄ter. eo is. quod mittit. ibã. & queo. quis. quibam

Amaui. docui. legi. audiui non formantur aliunde: quin potius reliqua tempora, quæ circunloquimur in voce paſſiua, formantur ab eis.

¶ Amo. doceo. lego, audio. Cũ verborũ cõiugationes quatuor ſint, quatũ diuerſitas colligit præcipue ex ſcd'a perſona p̄ñtis indicatiui modi & p̄ñis infinitiui. proponit quatuor verba, q̃ explicita per ões voces, modos, nũeros & perſonas exhibẽt nobis imaginẽ totius cõiugationis et quibus in locis illius partes iter ſe cõueniãt. Dicit igitur i primis Q. d' p̄ria v̄bi poſitio, hoc eſt, ꝙ prima ꝑſona p̄ñtis indicatiui nõ format̃ aliunde: quin potius ipſa ginit ex ſe reliqua, alia tẽpora. Eſt. n hæc in verbo, quod in nomine rectus. Et quẽadmodũ gignẽdi caſus inię oñdit nobis quotæ declinationis eſt nomẽ, eodẽ modo ſecunda perſona p̄ñtis indicatiui, q̃ primũ diceſſit a verbi poſitione oñdit quotæ cõiugatiõis eſt verbum. nã q̃ mittũt in. as. ſũt primę, quæ in. es ſunt ſecundę, q̃ in is. breuẽ ſũt tertiæ, q̃ in. is. productã quartæ: quã quidã nõ quartam, ſed tertiã ꝓductã dixerũt. Sed quẽadmodũ prima verbi poſitio ſemper terminat̃ in. o. vel in. or. præterq̃ in verbis defectiuis & irregularibus, ita ſecũda cõiugatio habet ꝓpriã terminationẽ in. eo. & quarta ſẽper in. io. præter eo & queo cũ cõpoſitis: q̃ cũ ſint quartę. tñ terminãt in eo. Sũt pręterea pauca verba primę cõiugatiõis q̃ terminãt in. eo. vt meo. as. nauſeo. as. & aliq̃n plura tertiæ q̃ terminant in. io. vt facio facis. fodio fodis, fugio. is. Primæ itaq; cõiugationis poſitio mittit ſecũdã perſonã. o mutata in as vt amo amas, porto. as. Secũdæ vero. o. mutata in. s. vt doceo doces. ſtudeo. es. eſtq; minor vna ſyllaba. Tertiæ vero cũ in. io. deſinit. o. mutata in. s. eſtq; minor æq; vna ſyllaba, vt facio facis. fugio is. Alia tñ eiuſdẽ cõiugationis quacũq; litera p̄cedẽte. o mutata in. is. vt ſcribo. is. dico. is. ſcãdo. is. lego. is. Quartæ cõiugationis. io. vł. eo. mutatis in. is. vt audio. is. polio. is. eo. is. queo. qs. Tertia perſona fit. s. finali ſecũdę perſonæ mutata in. t. vt amas amat. doces cet. legis legit. audis. dit. Prima perſona pł'alis fit. mu. interpoſita inter. s. finalẽ ſcdæ perſonæ & pręcedẽtẽ vocalẽ. vt amas amamus. ſecunda perſona pluralis fit. ti. interpoſita, vt amas. atis. Tertia perſona pluralis in prima q̄dẽ & ſecũda cõiugatione fit a tertia perſona ſingularis. n. interpoſita inter. t. finalẽ & vocalẽ percedẽtẽ. vt amat. amãt, docet docẽt. In tertia vero & quarta fit primæ poſitionis. o. finali mutata in vnt. vt lego, legũt. facio, vnt. audio. vnt. eo, eunt.

¶ Amabã, docebã. Præteritũ imperf. primę cõiugationis, atq; ſecũdæ fit a ſecũda ꝑſona ſingularis p̄ñtis indicatiui ablata. s. & addita. bã. vt amas amabã. doces. docebã. Legebã & audiebã. hoc eſt verba. tertię & quartę cõiugationis fiũt primę verborũ poſitionis. o. finali. mutata. in. e. & addita bã. vt lego. gebã. facio faciebã, audio. diebã. Eo tñ & queo ſequũtur rõnẽ verborũ prim & ſecundę cõiugationis, q̃ formãt præteritũ imperf. vt diximꝰ, a ſecũda perſona p̄ñtis indicatiui ablata. s. & addita bã vt queo qs q bã. eo. is. ibã. Ad quorũ ſilitudinẽ antiquiores poetæ præſertim hoc tẽpus formabãt in oibus verbis quartæ coniugationis. vt Ver. vii. æñ. Tũc mihi prima genas veſtibat flore iuuẽta. Idẽ in eodẽ. Certatis ſquãmis ſerpẽtũ auroq; polibãt: ꝓ veſtiebãt: & poliebãt. Scd'a ꝑſona ſingularis fit. m. mutata in. s. vt amabã amabas. Tertia ꝑſona ſingularis fit. m. mutata in. tis. vt amabã amabat. Prima ꝑſona pł'alis fit addita. vs. amabã amabamꝰ. Scd'a perſona pł'alis. fit. m. mutata. in. tis. vt amabã. amabatis. Tertia ꝑſona eiuſdẽ nũeri fit. m. mutata in. nt. vt amabã amabãt. ¶ Amaui. docui. legi. audiui Oĩs p̄teriti ꝑfecti indicatiui mõi prima perſona ſingularis deſinit in. i. quę tñ nullã certã ꝓportionẽ verborũ ſequit̃ a quibꝰ deſcẽdit: niſi ꝙ verba primæ & quartæ cõiugationis plerũq; formãt a ſecũda perſona p̄ñtis indicatiui. s. ablata & addita. vi. vt amas. amaui. porto. as. aui. audio. is. iui. Sed de vltimis & penł'timis ſyllabis p̄teritorũ in tertio cap. li. ſecundi explicabimus. Scd'a ꝑſona ſingularis fit ſupra primã. ſti. aſſũpta, vt amaui amauiſti. Tertia ꝑſona eiuſdẽ nũeri fit. t aſſumpta vt amaui amauit. Prima perſona pł'alis fit aſſumpta. mus. vt amaui amauimus, Secũda eiuſdẽ nũeri fit. ſtis. aſſũpta, vt amaui amauiſtis. Tertia eiuſdẽ nũeri fit. i. finali mutata in. e. & aſſũpta rũt. vł. re. vt. amaui amauerũt vł amauere. Hoc tẽpus crebras recipit abſciſſiões. neq; id tãtũ in carmine verũ etiã in ꝓſa oratione: maxime in verbis primę cõiugationis, q̃ mittũt pręteritũ i aui. præter quã laui, q̄d ip̄m videt̃ abſciſſum ab eo q̄d eſt lauaui. neq;. n. poſſemꝰ dicere laſti ꝓ lauaſti. Et i verbis tertiæ & quartæ, q̃ mittũt p̄teritũ in. iui. ſed in verbis primæ recipit tãtũ abſciſſionẽ in ſecũda perſona ſingularis nũeri: & in ſecũda et tertia pł'alis, vt amaſti ꝓ amauiſti. amaſtis ꝓ amauiſtis, amarũt ꝓ amauerũt. In verbis tertiæ & quartæ oẽs perſonę poſſũt recipere abſciſionẽ. vt ſapii ſapiiſti ſapiit. ꝓ ſapiui ſapiuiſti ſapiuit. & in pł'ali ſapiimus. ſapiiſtis. ſapierũt vel ſapire, ꝓ ſapiuimus ſapiuiſtis ſapiuerũt vł ſapiuere. audii audiiſti. audiit. ꝓ audiui audiuiſti. audiuit, audiimus audiiſtis audierũt vł audiere, ꝓ audiuimꝰ audiuiſtis. audiuerũt. vł audiuere. Et in oibus cõpoſitis ab eo. is. iui. ſemꝑ fit abſciſio. Vt pręterii potius quã pręteriui. redii. adii. inii. ꝓdii, potius quã rediui. adiui iniui ꝓdiui. & eodẽ modo de reliquis. Illud etiã eſt aduertẽdũ in ſcd' is perſonis vtriuſq; numeri duplex. i. abſciſſorum poſſe ꝑ ſyneræſin coire in vnũ. i. lõgũ. vt ſapiſti ꝓ ſapiiſti. Martia. nubere vis priſco. nõ miror. Paula ſapiſti. eodẽ mõ dicimꝰ poliſti poliſtis. ꝓ poliiſti, poliiſtis. audiſti audiſtis, ꝓ audiiſti, audiiſtis: facimꝰ etiã ſyncopẽ in hoc v̄bo noui. vt noſti ꝓ nouiſti noſtis ꝓ nouiſtis. Ab eo q̃q; quod eſt admoueo Verg. dixit in. iiii Hyrcanæq; admorũt vbera tigres. & primo añ. ab eo ꝙ eſt accedo acceſſi. Idẽ quoq; dixit. Acceſtis ſcopulos vos & cyclopeia ſaxa: & ab eo q̄d eſt dirigo direxi. dixit in. vi. dardana q paridis direxi tela manuſq;. Hor. quoq; ab eo q̄d' ẽ euado euaſi dixit i. ii. ſermonũ. Euaſti credo metuẽs doctꝰ q; cauebis.

Et Catullus ad Ortallum: Et tu nõ orbum luxti deſerta cubile.pro luxiſti.Oui.xi.& quæ pars admonet abſtit,pro abſtitit dixit.& Propertius: Quoties raro duxti ſuſpiria motu.pro duxiſti.¶ Amauerã docuerã.legerã.audiuerã hoc eſt primũ ex circunloquijs vocis paſſiuę q̃ formãt a p̃terito perf.indicatiui .i finali mutata in.e.& addita rã.vt amaui.amauerã.docui.docuerã.legi.legerã.audiui.audiuerã.Secunda perſona fit.m.finali mutata in s.vt amauerã.ras.docuerã.ras.legerã.ras.audiuerã.ras. Tertia eiuſdẽ nũeri fit.m.mutata in.t. vt amauerat,docuerat. legerat. audiuerat. Prima p̃ralis fit addita. vs.vt amauerã.amaueramꝰ.Secunda eiuſdẽ nũeri fit.m.mutata in.tis. vt amauerã amaueratis.Tertia eiuſdẽ nũeri fit.m. mutata i. nt.vt amauerã amauerãt.Recipit tñ hoc tp̃s abſciſionẽ i verbis fere iiſdẽ,qbꝰ p̃teritũ pf. recipiebat: & hoc in oĩbꝰ perſonis.vt amarã.ras rat.ramus ratis.rãt.norã.ras.rat.noramus.ratis.rãt cupierã.ras.rat.ramus.ratis rãt.audierã ras.rat. ramus.ratis.rãt. Ab eo quoq; quod eſt remoueo dixit Hora. in.ij. ſer. Verũ vbi ſe a vulgo & ſcæna in ſecreta remorãt,ſed hoc fortaſſe tãtum in carimine. qꝺ pſa oratio nõ admitteret.& ab eo quod eſt ſurripio dixit idẽ Hora.iiij.car.q̃ me ſurpuerat mihi.pro ſurripuerat.Idẽ.ij.ſer.vnũ me ſurpite morti pro ſurripite. ¶Amabo. docebo. hoc ẽ quod futurũ indicatiui mõi primæ & ſecundæ cõiugationis formãt a ſecũda perſona p̃ñtis indicatiui mõi ablata.s. & addita bo.vt amas amabo,doces,docebo. Secũda p̃ſona eiuſdẽ nũeri.fit.o finali mutata in.is.vt amabo,amabis.Tertia quoq; fit. o.mutata i.it. vt amabo.amabit.Prima p̃ſona p̃ralis fit.o.mutata ĩ imꝰ.vt ambo.bimꝰ. Secunda perſona eiuſdem numeri fit.o.mutata in.tis.vt amabo.bitis. Tertia perſona eiuſdẽ numeri fit.o.mutata in.vnt. Vt amabo.amabunt. ¶Legã.audiam.hoc eſt ꝙ futurum indicatiui tertiæ & quartæ cõiugationis fit a prima verbi poſitione.o.mutata i.am.vt lego.legã.antiquiores in.em.terminabãt.Quin.li.i. Quid nõ Cato Cẽſorius dicã & faciã,dicẽ & faciẽ ſcripſit,eundẽq; in cæteris,q̃ ſilr cadunt,modum tenuit: quod ex veteribus eiꝰ libris manifeſtũ eſt, & a Meſſala in li.de.s litera poſitum.Secunda perſona eiuſdẽ numeri fit.am.mutata in. es.vt legã,leges. ~~Tertia eiuſdẽ nũeri fit.am~~ mutata in.et.vt lagã leget Prima p̃ſona p̃ralis fit.am,mutata in.emꝰ.vt legam legemꝰ. Secunda eiuſdẽ numeri fit.am.mutata in etis.vt legam legetis. Tertia eiuſdẽ numeri fit.am,mutata in.nt.vt legam legẽt Duo tñ verba eo.is.queo.quis miſerunt hoc tẽpus in ibo.quibo.retinentq; illud. i.per vtrũq; numerum & oẽs perſonas,vt ibo.ibis.ibit ibimꝰ.itis.ibũt.qbo.qbis qbit.bimꝰ.bitis. qbũt.Antiqores quoq; ad horũ ſilitudinẽ declinabãt i futuro verba quartę coniugationis. vt audibo. ibis.audibit.audibimꝰ.bitis.audibũt. Cęciliꝰ: Audibis male,ſi male dicis mihi.Eniꝰ i Telamone: Vbi molarum ſtrepitũ audibis. Propertiꝰ: Lenibũt tacito vulnera noſtra ſono. Plautꝰ in Aulularia. Teſtudineum iſtum gradibo gradum. ¶Amauero docuero.legero.audiuero.hoc eſt futurum perfectum indicatiui modi,quod eſt vnum ex circunloquijs vocis paſſiuę,formãt a p̃terito perf.eiuſdẽ indicatiui.in prima perſona i.finali mutata in.e.& addita.ro.vt amaui.vero.docui,cuero.legi.gero.audiui.vero.Secunda perſona eiuſdẽ numeri fit a prima perſona.ro mutata in.ris. Tertia eiuſdẽ numeri.ro mutata in. rit.Prima p̃ralis fit.ro.mutata in.rimus.Secunda eiuſdẽ numeri.ro.mutata in.ritis. Tertia eiuſdẽ numeri ro.mutata in.rint.Recipitq; hoc tẽpꝰ abſciſionẽ in verbis fere iiſdẽ,quibꝰ p̃teritum recipiebat. Qua eñ ratione & autoritate hoc futurũ cum aliis quibuſdã tẽporibus adiecerimꝰ. ſuperius diſputauimꝰ.

DE formatione imperatiui. ¶Ama doce lege audi Quia imperatiuus aliquantulum diuerſitatis hẽt in declinatione,decet formare oẽs perſonas numeri atq; tp̃is vtriuſq;. Tñ aduertẽdũ eſt tria illa dic.duc,fac,receſſiſſe a formatione aliorum,ne cõcurrant,vt aiunt,cum obliquis horum noĩa dica.dice. dux.duce.fax.face.Et ab eis cõpoſita.vt maledic.p̃dic.deduc. benefac.malefac,q̃ apud ãtiquiores fuerũ dice.duce.face. Vñ & ver.antiquitatis amator edice p̃edic dixit. Tu Voluſi amari volſcorũ edice maniplis.a facio vero cõpoſita,ſi p̃poſitionẽ acceperint,ad regulam veniunt vt inficio,ifice.Ouid. ij.metamor.Infice tabe tua natarũ Cecropis vnã deficio.defice. Virg.ij.æñ.Dubijs nec defice rebꝰ. Illud quoq; aĩaduertẽdũ eſt:ꝙ oẽs fere grãmatici poſuerunt in futuri tertia perſona p̃ li duplicẽ terminatione,vt amãto vl̃ amantote,docento vl̃ docẽtote,ſed terminationes illæ ſecundæ diſceſſerunt ab vſu,atq; ideo a nobis quoq; ſublatæ ſunt.

Amaueram docuerã,legerã,audiuerã formãtur a prima perſona ſingulari præteriti perfecti indicatiui modi.i,mutata in.e.& addita,ram

Amabo.docebo formantur a ſecunda p̃ſona ſingulari p̃ſentis indicatiui mõi ablata.s.& addita bo.

Legam,audiã formantur a prima perſona ſingulari pręſentis indicatiui modi o mutata in am, præterquam Eo.is.ibo.Queo.quis.quibo.

Amauero. docuero. legero. audiuero formantur a prima perſona præteriti perfecti indicatiui modi.i.mutata in e,& addita.ro.

¶De formatione imperatiui.

AMa. doce. audi formantur a ſecunda perſona ſingulari pręſentis indicatiui.ablata.s.

Lege formatur a ſecunda perſona pręſentis indicatiui modi.is.mutata in.e. Dicimus tñ dic duc. fac, p̃ dice,duce.face,& eodẽ mõ,de cõpoſitis ab illis.

Amet,doceat,legat, audiat ſimilia ſunt tertiæ perſonæ ſingulari futuri optatiui modi.

Amemus. doceamus. legamus. audiamus ſimilia ſunt primæ perſonę plurali futuri optatiui modi.

Amate.docete legite audite formãtur a tertia perſona ſingulari pręſentis indicatiui modi addita e.

Ametis.doceatis. legatis,audiatis ſimilia. ſunt ſecũdæ perſonæ plurali futuri optatiui modi.

Ament. doceant.legant.audiant.ſimilia ſunt tertiæ perſonæ plurali futuri optatiui.modi.

Amato. doceto. legito. audito formantur a tertia perſona præſentis indicatiui modi,addita.o.

Amemus. doceamus. legamus. audiamus ſimilia ſunt primæ perſonę plurali futuri optatiui mõi.

Amatote. docetote. legitote. auditote formantur a ſecũda perſona ſingulari eiuſdẽ futuri addita te.

Amãto.docẽto.legũto.audiunto formãtur a tertia p̃ſona p̃li pręſentis indicatiui modi addita o,

Cętera huius temporis ſimilia ſũt futuro ſubiũctiui



DE formatione optatiui. ¶Amarẽ.docerẽ.legerẽ.audirẽ. Hoc eſt,ꝙ p̃ñs optatiui modi formãt a ſecũda perſona p̃ñtis imperatiui addita rẽ,vt ama,vtinã amarẽ,doce,docerẽ.lege,legerẽ.audi audirẽ.Secũda perſona fit.m.mutatã in.s.Tertia.m.mutata in.t.Prima pluralis addita.us.Secunda eiuſdẽ nũeri.m.mutata in.tis.Tertia adhuc eiuſdẽ.m.mutata in.nt.vt vtinã amarẽ amares amaret, amaremus.retis.rent.Sed illa,dicerẽ,ducerẽ,facerẽ,ſequuntur regulã antiquã a dice duce face. ¶Amarẽ,docerem,legerẽ,audirẽ.Hoc ẽ,præteritũ imper.optatiui modi eodẽ mõ formãt quo p̃ñs eiuſdẽ optatiui modi. ¶Amauerim. docuerim.legerim audiuerim.Hoc eſt,præteritũ perfe.optatiui modi qꝺ eſt vnum ex circunloquijs vocis paſſiuæ, formãt a præterito perfecto indicatiui modi in p̃ria perſona.i.finali mutata in.e.addita.rim.vt amauerim,docuerim,legerim,audiuerim. Secũda perſona eiuſdẽ nũeri fit a prima p̃ſona.m finali mutata in.s. Tertia eiuſdẽ nũeri fit ab eadẽ p̃ria.m.finali mutata in.t.vt amaueris amauerit.Prima p̃ſona pluralis fit a prima ſingularis addita.vs.Secunda eiuſdẽ nũeri. m.mutata in.tis.Tertia eiuſdẽ quoq; nũeri .m.mutata i.nt.amaueritis.amauerint.Recipit tñ hoc tẽpꝰ eaſdẽ abſciſſiones,quas reliqua circũloquia q̃ a præterito indicatiui modi formãtur. ¶Amauiſſem,docuiſſẽ, legiſſem,audiuiſſẽ.Hoc ẽ, præteritũ pluſq; perfectũ optatiui modi, qꝺ eſt vnũ ex circũloq̃js vocis paſſiuæ,formãt a pręterito p̃fecto indicatiui modi addita.s.& ſem.vt amaui,vtinã amauiſſem,docui docuiſſem:legi legiſſem,audiui audiuiſſem Secunda perſona eiuſdẽ numeri fit.m.mutata in.s.& rurſus.Tertia.m.mutata in.t.& prima pluralis addita.vs.& ſecunda eiuſdẽ.m mutata i. tis. & tercia adhuc eiuſdẽ.m.mutata in.nt. vt vtinã amauiſſem. viſſes.viſſet.amauiſſemꝰ.viſſetis.viſſent.Hoc tẽpꝰ atq; etiã præteritũ pluſ.perfectũ ſubiũctiui,quod eſt in terminatione illi ſilr,atq; ẽt pręteritũ infinitiui,qd vtriq;.m.finali ſubtracta ſimilat, recipiunt abſciſionẽ in oĩbꝰ p̃ſonis vtruſq; nũeri,in verbis p̃riæ cõiugationis mittẽtibꝰ p̃teritũ in.aui.a.&.v.cõſonãte extritis. In verbis tertiæ & quartæ q̃ mittũt præteritũ in.iui.v.tãtũ cõſonãte diſploſã,aut facta ſynæreſi.i.&.u.reiectis,vt vtinã amaſſem:cũ amaſſem,amaſſe p̃ vtinã amauiſſem,cũ amauiſſẽ,amauiſſe.vtinã cupijſſe,vel cupiſſem:cũ cupijſſem, vel cupiſſem: cupijſſe,vel cupiſſe: p̃ vtinã cupiuiſſem,cũ cupiuiſſem,cupiuiſſe,vtinã audijſſem vl̃ audiſſem.cũ audijſſẽ vel audiſſem:audijſſe vel audiſſe, p̃ vtinã audiuiſſẽ, cũ audiuiſſem,audiuiſſe.Sed hæ abſciſiones carmini atq; oratiõi ſolutæ cões ſunt:illæ tãtũ poeticę. a viuo vixi,vixet,p̃ vixiſſet. Verg.xi.æñ. Vixet cui vitã deus aut fortuna dediſſet.Et ab extingo.is.extinxi.extinxẽ.Idẽ quarto æneidos:cũ gñe extinxem: memet ſuper ipſa dediſſem. Repo repis repſi,repſem,Hora.primo ſermonũ: nũquã repſemus,prepſiſſemus.Idẽ in eodem.natis diuiſſe duobus,prodiuiſiſſẽ: ſicut & in alio loco dixit:ſeruis dum munia didit pro diuidit. Abſceſſem,pro abſceſſiſſem.Silius.lib.viij.punicorum.Neq; abſceſſem thalamo in magna ininatꝰ.Ab eo quoq; qꝺ eſt noui,licet in proſa oratiõe dicere vtinã noſſem,cũ noſſem,noſſe. Illud vero quod Hora.dixit ſecũdo ſermonũ.Diſpereãt ni ſummoſſes oẽs:licet in carmine tantũ dicere. Quintilianus libro primo,vbi de analogia diſputat etiã in proſa oratiõe nõ putat eſſe vtendũ verbo integro ex rõne proportionis in hoc tẽpore & ſimilibus, Permittamus(inq̃t)iis ſcilicet:qui cõtra vſum analogiã defendũt dicere audiuiſſe & ſciuiſſe Et paulopoſt dicere cõſeruauiſſe potius q̃ quod dicimus,hoc eſt conſeruaſſe. ¶Amem.Hoc eſt,ꝙ verba primæ cõiugationis formãt futurũ optatiui modi.o.finali præſentis indicatiui mutata in.em.vt amo,vtinã amem. ¶Doceã legã,audiã.Hoc eſt,ꝙ in ſecũda tertia & quarta cõiugatione futurũ eiuſdẽ nũeri fit ab eadẽ prima verbi poſitione.o.mutata in.am.vt doceo doceã,lego legã,audio audiã.Secũda p̃ſona eiuſdẽ nũeri fit a prima p̃ſona eiuſdẽ futuri.m.mutata in.s.& tertia perſona eiuſdẽ.m.mutata in.t.vt amem,ames,amet.Prima p̃ſona pluralis fit a prima perſona ſingulari addita.vs.Secũda eiuſdẽ nũeri ab eadẽ prima perſona ſingulari.m.mutata in.tis. Tertia eiuſdem numeri ab eadem prima perſona ſingulari.m.mutata in.nt.vt amemus:ametis,ament.

DE formatione ſubiũctiui. ¶Amẽ,doceã,legã,audiã. qa futurum optatiui ſimile eſt pręſentis ſubiũctiui modi nõ opus eſt hoc loco ab integro formari. ¶Amarẽ docerẽ legerẽ audirem. idem dicit de præterito imperfecto ſubiunctiui quod eſt ſimile præterito imperfecto optatiui modi atq; hic nõ ẽ neceſſe iterũ formari.¶Amauerim docuerim,legerim,audiuerim.nõ eſt opꝰ formari.qa ſilr eſt pręterito p̃fecto optatiui eaſdẽq; patit abſciſiões,vt amarim.ris.rit.amarimus.ritis.rint. Audierim.ris.rit,audierimus.ritis.rit. Hora.ij.ſer.ac ille qui me commorit.Silius quoq;.qui memet finibus vnquam amorim Auſonijs ¶Amauiſſem docuiſſem. præteritum pluſq; perfectum ſubiunctiui eaſdẽ abſciſiones,formationẽq; habet,quas præteritum optatiui. ¶Amauero,docuero,ideſt,futurum ſubiũctiui eodẽ modo formãt,eaſdemq; abſciſiones habet, quas futurũ perfe.indicatiui modi

De formatione.Optatiui.

VTinam amarẽ,docerẽ,legerẽ.audirẽ formãt a ſcd'a p̃ſona ſinglari p̃ñtis i̇patiui mõi addita rẽ

Pręteritum imper.eodem modo formãt,quo p̃ñs.

Amauerim.docuerim.legerim audiuerim.formantur a prima perſona præteriti perfecti indicatiui modi.i.mutata in.e.& addita.rim.

Amauiſſem.docuiſſem,legiſſem,audiuiſſẽ.formantur a prima perſona ſingulari præteriti perfecti indicatiui modi addita.s & ſem.

Amem formatur a prima perſona præſentis indicatiui modi.o.mutata in.em.

Doceam.legam.audiam formantur a prima perſona pręſentis indicatiui modi.o mutata in.am,

¶De formatione ſubiunctiui.

AMem.doceam.legam.audiam.eodem modo formantur,quo futurum optatiui modi.

Amarem docerem.legerem.audirem.eodem modo formantur,quo præſens optatiui modi.

Amauerim.docuerim.legerim.audiuerim formantur a prima perſona ſingulari p̃teriti perfecti indicatiui modi.i.finali mutata,in e.& addita rim.

Amauiſſem,docuiſſẽ.legiſſẽ.audiuiſſẽ eodem mõ formant,quo p̃teritum pluſ.perfe.optatiui modi.

Amauero.docuero.legero.audiuero formantur a præterito perfecto indicatiui modi,i.finali mutata in e.& addita ro.

DE formatione infinitiui. ¶Præſens eo modo formatur quo præſens optatiui:& præteritum eo modo,quo præteritum eiuſdem optatiui,vt amare amauiſſe.&c.

DE formatione gerundiorū. ¶Amādi,amādo,amādum.Hoc eſt ꝙ gerūdia ſubſtātiua formanť a genitiuo ſingulari participij pn̄tis tēporis.tis.finali mutata in.di.pro primo gerūdio:& in do pro medio:& in.dum.ꝓ vltimo. Quēadmodū vero Participiū ipm formeť ſtatim dictu9 eſt.

DE formatione ſupinorū. ¶Amatū amatu.Quod ſupina nō hn̄t aliqd prius vn̄ formentur,& ꝙ de p̄terito perf.idicatiui mōi dixim9 ꝙ nullā ſequiť proportionē verborū a qbus deriuať.Et ita videť in verbo tres eſſe poſitiōes: a quibus tota coniugatio deducit:pn̄s indicatiui:p̄teritū pf.eiuſdē.& ſupinū. Et quēadmodum a preterito formantur reliqua ſex tp̄a que circunloquimur in voce paſſiua:ita a ſupino formať p̄ticipiū futuri tp̄is actiuæ vocis,& participiū p̄teriti paſſiuæ.

DE formatione participiorum. ¶Amās,docēs,legēs audiēs.Hoc ē participium pn̄tis tp̄is cuiuſcumq; cōiugatiōis formať a prima perſona p̄teriti imperf.indicatiui mōi.bā.ſyllaba finali mutata in.ns.vt amabā amās.Meminer is tn̄ participia duorum verborum.Eo.is.cum ſuis cōpoſitis recepiſſe.e.mediā ſcd'm rōē hui9 formatiōis.Itaq; ab.eo.is.dicim9 iēs euntis.& a queo.qs qens q̄untis,qđ magis in eorum cōpoſitis itelligiť,vt p̄teriēs.rediēs.ꝓdiens,nequiēs.¶Amatur9 ꝙ participium futuri tēporis actiuæ vocis formať ab vltimo ſupino addita.rus.vt ab amatu.amaturus amatura amaturum. ¶Amatus,ꝙ participium p̄teriti tēporis vocis paſſiuę formať ab eodē vltimo ſupino addita s.vt ab amatu.amatus.amata.amatum. ¶Amādus amāda amādum.ꝙ participium futuri tēporis paſſiuæ vocis,cui gerundia adiectiua per oīa ſimilāť p̄terq; in ſignificatiōe,formať a gtō ſingulari participij pn̄tis actiuæ vocis.tis finali mutata ī.d9.da.dū.vt amās amātis amād9.da.dū. Antiqores tn̄ participia & gerundia tā adiectiua q̄ ſubſtantiua tertię & quartæ cōiugatiōis ī.vnd9.vnda.vndum.mittebāt.Vn̄ad huc ſunt apđ iure cōſultos tituli de cōmuni diuidundo,& finium regundorum& familiæ herciſcūdæ & apđ Plautum i noſtris mercimonijs emūdis vēdūdiſq;,et Ius dicūdū.ſed hæc exoleuerūt,p̄terq; i hoc verbo eo is.& ſuis cōpoſitis.vt adeundi,adeūdo adeundū.adeūd9.a.um.

¶De formatione Infinitiui.

AMare,docere,legere,audire formāť a ſecūda pſona ſinglari pn̄tis impatiui modi addita re.

Amauiſſe,docuiſſe,legiſſe,audiuiſſe formāť a p̄teriti perfecti prima perſona ſingulari addita.s.&.ſe

¶De formatione gerundiorum/ſupinorum/& participiorum.

AMādi.amādo,amandū. Docēdi,docēdo,docendum.Legēdi,legendo,legendum. Audiēdi,audiendo,audiendū formanť a genitiuo ſingulari participij p̄ſentis.tis.mutata in.di.do.dū.

Aamatum amatu.doctum doctu,lectum lectu.auditum.auditu nō habent vnde formari poſſint.

Amans,docens,legens audiens.formātur a prima perſona p̄teriti imperfecti indicatiui modi.bam,finali mutata in.ns.

Amatur9,docturus,lecturus,auditurus,formantur ab vltimo ſupino addita.rus.

Amatus,doctus,lectus,auditus formantur ab vltimo ſupino addita.s.litera.

Amandus,docendus,legendus,audiendus formāť a genitiuo ſingulari participij preſentis.tis.finali mutata in.dus,da,dum,

¶De formatione indicatiui modi vocis paſſiuæ.

AMor.doceor,legor,audior,formātur ab eadem prima perſona ſingulari preſentis indicatiui modi actiuæ vocis addita.r.

Amabar,docebar,legebar,audiebar formātur ab eadē prima perſona ſingulari preteriti imperfecti indicatiui modi vocis actiuæ.m mutata in.r.

Amabor.docebor:formāť a prima pſona ſingulari eiuſdē futuri indicatiui mōi actiuę vocis addita,r.

DEformatiōe Indicatiui. ¶Amor.doceor.legor.audior.Hoc eſt ꝙ pria perſona pn̄tis idicatiui mōi paſſiuæ vocis formatur ab eadē prima pſona vocis actiuæ addita.r.vt amo amor.doceo doceor.lego legor;audio audior.Secunda pſona eiuſdē numeri formať ab eadē ſcd'a perſona actiuæ vocis.s.mutata in.ris.vel.re. In verbis tn̄ tertiæ cōiugatiōis eiuſdē pſonæ.is.mutata in.e,& addita.ris.vel.re.vt amor amaris vel amare.doceor.doceris vel docere,legor legeris vel legere.audior.iris.vel.ire. Tertia eiuſdē numeri fit a tertia ſil'i actiuæ vocis additta.vr.vt amat amať.docet doceť;legit legitur,audit auditur.Prima pluralis fit a prima ſil'i actiuæ vocis.s.mutata in.r.Secunda eiuſdem numeri.tis.mutata in.mine.fit a ſil'e ſecunda perſona actiuæ vocis. Tertia vero fit a ſil'i tertia perſona actiuæ vocis.addita.vr.vt.amamur.ini.ātur.docemur.ini.ētur.legimur.ini.vntur.audimur.ini.vntur. ¶Amabar,docebar.Hoc ē ꝙ p̄teritum imperf.indicatiui paſſiuę vocis formať primā perſonā ſingularē a ſimili perſona uocis actiuæ.m.mutata in.r.vt amabar.docebar,legebar.audiebar.Scd'a fit ab hac addita.is.vel.e.vt amabaris.vel.bare.docebaris.vl'.bare.legebaris.vl'.bare.audiebaris vel.bare. Tertia fit a ſil'i tertia perſona vocis actiuæ addita.vr.vt amabať,docebať,legebať.audiebať.Prima perſona pluralis fit a ſil'i perſona vocis actiuæ.s.mutata in.r.Secunda a ſil'i perſona vocis actiuæ.tis.mutata in.mini.Tertia a ſil'i perſona vocis actiuæ addita.vr.vt amabamur amabamini amabāť.docebamur docebamini docebāť,legebamur legebamini legebāť,audiebamur,audiebamini.audiebātur. ¶Amabor,docebor.ꝙ prima perſona futuri indicatiui modi vocis paſſiuæ in verbis primæ & ſecundæ cōiugationis formatur ab eadem prima perſona vocis actiuæ addita.r.vt amabo amabor.a docebo docebor Secunda perſona eiuſdē numeri fit ab his.o,mutata in e,& addita.is.vel.e.Tertia vero eiuſdem numeri a ſimili perſona vocis actiuæ addita vr.vt amabor amaberis vel amabere amabitur.docebor doceberis vel docebere docebitur.Prima pluralis fit a prima ſimili actiuæ vocis.s.mutata in r.Secunda eiuſdē numeri a ſimili perſona actiuæ vocis.s.mutata in.mini.Tertia eiuſdem numeri fit a ſimili perſona actiuę vocis addita.vr.vt amabimur,amabimini,amabuntur,docebimur,bi[illegible]ni,buntur.



Legar.audiar.formantur a prima perſona ſingulari eiudem futuri.m,mutata in re,

¶De formatione Imperatiui modi.

AMare,docere.legere,audire formanť a ſecunda perſona ſingulari p̄ſentis imperatiui modi actiuæ vocis,addita.re,

Ametur.doceať.legať,audiatur ſimilia ſunt tertię perſonę ſingulari futuri optatiui.

Amemur,doceamur.legamur.audiamur ſimilia ſunt primæ perſonæ plurali futuri optatiui.

Amamini.docemini.legimini.audimini formanť a ſecunda perſona plurali prēſentis imperatiui modi actiuę vocis.te,mutata in.mini.

Amemini.doceamini legamini.audiamini ſimilia ſunt ſecundę perſonę plurali futuri optatiui.

Amentur.doceantur.legantur.audianť ſimilia ſunt tertiæ perſonæ plurali futuri optatiui.

Amator,docetor,legitor,auditor formāť a tertia pſona ſingl'ari futuri eiuſdē impatiui mōi addita.r.

Amemur,doceamur,legamur,audiamur,ſimilia ſunt primæ perſonæ plurali futuri optatiui.

Amaminor,doceminor,legiminor,audiminor formanť a ſcd'a perſona plurali futuri eiuſdem imperatiui modi actiuę vocis.tote.mutata in minor.

Amantor.docentor.leguntor.audiuntor formanť a tertia perſona futuri eiuſdē imperatiui modi actiuę vocis addita.r.

¶De formatione.Optatiui modi.

AMarer.docerer.legerer.audirer formanť a prima perſona ſingulari preſentis eiuſdem optatiui modi actiuę vocis.m mutata in.r.

[illegible] eodē modo formať ꝗ pn̄s.

Amer.docear.legar.audiar formantur a prima perſona ſingulari futuri eiuſdem optatiui modi actiuæ vocis.m.mutata in.r.

¶De formatione Subiunctiui modi.

AMer.docear.legar.audiar eodem mō formāť,quo futurum optatiui modi paſſiuę vocis.

Amarer.docerer.legerer.audirer.eodem modo formanť,quo præſens optatiui modi paſſiuæ vocis.

¶De formatione infinitiui modi.

AMari.doceri.audiri formantur a p̄ſenti infinitiui modi actiuę vocis.re.mutata in.ri.

Legi formatur ab eodē infinitiuo actiuę vocis.ere mutata in i.

Futurū infinitiui modi circunloquimur per primū ſupinū,& hoc verbum ire in voce actiua.& iri.in paſſiua:aut per participium futuri in.rus.& hoc verbum eſſe in voce actiua:& per participium futuri in.dus.& idem verbum eſſe in paſſiua.

¶Legar.audiar.ꝙ prima perſona futuri indicatiui modi vocis paſſiuæ in verbis tertiæ & quartæ cōiugationis formať ab eadē prima perſona vocis actiuæ.m.mutata in.r.vt a legā legar.ab audiā.audiar.Secūda eiuſdē numeri fit ab eadē prima.a.mutata in.e.& addita is.vel.e.v.legar.legeris vel legere.audiar.audieris vel audiere.Tertia a ſimili tertia perſona actiuę vocis addita.vr.vt legetur.audieť.Prima pluralis a ſimili pſona vocis actiuæ.s.mutata in.r.Scd'a a ſil'i pſona vocis actiuę.tis.mutata ī mini.Tertia eiuſdē nūeri a ſil'i pſona vocis actiuę addita.vr.vt legemur.emini.legēť.audiemur.emini.enť.

DE formatione Impatiui. Quia per ſonas omnes vtruſq; tp̄is atq; numeri hmōi ſatis explicite formauim9 i ip̄a op̄is lectione:ad ſequentia properemus.

DEformatione Optatiui.Amarer.docerer.legerer.audirer.Hoc eſt p̄ſens optatiui modi formať a prima perſona eiuſdē p̄ſentis optatiui actiuę vocis.m.mutata ī.r.vt amarē.amarer.docerē,docerer,legerē,legerer.audirē,audirer.Secunda perſona eiuſdē nūeri formať a prima perſona addita.is.vel.e.vt amarer.eris.vel.ere.docerer eris,vel.ere legerer eris.vel.ere.audirer.eris.vel.ere.Tertia perſona eiuſdē fit a prima ſimili perſona actiuę vocis addita.vr.vt amareť doceretur,legereť,audireť Prima perſona pl'is numeri fit a prima ſimili perſona vocis actiuæ.s.finali mutata ī.r.Scd'a eiuſdē numeri fit ab eadem ſecunda pſona vocis actiuæ.tis.mutata in mini.Tertia eiuſdē nūeri fit a ſimili tertia perſona vocis actiuæ addita.vr.vt amaremur.mini.rētur.doceremur.mini.renť.audiremur.mini.rēť. ¶Amarer.docerer.legerer.audirer.Hoc eſt p̄teritū imperf.optatiui mōi eodē mō formať quo pn̄s eiuſdē modi.Amer.docear,legar,audiar.Hoc eſt futurum optatiui modi formatur a prima perſona eiuſdem futuri actiuæ vocis m.finali mutata in.r.vt amē.er.doceā.ar.legā.ar.audiā.ar.Scd'a pſona eiuſdē numeri fit a prima addita.is.vl'.e.vt amer.eris,vl'ere.docear.aris.vl'.are.legar.aris.vl'are.audiar.aris.vl' are.Tertia eiuſdē nūeri fit a ſil'i tertia vocis actiuę.additta.vr.vt.ameť,doceať,legať,audiať.Prima perſona pl'is fit a ſil'i pſona vocis actiuæ.s.mutata ī.r.Scd'a eiuſdē nūeri a ſil'i pſona vocis actiuæ.tis.mutata ī.mini.Tertia eiuſdē numeri a ſil'i perſona vocis actiuę addicta.vr.vt amemur.amini.enť.doceamur.amini.anť.legamur.amini.anť.audiamur.amini.antur.

DE formatione ſubiūctiui. Amer.docear.Hoc eſt præſens ſubiunctiui eodē mō formatur,quo futurū optatiui:& p̄teritū imperf.eiuſdē ſubiunctiui ſil'e eſt p̄terito imperfecto optatiui.

DE formatione infinitiui.Amari.doceri.audiri.Hoc eſt,qđ pn̄s ifinitiui mōi primę & ſecūdæ & quartæ cōiugationis formať ab eodē præſenti infinitiui modi actiuæ vocis.re.mutata in.ri.vt amare.amari.docere.doceri.audire.audiri. ¶Legi hoc eſt prēſens eiuſdē infinitiui vocis paſſiuæ fit ab eodem p̄ſenti infinitiui actiuę vocis.ere.mutata in.i.vt legere legi.vel breuius a ſecunda perſona preſentis indicatiui vocis actiuæ ablata.s. ¶…uturum infinitiui que ratio ſit circunloquendi futurum tam in voce actiua,quam in voce paſſiua …bro quarto,cum de infinitiuo diſputabitur,copioſus dicemus.

¶Circũloquia vocis paſſiuæ.Hoc ẽ,illa tempora quibus ſermo latin9 caret.circũloquimur ꝑ participiũ præteriti tẽporis, & hoc verbũ ſũ.es.fui. Per pñs enĩ & pręteritũ perfectũ indicatiui circũloquimur ipſũ præteritũ.vt amatus ſum vl' fui. Per pręteritũ imperfectũ & pluſ. perfectũ eiuſdẽ indicatiui circũloquimur ipſum præteritum pluſ.perfectum:vt amatus erã vel fuerã. Per futurũ imperfectũ eiũſdẽ indicatiui circunloquimur ipſum futurũ perfectũ. vt amatus ero Per futurum & Pręteritũ perfectũ optatiui circũloquimur ipſum pręteritũ perfectũ optatiui:vt vtinã amat9 ſim vl' fuerim Per pñs & p̄teritum pluſq̃ꝑfectũ optatiui circunloquimur ipſum præteritum pluſ.perfectum optatiui:vt vtinã amatus eſſẽ vel fuiſſem. Per pñs & p̄teritũ perfectũ ſubiunctiui circũloquimur ip̄m p̄teritũ ꝑ.ſubiunctiui.vt cũ doct9 ſim vel fuerim. Per p̄teritum iperfectũ & pluſ.perfectum eiuſdẽ ſubiunctiui circumloquimur ip̄m præteritũ pluſ. perfectũ ſubiunctiui.vt cum amatus eſſem Vel fuiſſẽ. Per futurũ indicatiui & futurum quoq; eiuſdẽ ſubiunctiui circũloquimur ip̄m futurũ ſubiũctiui.vt cũ amatus ero vl' fuero. Per pñs & p̄teritũ ifinitiui circũloq mur p̄teritũ ifinitiui.vt amatũ eſſe vl' fuiſſe.

DE verbis irregularib9. ¶Sunt q̃dã verba,q̃ nõ ſequũt analogiã neq; formationẽ verborũ regularium: q̃dã rurſusq̃ deficiũt certis tẽporibus nũeris & perſonis.quare viſum eſt hoc loco illa cõmodiſſime debere poni ¶Atq; in primis hoc verbũ Fero fers, qđ cum ad tertiã cõiugationẽ ſit reducẽdũ,ꝓ eo qđ eſſe debuit feris in ſecđa ꝑſona ſingulari pñtis idicatiui differẽtiæ cauſa abſciſionẽ fecim9. ꝓ eo qđ ferit in tertia perſona fert.ꝓ eo qđ feritis in ſecđa perſona pluralis fertis. ¶In imperatiuo quoq; ꝓ eo qđ eſt fere in ſecđa pñtis ꝑſona ſingulari dicimus fer.& ꝓ eo qđ eſſe debuit ferite.in ſecđa pl'i,dicimus ferte. ¶In futuro quoq; eiuſdẽ imperatiui pro eo qđ eſt ferito & feritote, diximus ferto & fertote. ¶In pñti optatiui & p̄terito imperfecto ſubiũctiui & pñti infinitiui. ꝓ eo qđ eſſe debuit ferrerẽ,ferrere.dicimus ferrẽ. ferre. ¶In pñti indicatiui paſſiuæ vocis.ꝓ eo qđ eſſe debuit ferreris.dicim9 ferris vel ferre. ¶In ſecđa perſona ſingulari pñtis imperatiui:ꝓ eo qđ eſſe debuit ferrere,dicim9 ferre:& i futuro ꝓ feritor fertor. ¶In pręſenti optaui & in pręterito imperfecto ſubiũctiui,ꝓ eo qđ eſſe debuit fererer.ferereris vl' fererere.dicim9 ferrer ferreris vl' ferrere. ¶Et in pñti infinitiui.ꝓ eo quod eſſe debuit fereri:dicimus ferri.reliqua tẽpora & perſonæ ſequũtur rationẽ verborum tertiæ.

VOlo.vis.vult volumus.vultis. ꝓ volis volit.volimus.volitis.Imperatiuo caret,quem ſupplemus ex futuro optatiui.ab illius cõpoſito nolõ dicim9 in pñti noli nolite.Nolito.tote.In futuro ex ꝓportione quartæ cõiugationis. Diomedes tamẽ in inſtãti imperatiui in ſecđa perſona fac velis dicit.& totum pluralẽ ponit velimus.itis.int:& in futuro.velito. velim9.tote.velint.Hora.modo velis,quæ tua virtus expugnabilis eſt. ¶In futuro optatiui & in pręſenti ſubiunctiui.pro eo quod volim.dicimus velim. velis.velit. quamquam Cicero.ij.de natura deorũ dixit,quo facilius id quod docere volimus intelligi poſſit.volim9 ꝓ velim9 ſcripſit. Alia tẽpora ſequuntur rationẽ verborũ tertiæ cõiugationonis. Phocas tamẽ carere hoc verbũ dicit gerũdijs ſupinis & ꝑticipijs:ſed qa vtũtur illis iuniores,ideo poſui.

Circunloquia vocis paſſiuę nõ formãtur:ſed circũloquimur ea per participium pręteriti temporis paſſiuę vocis:& hoc verbum ſum.es.fui.

Verbũ imperſonale ſimile eſt tertijs perſonis ſingularis nũeri paſſiuę vocis: niſi q̃ in circunloquijs participium eſt quaſi ſubſtantiuũ in gen̄re neutro.

¶De verbis irregularib9 & defectiuis.Cap̄,vij.

FEro,fers.tuli.ferre.ferẽdi,ferẽdo,ferẽdum.latũ, latu.ferẽs:laturus. Feror.ferris vel ferre.latus ferendus. ¶Indicatiuo modo.

Tẽmpore pręſenti.Fero.fers.fert.Ferimus.fertis.ferunt. ¶Imperatiuo modo.

Tẽpore pñti.Fer.vl'.ras.rat.Feram9.erte vl',atis.rãt.

Futuro,Ferto vel tuleris.ferto vel tulerit. Feramus vel tulerimus.fertote vel tuleritis.ferunto vel tulerint. ¶Optatiuo modo.

Tẽpore pñti.vtinam Ferrẽ.ferres.ferret. Ferrem9. ferretis.ferrẽt. ¶Subiunctiuo modo.

Pręterito imper.cum Ferrẽ.ferres,ferret. Ferrem9 ferretis.ferrent. ¶Infinitiuo modo.

Tempore pręſenti Ferre.

¶Paſſiua voce.Indicatiuo modo.

Tẽpore pñti,Foror.ferris vel ferre.fertur.Ferimur ferimini.feruntur. ¶Imperatiuo modo.

Tempore præſenti. Ferre.feratur. Feramur.feramini.ferant̃. Futuro Fertor vel latus ſis.fertor vel latus ſit.feramur vel lati ſimus.feriminor vel lati ſitis feruntor vel lati ſint. ¶Optatiuo modo.

Tẽpore p̄ſenti. Vtinã Ferrer.ferreris vl' ferrere.ferretur.Ferremur.ferremini.ferrentur.

¶Subiunctiuo modo.

Pręterito imperfecto.cum ferrer ferreris, vel ferrere.ferret̃.ferremur.ferremini.ferrentur

¶Infinitiuo modo.Tẽpore præſenti.Ferri.

¶Alia tẽpora declinantur per proportionem tertiæ coniugationis.

VOlo.vis.volui.velle.volẽdi.volẽdo.volẽdum. Volitum.volitu.volens.voliturus.

¶Indicatiuo modo.

Tẽpore pñti. Volo vis.vult. Volum9.vultis,volũt.

Imperatiuo mõ caret,ſed ab eo compoſitum nolo, hẽt in pñti noli nolite. In futuro nolito nolitote

¶Optatiuo modo.

Tẽpore pñti.vtinã Vellẽ.lles.llet.vellem9.etis.ent.

Futuro vtinam Velim.lis.lit. Velimus.velitis.lint.

¶Subiunctiuo modo.

Tempore pñti.cũ velim.lis.lit. Velim9,itis,velint.

Pręterito imperfecto cũ vellẽ,les,let, lem9,letis.lẽt.

¶Infinitiuo modo.Tempore pręſenti Velle.

Alia tempora formantur per proportionem.tertię coniugationis.



DE verbis defectiuis. Sũt quædã verba,q̃ deficiũt modis,aut tẽporib9,aut perſonis.vt es eſt. cui9 nõ mõ prima poſitio dificit,verũ etiã nihil aliud hẽt,q̃ es eſt.eſſẽ.eſſes eſſet.eſſem9.eſſetis.eſſent. eſſe.verg.iiij.ęñ. Eſt mollis flãma medullas. Idẽ.i.georgi.vt mala culmos eſſet rubigo: & Mar.ſi vis eſſe ſatur,noſtrũ põt eſſe priapũ. In voce quoq; paſſiua eſtur tãtũ ꝓ editur. Es in ſecũda perſona imperatiui,nũeri ſingularis. Plautus in milite. Es,bibe aĩo obſecro mecũ. Ouid.i.de põto: Eſtur,vt occulta vitiata putredine nauis. Forẽ.res.ret. Neq; enim vſq; lectum eſt foremus.etis,&(quod eſt in hoc verbo ſingulare)fore ꝓ futurũ eſſe in futuro infinitiui:oĩa alia verba carẽt. hñt quoq; ab eo cõpoſita affore.&c. ¶Aio ꝓ dico diſyllabũ eſt,habetq; ſecũdũ Phocã pñs,& p̄teritũ imperfectũ. ſuſtulimus tñ aiim9 & aiitis:qđ ex ꝓportione dicẽdũ erat quoniã eas voces videt̃ aures noſtrę quodã mõ reformidare. Aiebã in p̄terito imperfe. Aiã in futuro ex proportione. Plaut9 in rudẽte.vl' tu mihi aias,vel neges. Cicero de finib9;quaſi ego id curẽ quid ille aiat,aut neget. ¶Adiecim9 quoq; ſecundã perſonã ſingularẽ pñtis impatiui mõi. Ai.quod apud Plautũ reperit̃, An nata eſt ſpõſa p̄gnans? vel ai vl' nega & apud Terentiũ, ſæpe ain. qđ Cice.de ꝑfecto oratore interpretat̃ ain, ꝓ ais ne. ¶Aiẽs Apul.vi.meta.ſic aiens cryſtallo dedolatũ vaſculũ tradidit. ¶Inquio inquis.quãq; ex proportiõe videat̃ poſſe declinari per oẽs modos,tp̄a & perſonas tertiæ cõiugationis:nos tñ illa poſuim9,q̃ in vſu reperiunt̃,hoc eſt, inquio. Cice.de.orat. Aucupari verba oportebit inquio. Inquis Perſi9. Hoc iuuat,hic,iqs,veto quiſq faxit oletũ. Inqt.Iuue:Q ñ artibus,inqt, honeſtis. Inquiũt.Cic.in Verrem.vbi ſunt Pãphile,inquiũt,ſciphi. Reperit̃ tñ frequẽti9 Inquã in prima poſitione indicatiui mõi dicẽte Diomede & Phoca. Inquã primã ꝑſonã cõtra morẽ oĩm profert vtrũq; nũerũ mõi indicatiui pñtis tẽporis. Inquiſti. Cicero. ij.de ora tu vero inquiſti,moleſtus non eris. Inquiat.idẽ ad Herenniũ: Quid enim tibi vis,aliquis inquiat. Inque. Terẽti9 in phormi: Te emittere inuitũ eã inque.ꝓ eo quod eſt dic. ¶Quæſo,vt dicit Phocas, primã hẽt ꝑſonã ſingularẽ pñtis indicatiui modi. Habet etiã pluralẽ eiuſdẽ tẽporis.vt Cic in.i.de legibus.quã obrẽ aggredere quæſum9. & Silius in lib.xiij.punicorũ. Nõ ardua regnis quæſum9.aut in hora tuis. Quęſit quoq; dixit Lucretius.in.i. Ni diuũ pacẽ votis adit,& prece q̃ſit. Apud Saluſtiũ quoq; referẽte Phoca,quęſere lectum eſt. Sed quẽadmodũ prioribus duobus vti poſſumus:ita his poſterioribus nõ eſt vtendũ. ¶Infit ꝓ inquit.verg.x.æñ. Tũc pater oĩpotẽs rerũ cui ſumma poteſtas in fit.& in.xij. Ita turbidus in fit. Var. apud Priſc lib.viij.primã ponit perſonã infio. ¶Ouat q̃q; Phoca teſte tãtũ hẽt tertiã perſonã ſingularẽ pñtis indicatiui & participiũ ouãs.vt Ver.i.geor. Et ouãtes gutture corui. ¶Faxo.faxis. Idẽ Phocas dicit tãtum habere futurum indicatiui:nos tãtum inuenimus faxo.faxit.faxitis.faxint Verg.lib.ix Haud ſibi cũ Danais rem faxo & pube pelaſga & Liuius.lib.vi.ab vrbe. Faxo ne iuuet vox iſta.& Ennius apud Ciceronẽ in libro de ſenectute. Nemo me lachrymis decoret,nec funera faxit. & Liuius lib. xxxiiij. Quod faxitis deos oẽs fortunare velint. Faxit frequẽter apud Plautũ & Terẽ.legit. ¶Auſim primã tãtũ habere perſonã futuri indicatiui mõi teſtis eſt Phocas. Liui9.lib.i. Nec ſi forſã dicere auſim. Verg.quoq;.ij.geor. Auſim vel tenui vitẽ cõmittere ſulco.vbi Seruius exponit auſim,pro auſus ſum vl' audebo. Feſtus quoq; Põpeius auſis pro audeas exponit & auſit. Ouid.in.vi.meta. Et nil eſt,quod nõ inopino captus amore auſit,Catull9 in epitha. Quis huic deo cõparari auſit ſed hoc rariſſime inuenit̃ apud autores. ¶Cedo,cedite. Cice.de cla.ora. Cedo,quæſo orõnis ſunt enim.& Iuue.in.vi. Cedo,ſi breue parui ſortita eſt lateris ſpatium. Cedite quoq; in plurali pro dicite Plau.eſt vſ9. Cete.quoq;,ꝓ cedite. Neuius in Lycur.apud Mar.ꝓ induſtria cete regẽ propugnatũ patrẽ. Enni9 in Med. ſaluete optima corpora,cete manus veſtras,meaſq; accipite. Actius in Mena.æneũ aliquis cete in cõſpectũ aut nos(vbi es) ue ſctã parẽs.iterũ ſaluete recepti. Salue tñ in prima poſitione dixit Plaut9 in truculẽto. Salue inqt ſatis eſt mihi tuæ ſalutis:nil moror,nõ ſalueo. Cice quoq; ad Atticũ futuro idicatiui eſt uſ9,& ſaluebis(inque) a meo Cicerone. ¶Auete & auere a Phoca tollitur:cum tñ apud Mar.reperiat̃. Mene tibi ꝓ me dicit aue te libe Quint.dicit in primo fuiſſe virũ valde literatũ,q ſalutauerit ſic & auete;cũ ab vſu iã defeciſſet.

De verbis defectiuis.

ES.eſt,pro eo qđ edis, edit in ſecũda & tertia pſona ſingl'aris indicatiui modi. Eſſem.eſſes eſſet. eſſem9.tis.eſſent in pręſenti optatiui & in præterito imperf.optatiui & ſubiũctiui. Eſſe in pñti infinitiui. Eſtur in p̄ſẽti,indicatiui mõi vocis paſſiuę.

Quæ deficiunt,ſupplẽtur ab hoc verbo.edo,is,

Forem.fores.foret.forẽt.ꝓ eſſem eſſes,eſſet.eſſent. in pręſenti & in p̄terito imperfecto optatiui mõi. & in præterito imperfecto ſubiunctiui reperit̃. & fore pro,futurum eſſe in futuro infinitiui. In alijs locis deficit.

Aio ais.ait.aiunt in p̄ſenti indicatiui modi. Aiebam. aiebas.aiebat.aiebam9.aiebatis.aiebãt.in p̄terito imperfecto eiuſdẽ modi. Aiã.aias.aiat.in futuro eiuſdẽ, Ai.in ſecunda perſona ſingulari p̄ſentis imperatiui modi. Aiens,in participio pręſentis,

Inquio, vl' inquã,inquis,inquit,inquiunt,in pręſenti indicatiui. Inquiſti,in ſecunda perſona p̄teriti eiuſdẽ indicatiui. Inquiat, in tertia ſingulari futuri eiuſdẽ indicatiui. Inque.in ſecũda perſona ſingulari p̄ſentis imperatiui modi. Alijs in locis deficit.

Quæſo quæſumus.in primis perſonis vtriuſq; numeri præſentis indicatiui modi reperitur in vſu.

Infit pro inquit.& Ouat,in tertijs perſonis ſingularibus præſentis indicatiui modi reperiuntur.

Faxo.faxis.faxit.imus. itis. in futuro tantum indicatiui modi.

Auſim in prima perſona ſingulari futuri indicatiui modi tantum.

Cedo pro dic.& Cedite ꝓ dicite in ſecũdis perſonis tantum vtriuſq; numeri imperatiui modi.

Salue,ſaluete.ſaluere. Aue,auete, auere.in eiſdem ſecũdis ꝑſonis impatiui.& in pręſenti infinitiui.

¶Odi:odiſti. Hæc verba cū tātum in p̄terito & tēporibus ab eo formatis reperiātur. hn̄t tn̄ ſenſū etiā aliorū tēporū e cōtrario ad ea tēpora q̄ circunloquimur in voce paſſiua. Nā q̄nadmodū mutuamur pręſens indicatiui ad circunloq̄ndū illius præteritū perf. & p̄teritū imperf. ad circunloq̄ndū illius pluſ pfe. ita ē diuerſo pręteritū perf. accomodat ſuā ſignificationē pſenti: & pręteritū pluſ. perf. imperfecto. Itaq; p̄teritū perfectum horū verborum hēt ſenſum pn̄tis atq; ſui ipſius. Præteritū pluſ. perfe. eiuſdē modi hēt ſuū ſenſum & pręteriti imperfecti. Præteritū optatiui hēt ſuū ſenſum atq; etiā pręſetis. Pluſ. perf. ſubiūctiui, ſuū ſeſū, atq; etiā p̄teriti iperfecti eiuſdē mōi. Præteritū pfe. ſuum ſenſum atq; pn̄tis eiuſdē ſubiūctiui cū futuro optatiui. Futurum ſubiunctiui hēt ſuū ſenſum atq; etiā futuri indicatiui modi. Pręteritū infinitiui ſuū atq; etiā pn̄is. Præterito carēt Furio, quod aliunde aſſumpſit inſaniui. Ferio qd' a percutio ſūpſit percuſſi. Tollo qd' olim habuit tetuli a ſubſtollo ſubſtuli mutuat⁹ eſt. Quatio. is, qd' in vſu nō hēt quaſi, vt dicem⁹ in p̄teritis tertię cōiugationis; vbi etiā de Gliſco et īchoatiuis.

PArtes orōnis octo ſunt. Poſt ſimplicē pnoīs & cum eo participij, pnominis v̄biq; dēclinationē, ſeq̄s opa pueris adhibēda eſt; vt incipiāt partes dignoſcere: nō q̄dē adhuc exacte admodū, ſed quātum illa ætas capere pōt: deinde quō inter ſe cōſtruūt: vt iā incipiāt quaſi deguſtacionē quandā habere eorum, q̄ poſtea enodatius tradēda ſunt. Dicit igit̄ in primis q̄ octo ſunt orationis partes, quas enumerat. Sed nemo mirēt̄ poſtea cum dixerim⁹ gerundia & ſupina alias eſſe orationis partes ab octo ſupioribus: qd' q̄. li. iij. dicturi ſum⁹ alios poſuiſſe tres tātum. vt Ariſt. & Theodectes, Alios quatuor vt Stoici, Alios diſtinxiſſe vocabulū & appelationē a noīe, Alios adieciſſe aſſeuerationē attractionenq;. Sed nihil neceſſe eſt pueritiæ teneritudinē tāta veluti ciborum varietate farciri, ſatiſq; illi fuerit octo oratiōis partes diſtinguere, q̄ numer⁹ primum Ariſtarcho ex gręcis: deinde Palemoni ex latinis placuit: quos deīde oēs grāmatici græci et latini ſequuti ſunt. Ita tn̄ q̄ græci interiectionē partē aduerbij eſſe dixerunt, latini interiectionē ab aduerbio ſepatāt. Articulum vero quia latinus ſermo nō agnoſcit, ad pnomē referunt. Itaq; omnino partes eſſe octo dicunt. ¶Quatuor ex his declināt. qd' ex harū octo partium numero quatuor ſunt declinabiles, & quatuor rurſus indiclinabiles: q̄s explicat. gręci quoq; articulū declināt: latini quoq; gerūdiū & ſupinū. Qui diſtīgunt vocabulū & appelationē a noīe, tria illa eodē mō declināt. ¶Nomē eſt, qd' declinat̄ p caſ⁹. Hęc nō eſt diffinitio noīs, ſed q̄dā pprietas: p q̄ puer magis veniet in noīs cognitionē: q̄ p diffinitionē, quā li. iij. reddituri ſum⁹. Nomē ē pars orōnis declinabilis corp⁹ aut rē pprie cōiter ue ſignificās, & eodē mō de reliquis partibus orationis, quarū pprietates ponit per quas poſſint a pueris rudibus literarū dignoſci.

Odi. odiſti. Noui. nouiſti. Cœpi. iſti. Memini. iſti. in voce tm̄ hēt præteritū pfe indicatiui: & ſex tēpora, quæ formātur ab eo: ſignificationē vero etiā omnium aliorum temporum.

Pręterito & tp̄ib⁹, q̄ ab eo formant̄, carēt Furio. is. inſaniui. Fero tuli. Ferio percuſſi. Tollo ſuſtuli. Quatio. is. Gliſco. is. cū v̄bis q̄ dicūt̄ inchoatiua

¶De primis puerorū p̄exercitamētis. Ca. viij.

PArtes orōnis octo ſunt. Nomē. Pronomē. Verbū. Participiū. Præpoſitio, Aduerbiū. Interiectio. Cōiūctio. Quatuor ex his declināt̄. Nomē. Pronomē. Verbū. Participiū. Quatuor nō declināt̄. Prępoſitio. Aduerbiū. Interiectio cōiūctio

Nomen eſt, quod declinatur per caſus, & non ſignificat cum tempore, vt hęc muſa muſæ.

Pronomen eſt, quod ponitur loco nominis proprij vt ego. tu. ille. Et ſunt illa quindecim tantum.

Verbum eſt, quod declinatur per modos & tempora ſine caſu. vt amo amas amaui. amare.

Participiū eſt, qđ declinat̄ p caſus cū tp̄e & deriuat̄ a verbo ſemper. vt amans: amatus: amaturus.

Prępoſitio eſt, q̄ p̄ponit̄ nomini per appoſitionē: & alijs etiā partibus p cōpoſitionē: vt adeo ad eum.

Aduerbiū eſt, qd' additū verbo, nomini, aut participio ſignificationē ei⁹ auget, aut minuit, aut mutat vt valde amat, minus amat. nō amat ſatis doct⁹.

Interiectio eſt, quę aliquē mentis affectū ſignificat voce incondita. vt hei mihi. heu me.

Coniunctio eſt, quæ diuerſas partes orationis cōiungit: vt Pompeius & Cęſar amat: & docet.

Genera noīm, pnominū, & pticipiorū quinq; ſunt. Maſculinū qd' declinat̄ cū hic. vt hic dn̄s. Fœmininū, quod declinatur cum hęc. vt hęc muſa. Neutrum, qd' declinatur cum hoc, vt hoc templum Cōe duū, qđ declinat̄ cū hic & hęc. vt hic & hęc hō. Cōmune triū, quod declinatur cū hic & hęc & hoc: vt hic & hæc & hoc fœlix. amans.

Numeri nominum, pronominū, verborū & participiorum duo ſunt. Singularis, qui de vno tantum loquitur. Pluralis, qui de pluribus loquitur.

poſtea vero. li. iij. huius operis illarū diffinitiones, quę magis naturā oſtēdūt, explicabim⁹. ¶Gn̄a nominū. Declinabilium orōnis ptium elegit q̄dā accidētia: ſine quib⁹ nō poteſt fieri illa quā dixim⁹ cōſtructio in noīe, pnoīe, & participio: gen⁹ numerum & declinationē, in verbo cōiugationē, vocē, ſignificationē: atq; in oīb⁹ his pſonā. ¶De gn̄e noīm, pnoīm, participiorum quoniā alijs in locis copioſius diſputabitur, q̄ ad hunc locum attinet, dicimus gn̄a eſſe quinq; Maſculinum qd' declinatur cum hic, &c. Sed hæc quam ſufficienter dicantur, quis non videt? Primun, vt alijs in locis diximus, quia non ideo nomen eſt maſculinum quod declinatur cum hic, aut fœmininum quod declinatur cum hæc. aut neutrum qd' declinat̄ cum hoc: ſed quia eſt vel maſculinū, vl' fœmininū vl' neutrū, iō. declinat̄ aut cum hic. aut cū hæc. aut cum hoc. Deinde q̄ nomina adiectiua que p primā & ſecundā nominis declinationē inflectunt̄, & pnoīa & pticipia nō declināt̄ per hic & hæc & hoc, ſed p ſuas cuiq; gn̄i terminatiōes acōmodatas. Preterea q̄ dubij et pmiſcui gn̄is nullā facit mētionē. Sed, vt dixim⁹, hæc pueris ad huc rudib⁹ pponūt̄, q̄ puectiorib⁹ accurate magis poſtea tradent̄. ¶Nūeri noīm. nūer⁹ cōis eſt ib⁹ ptib⁹ orōnis, q̄ declināt



Caſus vero nomini pnomini & participio tātū: ſed de his poſtea copioſi⁹ dicet̄. ¶Declinationes noīm. Sūt q̄nq; tātū qui nūerus ex gti diuerſitate colligit̄. Pronoīa p duas pprias decliationes & p duas itē: q̄ ad noīs declinationē referūt̄. pticipia p primā et ſcđā et tertiā noīs declinationē variantur. ¶Cōiugatiōes v̄borū quatuor ſūt. Hæc diuerſitas ex ſcđa pſona pn̄tis idicatiui mōi accipiēda erat. nā verba q̄ mittūt illā i. as. ſūt primæ cōiugatiōis, q̄ i. es. ſcđæ. q̄ i. is. correptā tertię. q̄ i. is. productā q̄rtæ, quā q̄dē tertiā pductā appellāt. Quia pueri nōdum percipiūt quid ſit ſyllaba pducta, quid correpta ī fine dictionis: viſū ē hāc diuerſitatē ex infinitiuo diſtiguere ī quo accēt⁹ pōt oñdere q̄ ſyllaba ſit lōga, q̄ breuis in penl'timo loco. vt verba q̄ hn̄t. a. pductā ante. re finalē ſint primę, hoc eſt, q̄ hn̄t accētū in penultima. & eodē mō de reliquis cōiugationib⁹. ¶Voces verborū tres ſunt. Quia nōdū pueri capaces ſunt ſignificatiōis verborū: q̄ in actiuā paſſiuā neutrā, deponētē, cōmuneq; ſpargitur, de quib⁹ li. iij dicturi ſumus: hoc loco tātū admonēdi ſunt tres eſſe verborum voces. Actiuā. vt amo. as: amat. Imperſonalē vt amat̄, amabat̄ amabit̄. Paſſiuam. vt amor. aris. vl' amare. Loq̄r loq̄ris vl' loq̄re. ¶Quælibet rurſus vox diuidit̄ in quinq; modos, quos. Quinti. qualitates appellat. Indicatiuū, quo indicam⁹ aliquid fieri. vt ego amo, tu doces, ille legit. ¶Imperatiuū, quo iperam⁹: vt o Virgili audi. ¶Optatiuū, quo aliquid optam⁹. vt vtinā veniret Antonius. ¶Subiūctiuum, quo verbū verbo ſubiungim⁹ vt ſi legeris ſoluā tibi mercedē. ¶Infinitiuum, quo indiffinite aliquid dicit̄ qd' altero verbo diffiniēdū eſt: vt opportet nos legere. bonū eſt nos audire. ¶Mod⁹ iterū diuidit̄ ī ſex tempora: hoc eſt præſens quod rē inſtātē ſignificat. vt ego lego. Præteritū imperfectū, quo demōſtram⁹ qd' aliquid faciebamus, ſed nō dicim⁹ an perfectū ſit. vt ego legebā. Pręteritū perfectū, q̄ oſtēdimus aliquid fuiſſe pfectū. vt ego legi. Præteritum pluſq; perfectū, quo ſignificamus an̄ factū fuiſſe aliquid poſteaq; aliq̄ res facta fuit, vt iā ego legerā cū tu veniſti. Futurū ipfectū, q̄ oñdim⁹ aliq̄d faciēdū eē. vt ego legā. Futurū pfe. quo oñdim⁹ aliq̄ factū fore, vt ad duas horas legero. Miminiſſe aūt dēt pueri nō oīa tp̄a eē ī oīb⁹ modis, ſed ī idicatiuo ſex. In optatiuo & ſubiūctiuo quiq;. In infinitiuo tria, pn̄s p̄teritū & futurū. In impatiuo duo tātū, pn̄s, et futurū. Tp̄a participiorū tria ſūt tātū, pn̄s p̄teritū & futurū. p̄teriti imp fecti tp̄is et p̄teriti pluſq; pfecti ad vocē participij tp̄is p̄teriti reducit̄ vt Ver. I. æn̄ Et qua vectus Abas, et qua grādæu⁹ Alethes. qd' exponit Ser. i. qua vehebat̄: q̄a nos participio præteriti imperfecti carem⁹: qd tn̄ græci hn̄t. ¶Perſonæ

Caſus noīm pnoīm & participiorū ſeptē ſūt Ntūs, Gtūs. Dtūs, Actūs. Vctūs, Abltūs, Effectiuus.

Declinationes noīm (ad q̄s etiā reducit̄ participiorū declinatio q̄nq; ſūt: prima q̄ mittit gtm̄ in. æ. diphtongō, vt hęc muſa muſę. Secūda q̄ mittit gtm̄ in. i. vt hic dn̄s dn̄i. Tertia q̄ mittit gtm̄ in is. vt ſermo ſermōis. Quarta q̄ mittit gtm̄ in. us ut ſenſ⁹ ſenſ⁹. Quīta q̄ mittit gtm̄ i. ei. vt dies diei

Declinatiōes pnoīm q̄tuor ſunt. Prima q̄ mittit gtm̄ in. i. vt ego mei: tu tui, ſui. Secūda q̄ mittit gtm̄ in. ius. vt ille illi⁹ iſte iſtius. Tertia q̄ ad pmā & ſecūdā nominis declinationē refert̄: vt meus a. ū. tuus. a. ū. Quarta q̄ ad tertiā noīs declinationem refert̄: vt noſtras noſtratis: v̄ras veſtratis.

Cōiugatiōes v̄borū quatuor ſūt. Prima q̄ habet. a. pductā an̄. re. in infinitiuo: vt amo. as re. Secūda q̄ hēt. e. pductā an̄. re. in infinitiuo, vt doceo. es. ere. Tertia q̄ hēt. e. correptā an̄. re in infinitiuo vt lego. is. ere. Quarta q̄ hēt. i. productā ante re. in infinitiuo: vt audio: audis: audire.

Voces v̄borū tres ſunt. Actiua. vt amo amas. Imperſonalis: vt amat̄. Paſſiua. vt amor amaris

Modi v̄borū q̄nq; ſunt. Indicatiuus. Imperatiuus. Optatiuus: Subiunctiuus: Infinitiuus.

Tp̄a verborū ſex ſunt. Pręſens: Pręteritū imperfectū. Pręteritū perfectū. Pręteritum pluſ. perfectum. Futurū imperfectū. & Futurū perfectū.

Tp̄a participiorū tria ſunt. Pręſens vt amans. Pręteritum vt amat⁹. Futurū vt amaturus: amādus.

Perſonę nominum pnīm & v̄borū tres ſunt. Prima vt ego amo. Secunda vt tu amas. Tertia vt vt ille amat: Vergilius docet.

Oīs ntūs ē tertię pſonę: p̄terq; ego, qđ ē primę: & tu, q̄ ſcđ'ę: & oēs vocatiui, q̄ ſunt ſcđ'ę perſonæ.

Nomē ſubſtātiuū, q̄ declinat̄ p vnū articl'm vl' p duos tm̄: vt hic dn̄s: hic & hęc hō. Aiectiuum q̄ declinat̄ p tres articl'os, vl' per tres diuerſas terminatiōes: vt hic & hęc & hoc fœlix: bon⁹. a, ū.

noīm. pſona ppriū accidēs eſt pnoīs & verbi. ſed noīa & participia cū ſint tertiæ perſonæ oīa, vtūs tn̄ ab oībus illis eſt tertiæ perſonæ: vt paulo poſt dicturi ſum⁹. ¶Oīs ntūs eſt tertiæ perſone. ac ſi dicat oīs dictio, q̄ per caſus declinat̄, hoc eſt nomē pnomē & participiū eſt tertiæ perſonæ: & facta regula ex ijs q̄ ſunt plura, facit exceptionē huius pnoīs ego, qd' eſt primæ perſonæ: atq; iterū huius pnominis tu, qd' eſt ſecūdæ perſonę: atq; huius pnoīs rōe excipiuntur oēs vacatiui in quibus ſub intelligit̄ tu in ſingulari & vos in plurali: nā quēadmodū pnomē ponitur loco noīs pprij, ita vocatiuus omniū partium, q̄ per caſus declinātur, ponitur loco huius pnoīs tu. ¶Nomē ſubſtātiuū eſt. Quid ſit nomē ſubſtātiuū oſtēdit ex quadā illius pprietate hoc eſt, q̄a declinatur per vnum articulum vel per duos tantum. Adiectiuū vero ex alia proprietate oſtēdit quid ſit. Hoc eſt, quia declinat̄ per tres articulos, vel per tres diuerſas terminationes: non eſt docere. ſed quaſi per quædā ſigna vel propietates oſtēdere quid ſit nomē ſubātiuū, q̄a adiectiuū. Sed ſi cōſideram⁹ qualem diſcipulū inſtituimus, nulla potuit aptior diffinitio excogitari: & ex qua magis poſſit diſtingui adiectiuum a ſubſtātiuo. Nā, quēadmodū alio loco dicturi ſum⁹, non propterea nomē eſt ſubſtātiuū, qd' per vnū vel per duos articulos declinatur: neq; ideo adiectiuum, quia per tres articulos vel per tres diuerſas terminationes inflectitur: ſed quia illud ſubſtantiuo, hoc adiectiuo accidit. Accidentia autē, q̄ ſubſtantiæ, notiora ſunt pueris: præſertim rerū omnium ignaris. lib. tamē. iij. plenius hac de re inſtruet̄.

Relatiuum eſt, quod refert aliq̃d antecedēs. Antecedēs vero eſt: q̃d refertur ab aliquo relatiuo.

Adiectiuum & ſubſtantiuum in tribus cōueniūt in genere numero: & caſu. vt vir bonus.

Relatiuum & antecedens in tribus cōueniūt, in genere, numero & perſona. vt ego amo q̃ doceo.

Nominatiuus & verbum in duobus conueniūt: in numero & perſona. vt ego amo, tu doces.

Omne verbum actiuum vel actionē ſignificās exigit ante ſe nominatiuū pro pſona agēti: & accuſatiuum vel alium caſum pro perſona patienti.

Omne verbū paſſiuū vel paſſionē ſignificās exigit noīatiuum pro pſona patiēti: & ablatiuū cū prępoſitione. a. vel ab. vel datiuū ꝓ perſona agenti.

Gerūdia ſupina & participa exigūt poſt ſe caſum: cum quo cō[illegible]tur verbum: a quo deſcendūt.

Prępoſitiones accuſatiuo deſeruiētes ſūt Ad apd̄. āte. aduerſ9. aduerſum. cis. citra. circū. circa. circit̄. cōtra. erga. extra. iter. itra ifra. iuxta. ob. pōe. ꝑ. pter. ꝓpe. ꝓpi9. proxime. pridie. procul. poſt. ꝑpter. penes. [illegible]upra. ſcd̄m ſecus. trās. vſq;. vltra.

Præpoſitiones [illegible]blatiuo deſeruientes ſūt, a. ab. abs. abſq;. cum. coram. clam. de. e. ex. pro. pre. palam ſine. tenus: quæ aliquando genitiuo iungitur.

Præpoſitiones accuſatiuo vel ablatiuo deſeruiētes ſunt. in. ſub. ſuper ſubter.

Præpoſitiones quæ tātum in compoſitione reperiuntur ſunt. an. con. dis. di. re. ſe.

Nominatiuus ſemper regitur a verbo expreſſo vl' ſubintellecto in ratione ſuppoſiti.

Genitiuus plerumq; regitur a nomine ex vi poſſeſſionis: nonnunq; ex natur a nominis vel verbi.

Relatiuū eſt. Aliā nois differentiā oſtēdit: aliud nāq; eſt relatiuū: aliud antecedēs. & quid vtrūq; ſit oſtēdit. Ex quo manifeſtū eſt relatiuum & antecedēs noīa eſſe ad aliquid dicta: poſito enim relatiuo, neceſſe eſt poni ātecedēs, adq; e diuerſo, neceſſe eſt poſito antecedēti poni relatiuū. Adiectiuū & ſubſtātiuū. Ponit tria præcepta, q̃ nō ſermonis latini ꝓpria verūetiā oib9 linguis cōia publica & quodāmō naturalia ſunt: ſiquidē naturale eſt, vt inquid Ariſto. quod apd̄ oēs gētes idē eſt. Primū itaq; præceptū naturale & cōtra quod ſi qs peccauerit nō tātū indoct9, ſed plane barbar9 habeatur: eſt ꝙ adiectiuū & ſubſtātiuum in tribus cōuenire debēt, in gñe, nūero, & caſu, hoc eſt, qd̄ vtrūq; ſit eiuſdē gñis nūeri & caſ9. Q̃ n̄ tñ hoc præceptū exceptionē patitur, ſuis locis dicem9. Relatiuū & antecedēs. Hoc eſt ſecūdū pręceptū naturale, ꝙ relatiuū & antecedēs itrib9 cōueniūt in gñe nūero & pſona. hoc eſt, ꝙ vtrumq; ſit eiuſdē gñis nūeri & pſonæ. De rōe aūt huius cōueniētiæ lib. iiij. copioſi9 diſputabit̄. Ntūs & verbū. Hoc eſt tertiū pceptū naturale: ꝙ ntūs & verbū cōueniūt in duob9 hoc eſt nūero & pſona. i. ꝙ ābo debēt eſſe eiuſdē nūeri & pſonæ. Figurate tñ aliqñ videt̄ eſſe diſcōueniētia inter ntūm & verbū quēadmodū. li. iij. cū de figuris cōſtructionis aget̄, pleni9 dicēdū eſt. Omne verbū actiuū, ſubaudi pſonale. qd̄ habet vocē actiuā, vl' actionē ſignificās: quale eſt deponēs & cōe, ea parte qua ſignificat actionē exigit ante ſe, hoc eſt, in rōe ſuppoſiti nominatiuū ꝓ pſona agēti: & accuſatiuū, ſed nō neceſſario ꝓ pſona patiēti vl' aliū caſū: ſed tūc paſſio illa nō recta & trāſitiua, ſed obliqua ē. Omne verbū paſſiuū: qd' etiā de pſonali intelligēdū eſt: vl' paſſionē ſignificās: qualia ſūt illa. Exulo. vapulo. veneo. fio. liceo. exigit noīatiuū ꝓ perſona patiēti, atq; in rōe ſuppoſiti: & ablatiuū cū præpoſitione a vel ab, vel etiā datiuū ꝓ pſona agēti, vt ego amor a te vel tibi. exulo a rege: vbi non auſim dicere regi ꝓ a rege. Gerundia ſupina & participa. De gerūdijs qd̄ diximus intelligēdū eſt de gerūdijs ſubſtātiuis actionē ſignificātibus. vt veni cauſa legēdi verg. & in ſeruiēdi amicis, & carendi voluptatibus & miſerēdi viduarū. De ſupinis præterea intelligēdū eſt de primis: nā vltima cū nullo caſu poſt ſe cōſtruūtur. quē admodū. lib. iiij. dicturi ſumus. vt eo venatū feras. in ſeruitū amicis. Participia vero ſiue illa ſunt actiuæ vocis ſiue paſſiuę eādē rōem ſeruāt. Nā pticipia pñtis tpis cū actionē ſignificāt, cōſtruūtur poſt ſe cū accuſatiuo. vt amās virtutes. aut dtō vt ſeruiēs amicis: aut ablatiuo vt carēs voluptatib9. aut genitiuo vt miſerens filiorū. Eodē modo de pticipio tpis futuri vocis actiuæ. Participia quoq; vocis paſſiuæ paſſiōnē ſignificātia cōſtruūtur cū ablatiuo & præpoſitione a vel ab, aut datiuo: vt amat9 a te: amād9 ab illis. Præpoſitiōes accuſatiuo deſeruientes. Præpoſitiones aut ſeparabiles ſunt, aut inſeparabiles. Separabiles ſunt. q̃ poſſunt aponi caſib9. Inſeparabiles ſūt quæ nūq; reperiūtur niſi in cōpoſitione. De ſeparabilib9 itaq; ponit primā regulā. ꝙ præpoſitiōes acuſatiuo deſeruientes ſunt. Ad apud. &c. q̃ ſequūtur. Deinde ſubdit. Præpoſitiones abtō deſeruiētes. atq; mox q̃ ſunt vtriq; caſui deſeruiētes. tūc demū ponit præpoſitiones, q̃ nūq; reperiūtur niſi in cōpoſitiōe cū reliqs ptibus oratiōis: ſed hæc vberius explicabūt lib. iij. vbi de præpoſitiōe diſſerem9. Enumerauim9 aūt hic præpoſitiōes. vt pueri haberēt illas in prōptu: cum incipiūt ptes oratiōis inter ſe cōnectere. Noīatiu9 ſemp regit̄ a verbo. Regi aliā dictionē ab alia nihil aliud eſt q̃ eſſe appedicē illi9: vt in ordīe cōſtructiōis aliqd ſignificet. Sed cū verbū, vt ait Ariſto. ſit oronis forma, neq; ſine verbo poſſit eſſe illud, qd̄ græci vocāt axioma, qd̄ Boeti9 enūciationē: Cicero tū ꝓnūciatū tū ꝓloquiū interpretatus eſt: cōſequēs eſt, vt oēs partes orationis a verbo regātur immediate, vl' media aliqua parte orationis. Dicit igitur in primis ꝙ ntūs a verbo. &c. Nam vt verbum perſonale nunq; pōt eſſe ſine noīatiuo: ſic nominatiuus ſine vbo perſonali eſſe nō pōt. ergo merito ab illo regitur tamq; ab orationis forma: & dat illi ſuppoſitum tanq; accidenti. Genitiuus, præter illam communem ſignificationem, qua regitur a nomine appellatiuo ex vi poſſeſſionis, aliqñ regit̄ ex natura ſpeciali nois. vt vini plenus. vl' verbi. vt impleo vini vaſa. a noīe inquam appellatiuo: quia ſi proprio iūgatur: appellatiuum ibi ſubintelligitur. Ver. i. æñ. vnius obnoxam & furias Aiacis Oilei: vbi Seruius notat ex figura græca dictū eſſe: qua vtimur circa patres & maritos tātū. vt Aiacis Oilei intelligam9 filiū. Deiphobe glauci intelligimus filiam. Hectoris Andromache: intelligimus vxorē: quinimo hæc figura latius patet. Nā Euſebius Pāphili dictus eſt ſubaudi amicus. & Terentius in Andria: video hui9 Byrriā: ſubaudi ſeruū. nā ꝓnomē loco nominis ꝓpriȷ ponitur. ¶ Datiu9 plerumq; regitur a verbo ex vi acquiſitionis, atq; etiam cuiuſcumq; rei attributionis, ſiue illa ſit vtilis ſiue dannoſa, ſiue indifferens: regitur etiam nōnūq; a nomine ex ſpeciali ſignificatione, vt [illegible]lis amico. difficilis vxori. iucundus familiaribus. ¶ Accuſatiuus plerumq; regitur a verbo ex vi tranſitionis: vt amo vxorem: vel a parte ante ex natura infinitiui, vt oportet me amare, vel media prępoſitione. vt eo ad forū, vel ex vi ſynecdoches a nomine adiectiuo. vt niger oculos. vel a verbo, vt expleri mentem nequit. vel a participio vt nodoq; ſinus collecta fluentes. ¶ Vocatiuus. hæc regula multum nouitatis attuliſſe videtur ijs: qui dicebant vocatiuum aliqñ poni abſolute: qd' eſt cum oratio ex recta fit obliqua, hoc eſt, cū ex ſecunda perſona ad quā loquimur fit tranſitus ad tertiā de qua loquimur, vt ſi dicas o Cæſar legat Pompeius intelligitur audi vel auſculta vel intende, quod ita eſſe facillime probatur ex interpretatione pſalmi. xxi. cuius initiū eſt apud hebræos idipſum quod dn̄s noſter atq; ſaluator dixit in cruce: hoc eſt Eli eli lama zabatani, quod euangeliſta interpretatur deus meus deus meus vt quid dereliquiſti me? At vero ſeptuaginta interptes verbum ſubintellectum, vñ vocatiu9 ille regebatur expreſſerunt dicētes: De9 de9 meus reſpice in me: quare me dereliquiſti. aut quæ ratio fuit aliquid addēdi, quod in hebraico non erat in illis ipſis verbis incluſum? Illud, quod adhuc mai9 eſt, auſim affirmare: etiam ſi exprimatur ſecūda imperatiui mōi pſona, adhuc aliud verbū qd' attētionē ſignificet, ſubintelligēdū eſſe a quo vocatiuus ille regatur. Quale eſt illud quod marci. capit. v. legimus dicente dño: Talitha cumi. quod interpretat̄ puella ſurge: at euangeliſta cum interpretatur, tibi dico, interpoſuit, quod tantum valet, quātum audi, quod erat incluſum in eo, quod dixit puella ſurge: neq; enim ſaluator noſter dixit tibi dico, ſed aliquid moræ adiecit, quod fere ſemper facimus quoties vocatiuo vtimur, vt auditor paret ſe ad ea quæ dicturi ſumus. Nā & vocatiuus a Græcis rectus dicitur: quēadmodum & nominatiuus: quia vterq; recte ſtans rectā ſubſtantiam ſignificat, vnde & verbo ſuppoſitū dare poſſunt. ¶ Ablatiuus regitur a verbo media præpoſitione: aut ex ſpeciali nominis, vel verbi ſignificatione: vt plenus vino. ¶ Effectiuus de quo plura lib. iij cum de caſibus nominum diſputaturi ſum9, decēda ſunt, plerūq; regitur a verbo: vt malo me Galatea petit. cæſus ferroq; petitus. regitur etiā ex vi cōparationis, vt doctior illo: aut ponitur abſolute, vt ducente deo, expedior. ducēte deo nō regitur, quia per ſe orationem quodāmodo facit, licet imperfectā, qualis eſt ſubiūctiui modi, in quam reſolui conſueuit, Vt nato Ieſu in Bethleem. pro quo Hieronym9 vertit. Cum natus eſſet Ieſus in Bethleem.



Datiuus plerumq; regitur a verbo ex vi acquiſitionis: nōnunq; vero a nomine ex ſpeciali ſignificatione.

Actiuūs plerūq; regit̄ a verbo ex vi, trāſitionis vel a parte āteriori ex natura infinitiui, vel media ꝑpoſitione: nonnunquā etiā a nomine adiectiuo vel verbo vel participio ex vi ſynecdoches.

Vocatiuus ſemper regit̄ a verbo ſecūdæ perſonę imperatiui modi in rōne ſuppoſiti: ſunt qui dicant aliqñ poni abſolute.

Abltūs plerūq; regit̄ a vbo media ꝑpoſitione nō nunq̃ ex ſpeciali nōis vel verbi ſignificatione.

Effectiuus plerūq; regit̄ a vbo vl' participio ex vi inſtrumenti quo aliquid: fit aliqñ ex vi cōparationis: aliquando ponitur abſolute.

## ¶ Liber ſecundus de genere & declinatione nominum, & de perteritis ſupiniſq; verborum.

Liber ſecundus. In ſuperiore libro iacta ſunt prima artis grammaticæ fundamenta, rudia illa quidē, & inelaborata: ſed quæ paulatim elimanda ſunt. & cum puerorum ætate coaleſcere debēt. Quale eſt illud quod de gen̄re nominum pronominū & participiorum dicebamus: maſculinum, eſſe qd' declinatur cū hic. fœmininū qd' declinatur cū hæc. neutrū qd' declinatur cū hoc. In ſermone nāq; græco, hebraico, punico, aut deniq; cuiuſcūq; alterius linguæ, quæ articulis vtit̄, præceptū illud ſufficiēs erat: cū in ſerie orationis nomina plerūq; articulos habeāt cōnexos. At vero latinis qui ex idiomate articulos ignorant, regula illa nō ſuffragatur, neq; ob aliā cauſam fuit ꝓpoſita, niſi vt pueri confuſam quandā gñis haberent cognitionē. Nā ſi puero interroganti muſa cuius gñis eſt: fœminini reſpondeas, qa declinatur ꝑ hæc, ſubijciet ille rurſus quare declinatur per hęc, reſpondebis opinor qa generis eſt fœminini. Ergo circulū feciſti, quod in doctrina q̃ ſit vitioſum, Ariſt. in poſterioribus analyticis ꝑclare demōſtrat. Quoniā ſi fœmininū idcirco eſt, quia per hęc declinatur: & rurſus ꝑ hæc declinatur, quia eſt fœmininū, nunq̃ omnino ſcire poterimus muſa cuius gñis eſt. Quare ne pueri diutius a nobis eludātur, tradēdę ſunt illis regulæ, quib9 nō per articulos, q in ſermone latino nulli ſunt, ſed per ſignificationes aut terminationes poſſint genera nominū cognoſcere. Sed quē ad modū ſupra memorauimus, idcirco nominū gen9 cū declinatione: & verborum præterita cū ſupinis, hoc eſt capita quattuor, ſumus carmine proſequuti, qd' in tota grāmatices arte nihil eſt tā varium, tā multiplex, tā lubricū & labile, ſed neq; quod magis in prōptu ſit habendum: quā rem facili9 carmine aſſequi poterimus. Illud autem mihi in hoc loco præfandum eſt, nō eſſe carmina hæc talia, ex quibus laudē mihi poſſe cōparari ſperē: quippe quæ ſunt ijs de rebus, quas Muſæ plurimū aduerſant atq; reformidant: & quas plerumq; ꝓpter ſyllabarū cōtumaciā verſus heroicus, quo facili9 res huiuſmodi ſcribūtur, nō admittit. vt atagen. cōparatiua. inchoatiua. in quibus dictionibus ſyllaba breuis duabus clauditur longis. Circuitione vero ſi vteremur res ipſa obſcurius diceretur qd' fecimus in illo hemiſtichio. Et quod dat ſeruio nomē: pro eo quod eſt ſeruit9, quod heroicū carmen nō recipit. Cumq; nulla dictio latina ꝑ. eu. diphthongō ſcribi poſſit nos ita hoc nomine neuter neutra neutrū vſi ſumus perinde, ac ſi græcū eſſet. Nam. e. &. u. vocales in diphthongon coire ſæpe fecimus. niſi mauis id ꝑ ſynęreſin poſſe fieri. Cum enim ſcripſi Neutra ſilet robur. ſi ue. nō coeat aut ꝑ diphthongō aut ꝑ ſynęreſin prim9 pes ꝓceleumatic9 eſt quē hic verſus recuſat. Cū vero dixi Dictio nō nomē ꝓ nomine ſit tibi neutra, ana peſto vſus ſum qui paria habet tempora cū ſpōdeo & dactylo.

## Cap. Primum de genere nominum.

FOemina maſcꝗ genꝰ nullo mõſtrãte reponũt
Maſcula ſũto tibi quaſi macula: fœmineũq;.
Sit quaſi fœmineũ. Mars eſt ꝑ teſte, Vnuſq;.
Eſt duplicis generis recipit quod ſexus vterq;.
Eſt cõmune triũ, qđ ad hęc iungis q̃q; neutro.
Menſes cum fluuiis ſexu diſtingue virili.
Arboris eſt nomen muliebre. Sed excipiatur.
Hic rubus, & dumus, foliiſq; oleaſter amarus.

FOemina maſcꝗ genus. Præmittit regulas generales: q̃ colligũtur ex nominũ ſignificatione generali & quæ terminationũ regulis præferẽdę ſunt. Eſt igit: ſignificationis regula pri. ꝙ noĩa propria ſiue appellatiua ſexus alterutrius ſi ſunt maſculorũ generis ſunt maſculini. Si fœminarũ fœminini. Quã rẽ ſola natura duce poſſumus intelligere, etiã ſi nobis id mõſtrauerit nemo. Nã, vt Priſcianus ait, duo ſunt genera, q̃ ſola ratio naturæ nouit: maſculinũ & fœmininũ. Neq; id ſolum in humana ſpecie: vt hic vir, hæc mulier, hic papa, hæc obſtetrix, hic Byrria, hæc Gliceriũ, ſed etiã in aliis reb9 in quibus per genitalia mẽbra, aut per certa quædam ſigna marẽ a fœmina ſeparamus, quẽadmodum equum ab equa, aſinum ab aſina, ceruũ a cerua, canẽ & bouem mares a fœminis genitali. Gallum vero a gallina tum criſta: tum cauda, tũ etiam calcarib9, atq; alias animãtes certis quibuſdã inſignibus natura diſtinxit. In quibus vero ſub altero tantũ gñe & terminatione vtrũq; ſexum intelligimus: qualia ſunt illa q̃ græci epicœna: latini promiſcua conſueuerunt appellare: ſi neceſſe habuerimus ſexum diſtinguere: additamento id facere poſſum9, vt quoniam perdix genere fœminino ſemper latini ſermonis vſus profert, ſi fuerit grandiuſcula, aut calcaribus armata: aut fœminam inierit: aut aliud quiddã fecerit qđ ſit maris proprium, recte poſſumus dicere hic perdix maſculus eſt. Ambro. quoq; in epiſtola ad Irenium tractãs illud Ieremiæ cap. xvii. clamauit perdix, cõgregauit quæ nõ peperit: græcos ſequutus ſemper perdix genere maſculino protulit. eodẽ modo aquila maſculus, piſcis fœmina. Oui in. iii. de arte. Inuenit in media fœmina piſcis aqua. Et Varro Fabium Pictorẽ ſequutus, lupũ fœminam dicit. quẽ admodũ. Quint. in. i. libro refert. ¶ Maſcula ſunto tibi. Secũda ſignificationis regula eſt, ꝙ nomina earũ rerũ quæ ſexũ diſcretum non habent: ſi res illas tales imaginamur & fingimus: aut de illis ita loquimur quaſi ſint maſculi aut fœminæ: generis ſunt maſculini aut fœminini. vt hic mars, hæc venus: ſic enim de diis gentium poetæ fabulantur, quaſi ſexum habeãt. & qđ mars venerẽ adulterauit. quodq; illa ex Anchiſe Aeneã genuit, & talia quædã quæ in naturã diuinam cadere nullo mõ poterant, Sic preterea illum pingunt armatum & viriles pugnas tractãtẽ: quẽadmodum & illã fluxiori veſte & mundiciis muliebrib9 deditã. Quãq; varro in primo lib. de re ruſtica Venerẽ inter duos mares poſuit, qđ etiã Verg. ſignificare viſus eſt, cum. ii. æn. dixit. Ducente deo. i. venere flãmã inter & ignẽ expedior, idem quoq; lib. ſat. i. Macrobius confirmat autoritate Calui. Leuini. Ariſtophaniſq; poetarum. Eadẽ quoq; ratione ãgelorũ quedã propria noĩa generis ſunt maſculini. vt Michael, Gabriel. Raphael. Tron9. partim fœminina. vt virtus, dominatio, poteſtas. partim neutra. vt dæmoniũ. cherubin & ſeraphin. quæ in numero multitudinis noſtri genere neutro protulerunt, cum tñ autore Priſc. in. v. lib. hebraica lingua genus neutrum non habeat. ſed forte fecerunt vt oſtenderent ſpiritus illos non habere ſexum diſtinctum. quẽadmodum oſtreũ. ſcortum. mãcipiũ. ſeruitiũ. ſub quibus vtrumq; ſexũ intelligi voluerũt. Dicit ergo ꝙ nomina quaſi maſcula ſũto. i. ſũt maſcula. i. gñis maſculini. & nomẽ quaſi fœmineũ, ſit fœmineũ. i. gñis. fœ. vt Mars de9 belli, & Ven9 dea amorum. Pro teſte. i. ꝑ exemplo. ¶ Quodſi ꝑ metony. Mars ꝑ bello accipitur. Lar ꝑ domo. Neptun9 ꝑ mari. aut rurſ9 Ven9 ꝑ libidine. Ceres ꝑ frumẽto. tellus ꝑ terra q̃ figura freq̃ns eſt apud poetas: nihilomin9 ſuũ gen9 retinet. ¶ Eſt duplicis gñis. Tertia ſignificationis regula eſt, quod nomina q̃ ex ipſa rerum ſignĩtione ad mares & fœminas pertinent: cõia ſunt duorum generum, vt hic & hæc pauper. hõ. teſtis. ¶ Noĩa præterea, quæ ex ipſa rerum ſignatione ad mares & fœminas pertinent: atq; etiam neutris iungi pñt, cõia ſunt triũ gñrum. vt hic & hæc & hoc prudens. ſapiens. fœlix. Sed quoniam hæc regula ad innumeras prope dictiones pertinet, in quib9 aliqua fuerit difficultas, quo gñe ſũt proferendæ: per regulas terminationum facilius explicabitur. Dicit igitur. Illud nomen eſt duplicis gñis: quod vterq; ſexus. hoc eſt maſculinum & fœmininum recipit. Et illud nomẽ eſt cõe trium generum: quod ad hæc. i. vltra duo illa gña iungis neutro: quia maſculinis & fœmininis & neutris iungi põt. ¶ Menſes cum fluuiis. Quarta regula ſignificationis eſt: ꝙ quia menſis gñris eſt maſculini: nomina quoq; menſiũ gñis ſunt maſculini. vt hic aprilis: quintilis. ſextilis. ſeptember. Præterea quia fluuius gñris eſt maſculini, nomina quoq; fluuiorũ generis ſunt maſculini. vt hic Arar. garũna. bætis. atax. Proper. lib. ii. Teſtis arar, rhodanuſq; celer, magnuſq; garũna. Mar. Bætis oliuifera crinem redimite corona. Item in eodem. Quem tremeret forti milite victus atax. Sequuntur tamen aliquando genus terminationis. Lu. in. vii. Et damnata diu Romanis allia faſtis. Oui iiii. faſto. Clauiger & tanto eſt albula pota deo. nam albula is eſt, qui poſtea tybris fuit apellatus. Mar. tamen. libro. xi. maſculino iunxit dicens. Cui rector aquarum albula natigerum per freta tendit iter. Luca. neutro genere lib. ii. cruſtumiumq; rapax & iuncto ſapis iſauro. Idem in iiii. Et tepidum in molles zephyros diſcurrit iader, Cruſtumium & iader etiam ratione ſignificationis poſſunt eſſe neutri quia flumina intelliguntur, quod Horati9. expreſſit in arte poetica, dicens. aut flumen rhenum aut fluuius deſcribitur arcus. Idem. iiii. carmi. teſtis metaurum flumen & Hannibal deuictus, nam teſtis etiam neutris iungi poſſe ſuo loco dicemus. ¶ Arboris eſt nomen. Quinta regula ſignificationis eſt, ꝙ quia arbor generis eſt fœminini, nomina quoq; arborum generis ſunt fœminini. vt hæc prunus. pyrus. ſorbus. pinus. laurus. populus. ¶ Excipiuntur generis maſculini. hic rubus. dumus. Sed rubus, quia frutex potius eſt, quod ad arboris altitudnem non aſſurgit. Virg. in buco. ferat & rubos aſper amomun. quamquã Serenus fœmininum etiam protulit dicens. Mãditur apta rubus gingiuis. ¶ Dumus vero, quia non tam certum quoddam genus fruticis, quã fruticem ipſum ſignificat. ¶ Oleaſter quoq;, quia degenerat ab oliua, maſculino genere quaſi fruticem protulit verg. ii. Geor. Indi. Et eſt tractu ſurgens oleaſter eodem Plurimis. Quod vero dixit amarus foliis, alluſit ad illud Vergilii foliiſq; oleaſter amaris. Calphurnius tamen neutro genere protulit in æglogis. Me teneras ſalices iuuat, aut oleaſtra putare. aut poteſt eſſe ab eo quod eſt hoc oleaſtrũ. ſic enĩ poſſumus dicere oleaſter & oleaſtrũ, vt a pyrus, pyraſter & pyraſtrum. Pli. lib. xv. pinaſter nihil aliud eſt, quã pinus ſylueſtris, copioſam dat hæc materiã. genere fœminino dixit hęc. Theophraſtus quoq;, interprete Theodoro gaza. lib. iii. de ſtirpib9, ſicut pinaſtri, inquit, quæ in locis vmbroſis naſcũtur. Idem quoq; autor eodẽ interprete ſub alia terminatione in genere neutro protulit in primo eiuſdẽ operis. pinaſtrũ (inquit) ampliſſimũ pulcherrimũq; a priſcis locis emigrat. Idem in. ii. Exit ex pyro vitiatũ pyraſtrũ, cũ alias pyraſter ſæpe dixerit. Spinus ſpini. Verg. ii. geor. ſpinos & pruna ferentes. gñe maſculino dixit. ¶ Neutra quoq; ſunt, ſiler robur, ſuber, laburnũ. Verg. ii. geor. Molle ſiler lentæq; geniſtæ: vbi Seruius notat genus neutrum raro de arbore inueniri. Theophra. li. iii. de ſtirpibus. Theodo. interprete, quidã robur & nucẽ auellanã florere exiſtimãt. Idem eodem interprete libro. i. Suber etiã viride leue eſt: niſi forte hic de ligno loquutus neutro genere eſt vſus. nã Pli. li. xvi. maſculino genere dixit. Serotino autẽ germine malus tardiſſimus ſuber. Idẽ in eodẽ iuglãdes, caſtaneę, laburnũ alpina hæc arbor nec vulgo nota: quæ cũ ſola materia cẽſeatur merito gñis eſt neutri: præſertim cum gñis neutri terminationẽ habeat quẽadmodũ Verg. de materia hebeni dixit. India nigrũ fert hebenũ. Idẽ li. i. eiuſdẽ operis. & torno raſile buxũ. Et. vi. æñ. mirata volubile buxũ. Oui. i. de amorib9. At nuper vile fuiſtis acer. Multa præterea arborũ peregrinarũ noĩa quarũ materia tantũ ad nos peruenit: neutro gñe inueniũtur ab oratorib9 prolata. vt bdeliũ. balſamũ. cynamomũ. ¶ Inſula cincta mari. Sexta regula eſt: ꝙ quia inſula, nauis, vrbs, fabula poëtica gñis ſunt fœminini, noĩa quoq; inſularũ, nauiũ, vrbiũ, fabularũ, ex rõne ſignificationis gñis ſunt fœminini. Itaq; quatuor partes cõtinet. Prima eſt, ꝙ noĩa inſularũ fœminina ſunt. vt Samos. Chios. Lesbos. Verg. i. æñ. poſt habita coluiſſe Samo. Hor. i. Epľa. quid tibi viſa Chios bullati notaq; Lesbos. Sequũtur tamẽ aliquãdo genus terminatiõis. vt Ouid. xi. meta. & mitylenæi potiũtur littore Lesbi. Hor. igitur ex rõne ſignificationis protulit lesbos gñe fœminino. Oui. tamẽ reſpiciens terminationem gñe maſculino. Nauiũ quoq; nomina gñis eſſe fœminini poëtarũ vſus oſtendit, vt cẽtaurus piſtris, argo. Verg. v. æñ. Cẽtauro inuehitur magna ſcyllaq; Cloãthus cærulea, & ibidẽ partẽ roſtro præmit emula piſtris. Ibidẽ in buc. erit altera quæ vehat argo delectos heroas. Nomina præterea vrbiũ generis ſunt fœminini, vt ſeſtos, abydos, ſaguntos, caſtulo, præneſte. Oui. in Epľa Leandri: vel tua me ſeſtos, vel te mea ſumat abydos. Sil. li. i. ceu tua ſagũtos ignẽ micet. Idẽ. lib. iii. fulget præcipuis parnaſia caſtulo ſignis. Verg. viii. æñ. præneſte ſub ipſa. Iuue. quis timet aut timuit gelida præneſte ruinã. Idem tamẽ. i. Georg. terminationẽ reſpiciẽs dixit: pontus & oſtriferi fauces tentãtur abydi. Luca. li. iii. obſeſſum Pœno geſſit quod marte ſaguntũ. & Iu. atq; coronatũ & petulãs madidũq; tarentũ. Verg. viii. æñ. quiq; altũ præneſte viri. Sil. iii. pu. & celebre oceano atq; alternis fluctibus Hiſpal. & Mar. fluctus paſſeris aut ſuperbus anxur. quod oppidũ etiã gñe neutro protulit. Hora. i. ſer. impoſitũ ſaxis late candentibus anxur. Nomina quoq; poëmatũ, hoc eſt, comœdiarũ, & fabularũ poëticarum generis ſunt fœminini: vt eunuchus heautõtimorumenos thyeſtes. æneis. ilias. Terẽ. eas ſe non negat perſonas trãſtuliſſe in eunuchum ſuam. Idẽ. hodie ſum acturus heautõtimorumenõ duplex: quæ ex argumẽto facta eſt ſimplici. & ſi cum Quin. dicam varii thyeſtes cuilibet græcorum comparanda eſt. Papi. xii. the. neq; tu diuina æneida tenta, & Perſi. nulla tibi vendo iliada. Quod vero. Iu. dixit. ſcriptus, & in tergo nec dum finitus oreſtes, ad virum potius illum, quã ad fabulam reſpexit. Sunt qui dicant nomen fabulæ, cum eſt appellatiuum, debere eſſe generis fœminini: cum vero propriũ, retinere genus ſuum. Nam quod Verg. buc. georgi. neutro gñe inſcripſit. alia figura dictũ eſt: cum neq; illa proprie poëmata dicantur: quę Ariſto. autore in. li. de arte poeti. debent eſſe vnius rei & continuatæ. ad quod videtur alluſiſſe. Oui. cum in principio ſuæ meta. ſcripſit. Primaq; ab origine mundi ad mea perpetuũ deducite tẽpora carmẽ. Dicit igitur inſula cincta mari, ad differentiã inſulæ vrbanæ, hoc eſt, nomina inſularũ, & nauis. i. nomina nauium: & pœma. i. noĩa fabularũ. cũ vrbe. i. cum nominibus vrbiũ. ſunt generis fœminini ex rõne ſignificationis. ¶ Dictio non nomen. Septima regula eſt: ꝙ dictio quæ a prima poſitione ſua non eſt nomẽ, ſi ponatur pro nomine gñis eſt neutri: quæ regula non de pronomine, ſed de aliis partibus oratiõis intelligitur: quia pronomẽ nõ ponitur pro noĩe ſimpliciter: ſed pro noĩe proprio tantũ. dictiões autem hmõi aut ſunt verba, aut participia, aut aduerbia, vt hoc amare. viuere. aue. ſalue. vale. Teren. in eunu. extrema linea amare nõ nihil eſt. i. amoris. Per. autem genus expreſſit. in. i. ſaty. Noſtrum iſtud viuere triſte aſpexi. i. noſtrã iſtam vitã triſtẽ. Mart. aue latinũ chære non põt græcũ exprimere. Oui. in Epľa. Laodomiæ. vix illud potuit dicere triſte vale. Participia quoq;, vt hoc inconnenſens. accidens, contingẽs. antecedẽs. cõſequẽs. Intelligo autẽ de participiis, quæ nõ iungũtur ſubſtãtiuis maſculini aut fœminini gñis: cũ exprimũtur, aut cũ ſupprimũtur, nã illa oriẽs, occidẽs maſculina ſunt, quia ſubintelligitur ſol. ꝓfluẽs. cõfluẽs. torrẽs ęque maſculina, quia ſubintelligitur fluuius: aliq̃n tñ aqua profluens dicitur, vt apud Liuiũ. i. ab vrbe. pueros in profluentẽ aquã mitti. Cõtinẽs vero fœmininũ eſt, quia terra ſubintelligitur: conſonãs, quia litera: ſed de his cum de gñe participiorũ diſſeretur, plura dicemus. Aduerbia quoq; gñis ſunt neutri, vt decẽter. belle. euge. ſophos. cras. Perſi. quin optes tepidũ hoc audire decẽter. Idẽ. euge tuũ, & belle. nam belle hoc excute totũ. Idẽ ecce aliud cras egerit hos annos. Mart. audieris cum grãde ſophos dum baſia iactas. Idẽ alio in loco. Quod tã grãde ſophos clamat tibi turba togata, interpretatur autẽ ſophos ſapiẽter. Illa quoq; decies. vicies. cẽties, ponuntur ſæpe pro noĩe & ſunt neutri9 gñis. Mar. nõ plenũ modo vicies habebas. Idẽ in alio loco. Dic vbi ſit decies mater qđ auara reliq̃t. ¶ Neutras pone notas. Octaua regula ſignificatiõis eſt: quod noĩa literarũ græce, & latine gñis ſunt neutri: & hoc quia græce grãmata dicuntur, latine vero elementa. vt hoc alpha, beta. iota. theta. Mart. eſt operępretium diſcere theta nouũ. & Perſius. & potis es vitio nigrũ præfigere theta. Hierony. in Euange. Non pertranſibit neq; vnũ iota. neq; vnus apex. eadẽ quoq; rõne dicemus. o micrõ. y pſilon. & vnũ. a. & duo. b. tria. c. Ex ratione quoq; ſignificationis: quia litera gñis eſt fœminini, literarũ noĩa ali



Neutra ſiler, robur: cũ ſubere iunge laburnũ.
Inſula cincta mari, nauis: cumq; vrbe poëma
Fœminei generis ſunt cauſa ſignificati.
Dictio non nomen pro nomine, ſit tibi neutra.
Neutras pone notas ſeu græcas ſiue latinas:
Sæpe tamen profert muliebres ſermo latinus.

qñ gñe fœminino ꝓferim⁹:vñ alias appellam⁹ vocales,alias ſemiuocales,alias mutas,alias liqdas. Dicit igit:neutras pone notas.i.literas hoc eſt literarū noīa: ſiue ſint græca ſiue latina. & ſunt indeclinabilia.

NOmen quod ſit in.a. Propoſitis regulis generalibus ad cognoſcendum genus nominum ex ratione ſignificationis,nunc quod reliquum eſt:quodq́ ſub nulla ex illis regulis continetur,per terminationes ordinis alphabetarij diſponit:ſic tamen vt prius vocales,deinde conſonantes digerātur. Dicit itaque in primis,  nomina terminata in.a.generis ſunt fœminini,vt hæc muſa. grammatica.terra.fortuna.Excipiūtur pauca generis maſculini popa cum pro ventre præpingui accipitur. nam generis eſſe maſculini Phocas teſtatur. dixit autē popa venter alludēs ad illud Perſi.aſt illi tremit omēto popa venter. Popæ etiam dicebantur miniſtri ſacrorum ſiue victimarij. Propꝑ.lib.iiij. ſuccinctiq́ calēt ad noua ſacra popę.Spartia.in geta.percuſsit(inquit)hoſtiam popa nomine Antonius. Perſius itaque non tam pro pingui & obeſo,quam pro phagone & heluone ventre dixit.aſt illi tremit omento popa venter. Scriba laniſta. Scurra. lixa,

¶Regulæ terminationis.

NOmen quod ſit in.a.finitum,dic muliebre.
Accedūt maribus popa veter,ſcriba,laniſta,
Scurraq́ cum lixa,ſinus adria,vacia,panſa,
Vernaq́ cum rabula,caculaq́,agrippaq́ iunges.
Et quod ab.es.græco conſtat veniſſe latinum,
Cuius fœmineum plerumq́ fit in tria,vel.tis.
Quod declinatum dat tertia,dicito neutrum,

quia nomina ſunt officiorum ad ſolos mares pertinentia,ideo ſub genere tantum maſculino ponitur. Adria quoq́ pro mari ſiue Adriatico ſinu ſemper maſculinum reperitur. Luc.in.v.ſonat Ionio vagus adria ponto.Hor.ij.car.Adria diuiſus obiecto remittas quærere.& in.iij. improbo iracūdior adria. & in eodem : dux inquieti turbidus adriæ.Sene. in thyeſte: aut ſæuo rapidus freto ventoſi tumor adriæ. Priſc. imperihegeſi,necnon ſinus adria vaſtus. Vacia.panſa.verna.rabula.cacula.agrippa.& ſi ratione ſignificationis ad mares fœminaſq́ pertinere poſſunt,nunquā tamē niſi de maſculinis dicuntur. Nomina quoq́ Græca venientia a nominibus terminatis in.es. quæ ad primam nominis declinationē latinā referuntur,generis ſunt maſculini: quemadmodū & apud Græcos erant.vt hic ſcythes.æ. ſcytha.æ.hic nautes nautæ.nauta nautæ,hic ſophiſtes ſophiſtæ,ſophiſta ſophiſtæ,& hic poëtes poëtæ,poëta poëtæ. hic prophetes prophetæ,propheta ꝓphetæ,hic thecnites thecnitæ,thecnita thecnitæ,hic ſarmates ſarmatæ,ſarmata ſarmatæ. hic getes getæ,geta getæ.ammonites ammonitę.ammonita ammonitæ. moabites moabitæ,moabita moabitæ.Horatius.ij.carmi.Quid bellicoſus cantaber,aut ſcytes. Cicer.in.v.thuſcu,Scythes anacharſis potuit pro nihilo pecuniā ducere.Idem in academicis.At quis eſt nūc ſophiſtes:ſic enim appellantur qui oſtentationis aut quæſtus cauſa philoſophantur.Vergilius in.v.ęñ. Conſilijs pare,quæ nunc pulcherrima nautes dat ſenior.nautes enim nauta interpretatur. vnde & Propertius nauta cognominatus eſt:quia ex familia nautarum fuit.Deuterono.xxiij.Ammonites & Moabites etiā poſt decimā generationē nō intrabūt eccleſiā domini,& eodē modo de reliquis:quæ omnia ſub hac terminatione generis ſunt maſculini.nā fœminina in.tis.vel in.tria.exeūt.vt ſcytha.æ.ſcythis.idis. Ouid.in metamor.Exercere artes ſcythides memorātur eaſdem.Eodem modo nauta.ę.nautis.idis. ſophiſta.æ.ſophiſtis.idis.poëta ę.poëtis.idis. propheta.ę.prophetis.idis. vel propheti ſſa. Perſius coruos poëtas & poëtridas picas:non poëtridas,vt quidā codices habent.Iſraelita.æ. Iſraelitis.idis. Leui.xxiiij. Ecce nūc egreſſus filius mulieris Iſraelitidis,quē peperat de viro egyptio inter filios Iſrael iurgat⁹ eſt in caſtris cū viro Iſraelita.Sedulius quoq́ leuitis gens dixit in paſchali. Ambroſius tū in Euāgelio Lucę cum loqueretur de Eliſabe,& Maria cognata,inquit,quia ambę Iſraelitę erāt,ſed ſuſpicamur mendū eſſe:quia idē paulopoſt dixit:vtiq́ Ruth intrauit in eccleſiā,& facta eſt Iſraelitis. Prudētiū vero nulla ratio excuſare pōt,cū in pſychomachia dixit:ſodomita libido,& in vita Emetherij & Celedonij martyrū hymniſtas idem dixit.Madianites.itis.Nume.xxv.Mulier madianitis,q̄ pariter interfecta eſt,vocabatur cozbi,& pauloāte:qui occiſus eſt cū madianitide.Iezraelita.itis.Carmelita.itis.Paralipomenō.j.Capi.iij.Dauid habuit primogenitū Ammon ex Achmoe Iezraelitide,ſcd̄m Daniel de Abigail carmelitide.Iudicū iiij.erat aūt delbora prophetis.& Lucas.eodem interprete:erat Anna propheti ſſa.pro quo in græco habetur prophetis.A moabita quoq́ idē Hierony.fecit moabitis.idis.lib.Ruth.ſępe.vt hęc eſt moabitis q̄ venit cū Noemi de regione moabitidis. & a Sauromata.atis. Pōpo.melł.li.iij. Amazones,quas ſauromatidas appellabant.& a ſarmata.atis.idis.Mart.venit & epoto ſarmata paſt⁹ ęquo. Oui.j.de pōto. Terreat,& manes ſarmatis vmbra meos.Dicim⁹ tamē a cythariſtes.riſta.iſtę. & cythariſtria.iſtrię.tympaniſtes.iſta.ę.tympaniſtria.iſtriæ.pſaltes.pſalta.ę.pſaltria ę.cymbaliſtes.iſta.ę.cymbaliſtria.æ.ſambuciſtes.ciſta.ę.ſambuciſtria ę.Liui.ab vrbe condi.lib.xxxix. Tunc pſaltriæ,ſambuciſtriæ,& cōuiuialia ludionū oblectamēta.Iuue.quā pſaltria penem maiorē intulerit.Quinti.maſculino vſus eſt.lib.j. ſi pſaltes inquit, & geometres multa dicit dediſſe. ab eo quoq́ qd̄ eſt tympaniſtes.iſtria. fecit Hierony.in pſalte. In medio,inquit,iuuencularū tympaniſtriarū.Illud etiam conſiderandū eſt nullum eſſe nomen latinū,qd̄ in.iſta.terminetur,vt ignari latini ſermonis dicūt. artiſta. terminiſta. licet tū a græcis huiuſmodi denominatiua formare,vt hic canoniſtes,vel canoniſta. origeniſtes, vel origeniſta. quorū fœminina mittunt in.tis.vt canoniſtis.idis.origeniſtis.idis. Rōne quoq́ ſignificatiōis inueniūtur nomina montium in hac terminatiōe gñis maſculini.Ouid.in ibin.vtq́ dedit ſaltus,& fumo theſſalus oſſa.in eodem. Plurima quā flamma ſicanus æthna vomit. Idem tamen alibi terminationē reſpexit dicens. Ingeſtaq́ olympo ardua deuexum pelion oſſa tulit. ¶Quod declinatum,qd̄ tertiæ declinationis nomina in.a.terminata generis ſunt neutri, vt hoc emblēma.atis. toreuma toreumatis.peripetaſma. atis.ſchema.tis. Antiquiores.tamen per primam declinationem ſub fœminino genere protulerunt,vt Plau.in perſa.cum decora ſchema.Laberius nec pythagoream dogmam doctus. Pompo.liber diademā dedit.Ouid.tamē ſingulari exēplo polenta poſuit in genere neutro cum ſit latinum declinatiōis primę. Ait enim meta.v.dulce dedit teſta,quod coxerat ante polenta. & paulopoſt,cū liquido mixta ꝑfudit dita polenta.Tollerabilius noſtri māna.mānona,& paſcha neutro gñe protulerūt,cū ſint barbara & indeclinabilia,quāquā ſunt qui paſcha declinari contendant tum per primam,tum per tertiam.



¶Compoſitū a verbis.Quod nomina a verbis cōpoſita, quorum ſignificatio ad mares & fœminas pertinet communia ſunt duorū generū ſub hac terminatione, vt a gigno gignis, hic hæc terrigena.æ.alienigena.æ.a collo.is.hic hæc cælicola.æ.agricola.æ.a venio.is.hic hæc aduena.æ.cōuena.æ.a ſequor ſequeris, hic hęc aſſecla.æ.pediſſequa.æ.a fugio fugis,hic hęc trāſfuga.æ.perfuga.æ.ab ago agis,hic hæc auriga.æ. a cędo cędis,hic hæc homicida.æ.parricida.æ.a lego legas,hic hæc collega.æ. Phoc.ſub gñe poſuit maſculino pleraque ex his,ut aſſecla,collega,tranſfuga, perfuga,homicida, parricida:quaſi nō & ſequi alium, & eſſe ex corpore alicuius collegij,& tranſfugere ad hoſtes, & parentem cædere ad fœminas etiam multomagis pertineat,quam aurigam eſſe:cum Verg.libro.xij. æñ. dicat nec currus vſquam videt aurigamque ſororem. Quod vero quidam dicunt, verbigenam ex ratione ſignificationis eſſe tantum generis maſculini,quia vnus tantum Chriſtus Ieſus eſt verbigena : nihil ad grammaticum pertinet,qui recte poterit dicere ſolem verbigenam,lunam verbigenā. Quid qd̄ nec Chriſt⁹ verbigena debet appellari, cum non ſit verbo genitus:quin potius ipſe ſit verbum genitum:quia generatione interna dicitur a patre:& per quod reliqua omnia creata ſunt,dicente ſacra ſcriptura, verbo domini cœli firmati ſunt. Omnia ergo pręter vnum Chriſtum ſunt verbigena. i. verbo genita, quandoquidem a gigno compoſita illo modo ſignificant : terrigena ex terra genit⁹. Martigena ex marte genitus. Iunonigena ex iunone genitus: ex proportiōe igitur verbigena verbo genitus:quod de Chriſto an recte dicatur iſti viderint ,quibus non magis aſſentior,quā Prudentio qui in ode ante cibum ſcripſit, o crucifer bone omnipotēs pie verbigena.quod ipſe quoq́ in hymno natalis Chriſti interpretatur dicens. Ex ore quamlibet patris ſit ortus & verbo æditus. Inueniuntur quędam ex his nominibus neutro generi adiuncta: vt quod paulo ante diximus omnia verbigena, ſed figurate : vel potius quod antiquiores huiuſmodi nomina per tres terminationes, & tria genera declinabant. Pacuuius. caprigeno generi gradibus greſsio eſt. & Cicer. in prognoſticis, caprigeni generis cuſtos. Actius ex taurigeno ſemine ortam fuiſſe. & hac ratione Valerius Maximus in primo libro dixit. duo eiuſdem generis alienigena exempla. ¶Neutrum nomen in.e. Quod nomina latina terminata in.e.generis ſunt neutri, vt hoc mare, cubile, monile: & a nominibus adiectiuis duorum generum communibus ſub hac terminatione.is.vel maſculinorum in.er.fœmininorum in.is.neutra per.e.vt hic hæc breuis & hoc breue,hic alacer, hæc alacris, hoc alacre. vel hic & hæc alacris hoc alacre. Græca tamen generis ſunt fœminini, vt hic libye.es. ſynecdoche.es. Pentecoſte.es. Nerine.es.

Compoſitum a verbis eſto cōmune duorum,
Neutrum nomen in.e. Muliebria ſint tibi græca.
Vnum nomen in.i.ſed neutrum dicito gummi.
O.finita dabis maribus,velut vnio gemma.
Fœmineis iunges per. io. nec habentia corpus.
Additur atq́ caro,cœnatio, portio, quodq́
Deſinit in do.go.Tamē hęc ſunt maſcula ꝓdo.
Ordo,pedo,comedo,ſpado,vdo,cardoq́ cerdo.
Et cudo,burdoq́.harpago,mango,ligoq́.

¶Vnum nomen in.i. quod nomina in.i. deſinentia generis ſunt neutri, quamquam Priſcianum ſequuti vnum tantum poſuimus hoc gummi. Pliñ.libro.xiij.gummi optimum eſſe ex ægyptia ſpina cōuenit,vermiculatum,purum: deterius ex amygdalis amaris: peſsimum ex prunis.Colu. libro.xiij de re ruſti.genere fœminino eſt vſus ſub terminatiōe.is. Satius eſſe, inquit,noua dolia gūmis liquida perluere,& infra ferias craſſa gummis liuerunt. & iterum talis materies: qualis eſt gummis Eodem modo ſinapi generi neutro poſuit Phocas. vnde Serenus:Sæpius,ergo decet mordax haurire ſinapi: atque in hunc modum ſemper vſus eſt Cornelius celſus. Reperitur tamen & ſinapis genere fœminino. Plau. in pſeu.teritur ſinapis ſcelerata.& Colume.ſeque laceſſenti fletum tactura ſinapis.ami quoque,moly, meli,& quędam alia nomina peregrina ſub hac terminatione in genere neutro repeiuntur prolata. Pliñ. libro.xx.eſt cumino ſimillimum:quod græci vocant ami:quidam vero Aethiopicum cuminum. Vergil.in priape.quem cur moly vocant,mentula moly fuit. meli quoque,quod mel interpretatur, huius gñis eſt:ſed nō reperitur apud nos niſi in cōpoſitione.vt melilotos.melimelū. Nihili vero hmōi,& huiuſcemodi,genitiui ſunt caſus,ab eo quod eſt nihilum & modus:quemadmodum frugi & mancipi datiui,ab eo quod eſt fruges & manceps: vnde apud Plautum ſæpe legimus.eſt vir bonæ frugi.Ergo hæc noīa nō ſunt communia trium generum,vt dixit Phocas: ſed quemadmodum Priſcia.obliqui caſus figurate cum omnibus caſibus adiuncti. ¶O.finita.quod nomina in.o. deſinentia generis ſunt maſculini.vt hic ſermo.hiſtrio.vnio pro gemma vel margarita potius grandiori. nam pro vnitate ſi vſpiam reperiretur,generis eſſet fœminini:ergo addidit gemma,vt ſignificaret lapillum rem corpoream.Sed autore Phoca.i.ante.o.habentia,quæ rem incorpoream ſignificant,gñis ſunt fœminini.vt hæc religio.rebellio.talio perduellio,& quæ dicuntur verbalia. vt lectio.auditio.Caro quoque generis eſt fœminini, quoniam antiquiores hæc carnis declinabant.Liuius in odyſſea: carnis,ait,vinumq́ quod libabant. Liuius.xxvij.ab vrbe con.carnis quæ dari debet data non fuerat. Cœnatio præterea.i.locus vbi cœnamus,& ſi rem corpoream ſignificat,nihilominus tamē generis eſt fœminini.Mar.mica vocor, quid ſim cernis,cœnatio parua.Portio quoque quando rei corporeæ pars eſt,corpus ſignificat,tamen ſemper eſt generis fœminini. Superioribus etiam annumerantur deſinentia in.do. vel in.go.vt hæc albedo. fortitudo.formido.farrago.fuligo.virgo.quam nemo vnquam apud autores idoneos legit maſculino genere: etiam ſi de Ioanne euangeliſta noſtri dicant:quod illi virgini Chriſtus virginem matrem commendauit. Ab hac exceptoria regula ruſus excipiuntur pauca nomina,quæ duobus verſibus continentur, quoniam generis ſunt maſculini vt hic prædo.& c.ordo.inis.pedo.onis.ideſt,qui pedes habet grandiores.comedo.onis.qui nimium comedit. ſpado.onis.vdo.onis. Mart.in diſticho,cuius titulus eſt vdones Cilices. & in digeſtis titulo de auro & argento legato.l.argumēto.Alia,inquit,eſt cauſa vdonum,qui vſus calciamentorum præſtant. Cardo.inis.cerdo onis.Cudo.onis.Silius libro. viij.punico.Spicula bina gerunt capiti cudone ferino.capitis eſt armamentum ex corio.Burdo.onis.etiam his iungitur.vt digeſtis titulo de legatis.ij.l.item legato.Sella,inquit,vel burdones.Quarto quoq́ regum lib.cap.v.Concede mihi ſeruo tuo,vt tollam onus duorū burdonū.harpago.onis.Liui.xxx.ab vrbe con.aſſeres ferreo vnco præfixos harpagonas vocant milites.Plautus.noui ego hos harpagones. mango.onis. ligo.onis.

¶Ad duo cõmunis homo, Q đ hæc tria nomina. homo.inis. nemo.inis. latro.onis. cõmunia ſunt duorum generum. Verg.i.æñ. Nec vox hominem ſonat: o dea certe. Terẽtius in andria. Hoc ego ſcio vnũ: neminem peperiſſe hic. Titinnius. Quod rogas neminem decet bonam. Latro quoq; a neoteritis communis duorum generum ponitur: cum apud idoneos autores nunquã fœminino genere reperiatur, ſicut nec leo: quãquam dicat Seruius eſſe commune duorum generum, & fullo: cum eodem autore non mittat fœmininum in.a. niſi ſit vſurpatum.

Ad duo cõmunis homo nemo iunge latronẽ.
Eſt cõmune triũ præſto, quod ſum comitatur.
Neutrum nomẽ in.u. cornu eſt pro teſte, geluq;.
C.D. neutra dabis, reperis tamen hæc quoq; raro.
Al. neutrum pones. Tamen hic ſal debet habere.
Et duo ſunt neutris cum melle fel annumeranda.
Nil nihil eſt neutrum, vigil & pugil eſto duorum.
Solus in, ol. eſt ſol. Hic conſul dicitur eſſe.
Sed tamẽ ad duo ſunt cõmunia præſul & exul.

Nec diſsimulandus eſt in hoc loco circulus: quem præter vnum Phocam grammatici omnes fecerunt in genere ſupponentes declinationem, & in declinatione genus. Nã quo modo reliqui omnes grammatici præcepta tradiderunt, nũquã omnino ſcire poterim9 nomina in.do. vel in.go. deſinentia cuius ſint generis, aut quemadmodum mittunt genitiuum. Eſt commune trium præſto. Quod hoc nomen indeclinabile præſto commune eſt trium generum, & ſemper iungitur huic verbo ſum es fui. vt præſto ſum, præſto fui. pro præſens ſum. præſens fui, Cicero in epiſtolis ad Appium. Fabius legatus mihi præſto fuit. reperitur etiam preſto eſt, pro efficax eſt. vt Celſus lib.vj neq; medicamentum præſto eſt.i. præſens & efficax. Pſeudo propterea non poſuimus: qui nuſquam eſt niſi in compoſitione. vt pſeudo prophetes. pſeudoſtomos: pſeudographia ¶Neutrum nomen in.u. Quod nomina in.u. deſinẽtia generis ſunt neutri, vt hoc cornu, veru, pecu, gelu, penu, tonitru. Ouid.ix. meta. rigidum fera dextera cornu diſ... tenet. declinatur quoque hic cornus.us. genere maſculino. Luca in.vij. cornus tibi cura ſiniſtri. Celſus libro.vj. ceruini cornus combuſti. & paulopoſt, quia cornum habet. Plinius quoq; multis in locis hoc gñe declinationis eſt vſus. Dicimus quoq; hoc pecu, & hoc pecus.oris. Pli.lib.viij. natura. hiſto. equi noctio verno & cetera pecua admittitur. ab eo quod eſt pecu dixit pecua, hoc gelu, & hic gelus. Lucre. libr.vij. quia ſæue gelus quod continet in ſe emittit. Actius in prometheo. profuſus flamine hiberno gelus. Hoc genu & hoc genus.i. Verg.i.æñ. nuda genu nodoq; ſinus collecta fluentes. Idem in.v. genu nuda ad genus ipſum lumina pandit. ac rurſus ibidem: ſic propter leuũ genus omni ex parte locata. Hoc tonitru & hic tonitrus. Pli.lib.xxxvi. tonitru intus terribile exiſtat. Ouid.i. meta. humanas motura tonitrua mẽtes. Idẽ.j. de triſtibus: hoc mihi nõ ouium fibræ tonitrus ve ſiniſtri. Silius.lib.xij. puni. fulminaq; & tonitrus & nymbos cõcutit aer. ¶C.D. neutra dabis. Q đ noia deſinẽtia in.c. vel in.d. gñis ſunt neutri. vt hoc lac, halec, aliud. qđ. quid & de pronominibus id. illud, iſtud. nec alia fere inuenies. Antiquiores tamen hoc lacte lactis declinabant, a quo videtur abſciſſum fuiſſe lac. Plau. in menechmis, neq; lacte eſt lacti (mihi crede) vſquã ſimilius. hæc lactis, aliud ſignificat: eſt enim inteſtinũ, per qđ labitur cibus. Titinnius. craticula, cerebellũ, lactis agnina, ſed magis vtimur in plurali. Pli lib.xi a ventriculo ... ctes in homine & oue: per quas labitur cibus. Põpeius. oro te per lactes tuas. ¶Halec quoq; & hæc halecis poſſe declinari Priſ. autoritate Probi grãmatici cõfirmat, id quod & nos fatemur: ſed qđ vtrũq; putat nomẽ eſſe piſcis, id nos aſſeuerate negam9. cũ halex piſcis ſit, ex quo ſale macerato exudat ſanies: qua vtebantur pro ſalſamẽto, quod dicebatur halec. Sed de piſce. Mart. halecẽ, ſed quã protinus illa voret. Cato de re ruſt. vbi olea comeſæ erunt, halecẽ dato. Colume. diminutiuo vſus eſt dicẽs: in eſcam piſcibus ſuperbi cõuenit haleculis, putrẽq; ſardinã. & paulopoſt. haleculã (inquit) modo captam. Theodo. in lib. de animal. halecẽ interpretatur menã. Halec vero pro ſalſamento poſuit Hora. in.j. ſer. ſiler. halec fæcula coa. & in.ij. egó fæcem cogitare primus & halec. Halex quoq; genere fœminino poſuit Pli.lib.ix. Mar. apicius, inquit, e iecore mulorum halecẽ excogitare prouocauit: cuius nominatiuus non eſt halecis, vt Priſc. putauit, ſed halex. vt Pliñ. lib.xxxi. vnguium ſcabriciam tollit halex. & ibidem: vitium gari eſt halex imperfecta, nec colata fæx. ¶Al neutrũ pones. Q đ nomina in al. deſinentia gñris ſunt neutri, vt hoc tribunal, ceruical, vectigal, animal, lupercal. Vnum tamen reperitur generis maſculini. hic ſal. Pliñ. lib.xxxi aiunt dentes non erodi nec putreſcere: ſi quis quotidie mane ieiunus ſalem contineat: donec liqueſcat. Saluſ. in iugur. nec ſalem, nec alia irritamenta gulæ quærebant, & illud Teren. in eunu. qui habet, ſalem quod in te eſt.i. quæres. Antiquiſsimi tamen & iuniores neutro genere protulerunt. vt Afra. quicquid loquimur, ſal merum eſt. Sere. ſal niueum ſumes, bæticum quod nomine dicunt. Et lucas. Hierony. interprete: bonum ſal eſt. & Auguſt. quod ſi ſal infatuatum fuerit. ¶Et duo ſunt neutris. Quod in el duo tantum reperiuntur nomina generis neutri, hoc mel. hoc fel. ¶Nil nihil eſt neutrum. quod hoc nomen nihil atque ab eo abſciſſum nil. generis ſunt neutri. Vigil & pugil communia ſunt duorũ generum ex ratione ſignificationis. & ſi Phocas, & Priſci. pugilem ſub genere tantum maſculino poſuerunt. Auguſt. in. libell. de grammatica in.l. litera nominatiuus exiens in communibus vigil, & pugil. affertque illud Terentij in eunu. ſi qua paulo eſt habitior, pugilem eſſe aiunt, nam & fœminas pugillatu exerceri ſolitas Iuue. oſtendit in.ij ſatyra. luctantur paucæ, comedunt coliphia paucæ. & in.vi. Aſpice quo fremitu monſtratos perferat ictus, & quanto galeæ curuetur pondere, & quæ ſequuntur. Mugil.ilis. & mugilis.lis. declinatur. Phocas mugil declinat. vt Pliñ. libro.ix. natu. hiſt. mugil, & lupus mutuo odio flagrant. Iuue. quoſdam mœchos & mugilis intrat. Sil. neutro genere pigmenti genus eſt. de quo multa Pliñ. libro. xxxiij. ſil (inquit) cæruleum. ſil proprie limus eſt. ¶Solus in. ol. eſt. Quod in. ol. vnum tantum eſt maſculinum: vt hic ſol. Vnumquoq; eiuſdem generis in.vl. vt hic conſul. & quod Ennius apud Nonium dixit mortalem ſummum fortuna repente reddit ſummo regno famul vt optimus eſſet. pro famulus famul.is. dixit. ea nam que dignitas virorum tantum fuit. ¶Præſul tamen & exul communia ſunt duorum generum. Macrobius primo. ſatur. luna quia corporum præſul eſt. Sed Sedulius in paſch. etiam neutro iungit, ligno præſule dicens,



¶Sit commune trium nequã. Q đ in.am. vnum tantũ reperitur, quod eſt trium generum & eſt indeclinabile: quod ipſum argumento eſt nullum nomen in.am. terminatum poſſe declinari. ¶Vm. neutris iũges. Q đ in.um. deſinentia generis ſunt neutri vt hoc templum. regnũ. donum. bellum. tectum. ¶Græcũ nomen in.an. & in.in. Q đ noia in.an. & in.in. deſinẽtia omnia ſunt generis maſculini. vt hic pęan. acarnan. delphin. Pęan igitur pro phœbo manifeſtum eſt generis eſſe maſculini. Sed & pro hymno Apollinis eiuſdem generis eſt. Verg. in.vj. lætumq; choro pæana canẽtes. & Sili. Herculeũ pæana canunt. Acarnam pro populo epirotarũ. Verg.v.æñ. Quorũ vnus acarnan. Delphin qui & delphis & frequentius delphinus dicitur. Perſi. & qui cæruleum dirimebat nerea delphin. Auien. in. ara. tum curuus caudam ſubit inter ſydera delphis. Iuue. quantum delphinis balæna Britannica maior.

Sit commune trium tibi nequam: nec variatur.
Vm neutris iunges: exemplo ſit tibi templum.
Græcũ nomẽ in.an. & in.in. ſit ſemper: & eſt mas.
En. dabitur neutris; Sed ſunto maſcula lichen.
Ren, ſplen, atq; lyen, attagen, cũ pectine flamẽ.
Addis hymen: & qđ cano cõponit tibi nomen.
Nomen in.on. græcũ tibi ſit, maribuſq; repones.
Ex his pauca tamen ſunt fœmineis adhibenda.
Eſt neutrum, quod non declinat tertia, nomen.
Nomen in.ar. neutrum: ſed par tria debet habere.
Er finita tibi ſunt maſcula. Neutra tamen ſunt

¶En dabitur neutris. Q đ noia terminata in.en. generis ſunt neutri. vt hoc fulmen. flumen nomen. ſemen. gluten. munimen. ſolamen. Maſculina tamen ſunt hic lichẽ. Mart. lib.xj. nec triſte mentum ſordidi ue lichenes. interpretatur autem impetigo. Pli. libr.xx. impetiginem inquit & ſcabiem: quam pſorem & lichenem vocant. Vtitur quoq; hoc nomine Hippocrates in aphoriſmis: & Galenus multis in locis. Hic ren. Cel. libr. iiij. renes diuerſi: qui lumbis ſub imis coxis inhærent a parte earum reſimi. dicitur quoq; hic rien teſtibus Phoca. & Priſc. Hic ſplen, hic lyen vel lyenis. Cel. lib. iiij. lyen ſub ipſo ſepto a ſiniſtra parte. & ibidẽ: At lyenis vbi affectus eſt. Attagen auis, quæ & attagena dicitur. Hora. in Epodo. non attagen ionicus iucundior. Mart. cõmuneq; duobus attagenã. & in diſtichis: ionicarum guſtus attagenarũ. attage.es. Hiero. in epiſtolis, tu attagen ructas. Pecten pro piſce & pube, & inſtrumento, quo lana & capilli pectuntur, ſub genere maſculino poſuerunt omnes grammatici. Pli. in.ix. pectines in mari ex eodem genere habentur reconditi, & ipſi in magnis frigoribus. Seruius in illud Verg. in.vi æñ. iam pectine pulſat eburno. pecten pro plectro generis eſſe neutri dicit. Nam quod Iuuena. in.vi. ſatyra dixit: inguina traduntur medicis iam pectine nigro. pro pube dicitur. Verg. in.vij. æñ. Arguto tenues percurrens pectine telas. pro inſtrumẽto textorio non poteſt diſtingui genus, cum eadem ſit terminatio maſculini & neutri in ablatiuo ſecũdæ declinationis. Flamen pro ſacerdote maſculo. Sueto in Cæſare: flamen dialis deſtinatus: nam pro fœmina flaminica, vel flaminia dicimus. Flamẽ vero pro vento generis eſt neutri. Cice. in ara. inferior paulo eſt aries, & flamen ad auſtri. Hymen pro Deo nuptiarum præſide generis eſſe maſculini vel ex ſignificatione generali poteſt intelligi. eiuſdem quoq; generis eſt pro tenui illa membrana, qua infantes aliquando naſcuntur inuoluti. pro mẽbrana etiam poſuit Ariſt. in.ij. lib. de anima. Et quod cano cõponit. q ab hoc verbo cano.is. cõpoſita ſub hac terminatiõne maſculina ſunt: quia omnia mittunt fœmininũ per.a. vt hic tubicen, hæc tubicina, tibicen, tibicina, fidicen, fidicina. lyricen, lyricina. ſiticen, ſiticina, oſcen quoq; oſcinis ex proportione oſcina mittit fœmininũ. Hora. in car. oſcinen coruũ prece ſuſcitabo ſolis ab ortu. ¶Nomen in.on. græcũ. Q đ noia in.on. deſinẽtia græca, ſunt omnia generis maſculini, vt hic canon, dæmõ, daphnõ, platanõ, lacon, horizõ. biſon. Pli. lib. xxxiiij. quæ canona artifices vocãt lineamenta artis ex eo petentes. Plinius iunior in epiſtolis: quid platanõ opaciſsimus. Mart. daphnonas platanonas, & aerias cypariſſos. Idẽ: cæſus matre iubente lacõ. cuius fœmininũ eſt lacena. Iginius: horizõ circulus appellatur is, qui terminat ea, quæ perſpici, aut videri non poſſunt. Martia. ceſſerunt illi bubal9 atq; biſon. Pli. lib. viij. inſignia boum ferarum genera biſontes iubatos. Vnum tamen ſub hac terminatione reperitur fœmininum ſindon onis. nam vrbium nomina vt Babylon, calydon, pleuron ad vrbiũ regulam generalem referenda ſunt. Barbiton vero generis eſt tantum neutri, barbitos fœminini, quare apud Ouid. in epiſtola Sapphus legendum: non facit ad lachrymas barbitos vlla meas, non barbitõ. Sindon generis eſſe fœminini Mart. lib.xi. demonſtrat cũ dicit: Quo tu quo liber ocioſe tendis cultus ſindone non quotidiana. & illud ex Euangel. Matth. xxvij. inuoluit eũ in ſindone munda. Sydon vero vrbis nomen ad regulam generalem referendum eſt. Luca. in.iij. pretioſaq; murice ſydon. Python ſerpentis, quem Apollo occidit, nomen, plerumq; gñis maſculini eſt. vt Ouid.i. meta. Strauit, & innumeris tumidum pythona ſagittis, tamen genere fœminino dixit Tibullus: vbi delphica python. ¶Eſt neutrum quod. Cũ nomina in.on. deſinẽtia aut ſint ſecundæ declinationis: aut tertiæ, aut indeclinabilia: & (quẽ admodum diximus) tertiæ declinationis nomina: omnia ſint maſculina præterquam ſindon: reliquum eſt, vt ſecundæ declinationis omnia ſint neutra, vt hoc ilion, epitheton, antitheton. Verg.ij. æñ. ceciditq; ſuperbum ilion. quod etiam ſub alia terminatione fœmininum reperitur, vt apvd Ouid. ſed mihi quid prodeſt veſtris diſiecta lacertis Ilios. & quæ noſtri non ſunt auſi declinare, generis ſunt neutri, vt diapaſon, diateſſaron, diapenidion. ¶Nomen in.ar. Quod nomina in.ar. deſinentia generis ſunt neutri, vt hoc puluinar, nectar, torcular, inſtar, laquear, lacunar, iubar, quod Ennius apud Priſc. maſculino genere protulit dicens, interea fugit albus iubar hyperionis curſum. Lar quoq; pro domo per metonymiam (vt diximus) generis eſt eiuſdem, cuius & Deus. Par vero & ab eo compoſita compar, impar, diſpar, ſuppar, ſepar, ex ratione ſignificationis communia ſunt trium generum. Reperitur quoq; par ſubſtantiuum in genere neutro. Luca in.vi. parq; ſuum videre Dei, & Hora.ij. ſer. Ludere par impar, equitare in arundine longa. Hepar græcum eſt: quod ad nos non pertinet. ¶Er. finita tibi. Quod nomina in.er. deſinentia generis ſunt maſculini, ſiue illa ſint ſecundæ ſiue tertiæ declinationis, vt puer.eri. magiſter.tri. anſer.is. paſſer.is. Veſper.is. nuſquam enim quod (ego ſciam) genere neutro reperitur: quod plerique ex iunioribus grammatici dixerunt. Vergil.i. Georg. denique quid veſper ſerus vehat. Idem. in. iij. cum frigidus aëra veſper tẽperat. Vale. Flaccus. iiij. argo. iam frigidus æthere veſper. Idem in.vij. Te quoq; theſſalico iam ſerus ab æthere veſper. Neutra vero ſunt, quæ hic digeruntur.

Spinther,iter,ruder.laſſer, piper. atq; papauer.
Et cum vere ſiſer, vber,cicer adde cadauer.
Zinziber, & tuber,cũ matre reponito linther.
Cõmune eſt pauper cũ pubere, degener, vber.
Ir,maribus iunges. Hir, gadir, ſint tibi neutra.
Maſcula ſunt & in.or. Muliebris ponitur arbor.
Neutra dabis tm̃ cor,ador, cunq; ęq̃re marmor.
Collatiua duplex retinẽt genꝰ, & mẽor, autor:
Et quod componit corpuſq;, colorq;, decuſq;.
Vr.neutrale dabis. Sed maſcula ſint tibi quinq;.
Turtur auis piſcis;vultur,ſatur,aſtur, & anxur

¶Spinther.eris,quod fibulam ſiue armillam in mundo muliebri ſignificat. Plau.in Menech. iubeas ſpinther nouum reconcilitarier.& ibidẽ:ſpinther nouũ nũquã reperies. Pro cognomẽto tamẽ Lentuli ſpintheris Romani ciuis ex ſignificatione generis eſt maſculini. Iter,quod etiã itiner dicitur ab antiquioribus,Manilius.i. aſtronomicon. Fecit & ignotis itiner cõmertia terris. Ruder: quod frequẽtius rudus.eris.declinatur:nã ruder adhuc nõ legi præterquã apud grãmaticos. Laſſer.eris. Pli.libr.xix. laſſerpitiũ inquit : quod græci ſilphiũ vocãt in Cyrenaica prouincia repertum,cuius ſuccum vocant laſſer. Et in libris digeſtorum de pe. lega.l. nõ omne:Piper lyguſticũ ,& carreum, & laſſer. Papauer.eris. Piper.eris. ver veris. Siſer.eris.radix eſt edulis: quã Pli.li.xx.etiã genere maſculino ꝓtulit: nemo,inquit, tres ſiſeres poſsit edere.alibi eodẽ in lib. ſiſer erraticum ſatiuo ſimile eſt effectu.& Colu. lã ſiſer aſſyrſo venit quæ ſemine radix. Vber pro mamma,& pro nimia agri fertilitate. Hora. quodq; aliena capella gerat diſtẽtius vber. Verg.in.vij.æñ.Non vobis rege latino diuitis vber agri Troiæ ve opulẽtia deerit. Cicer.eris. Perſius.cicer ingere large rixãti populo. Cadauer.eris. Zinziber.eris. hanc alij gingiberim.Plĩ.libr.xij.ſingiberin appellat,vbi dicit Laertio licinio accidiſſe vt mordẽti tuber deprehẽſus inde denariꝰ primos dẽtes inflecteret. Pro tumore quoq; Ouid.x.meta. Immodico prodibãt tubere tali.& Hor.j.ſer. Qui ne tuberibꝰ proprijs offendat amicũ poſtulet:ignoſcet verrucis illius.nam pro re tumida :& pro arbore ad regulas generales recurrendũ eſt,pro illius arboris pomo. Mart.genere fœminino vſus eſt dicẽs: & vernæ tuberes quid tibi cũ libycis? Sueto.tñ maſculino,niſi in alterutro mẽdũ eſt. Ait nãq; in Domitiano: cũ oblatos tuberes ſeruare iuſsiſſet in craſtinũ. Cũ matre reponito lynther. ac ſi dicat ꝙ lynther gñis eſt fœminini:queãdmodũ & mater,ſed mater rõne ſignificatiõis:lynther rõne terminatiõis. Liuius.vi. ab vrbe Iam in altũ expulſa lynthre. Cõmune eſt pauper.ꝙ quatuor hæc noia pauper puber. degener. vber cõia ſunt duorũ generũ:tameſi figurate poſſunt etiã neutris,in obliquis maxime,iungi. Verg.in buc. pauperis & tuguri cõgeſtũ ceſpite culmẽ.&.vi.æñ.Curiꝰ paruis & paupere regno. Idẽ. iiij.æñ.de generes animos timor arguit. Luca.in.i. de generẽ patiere togã. Puber.eris.ſic enĩ iubet Cæſar declinare in lib. de analog.cũ Probus pubis.eris.declinet. Vber.eris. Lucr.in.vi.Sequitur grauis imber & vber. Cato in originibus.res vber fuit,antequã vaſtaſſent regiões. Idẽ quoq; de tubere dicẽdũ. ¶Ir.maribus iũges. Quod noia in.ir.deſinẽtia gñis ſunt maſculini,vt hic vir.treuir.& in.yr.per y pſilõ. vnũ reperitur hic martyr,& ab eo cõpoſitũ ꝓtomartyr,quæ apud græcos tm̃ gñis ſunt maſculini: noſtri tñ eo quaſi duorum gñrũ cõi vtũtur. Abadir ſiue ſit Deus,ſiue lapis ille quẽ Saturnus dicitur deuoraſſe,ad regulã generalẽ deferẽdus eſt. Duo tñ reperiũtur neutra hoc hir,& gadir,qđ neutro gñe ꝓtulit Saluſt.ij.hiſto. tarteſſum,inquit,ciuitatẽ,quã nũc Tyrij mutato noie gadir hñt. ¶Maſcula ſunt & in.or. Quod noia in.or.deſinẽtia gñis ſunt maſculini,vt hic amor,dolor.timor.color. Arbor tñ eſt fœmininum,quæ etiã hæc arbos.oris.declinatur. Verg.ij.geor. Herculeæq; arbores vmbroſa coronæ.ſic & plura ex maſculinis.vt vapos,colos,labos,pro vapor,color,labor. Soror ꝑterea, & vxor ex ſignificatione fœminina ſunt. Quatuor vero hæc noia cor,ador,æquor,& marmor neutra ſunt. ¶Collatiua tñ.i.cõparatiua.nã cõferre cõparare eſt. Dicitq; qđ collatiua ſub hac terminatiõe cõia ſunt duorũ generũ. nã neutrũ terminationẽ habet ꝓpriã in.us.vt.hic & hæc nobilior, & hoc nobilius. Antiquiores etiã gñi neutro terminationẽ.in. or. iunxerũt. Valeriꝰ antias. Prior bellũ qđ cũ his geſtũ erat. Idẽ ,cõmemorãt Gracchi fœdus prior nõ eſſe ſeruãdũ. Senior. Priſc.dicit tm̃ gñis eſſe maſculini: cũ etiã Corneliꝰ Celſus in quinto, quaſi in cõparatiuo dixerit: corpora ſeniora tentantur.& Pli.xi.naturał.hiſto.de apibus dixerit,ſeniores intus operãtur q flores cõportãt prioribus pedibus:nihil ergo ꝓhibet ſenior gñis eſſe cõis duorũ cũ præſertim ex etiã fœminino gñe ſit repertũ apud Varro. His adduũtur memor.& autor.qđ vnũ cũ videatur verbi formã habere,fœmininũ plerũq; reperitur. Verg.xij.æñ.autor ego audẽdi. Macro.vij.ſatur. natura ſi fabricæ autor & nutrix. Neutro etiã iũxit Luca.in.v. Italiã ſi cœlo autore recuſas.& Verg.x.æñ.dic. Italiã petijt fatis autoribus,eſto.queãdmodũ & memor. Idẽ.iiij.æñ. ſi nõ qđ æquo fœdere amãtes curæ numẽ habet iuſtũ memorq; precatur.& in.ix. Nulla dies vnquã memori vos eximet æuo : ſed figurate ſic iungi, Priſ.in.vij dicit. Cõpoſita quoq; a corpore & colore & decore duorũ generũ cõia reperiuntur,vt diſcolor,cõcolor,decolor,bicolor. Ouid.etiã neutro cõiunxit.iij.elegia. diſcolor agmẽ equis. A. Gelł.lib.vi.noct.atti.tunica muliebri indutus & pallio verſicolore. A corpore tricorpor fecit Vergił. in.vi.& forma tricorporis vmbræ. A decore quoq; Verg. indecor.& Saluſ. dedecor fecerũt. ¶Vr.neutrale. Quod noia in.vr.deſinentia gñis ſunt neutri,vt hoc ſulphur.murmur, qđ maſculinũ ꝓtulit interpres Ioan.vij.murmur multus in turba de Chriſto.ſecur.fulgur.guttur, qđ etiã maſculino gñe ꝓtulit Plautus in aulularia, ne obturat gutturẽ inferiorẽ. Maſculina vero ſunt hæc quinq;. Turtur.pro aue. Ouid.ij.elegi. Tu tñ añ alias turtur amice dole. Idẽ in ep̃la ſapphꝰ. Et niger a viridi turtur amatur aue. Plau.quoq;. Tibi obuſtos turtures dixit. Iuue.carturus turture magno mulorũq; iubis. Neq; audiẽdus eſt Seruius:q dixit poſſe eſſe gñis fœminini turtur,qđ ꝓbare nititur carmine illo Verg. in buc.nec gemere aeria ceſſabit turtur ab vlmo:cũ aeria ex rõe carminis aptius vlmo quã turturi iungatur, quaſi nõ aerius ꝓaltus frequẽtius reperiatur,quã qđ ille vult ꝓ aerij coloris.vt Verg.in buc. Aerij ſpecula de mõtis in vndas. Idẽ.iij.æñ.aeriæ quercus:aut coniferæ cypariſsi.& Mar.daphnonas. platanonas & aerias cypariſſos: Sed turtur pro piſce apud vnũ tm̃ ex ijs,q autoritatẽ habẽt Ambro. in hexame. legitur, atq; ibi in gñe tantũ fœminino:deceptus eſt ex eo ꝙ in baſilio vnde opus illud interpretatus eſt:trygon legitur,qđ apud græcos tum piſcẽ,tum auẽ ſignificat,apud latinos tñ nuſq; legitur turtur pro piſce,ſed paſtinaca, neq; eſt quam vulgus opinatur tructa,ſed ex genere piſcium planorum & cartilagineorum.



Communis gñis tria ſunto fur, lygur, & augur.
Fœmineum pones,qđ in.as.finitur : vt æſtas.
Sed iunges maribus.as.aſſis, vas vadis , & mas.
Neutra tamen dices vas vaſis ,faſq;, nefaſq;.
Sit commune trium nomẽ gentile. Dabuntur
Partim fœminea tibi : partim maſcula græca.
Eſto nomen in.es.muliebre. Virilia ſunto
Limes,pes,fomes,termes,cum palmite trames.
Et gurges,merges, verres, cũ poplite magnes.

Vultur quoq; qui & vulturius & vulturis ab antiquioribus eſt appellatꝰ. Catullus:lingua exerta audo ſit data vulturio. Idẽ:ſuſcitat a cano vulturiũ capite. Ennius apud Priſ. vulturis in ſyluis miſerum mandebat homonem. Satur. Iuue.ſatur eſt cum dicit Horatius ohe. cuius fœmininum ſatura & neutrũ ſaturũ eſt. Teren.in eũyra,ſed tu cum ſatura atq; ebria eris,puer vt ſatur ſit facito. Aſtur. Lu.in.iiij.erat impiger aſtur. Silius.j.punico. Aſtur auarus Viſceribus laceræ telluris veſcitur imis.genus vero fœmineum ad poſſeſsiuum potius eſt referendũ. vt Idem.lib.xvi. Lelius aſturica rapidos de gente iugales. Anxur Mar.vj.epigrã. Fluctꝰ paſſeris,aut ſuperbus anxur. Idem alio loco. candidus anxur aquis.quod etiã neutro genere poſuit. Hora.in.j.ſer. impoſitũ ſaxis late candẽtibus anxur.vtrũq; pro oppido poniť,nã cũ anxur iouẽ imberbẽ ſignificat:ex rõne ſignificationis maſculinũ erit. Furfur poſuit Seruiꝰ i gñe maſculio numeri ſingularis dicẽs: Addit exceſſꝰ niuea ſimilagine furfur.plerũq; tñ i numero multitudinis furfur legimꝰ:atq; ideo inter pluralẽ numerũ tãtũ hñtia poſuimꝰ. ¶Cõmunis gñis duorũ tria reperiunť. Fur.Hor. Iulius & fragilis Pedacia,furque Voranus.fœmininum non facile reperias. Lygur,quod etiam lygus declinatur. Luca.in.j.& nunc tonſe lygur quando per colla decora. Saluſtius in iugurtha.forte quidam lygus ex cohortibus auxiliarijs. Vergił.xj.æneid.Vane lygus fruſtraque animis elate ſuperbis. Perſi.mihi nunc lygus ora intepet. Salu.ij.hiſt. Corſa nomineq; lygus mulier. Augur,cum nomẽ dignitatis eſt,ad viros tantum pertinet: quorum fuit Romæ collegium: cum vero officium augurandi ſignificat: commune eſt duorum. Vergił. iiij.æneid. nunc augur apollo:nunc lyciæ ſortes. Venerem quoque diximus augurem:cum in j.æneid.ipſa dicit,ni fruſtra augurium docuere parentes. ¶Fœmineum pones quod in.as. Quod nomina in.as. deſinentia generis ſunt fœminini, vt hæc ætas,bonitas.pietas.probitas,autoritas,honeſtas. Maſculina vero ſunt.as.aſsis. Priſcianus de põderibus:Siue aſsis Ex quo qđ ſoli capimus perhibemur habere. Vas vadis. Cicero.iij.officiorum,vas factus eſt alter alterius ſiſtendi. Idem.v. thuſcu.cum alterum vadem mortis accepiſſem. fœmineum vero nuſquam reperitur :propterea quod fœminis iure interdictum eſt vadimonium:figurate tamen poſſumus dicere fœmina non poteſt eſſe vas,ſicut neq; conſul,neque prætor,nec ędilis. Mas maris,quod ratione ſignificationis ſolis conuenit maſculis, nam fœminæ ſimiles maribus maſculæ potius dicuntur, vt apud Horatium. temperat alcæi muſam pede maſcula ſappho. Neutra vero ſunt tria, vas vaſis, vt Hora. ſyncerum eſt niſi vas. Fas & ab eo compoſitum nefas. Vergił.j.Georgi. quippe vbi fas verſum atque nefas tot bella per orbem. Sit commune trium, quod nomina gentilia communia ſunt trium generum,vt hic & hæc & hoc arpinas, priuernas,ſarſinas. caſinas,toloſas,capenas. Iuue.arpinas alius volſcorum in monte ſolebat. Mar. metamque lactis ſarſinate de ſylua.vnde & Plautus ſarſinas eſt dictus. Liuius.xxij.vt ſe in agrum caſinatem ducat. Silius libro. viij. punico.priuernatumque manipulos. Mart.libro.xij.nec quadra deerat caſei toloſatis. Quod vero Phocas & Priſcianus hæc nomina ſub communi duorũ genere poſuerunt:refelluntur autoritate Ciceronis, qui ſcribens ad Aticum ait:in quo fluxus eſt ad iter arpinas. Idem in alio loco , vt veni in arpinas.i.in agrum arpinatem nomina enim prediorum prope aliquod oppidum ex nomine poſſeſsiuo illius oppidi in genere neutro figurabantur:vt hoc thuſculanum thuſculani,formianum formiani,albanum albani, cumanum cumani. eodem modo hoc arpinas arpinatis:predium iuxta arpinum : ſiue in agro arpinati. Plinius libro.xiiij.priuernatia vina dixit:quemadmodum & Luci.oleum caſsinas:atque,vt in declinatione pronominum diximus,ex horum proportione Cicero in epiſtolis ad Celium verba noſtratia dicere non reformidat. Dabunť partim fœminea.quod nomina gręca partim ſunt maſculina,vt adamas adamantis,elephas elephantis,gigas.antis.arcas.adis. Iuuena.adamas notiſsimus beaonices factus in digito prætioſior. Hora.ij. epiſtolarum : ſiue elephas albus vulgi conuerteret ora. Vergił. de Euand.non equidem extimui danaum quod ductor & arcas.& omnia nomina quæ ad primam declinationem latinam referuntur,vt tiaras.æ. Vergił.vij.æneid.ſacerque tiaras. qualia etiam ventorum,vt boreas.æ.ecteſias.æ.cecias.æ.aparctias.æ, Plinius.libro.ij.aparctias & boreas dicti,& ibidem perflant diebus quadraginta quos ecteſias vocant. Gellius.libro.ij.eſt etiam ventus,quem nomine vocant ceciam. Partim ſunt fœminina:vt hæc olympias.adis. Helias.adis.monas.adis.decas.adis. ¶Eſto nomen in.es. Quod nomina tertiæ & quintæ declinationis terminata in.es.generis ſunt fœminini, nam vt diximus primæ declinationis omnia ſunt maſculina,vt hæc vulpes vulpis,proles prolis,ſeges ſegetis, teges tegetis,res rei,progenies progeniei , ſcabies ſcabiei. Maſculina vero ſunt,quæ hic digeruntur. ¶Limes limitis. Vergił. xij.æneidos. Limes agris poſitus litem vt diſcerneret agris. Pes pedis,cuius compoſita communia ſunt trium generum,vt hic hæc hoc bipes,tripes, alipes. præterquam vulpes & compes. Fomes.itis. Luca.in viij. Excitat in validas admoto fomite flammas. Termes.itis. Gellius. libro.iiij. Palmæ termes ex arbore cum fructu auulſus ſpadix dicitur.nam quod Seruius ſcribit in illud Vergilij.j. Georgico. aut tempeſtiuam in ſyluis euertere pinum. importuno tempore arbores cæſæ cito termites faciũt. opinor debere ſcribi teredines : cum teredo propriæ ſit ligni vermis: nam termes ſurculus eſt arboris. Horatius in epodo.germinat & nunquam fallentis termes oliuæ. Palmes palmitis , Gellius libr. xviij. Vberrimos vitium palmites decidit. Trames tramitis. Vergilius.v.æneidos. Nulli viſa cito decurrit tramite virgo. Gurges gurgitis. Idem.i.æneid. apparent rari nantes in gurgite vaſto. Merges. itis. qui teſte Seruio in illud Vergilij.ij. Georgic. cerealis mergite culmi. manipulus ſpicarum eſt. Verres.is.qui ratione ſexus & genituræ maſculini generis eſt. Poples. itis. Luca. in.iij. niſi poplite lapſo Vltima curuati procederet vngula tauri. Magnes magnetis, cum alijs grammaticis commune duorum poſueramus,nunc vero maſculinum eſſe dicimus : tum quod nuſquã fœmininum reperitur: tum quod etiam eius fœmininum in magneſſa & magnetis exit, quemadmodum in fine capitis huius dicetur.

Et paries, aries, ſtipes,ceſpeſq;.ſatelles,
Atq; dies , mediuſq; dies pro tempore certo.
Et græcum primę, vel quod dat tertia nomen,
Sed communia ſunt miles, comes, atq; ſupſtes.
Antiſtes cocles, diues, cumq; hoſpite ſoſpes,
Et pedes,interps,ęques,indiges,hæres,hebeſq;,
Et teres,& præpes, locuples & perpes , & ales,
Inquies & vates: quod format pes ſedeoq;.
Eſt quoq; nomen in.is. muliebre. Sed eſto virile
Corbis & ædilis.faſcis quoq;. piſcis & axis.
Et collis.vermis & callis. follis & enſis.
Menſis cum vecti poſtis. glis.fuſtis,& anguis.

Paries.etis.Oui.iiij.meta.Fiſſus erat tenui rima, quã duxerat olim,cũ fieret, paries. Aries.etis.rõe ſexus & geniturę maſculini gñis eſt.Stipes.itis. Verg.in moreto.Paruulus exuſto remanebat ſtipite fumus. Ceſpes.itis.Perſi.nũc & de ceſpite viuo frãge aliquid.Satelles. itis. Iuue.diruſque a ponte ſatelles.Dies. ei.pro ambitu ſolis diurno:& habet numerũ multitudinis,vt dies natalicius, dies luſtric9,dies dñicus, non natalicia luſtrica,dñica.Pro tẽpore vero fœmininũ eſt:& caret plurali vt lõga dies homini docuit parere leones. Verg. ij.æñ. venit ſumma dies & ineluctabile tempus. A die pro eo quod eſt ſolis ambitus diurnus aut lacio eius ſuper horizonta dicitur meridies: quaſi medius dies eiuſdem generis cum in eadem ſignificatione accipiatur. Sed poſuit medius dies pro meridies, quod in carmine heroico vix recipit. Pli. frequẽtius vtitur medio die quã meridie: vt de fõte Cyrenaico: a medio die ad mediã noctẽ aquis feruentib9 totidẽ horis ad mediũ diẽ rigẽtib9.Et gręcũ primę φ noia græca p primã vel tertiã declinationẽ latinã inflexa,gñis ſunt maſculini.vt planetes.æ. cometes.æ. priamides.æ. pelides.æ. & ventorũ noia.vt apeliotes.æ.& quæ ſupra numerauimus,cũ de terminatis in.a.diſſeruimus.Lebes.etis.tapes.etis.cres.etis. Oui. in epiſtola Briſeidis,addidit & fuluos pretioſo ex ære lebetes.Vergi.li.x. æñ.arma crateraſq; ſimul,pulchroſq; tapetas.Sed excipiũtur eq́ in.es.terminata neutri gñis.vt hippomanes.cacoëtes. ſcyllites.myrtites.Iuue.tenet inſanabile multos ſcribẽdi cacoëtes.Verg.iij. Geor.hinc demũ hippomanes, vero qđ noie dicunt paſtores: lentum diſtillat ab inguine virus: hippomanes qđ ſæpe malæ legere nouercæ.Iuue.hippomanes carmẽq; loquar coctumq; venenũ.Pliũ.lib.xxx.in aceto ſcyllite decocti.& xxxiiij.idẽ.xxxij.ex aceto ſcyllite.Idẽ.lib.xiiij. multa de vino myrtyte quomõ fiet ex autoritate Catonis. Sed cõia ſunt.Q đ noia hic explicata cõia ſunt duorum generũ, vt hic & hæc Miles. Oui.ij.meta.de Calliſto.miles erat phœbes,nec menalõ attigit vlla gratior hac triuie. Comes.itis. Verg.ij.æñ.nec comitem hinc aſportare Creuſã.qđ etiã neutris iũgi põt.vt Luc.Rerũ nos ſũma ſeq̃tur,imperiũq; comes.Superſtes.itis.Oui.j.meta.O ſoror,o cõiũx,o fœmina ſola ſupſtes. Etiã neutro idem iũxit. iij. elegia.poſt mea mãſurũ fata ſupſtes opus.huic etiã põt annũerari præſtes.itis.Mar.capella.geniũ etiã præſtitẽ qđ præſit gerũdis oibus vocauerũt.& Macr.i.ſatur.deos prẽſtites hoi naſcẽti quatuor eſſe.ſed a prẽſtãdo potiuſq; præſidẽdo ſalua Mart.autoritate deductũ videtur. Antiſtites. itis. Cice.j.de ora. virũ q ſit primus eius artis antiſtes.fœmininũ frequẽtius reperit in.a.antiſtia.æ.Ouid.iij. meta. tractiſq; comis antiſtia phœbi.Cocles.itis.qđ rõe ſignificatiõis ad vtrũq; ſexũ ptinet.Pli.lib.xj.ab oculis,q altero lumine orbi naſcunt,coclites vocãtur.Diues.itis. Verg.carthago diues opũ.iũgitur etiã neutris,vt apud Vale. maxi.in ij.Diues & ppotẽs naturæ regnũ ſcrutat9.Ouid.ij.faſto. pietas p diuite grata eſt munere. Hoſpes.itis. Lu.in.V.hoſpes in externis audiuit curia tectis.cuius fœmininũ etiã in.a. repit apud eũdẽ.lib.iij.tũc obtulit hoſpita tellus puppibus acceſſus faciles. Vergi.iij.æñ.bellũ o terra hoſpita portas.iũgitur etiã neutris.Hor.i.epĺa.nec deſerta & in hoſpita teſqua credis.Soſpes.itis cuius fœmininũ etiã in.a.exit.Ouid. ij.faſt.de iunone.Soſpita delubris creditur aucta nouis. Pedes.itis. Verg.iiij.æñ.cõgreſſus pedes hũc venietẽ cuſpide lõga,Interpres.etis. Verg.iiij.æñ.nũc ioue miſſus ab ipſo interpres diuũ. Eques.itis.qđ cũ nomẽ dignitatis ẽ:ad viros tm̃ ptinet,cũ vo inſidẽtẽ equo ſignificat:ad fœminas etiã ptinet:ſicut et pedes.itis.indiges.etis. Oui.xiiij.met. đ Anea: quẽ turba qrini nũcupat idigetẽ. Hęres.dis.cui9 ſignationẽ maniſeſtũ eſt vtriq; ſexui cõpetere.Hebes.etis.qđ etiã neutris iũgit.Iuu.hebeti lautiſsima ferro. Teres.etis.qđ neutris quoq; iungit.Verg.vij.æñ.ſed hęc tereti mos ẽ aptare flagello.Colũ.aut teretis mali aut tectæ cortice glãdis.Præpes.etis. Luca.in.ix.de Perſeo:& ſubitus perpes cyllenida ſubſtulit harpẽ. Cũ neutro etiã iũxit Ennius apud.vi.ſaturnaliũ nec reſpirãdi ſit copia præpete ferro.Locuples.etis.Iuue.vidua eſt locuples:q nupſit auaro,qđ etiã autore Priſci.neutris iũgi põt.Perpes.etis.pperpetu9 & cõtinuus.Iuſti.li.v.pperi nocte fortunã publicã qſtib9 iterãt.& in hymno.perpes corona præſulũ.põt etiã queadmodũ & ſuperiora,neutris aptari.Ales.itis.Verg.in moreto.excubitorq; diem cãtu prædixerat ales,Mart.alitis eximiæ cauda ſuperba fuit.Inges triũ gñrũ eſt teſte Priſcia. Gelĺ.lib.viij. Labor hic vigiliarũ inges.Saluſt.apud Priſci.in.i.hiſto.vitio hũani ingenij:quo inquies atq; indomitũ ſemper.Eius quoq; ſimplex apud antiqores reperitur triũ generũ.Ennius.nãq; eius mentẽ fecerat fortuna quietẽ. Licinius nõ minimo ope milites qetes volebãt eſſe. Vates.is.Iuue.ſed vatẽ egregiũ cui nõ ſit publica vena. Verg.iij.æñ,Aut quẽ tũc vates Caſſãdra moneret. Q đ format pes ſedeoq;.qđ cõpoſita ab hoc noie pes.pedis.& ab hoc verbo ſedeo,des.ſuperioribus annumerãda ſunt: ſed de cõpoſitis a pede paulo añ diximus.& a ſedeo hic & hæc pſes.idis.reſes.idis.obſes.idis.Lu.in. x. natura deſide torpet,& a ſedeo q̃q; Martia.capella.præſtes.itis.deduxit.ait nãq; de philologiæ nuptijs.geniũ præſtitẽ,qđ pſit gerũdis oibus vocauerũt. Macro.in.j ſatur.deos præſtites hoi naſcẽti quatuor eſſe. ¶ Eſt quoq; nomẽ in.is.Q đ noia in.is.deſinẽtia fœminina ſunt.vt hæc auis.puppis.claſſis.nauis.meſsis.Maſculina vero ſunt,q ponũtur in ſerie quinq; verſuũ ſequẽtiũ. hic Corbis.is. Seruius tñ.i.geor. fœmininũ eẽ dicit Cic.autoritate, q ait:meſſoria ſe corbe cõtexit.Aedilis is.qđ magiſtratus nomẽ ad viros tm̃ ptinet.Faſcis.is. Vergi.in buc.ego hoc te faſce leuabo.Piſcis.is. p fœmina.Oui.in.ij. de arte dixit:Inuenit in media fœmina piſcis aqua.Axis.is.Idẽ.ij.meta.aure9 axis erat. Collis.is. Verg. collẽ qui plurimus vrbi imminet. Vermis.is.cuius diminutiuũ vermiculus maſculinũ eſſe oñdit.Callis.is. Verg.in.vi.ſecreti celãt calles. Follis.is. a quo diminutiuũ eſt folliculus paruus follis.Enſis.is. Iuu. Enſe velut ſtricto quoties.Lucili9 ardẽs cuius diminutiuum enſiculus & enſicula eſt.Menſis.Verg. totoſq; ex ordine menſes. Vectis.is.Vitru.in x.Vectes ferreos coegerũt,Poſtis.is,Verg.Poſteſq; ſub ipſos Nitũtur gradib9.Glis.iris. Mart.ſomni



Et torris,caulis, lapis, vnguis,torquis & orbis,
Et ſanguis,cucumis: iũges cum vomere puluis.
Q uæq; ſilent alij libys atq; canalis , aqualis.
Et quibus.n.præit.is, Et quod cõponis ab aſſe,
Adiectiua dabis communia: iunge triſcupis,
Samnis,dis,iuuenis, ciuis,teſtis, canis,hoſtis.
Nomen in.os.dabitur marib9. Sed fœmineis ſunt
Hęc addenda duo dos,cos,Neutris epos,argos.
Et chaos, atq; melos,iunges,os oris , & oſsis.

culoſos ille porrigit glires.Fuſtis.is.Hor.Peſtrect9 vigilet cũ lõgo fuſte.a q diminutiuũ fuſticul9.i.Anguis.is.Verg.ij.æñ.gemini immẽſis orbibus angues.Vale.maxi lib.i.fœmininũ ptulit hæc angis. Torris.is.Flaccus.iij.argo:viuoq; reluxit torre focus.Caulis,q etiã colis dicitur,vñ coliculus.Hora.ij.ſer.cole ſuburbano,q ſiccis creuit in agris. Torqs,qđ frequẽtius gñe fœminino reperit. Gelĺ.li.viij. torqs ex auro,quã ex hoſte,quẽ occiderat,detractã induit.et paulopoſt torquẽ detraxit:eãq; ſanguinolentã ſibi in colũ imponit.Iuſti.lib.xliij.torque aurea donat9.Apul.ij.floridorũ:circulo mireo veluti aureo torq.Hier.quoq; multis in locis. vt Iudicũ. viij. pter torqs aureas camelorũ. ſed & maſculinũ reperit. vt apud Silliũ. iiij. puni.colla viri fuluo radiabãt lactea torq.& Liui.vij.ab vrbe cõdita.in tm̃ vno torq ſpoliauit, quẽ reſperſũ cruore collo circundedit ſuo. Sueto. i auguſto. lapſu debilitatũ aureo torq donauit. Q uæq; ſilẽt alij.cũ oẽs grãmatici libys & canalis & aqualis cuius ſint gñis ſyluerint: dicit q gñis ſunt maſculini. nã cũ libys gentile ſit,poſſet quiſpiã putare q eſt cõe duorũ gñrũ: nos dicimus nuſquã reperiri niſi gñe maſculino.Mar. & libys in lõgo puluere ſudet eq̃s.& Luc.in.vi.cũ iaculũ parua libys amẽtauit arena.eius fœmininũ lybyſſa ẽ, vel libyſtis,vt infra dicemus.Canalis quoq; cũ oẽs ſub gñe fœmin.reliqrint, tñ Serui9 grãmaticus id expſſit.ait enĩ in illud. Verg.iij.geor. Currẽtẽ ilignis potare canalib9 vndã.canalis melius gñe fœminino pferimus.Ego cõtra dixerim,vſitatius gñe maſculino eſſe pferẽdũ.vt Verg.in Aetna.qđ ſi diuerſos emittit terra canales.& iterũ:nec tñ in rigidos exit cõtenta canales.atq; iterũ adhuc: preſſoq; canali huc illuc agere vẽtos.Sene.iij.na.q.amiſſo canali ſuo flumina primũ refundũtur. Idẽ in.iiij. tãdẽ tenuiſsimos canales tenẽt:per quos anguſta rupiũ effugiũt.Idẽ in.iiij.ſulphuratã aquã circa canales ſuos durari.& in eodẽ:quibus torrẽs in canali ſuo curſus eſt.Pli.li.viij.ſanguiſuga vbi in ipſo amne canali ſe fixit. Li.xxiij. ab vrbe.vtraq; eſt in capitolio canali vno diſcreta.Cel.li.iiij.vulua recta cõtinuataq; ceruice:quẽ canalẽ vocãt.Sene.in epĺa cviij.illũ turba p lõgi canalis anguſtias tractũ. Apu.vi.meta. canali directo pergas ad ipam orci regiã.& ibidẽ:anguſti canalis exerto cõtẽti tramite.& in libris digeſtorũ. ti.de riui.l. ſeruius:ſi qs canalẽ nouũ vel phyitulã.Eius q̃q; diminutiuo vſus eſt Celſus.li.viij. excipiẽda ſũt ex ferula facto canaliculo.Nõ inficior ego apud antiqores inueniri aliqñ etiã fœmininũ vt apud Catonẽ.& apud Varr.ſed ego de optimorũ vſu loquor.nã Cato,& Varr.q̃tũ autoritatis haberi debeat,initio teſtati ſumus. Aqualis præterea nemo eſt q ex regĺis traditis nõ dicat eſſe gñis fœminini.ſed qũo Varro dixit de origine linguę latinæ:ab aqua aq̃lis eſt dict9: vñ etiã p diminutionẽ aqualiculus fit qđ ipm argumẽto fuerit aqualis eſſe gñis maſcu. Et quib9.n.præit.is.Q đ noia hñtia.n.añ.is.gñis etiã ſunt maſculini:vt hic panis.cinis.ignis.funis.qđ gñis eſſe maſculini Q ui.ex illius diminutiuo funiculus oñdit. Tametſi Luc.fœminino ſit vſus apud Gelĺ.li.xij.aurea de cælo ſubmiſit funis & arua.Clunis.is.Iuue.ad terrã tremulo deſcẽdunt clune puellæ.Hor.tñ.i.ſer.fœmininũ eſſe oñdit.qđ pulchræ(inqt) clunes.Annis antiqores quoq; gñe fœminino dixerũt.Et qđ cõponis ab aſſe.q ab aſſe cõpoſita ſub hac terminatiõe gñis ſũt maſcu.queadmodũ & as aſsis vt ſemis.centuſsis.beſsis.treſsis,octuſsis. decuſsis.bigeſsis.In libris digeſtorũ titu.de vulgari & pupillari ſubſtitutiõe.l.ſi pater. Vt vn9 ſemis apud te maneat. Perſi.curto centuſſe licet.& Lucil apud Gelĺ.li.ij.fauni centuſſeſq; miſellos.¶ Adiectiua dabis cõia. Q đ noia adiectiua ſub hac terminatiõe cõia ſunt duorũ gñrũ.vt hic & hæc nobilis.fortis. breuis.tricuſpis quoq; & ſi nõ hẽat gen9 neutrũ tricuſpe:põt tñ in obliqs caſibus etiã neutris iũgi. Oui.i.meta. poſitoq; tricuſpide telo.Sãnis.itis.nõ ſolũ vtriq; ſexui aptari põt autore Cęſ.in.li.de analogia,verũ etiã antiqores hoc ſãnite ptulerũt:vt Neui9 i carmine belli punici.Liui9 tñ.li.x.ab vrbe. nõ ẽ auſus gñi fœminino aptare:cũ nuſq reperiat niſi maſculino.ait enĩ:cohor tiũ ſãnitiarũ pauliſp recruduit pugna.Dis.tis.qđ etiã neutro iũctũ iuenit.Hor.j. ſer.Bruto ptore tenẽre ditẽ Aſiã. Lu.in.viij. nõ illic libycæ poſuerũt ditia gẽtes tẽpla.atq; etiã in ſingulari hoc dite:qđ Priſ.negat reperiri poſſe. Flac.tñ.ij. argonau. nõ pplos,nõ dite ſolũ,nõ vlla parẽti regna peto.Teſtis plerũq; gñi neutro cõiũctũ reperit.vt Lu. in.ix.teſte tulit cælo victi dec9 orionis.& Hor.teſtis Metaurũ flumẽ.et Propti9: ſydera teſtes.et Hier.ad Euſtochiũ.teſtis ẽ tribũal: añ qđ iacui.Sũt q putẽt his pceptiõib9 deeſſe pauca noia, q iuniores grãmatici poſuerũt. bipẽnis. altilis. molaris.Sed opinor hi nõ putabãt hęc noia triũ gñrũ eſſe,ſed cõia.qđ ſi vſpiã quaſi ſubſtãtiua reperiant:illi9 erũt gñis cui9 ẽ ſubſtãtiuũ qđ ſubintelligit:vt hic & hæc bipẽnis & hoc bipẽne declinat. Ver.xi æñ. ferro ſonat alta bipẽni fraxin9.Idẽ tñ q ſi ſubſtãtiuũ poſuit.ij.æñ.correpta dura bipẽni robora pfringit. Eodẽ mõ hic & hęc altilis & hoc altile declinat. Pli.li.xix.heu pdigia vẽtris, ecce altiles ſpectant aſparagi. Idẽ i.ix.cochleæ q̃q; altiles ganeã implerẽt. Cũ vo.Iuu.dixit ad nos iã veniet minor altilis: gallina itelligit:qđ Mar.expſsit in diſt.cuius titul9 ẽ gallinæ altiles.Eadẽ quoq; rõe hic hęc molaris declinat a mola poſſeſsiuũ:ſed cũ dixit Iuue.pſſoq; diu ſtridere molari intelligit dẽs,& cũ Papi.v.theba. vaſtæq; ſudes fractiq; molares:itelligunt lapides.qđ Verg.expſsit i Aetna.q ppe molaris Illi9 incẽdi lapidis.& paulo poſt Et ardẽti cãm lapidẽ eẽ molarẽ.Gręca noia ſub hac terminatiõe fœminia ſũt plerũq;: ſed repiũt aliqñ maſculina:vt apđ Verg.ij.Geor.& Lapidis arua Timaui. ¶ Nomẽ in.os.Q đ noia.in.os.finita gñis ſũt maſculini.vt.ros.mos.flos.labos.vapos.lepos.colos.pro qđ color.Pli.li.xxxv.glebis ſu9 colos.& fere nũquã aliter i caſu noiandi vtit.Heros.ois. cuiq fœmin. ẽ heroina vel heroiſſa. Fœminia vo ſũt duo hæc dos.tis.hæc cos.tis.q alio mõ hæc cautes.is.declinat pter eã affinitatẽ q ẽ iter.au.diphthõ.&.o. Arbos quoque alterius terminatiõis gen9 ſequit.ſed neutra ſũt hoc epos.i.gen9 carminis. Hor.i.ſer.forte epos acer vt nemo varius dicet.Mar.xij.ſcribebam9 epos:cœpiſti ſcribere:ceſsi.Argos.Oui.j.de reme.vacuũ litib9 argos erat.Luc.i.vi.vbi nobile quõdã nũc ſup argos arãt.Chaos.i. Idem in.ij. in chaos antiquũ cõfundimur. Melos.i.Perſius cantare credas pegaſeium melos. quãquã rõ carminis nõ melos ſed carmẽ recipiat.Os.oris.Verg.virginis.os.habituq; gerẽs.Os. oſsis. Cato. ſi qs mẽbrũ rupit; aut os fregit. quod etiam oſſum.i.antiquiores declinabant ſic Paccuuius oſſum in humatum dixit.

¶Cõmunia duorū generū ſunt bos.bouis. Vergil.ille meas errare boues. Cuſtos.dis. cõmune duorum eſſe cū oēs fateātur:tū maxime Seruius exponēs illud Verg.vi.æn. cernis cuſtodia qualis,nā cum de Teſiphone poëta loqueretur,cuſtodia pro cuſtos vſurpatū eē ſe dicit. Iuue.etiam neutro iunxit,dicens. tituliqꝫ cupido hæſurū ſaxis cinerum cuſtodibus.Sacerdos.tis. Verg.in.i.æn.donec regina ſacerdos Marte grauis. Gell.lib.ix.fœmininū protulit ſacerdotiſſa.Fędē (inqt) cerimoniæ ſunt, quas flaminicas ſacerdotiſſas diales ſeorſum aiūt obſeruitare.

Eſt commune duum bos,cuſtos,atqꝫ ſacerdos,
Et quæ cõponit potis & pote,cõpos,& impos.
Vs.declinatum per quartam,ſiue ſecundam
Dic maribus iunctum. Sed fœmineis referātur
Aluus,humus,vānus,ficus,domꝰ & colꝰ addes.
Porticus,atqꝫ tribꝰ, ſuperaddis acuſqꝫ, manuſqꝫ.
Et quæ vertentes permutant græca latinis,
Hoc plerūqꝫ gradu: maribus quādoqꝫ reponis.
Hæc tria neutra facis,virus, vulgus,pelaguſqꝫ.
Tertia quod nomen declinat,dicito neutrum.
Sed duo maſcula ſunt lepus & mus: iungiē illis
Pus podos, hoc eſt pes:& quæ cõponis ab illo.

Superioribus etiam iunguntur ab hic & hæc pote cõpoſita.ſunt autē duo.hic & hæc cõpos.tis.impos.tis.Ouid.i.de arte.I.ſequere & voti poſt modo cõpos.eris. Hora.in poe. poſt etiā incluſa eſt voti ſententia compos. Gell.in.i.non idoneus ad dicendū,ſed ad tacendum impos. ¶Vs.declinatū.Quod nomina ſecūdæ & quartæ declinationis.in us.finita generis ſunt maſculini: vt hic Deus.i.dñs.i.ſenſus.us.auditus.us. Fœminina vero ſunt quæ hoc loco explicantur.hæc Aluus.i.Verg.ij.æñ. In latus inqꝫ feri curuā cõpagibus aluū. Actius maſculinū protulit. Maia nemus retinēs grauido cõcepit in aluo. Humus.i.quod generis fœminini ſemper reperitur. Vannus.i.Verg.j.Geor.& myſtica vānus Iacchi. Ficus.i.vel ficus.us. quod ꝓ arbore ex generali ſignificatione.ij.&.iiij.declinationis fœmininū reperitur. Iuue. ad quæ diſcutienda valent ſterilis mala robora fici. Cice.de ora. vxorem ſuam ſe de ficu ſuſpendiſſe dixit. Pro pomo quoqꝫ reperitur vtriuſqꝫ declinationis generis fœminini.aliquādo etiā maſculini,ſed ſecūdæ declinationis tantū. Sueto. in Aug.caſeum bubulum manu præſſum & ficus biferas petebat.Pliñ.quoqꝫ.libr.xv. ficos & ficus ſub genere fœminino protulit pro pomo.Var.in.i.de re ruſt.fici (inquit) quē edimus. & Lucil.apud Noniū Marcellū:ſicuti cū primos ficos propalam recētes protulit, precio ingēti dat primitus primos.Pro morbo vero gñis eſſe maſculini atqꝫ ſecūdæ declinatiōis teſtatur Mart.cū.i.epigrā.li.ſcribit: Dicemus ficos Cæciliane tuos. quem verſum ego non ignoro a diuerſis autoribus aliter atqꝫ aliter legi. Priſc.etiā pro morbo quartæ declinationis eſſe putat gñis maſculini.atqꝫ ita legit:dicemus ficus Cæciliane tuos.Valla pro morbo gñis maſculini Priſciano aſtipulaē: ſed declinatione ab eo diſſentit: cõtenditqꝫ ſic debere legi carmē: dicemꝰ ficos Cæciliane tuos.Geor.Merula nō putat Mar.i eo loco đ morbo ſenſiſſe: ſed de ipſo arboris pomo.Neqꝫ.n.vt ait,illi erat cū Cæciliano contentio:niſi de nominis declinatione: quemadmodum voluit Ariſto.interpres in lib.elēc.ac ſi poëta voluiſſet dicere:nos dicemus ficus,quas ſcimus in arbore naſci:ſed dicemus ficos tuos.i.quēadmodū tu ſentis.quod.ſ.ficus pro pomo gñis ſit maſculini.Nam quod Galeotus Martius expoſuit.dicemus ficos tuos.i.ſeruos & familiares ficoſos:ridiculū eſt.Quod vero Georg.putat Martialem non fuiſſe adeo impudentē,vt tā illoto atqꝫ illiberali ioco vteretur:ego non intelligo cur tam bene de illo ſentiat:cū ſint illius poëtæ alij ioci multo turpiores,neqꝫ in eo Merulæ aſſentior:qui putat ficū pro morbo nō pertinere ad anni circulū,ſed tm̄ ad caput:eūqꝫ eſſe,quē græci ſycoſim vocant:cū Mart.idē.atqꝫ Verg.in priape.in illū podicis morbū ſæpe iocentur, qđ de morbo capitis frigidiuſcule diceretur.Groſſus quoqꝫ ꝓ fico cū pomū ſignificat tū gñis maſculini tū fœminini reperiē. Celſus.lib.v.groſsi (inquit) in aqua cocti.Pli.li.xv.deprehēſaſqꝫ i his hyeme groſſos.Domꝰ quoqꝫ & Colꝰ vtriuſqꝫ declinatiōis reperiūtur.ſed de domo lib.i.diximus.de colo. Iuue. ſed graue tardas expectare colos. Cic.ij.de ora.quomō ad me venis cum tua colu & lana. Porticus.us.tribus.us.acus.us.manus.us. fœminina ſunt quartæ declinatiōis, niſi qđ acus.i.ꝑ piſce gñis eſt maſculini declinatiōis ſecūdę. ¶Et q̄ vertētes. qđ noia græca in.os.finita q̄ trāſeūt ad noſtrā declinationē.os.mutata in.us.plerūqꝫ ſunt fœminina, vt hæc papyrꝰ.i.Mar.ꝑdite niliacas muſæ mea dāna papyros.Hæc biblos.biblus.i.Luc.in.iij.Nōdū flumineas mēphis cõtexere biblos.Cryſtallos.allus.i.Verg.i priape.rigetqꝫ dura barba iuncta cryſtallo.Coſtos coſtus.i.Catullꝰ.Regia quā ſuaues expirās coſtꝰ odores.& Luca.in.ix.Eoaqꝫ coſtus.Smaragdos.ſmaragdꝰ.i.Pli.li.xxxvij.Smaragdꝰ i qua exculpta fuerat Amymone.quāquā idē autor frequētius vtitur gñe maſculino.quēadmodū & Mar.ſcythas ſmaragdos appellauit.Phaſellꝰ quoqꝫ & ſi gñis ſit fœminini apud græcos,Catullus gñe maſculino dixit. Phaſellꝰ ille quē videtis hoſpites,aiūt fuiſſe nauiū celerrimū. Dicit igit.tu repōes plerūqꝫ i hoc gradu.i.inter fœminina illa noia q̄ vertētes.i.interꝑtes,q ex ſermone græco in latinū interpretanē q̄nqꝫ terminationē latinā reſpiciētes,repones illa maribꝰ.i.inter maſculina.vt i illo verſu,inſula cincta mari diximꝰ. ¶Tria vero reperiūtur gñis neutri.hoc Virus.i.Mar.Virꝰ,vt hoc alio fallax ꝑmutet odore.Vulgꝰ.i.Verg.ij.æñ.Scindit incertū ſtudia in cõtraria vulgꝰ. Idē in eodē quoqꝫ maſculino gñe ꝓtulit dicēs:Et ſpargere voces i vulgū ambiguas.Saluſt.i Iugur.Vulgū effuſū oppido cedere.Pli.li.viij.id vulgū crediddiſſe video.Pelagus.i.ſpecus quoqꝫ antiqores tū gñe fœminino,tū neutro ꝓtulerūt.Gel.li.vij.ſpecū quādā nactus remotā tenebroſāqꝫ penetro & Pac.aduenio i ſcripuloſam ſpecū.Cato ſpecu oppoſita,quo aqua deuia abiret. frequētiꝰ tm̄ maſculinū repitur.Hor.iij.car.quos agor in ſpecus.Ouid.iij.meta.Eſt ſpecus in medio ſyluis & vimine dēſus.Genus.i.ꝓ eo qđ eſt genu:quēadmodū ſupra de noibꝰ in.u.terminatis diximꝰ,gñis eſt neutri.Penꝰ.i.penꝰ.us.ꝑ ſcđam & quartā gñis ſunt maſculini vel fœminini.hoc penꝰ.oris.tertiæ ſemꝑ eſt neutrū. Plau.i pſeu.niſi mihi annuꝰ penꝰ ab amatoribꝰ cōgeriē.Lucil.Magna penꝰ paruo ſpacio cõſūpta peribit. Eſt præterea titulꝰ in lib.digeſt.de penu legata:ſed ibidē frequētiꝰ hoc penꝰ.oris,legimꝰ,quēadmodū apđ Hor.portet frumēta penuſqꝫ. Afraniꝰ quoqꝫ in penus herile dixit,ab eo qđ ē hoc penꝰ.Sexꝰ q̄qꝫ neutro gñe Plau.i Rudēte ꝓtulit,dicēs virile ſexꝰ nūqꝫ vllū habui. ¶Tertia qđ nomē.Qđ noīa i.us.deſinētia tertię đclinatiōis gñis ſūt neutri: vt hoc tp̄s.oris.corpꝰ.oris.ſydus.eris.vulnꝰ.eris.rudꝰ.eris.qđ (vt diximꝰ) ruder quoqꝫ ruderis declinat maſculini vero ſunt duo, hic lepus,oris.hic.mus,ris. Iungit illis, ꝙ hoc nomen pus podos,qđ ex græco interpretatur pes pedis. & ab eo compoſita ſunt gñis fœminini. vt dipus.odis.decapus.odis.daſipus.odis.lagopus.odis.imantopus.odis.ſcropus.odis. ſacropus.odis. Fœminina ſunt octo tantum hæc virtus.vtis.iuuentus.utis.palus.udis.ſalus.utis. & quod dat ſeruio nomen.i. verbale ſiue participiale nomen ab hoc verbo ſeruiq.is.hoc eſt ſeruitus utis. Pecus.udis.pro vna tantū gregis animāte.nam ꝓ toto grege hoc pecus.oris.dicitur.Incus.udis.ſenectus.utis.Subſcus.udis.fœmininum quoque eſſe oſtendit Pacu.apud Feſtum dicēs. Nec vlla ſubſcus prohibet cõpagem. require in declinatione. Sint coniuncta tribus. ꝙ huius ordinis duo noia reperiuntur cõia trium generū hic hæc hoc vetus.eris. pro quo antiquiores. veter.eris.dicebāt. Actius. veter fatorū terminus ſic tulerat:vnde etiā ſuperlatiuū declinatur veterrimus. Intercus quoqꝫ intercutis commune triū eſt.Gell.libr.xviij. liberatū ſe eſſe aquæ intercutis morbo. Idē.lib.xij.intercutibus ipſi vitijs madētes. quēadmodū & Cato dixerat intercutibus ſtupris inquinatus. Duobus ſint coniuncta.quod duorū generum cõia tria tantū reperiuntur.hic & hæc Sus.is.Verg.iij. Geor.denteſqꝫ exacuit ſabellicus ſus.Idem.iij.æneid.inuenta ſub ilicibus ſus.Ligus vel lygur,vt ſupra diximus,communis duorū generū eſt: ſed vt ego ſuſpicor lygur gñis eſt maſcu. lygus vero cõis duorum.Grus.is.Vergil.j.Georg.ſtrymoniæqꝫ grues.Hor.ij ſer. diſcerpta ferentes membra gruis ſparſi.

Fœminei generis ſunt virtus,atqꝫ iuuentus.
Et palus,atqꝫ ſalus: & quod dat ſeruio nomen.
Atqꝫ pecus pecudis, incus,ſubſcuſqꝫ ſenectus.
Sint coniuncta tribus vetus.intercuſqꝫ.Duobus
Sint coniuncta tibi tria tantū,ſus, lygus & grus.
Maſculus eſt hic præs. Sed neutrū dicitur hos æs.
Et duo fœminea laus laudis,fraus quoqꝫ frudis.
S.muliebre datur, ſi conſona iungitur illi.
Attamē eſto mas fons,dens,pōs, tabificus ſeps
Et cū mōte calybs,& arabs:polyſyllaba iunges,
In quibus anteuenit,p.litera. qđ ꝓbat hydrops.
Et partes aſsis. Tamen eſt commune duorum
Cælebs & princeps.infanſqꝫ,bifronſqꝫ,parēſqꝫ,
Adiectiua tribus iungunt ſua ſignificata.

¶Maſculus eſt hic præs. Quod in.ęs diphthongō finita duo tantū reperiuntur:hic prēs.dis.maſcu.& hoc.æs.eris.neutrū.Et in.aus.quoqꝫ diphthongō. itidem duo fœminina, hæc laus.laudis, fraus,fraudis. ¶S.muliebre datur. Quod noia finita in.s.habentia conſonantem ante.s. gñis ſunt fœminini. vt hæc puls.tis.hyems.is.glans.dis.ars.tis.frons.dis.pro arboris folio:qđ etiā hæc frondis declinatur.frons.tis.Verg.i.æñ.Frōte ſub aduerſa ſcopulis pēdentibus antrū.Idē in vj. Sed frons læta parū, & deiecto lumine vultu.Gel.tñ.lib.xiiij.tū rōne analogiæ tū autoritate antiquorū cõtendit rectius debere proferri frons in gñe virili quā in fœminino:citatqꝫ Cæciliū:qui ait.nā ij ſunt inimici peſſumi frōte hilaro.& Cato.in.vj.originū dicentem. poſtridie ſignis collatis æquo fronte pugnauit. Probat etiā ex proportionis rōne:quia omnia noia in.ns.terminata,ſi adiectiua nō ſunt,maſculina ſemper reperiuntur.vt hic mons,pōs,fons,dens,quę ꝓcul dubio maſculina ſunt.Seps quoqꝫ ſepis maſculinū eſt pro ſerpente.addidit igitur tabificus alludēs ad illud Luca.lib.x. oſſaqꝫ diſſoluēs cum corpore tabificus ſeps, hunc Pli.lib.xx.ſeps in genere fœminino poſuit.multipedem (inquit) ſepam græci vocant oblongā. piloſis pedibus pecori præcipue nociuā.Idem.xxxij.ceraſtē:aut quas ſepas vocant.Chalybs.bis.ſiue pro illis Ponti prope Paphlagoniā populis: ſiue per metonymiā pro ferro. Verg.j. geor.at chalybes nudi ferrū quod ex proportione eo modo facit fœmininū chalybiſſa:quo arabs.ſſa. Hiero.in prolo. Iob. & accepit vxorem arabyſſam.Lybs quoqꝫ pro vento quem latini Aphricum appellant:ex ſignificatione generali maſculini generis eſt:vt reliqua ventorum nomina. Polyſyllaba iūges. Quod nomina pluriū ſyllabarum in.ps.deſinentia maſculini generis ſunt.vt hic hydrops.opis.merops.opis.epops.opis.auxrops.opis.cyclops.opis.adeps.ipis.manceps.ipis.æthiops.opis.cuius fœmininum Hiero.poſuit æthiopiſſa.æ.numeri. xij. locutaqꝫ eſt Maria & Aaron cõtra Moyſem pro vxore eius æthiopiſſa. Reperitur tamen forceps genere fœminino.vt apud Ouid.ij.meta. quem forcipe curua faber duxit. Per. labefactēt forcipe adunca.Et partes aſſis.ꝙ partes aſsis ſiue pro libra duodecim vnciarum: ſiue pro ſolida hæreditate gñis ſunt maſculini.vt hic triens.entis.quadrās.antis.quincuns.uncis.ſextans.antis.ſeptuns.cis.dodrans.antis.dextans.antis.decuns.uncis.deuns.uncis.Iuue.nec habet quem porrigat ore trientē. Mart. & quadrans mihi nullus eſt in arca.Priſc.de ponde. Septuncem dempto quincunce vocarunt. Dodrantem reliquum vocitat quadrante retracto. At ſi ſextantem retrahas erit ille decuncis. Tamen eſt commune dorum,quod quinqꝫ nomina quæ vno verſu complexus eſt: communia ſunt duorum generum. Celebs.Hora.de ſeipſo.iij.car.Martijs,cælebs quid agam calendis.Idem.i.Epiſtola.nil,ait,eſſe prius,melius nil cælibe vita.Princeps.Iuue. cytharœdo principe natus. Vergil.x.æneid. tu mihi nunc pugnę princeps:& puella tu diua ſecundo. Pro quo iuniores dixerunt principiſſa: ſicut a dux duciſſa: a comes comitiſſa. Infans pro pucro & puella,qui per ætatem nondum fari poſſunt:nam pro non loquente commune eſt trium generum.& ſic dicimus ora infantia:& homo infantiſsimus. Bifrons duas habens facies. Vergil.xij.æneid.ianumque bifrontem:& ſic rem quampiam bifrontem poſſumus dicere. & Dianam trifrontem, quemadmodum Vergil.iiij.æñ.tria virginis ora Dianæ.& eundem Ianum quadrifrontem:autore Macro & Mar.Parens vterqꝫ.i.pater & mater. Vergil.v.æñ.Salue ſancta parens.Idem in.ij.Alma parens confeſſa deam. ¶Adiectiua tribus. Quod nomina adiectiua ratiōe ſignificatiōis cõmunia ſunt trium generum,vt hic & hæc & hoc prudens ingens.diſcors.iners.inops. & a capite compoſita.vt biceps.anceps.& a capio.is.vt particeps. municeps.quamquam in plurali vix poſſent neutris iungi:quod aliud ſignificare viderentur municipia. participia, ſed manceps. ipis. (vt diximus) eſt generis maſculini:quod tantum viris eius ſignificatio competit: quemadmodum e diuerſo forceps generis eſt maſculini: tametſi a capio declinetur. Quod vero de torrens quidam obijciunt. ij mihi non videntur intelligere quid torrens ſignificet: neque enim tantum eſt fluuius temporarius: ſed etiam quicquid fluit. vt Iuue. torrens dicendi copia, & alio loco. Ipſe inquit torrentior. Vergilius.in buc.torrentia flumina dixit. Nefrens quoque pro ablactato porcello ab eo dictus. vt Varro.in.iij.de re ruſti. ſcribit quod nondum fabam aut glandem frendere (hoc eſt) frangere poteſt,ex ratione ſignificationis nunquā reperitur niſi generis maſculini,quia ſemper ſubintelligitur porcellus; nec de alia re dicitur.

Neutrum pone caput,git,ſinciput,occiput, & frit.
Si monoſyllaba ſunt & in. x. finita, referto
Fœmeĩo gñi:ſed thrax,phryx maſcula,rex.grex
Et calx cũ pedis eſt:nam calx hæc ſtringit arenã.
Adduo dux facies commune,huic adijce cõiux.
Sunt polyſyllaba in. ax.tibi tantũ maſcula thorax,
Nicticorax,limax,dropax,cũ ſtorace abaxq;:
Et duo fœminea tibi ſunt cum ſmilace fornax.
Ex.finita tibi ſunt maſcula.Fœminea halex,
Et forpex, vibex,carex,imbrexq; ſupellex.
Quod ſit in.ix.nomẽ muliebre eſt.Excipe fornix:
Atq; cilix,phœnix,& onyx, maſtix,& iapix.
Atq; calix,& oryx,natrix,calixq;, varixq;.

¶Neutrum pone caput. In.t.neutrum reperitur hoc caput.itis.& duo cõpoſita ab illo, ſinciput.pitis. & occiput.pitis.nam interciput, quod quidam dixerũt,non eſt latinum.Iuue. comedam ego flebile nati ſinciput.& Perſius.occipiti cæco poſticæ occurrite ſannæ. Plinius, & Celſus nunquam occiput, ſed ſemper occipitium appellant.& Sueto. in Catũ. comatos quoties ſibi occurrerent: occipitio deturpabat. Duo quoq; reperio neutra indeclinabilia.hoc git.frit.Plinius.lib.xx. Git ex græcis alij melanthiõ, alij melanſpermon vocant, optimum quam excitatiſsimi odoris,& quam nigerrimum. Iſaiæ.cap.xxviij:Seret git,& ciminum ſparget.Varro.j.de re ruſt. Illud autem in ſumma ſpica iam matura, quod eſt minus quam granum, vocatur frit. ¶Si monoſyllaba. Quod monoſyllaba in.x.deſinentia generis ſunt fœminini.vt hæc pax. fax. lanx. nix. nox.lux.Maſcula vero ſunt hic thrax. Hora. thrax eſt gallina ſyro par. eius fœmininum eſt thraiſſa.non threiſſa, nam ai diphthong9 eſt græca q̃ ſoluitur. nõ.ei. vt notauit Geor. merula in illud Verg.i.æñ. Vel qualis equos thraiſſa fatigat harpalice.Phryx.gis.cui9 fœmininum eſt phrygia. Vergil.x.æñ. O veræ phrygiæ,neque enim phryges:hoc eſt,o veræ fœminæ Troianæ,& non Troiani. Rex. gis. Grex. gis. Calx. cis. pro ea pedis. parte, qua terram calcamus. vt Seruius, inquit, in illud. Verg. v. æñ. Calcẽq; terit iã calce Diores.Apul.vij.meta. Expugnata patiẽtia mea calces validos extuleram. Reperitur etiam fœmininum in hac ſignificatione.Vergil.ix.æñ.Quadrupedẽq; citum ferrata calce fatigat.Cice.i.thuſ. Nũc video calcem:ad quam cum ſit decurſum.Gel.lib.xiij. Curſus eorum ad eandem virtutis calcem tendentium. nã vtrobiq; per tranſlationem pro fine ſiue extrema alicuius rei parte accipitur,ſicut planta corporis eſt terminus.Calx quoque pro lapide in cineres ignibus ſoluto, qua vtimur in ſtructũris generis eſt fœminini.ideo dixit hæc calx ſtringit arenam,quia ſine calce intritum ex terra ſiue argilla facile ſoluitur. Vnde Caius Cæſar autore Tranquillo Senecæ genus dicendi aiebat eſſe arenam ſine calce. Duorum generum commune eſt hic & hęc dux. Verg.i.æñ. Dux fœmina facti.pro quo (vt ſupra memorauimus) quidam perperam dicunt duciſſa.Coniux quoque duorum generum commune eſt, quod extra ordinem inter monoſyllaba poſuit,quia ſolum cum duce in genere conuenıebat. ¶Sunt polyſylla. in.ax. Quod nomina polyſyllaba in.ax.deſinentia pauca reperiuntur.hæc fere.thorax.acis. Silius.libro.iiij. Paſſurus dextras, atq; irrita vulnera thorax. Vergil.xi.æñ. Bis ſex thoraca petitum,perfoſſumque locis.Nitico rax.acis.quod generis eſt maſculini apud græcos,quemadmodum & corax vnde deriuatur, interpretatur enim nycticorax coruus noctis. Limax.acis.Colu.Implicitus conchæ limax hirſutaq; campe. Dropax.acis.Serenus.Nec non oppoſito curantur dropace mẽbra.Mart. lib.x. Leuis dropace tu quotidiano.Storax.acis.Verg.in ciri.Non ſtorace ideo flagrantes picta capillos.declinatur etiã ſtyrax.&.acis.&t race.es.ſed hoc vltimum genere fœminino. Abax.acis.quod teſte Priſcia.idem eſt quod abacus.ci. Iabole.lib.xxxij.digeſ.qui eſt delegatis.iij.l.hæres.Cui corinthia (inquit) vaſa legata eſſent, abaces quoq; eorum vaſorum collocandorum cauſa paratos videri. pro quo in omnibus fere codicibus extrita.a.litera.baces nihili verbum reperitur.Duoque dicit fœminina reperiri.Smilax.acis. ſpecies hederæ eſt.vt refert Pliñ.libro.xvi. In quã puella dr̃ fuiſſe cõuerſa dicente Ouid.iiij.meta. Et crocon in paruos verſum cum ſmilace flores. Fornax.acis.eſt quæ græce dicitur caminus. ¶Ex finita tibi. Quod nomina deſinentia in.ex.maſculina ſunt.vt hic pulex.veruex.pollex.vertex.Fœminina vero ſunt halex.ecis. nam ꝑ piſce, & pro garo generis eſt fœminini:quemadmodum probauimus cum de nominibus in.c.finitis dictum eſt.Forpex quoque ſicut forceps generis eſt fœminini.nam alterum ab altero per antiſtechon dictum eſt.Vibex.icis.Perſi.Si puteal multa cautus vibice flagellas. Carex.icis. Verg. iij.Geor. Et carice paſtus acuta.Imbrex.icis.Pliñ.libro.xxxv.Primuſq; perſonas tegularum extremis imbricibus impoſuit:quæ inter initia prototypa vocantur.Seruius in illud.Verg.iiij. Geor. Anguſtiq; imbrice tecti.licet (inquit) hic imbrex lectum ſit:melius ſecundum Plau.hæc imbrex dicitur (ait enim) fregiſti imbrices meas.Idẽ in milite. Qd̃ meas fregiſti imbrices & tegulas.Supellex lectilis. Perſi.noris quam ſit tibi curta ſupellex.Culex Plau.in caſſina.genere fœminino ꝓtulit,dicẽs Eho tu nihili cana culex. ¶Quod ſit in.ix. Qd̃ noia in.ix.deſinẽtia fœminina ſunt. vt hæc perdix. cornix.filix. lodix.Iuue.Magnæ mẽtis opus nec de lodice parãda. quãquã Aſinius Pollio ſermõis latini autor exactiſsim9 hos lodices genere maſculino ꝓtulit.vt Quiñ.lib.i. refert. Maſcula vero ſunt hic fornix.icis. Auienus in arato. Demittat gemino ſe fornice circulus.Cilix.icis.Luca.O nunquã pacate cilix.a quo fœmininũ eſt ciliſſa.Ouid.i.faſto.Et ſonat acceſſis ſpica ciliſſa focis.Phœnix.icis.pro aue.& pro vento, & pro quacũq; re maſcula ex phœnice regione:nã fœmininũ mittit phœniſſa.Verg.i.æñ.Hũc pheniſſa tenet Dido.& in.iiij.æñ. At nõ infœlix animi phœniſſa.Onyx.chis.Luca.in.x.Totaq; effuſus in aula calcabat onyx. & Mart. Vnguẽ tũ qd paru9 onyx. Ab eo cõpoſitũ ſardonyx,vt ſtatim dicemus, etiã fœmininũ reperitur. Maſtix. gis. qd̃ flagellũ interpretatur:a maſtico,vel maſtizo.quod eſt flagello.as. hinc dictus Homeromaſtix. Vergiliomaſtix. Ciceromaſtix. Homeri,Vergilij,Ciceroniſq; reprehenſor, ſiue flagellum. Pliñ. in procemio librorum natu.hiſto. Vt obiter hos fugiam homeromaſtigas.Gel. lib.vi.Laertius licinius:cuius liber etiam fertur infando titulo ciceromaſtix. Iapyx.igis. pro vento: qui ſpirat ab Apulia. Hora. in iij.car.Nẽ quid albũs peccet iapyx.Calix.icis.pro vaſe potorio.Idem. Fœcundi calices quẽ nõ fecere diſertũ.Oryx.igis.Iuue.Et gerulus oryx & phœnicopterus ingẽs. Natrix.icis.ꝓ ſerpẽte. Luca.in.ix. Et natrix violator aquæ.quãquã Lucil.fœmininũ protulit,dicens.Si natibus natricẽ impreſsit craſſam,et capitatã.Calyx.ycis.pro echino glãdis ſiue caſtaneæ.Pliñ.libr.xv.Armatũ his echinato calyce vallum.



dicitur autem calyx a calypto,quod eſt velo.as.vnde eſt Apocalypſis.reuelatio.Varix.icis. Celſus.lib. ij. At varix ortus,vel per ora venarum ſubita profuſio ſanguinis. Spadix.icis. Vergilius. in.iij. Georg. honeſtæ ſpadices.Gel.libro.iij.Palmæ termes ex arbore cum fructu auulſus ſpadix dicitur. Bombyx pro materia illa,ex qua fiunt veſtes,generis eſt fœminini.vnde & Plinius.libro.xi. Caput in ſcripſit de bombyce coa. Et in eodem. Aſſyria inquit bombyce fœminis credimus.pro verme tñ ad genus gñale referri debet:vt ſit hic bombyx vermis.hęc bombyx lanugo illa. Martialis.bombyx pẽdulus vrget opus. ¶Voluox.ocis.ex terminatis in.ox.tantum maſculinũ eſt.eſt.n.vermis:qui & conuoluolus & inuoluolus dicitur. ¶Fœminina vero ſunt Solox.ocis. pro lana hirta: quamquam poteſt etiam trium generum eſſe commune. vt apud Lucilium, montano hirco atq; ſoloce, & Titinnius,lana ſoloci ad purpurã data. Celox.cis.quoq; quod eſt genus nauis apud Plinium in ſeptimo alioſq; autores. Phalanx quoq; additur ſuperioribus.Vergilius.ij.æneid.& iam Argiua phalanx inſtructis nauibus ibat.& Iuue.iunctæque vmbone phalanges. ¶Syrinx pro fiſtula ſit dicta a ſyringe nympha in calamum paluſtrem conuerſa. Ouidius.ij. meta.nymphæ ſyringa vocanbant.Menynx,menyngis.pro panniculo cerebri:quo verbo etiam nunc vtũtur medici:nam pro inſula Aegypti ad regulam generalem refertur. Iynx.auicula eſt,quæ latinæ dicitur torquilla ſiue turbo.de qua Ariſto.libro.ij.de animalibus.& Theocritus. Generis quoque maſculini ponit quatuor thominx.cos. quam nos appellamus thomicen. Spelinx.gos. quod interpretatur ſpelunca. Pharynx.gos.pro fauce gutturis, & Larinx.gos.pro ipſo gutture: quas Galeni interpretes pharyngas,& laryngas appellat.

Quæ dãtur marib9: Voluox quoq; iũgitur illis.
Fœmineis addes ſolox, celoxq;,phlanxq;.
Sirynx & menynx, & iynx. Sed maſcula ſunto,
Theminx thomincos, ſpelinxq; pharynxq;, larynxq;.

¶De Genere dubio.

AMbigui generis tibi tradunt pauca poetæ.
Cum talpa,dama, cardo,panthera, cupido.
Et margo,bubo,finis, cum puluere clunis.
Torqs,ſtirps & adeps,cũ ſcrobe ſpecuſq; penuſq;.

DE genere dubio.Septem ſunt genera nominum, quemadmodum libro in ſequẽti dicturi ſumus, maſculinum fœmininum neutrum,commune duorum, commune trium,promiſcuum, dubium. ſed de quinque prioribus hucuſque dictum eſt,promiſcuum etiam ad genus terminationis refertur.Nunc vero de genere dubio dicit eſſe pauca nomina, quæ autores alio genere auſi ſunt proferre:quã vſus atque grammatices regulæ exigebant.vt Talpa.Dama.cum ratione terminationis generis ſint fœminini,vt apud Hora.j. carmi. & ſuperiecto pauidæ natarunt æquore damæ.Vergilius autoritate ſua vtrumque ſub genere maſculino protulit,vt in Buco. cum canibus timidi venient ad pocula damæ.& .j. Georg.aut oculis capti fodere cubilia talpæ.Quint.libro.ix. fiunt & circa genus figuræ in nominib9. nam,& oculis capti,& damæ timidi a Vergil.dicuntur:ſed ſub eſt ratio,quia ſexus vterq; altero ſignificatur. Panthera nuſquam niſi gñre fœminino legi, vt apud Hora.ij. Epiſtola. diuerſum confuſa genus panthera camelo.apud græcos tamen panther.eris.maſculinum eſt. Cardo.inis. cum pleriq; omnes genere maſculino protulerint: Grachus in Atalanta proportionem ſequutus dixit.o grata cardo regium egreſſum indicans.Cupido.inis.pro Deo amoris.generis eſt maſculini,vel ex regula ſignificationis generali compertum habemus:nã ꝓ cupiditate fœmininum eſt ratione terminationis.Hora.tamẽ in hac etiã ſignificatione maſculinum protulit.ij.carmi.dicens,cupido ſordibus aufert. ¶Margo.quoque ratione terminationis fœmininum eſt:vt apud Iuue.ſummi plena iam margine libri.Papi.tamen.ij. the.dixit: ſol uerat heſperij deuexo margine ponti.Bubo e diuerſo generis eſt maſculini.Ouid.v.meta. ignauus bubo dirum mortalibus omen.Idem.in.xv.eiuſdem.ſtygius dedit omina bubo. Pliñ.lib.x.bubo funebris & maxime abominatus.Verg.iiij.æñ.autoritate ſua fœmininum protulit dicens,ſolaq; culminibus ferali carmine bubo.Finis & Clunis ideo ſunt maſculina quoniam.n.habent ante.is. Vergil.v.æñ.feſsiſque ſub ipſum finem aduentabant.& Iuue.ad terram tremulo deſcendunt clune puellæ.Verg. tamen.ij.æñ.dixit,hæc finis Priami fatorum.& Hora.j.ſer. quod pulchræ clunes breue quod latus.miror q; Seruiũ in illud Verg.hæc finis Priami.putaſſe,neq; dici poſſe hic finis,neq; hæc clunis:ait namq; his verbis, omnia latina nomina inanima,ſimplicia,a verbis non venientia,in.nis. ſyllaba terminata maſculina ſunt.in anima propter canis.ſimplicia propter bipennis,a verbo non venientia propter finis.ergo Iuue. bene dixit tremulo deſcendunt clune puellæ.Hora.male:quod pulchræ clunes. Puluis.eris. maſculinum eſt. Hora.iiij. car.aut puluere troico nigrum Merionem:quod etiam ab illo diminutiuum cõfirmat puluiſculũ. Apul. pro magia.tenuem,candificum,nobilem puluiſculum.Proper.tamen.lib.elegi.j.fœmin. protulit,dicens:ſit mihi præcipue puluis hetruſca dolor. Idem libr.ij.& duo ſint verſus,qui nunc iacet horrida puluis.Clunis.is.Hora.j.ſermo,quod pulchræ clunes,breue quod latus.Iuue. Ad terram tremulo deſcendunt clune puellæ.Plau.quaſi lupus ab armis valeo,clunes inflatos fero. ¶Torquis etiam, vt ſuo loco diximus, frequentius fœmininum quã maſculinũ reperitur.Stirps quoq; pro arbore.tum maſculinum, tum fœmininum eſſe teſtatur Ser.in illud Verg.vij.æñ.quorũq; a ſtirpe nepotes.ſtirpem (inquit) cũ de genere dicimus,tantũ fœmininũ eſt,vt idẽ in eodẽ.heu ſtirpẽ inuiſam: cũ de arbore maſculini & fœminini gñis inuenitur.Hora.ſtirpes raptas,& pecudes,& domos.Sed de maſculino.Verg.ij. Geor.admorſo ſignata in ſtirpe cicatrix. Idem lib.xij.ſed ſtirpẽ teneri nullo diſcrimine ſacrũ. Adeps.ipis.apud Celſum ſemper fœmininum reperio.vt.v.lib.adipis anſerinæ.apud Pli.vero ſemper maſculinum,niſi quid me fallit: nũquã enim aliter loquitur,niſi adeps anſerinus.verrinus.humanus. &.li.xxviij. admixto anſeris adipe ſeuoq; taurorũ.Scrobs.bis.ex generali regula fœmininũ eſt.Luca.li.viij.exigua poſuit ſcrobe.Seruiũ quoq; dixiſſe contra artẽ a Lucano poſitum miror, cũ etiam Oui. vij. meta.dixerit.ſcrobibus tellure duabus. ait namq; in illud. Verg ij.Georg.ſcrobibus mandet mutata ſubactis.nos ſcrobes dicimus genere maſculino,ſed Luc.dixit contra artẽ.exigua poſuit ſcrobe. neq; enim quia Plau.in amphy.dixit ſcrobes effodito ſexagenos:parum latine Lucanum Ouidiumq; dixiſſe putandi ſunt, imo magis ex arte ſcrobem fœminino genere protuliſſe.Specus.penus de vtroq; ſatis multa in genere diximus.

¶Cortex.cis.ſilex.icis.pumex.icis.latex. icis.ratione terminationis maſculina ſunt. Vergil'. raptus de ſubere cortex.& Martial'.cortice depoſito mollis echinus erit. Iuue.nec melior ſilicem pedibus quæ cõ terit atrum. Verg.vj.æñ.latebroſo in pumice nidi. Idem.in.j.æñ. laticemq; lyæum. &. iij. Geor. latices infundere cornu Lenæos. Inueniũtur tamen autores etiam genere fœminino protuliſſe. Vergil'.in buc. muſco circundat amaræ corticis.vbi Seruius ait maſculino potius eſſe vtendum. In illud quoq; Verg. vij æñ. ſtabat acuta ſilex:his verbis ſcribit: Pene omnes hunc ſilicem dixerunt: nam & Varr. & Lucre. ita dicunt: tanta tamen eſt Verg.autoritas, vt perſuadeat nobis etiam hanc ſilicẽ dici. Idem quoq; Seru. ſcribit in illud Vergilij. Ecce maris magni claudit nos obice põtus. Melius, inquit, dicit hic obex quã hæc obex. Ouidius, quas obice firmo clauſerat iliades. ſed de hoc nomine in defectiuis dicetur, atque ea cauſa hic non poſitũ eſt. Eo modo Catull. poſuit ſub genere fœminino pumicẽ, quemadmodũ & Ennius laticem, Et Actius apud Priſcianũ.lib.v.nõ calida latice lautus, dixit. Lynx præterea cum ex regula fœmininum ſit, vt apud Verg.iij. Geor.quid lynces bacchi variæ.Hora. tamẽ in.ij.carmi.maſculinum protulit dicens: nec curat orion leones aut timidos agitare lyncas. Et lapidis nomen, quia ſardonyx hoc genus carminis non recipit, circuitione vtitur dicens ꝙ ille lapillus, cuius nomen eſt compoſitum ex ſardus & onyx, eſt generis dubij Iuue. radiant teſtitudine denſi ſardonyches. Idem tñ alio loco dixit: Atq; ideo conducta Paulus agebat ſardoniche. Alia fortaſſe reperiuntur nomina generis ambigui, quæ ſcriptores autoritate ſua freti contra vſum artemq; protulerunt genere diuerſo, ſed nos hæc tantum annotaſſe ſufficiat.

Cortex, atq; ſilex, cum pumice, lynxq;, latex q;.
Et nomen lapidis, quod gignit ſardus, onyxq;.

DE nominibus maſculinis, q̃ ex diuerſis terminationibus mittunt fœminina in.a.vel in.is.

| | |
|---|---|
| Draco dracena. | Prophetes prophetis. |
| Leo leæna vel lea. | Poëtes poëtis. |
| Caupo capona. | Scythes ſcythis. |
| Fullo fullona. | Sarmates ſarmatis. |
| Lacon lacæna. | Magnes.etis.vel neſſa. |
| Fidicen fidicina. | Cres cretis.vel creſſa. |
| Lyricen lyricina. | Moabita moabitis. |
| Siticen ſiticina. | Amonita amonitis. |
| Tibijcen tibijcina. | Nepos neptis. |
| Tubicen tubicina. | Heros heroina. |
| Cornicen cornicina. | Libys libyſſa. |
| Oſcen oſcina. | Arabs arabiſſa. |
| Flamen. Flaminica. | Chalybs chalybiſſa. |
| Aſtur aſturica. | Aethiops æthiopiſſa. |
| Sambuciſtes.ciſtria. | Thrax thraiſſa. |
| Cymbaliſtes.liſtria. | Cilix ciliſſa. |
| Cytariſtes.riſtria. | Phœnix phœniſſa. |
| Tympaniſtes paniſtria | Phryx phrygia. |
| Pſaltes pſaltria. | Rex regina. |

Quędã ſunt noĩa. q̃ tametſi cõmunia duorũ gñrũ repiũtur, habẽt tñ aliã ,ppriã terminationẽ gñris fœminini, vt Hoſpes hoſpita. Soſpes. ſpita. Sacerdos ſacerdotiſſa. Cuſtos cuſtodia. Antiſtes ãtiſtia.

DE nominibus maſculinis. Quoniam illa regula ſignificationis, quam principio huius libri poſuimus, ꝙ nomina quę ad mares pertinent generis ſunt maſculini, & quæ ad fœminas fœmin. & quæ ad vtrũq; cõmunis duorũ, nimis confuſe atque inſufficienter fuit poſita, partim explicata eſt a nobis per regulas terminationum, partim etiam hoc loco explicabitur. Non dico nũc de illis noibus, q̃ habẽt vtriuſq; ſexus diſtinctas terminatiões, vt magiſter.magiſtra.lup9.pa.romanus.romana: ſed de illis, q̃ cũ poſsint eſſe gñis fœminini ex rõne terminatiõis, atq; illorũ ſignificatio ad vtrũq; ſexũ pertinere: tñ habẽt ,p alterutro ſexu diuerſas terminatiões, vt ecce draco rõne terminatiõis ita potuit eſſe cõe duorũ gñrũ, quẽadmodũ hic & hęc hõ: & quaſi epicenũ ſub gñe maſculino cõprehẽdere fœmininũ: maſculinũ tñ appellam9 draconẽ. fœmininũ vero dracenã. Eodẽ mõ de leone lea vl' leæna dicim9. Ouid.iiij meta.vt lea ſæua ſitim multa cõpeſcuit vnda. Verg.in.buc.torua leæna lupũ ſequitur. Strabo ſtraba.teſte. Priſc.iiij.car.facit. A caupone quoq;, fullone, & latrone. quia nũquã niſi de viris dicunt, vſurpãtur (vt inquit Ser.) fœminina in.a.vt caupona, fullona, & latrona, ſed caupona in vſu eſt. fullona & latrona nõdũ legi: ſed ſi mihi eſſet neceſſe illã noiare, q̃ nobis lintea polire ſolet ego poti9 fullonã q̃ fullonẽ appellarẽ: qñquidẽ fullo maſculorũ eſt propriũ, et eodẽ mõ latronã fœminã poti9 q̃ latronẽ: et ſi cũ grãmaticorũ vulgo ſupradixi, hõ nemo iũge latronẽ. Lacõ tñ ſignificat marẽ ex lacedęmõe vrbe. Mart.nõdũ adhuc matre iubẽte lacõ. fœmininũ ab eo Verg. ,ptulit.ij.ęñ.nec tibi tyndaridis facies inuiſa lacæne. ¶Cõpoſita quoq; a cano.nis.i cẽ.finita maſculia ſũt, fœminina vo mittũt i.a.vt ſupradixim9: cũ d noib9 termiatis i en.diſputarem9. Flamẽ.inis. ſacerdos tñ de viris dr, nã ſacerdotiſſa flaminica, & flaminia dr. Aſtur cũ maſculinũ eſſe dixerim9, ,p fœmi.aſturica dicimus. Sãbuciſtes.æ. vel.ciſta.æ.fœmininũ mittit ſambuciſtria. Cymbaliſtes vel.liſta.liſtria. Cythariſtes vel.riſta.riſtria. Tympaniſtes vel niſta.niſtria. Pſaltes vel pſalta.tria. Prophetes vel propheta.etis.tidis. vel ,pphetiſſa. Poëtes vel poëta.etis.idis.quiaã etiã dixerũt poëtiſſa. Scythes vel ſcytha.this.thydis. Sarmates vel ſarmata.atis.tidis.de quibus oibus cõplura diximus cũ de genere nominũ in.a terminatorũ diſſerebamus. Magnes.itis.ſemper ſub hac terminatione maſculinũ reperitur ſiue ,p lapide ſiue pro pp'lo Theſſaliæ. nã fœmininũ mittit magnetis.tidis.vl' magneſſa. Oui.in ep'la Medeæ. Cur vnq; colchi magnetida vidim9 argo.nauis.n. cũ ſit nomẽ, fœminini gñis eſt. Hora.iij.car.magneſſam hippolytẽ dũ fugit abſtinẽs. Pari ratione. Cres.tis.cretis.dis.vel creſſa.æ.mittit fœmininũ. Silius.ij.pu. Creserat æriſonis Curetũ aduectus ab antris. & Tibul.de dædalo li.iiij. Phœbo gratiſsima dona Cres tulit. Auſo.quoq; in monoſyllabis, ꝙ Dedalo Cres poſuit. Oui.j.de arte. Creſſa Thyeſteo ſi ſe abſtinuiſſet amore. Verg.v.æñ. Creſſa gen9 Pholoę gemini circũ vbera nati. Iuue.nec min9 ſthenoboea: quã creſſa excãduit. Ex terminatis in.bs. Libys. yſſa. vl' libyſtis.idis. Verg.v.ęñ.horrid9 in iaculis et pelle libyſtidis vrſę. Sil.li.j. vrſeq; libyſſę inſignis iagulo duris certare maniplis. Arabs.iſſa. Chalybs.biſſa.et i.ps.ęthiops.piſſa.quẽadmodũ i gñe terminatorũ i bs.&.ps. dictũ ẽ. Ex terminatis i.x.thrax.aiſſa.cilix.iſſa.phœnix.iſſa.phryx.rgia.rex regia, q̃ oia ſuo q;



loco in gñe terminationũ requirẽda ſunt. Quędam ſunt nomina. Seruius in illud. Verg.vj.ęñ.cernis cuſtodia qualis: loquẽs enim de Tiphone inquit, cuſtodia eſt qui cuſtodit. vſurpatũ eſt autẽ ſicut hoſpita. nã hic & hæc cuſtos facit. Idem quoq; dicendũ de ſoſpes.antiſtes & ſacerdos. Cap.ij.

DE quinq; nominũ declinatiõibus. Iam puer eo videtur adoleuiſſe, vt quod ante hac faciebat, non debeat inflectere nomina per proportionem illorum, quæ in principio huius operis poſita ſunt,

¶De nominũ Declinatione. Cap.ij.

NE ſit opus toties eadem præcepta reſumi,
Accipe, quę teneas in nominibus variãdis.
Compoſiti formam ſimplex, & cõpoſitiuũ
Simplicis obſeruant. Exanguis dat tibi ſanguis.
A pede ſit vulpes & apes: nec regula ſeruit.
Impubis dat.eris.ſed pubes dat tibi pubis.
Eſt requies quintæ, declinat tertia ſimplex.
Quartus cum quinto ſemper recto ſimilantur
In neutris: Sed in.a. pluralem ponis vbiq;.
Eſtq; vocatiuus recto ſimilis prope ſemper.
Præterquã quintæ, pluralibus in genitiuis
Syllaba nonnunquam colliditur.u. capit ales.
Tertius & ſextus plurales aſsimilantur.

cum declinãdi modus ille ſit paulo incertior atque confuſus: ſed per regulas & præcepta quæ in hoc cap.ij.tradunt. ¶Principio itaq; ponit documenta omnibus quinq; declinationibus communia: deinde ſingulatim de vnaquaq; illarum quinque declinationum regulas proſequetur. ¶Dicit igitur, ꝙ ne oporteat autorem ſæpius eandem præceptionem repetere, hoc eſt, in qualibet declinatione idem dicendo auditor accipe quæ teneas memoria in nominibus variandis.i.indeclinando nomina. ¶Compoſiti formam. Primum preceptum ad analogiam grammatices pertinet, quę (vt ait Quin.) non ratione nititur: ſed exemplo, & ex certis incerta probare nititur, vt cum exploratum habueris, ꝙ iber facit in genitiuo iberi, intelliges ꝙ celtiber compoſitum a celta & iber facit in genitiuo celtiberi. Atque e diuerſo ſi exploratum tibi ſit ꝙ celtiber facit celtiberi intelliges etiã, ꝙ iber fecit in genitiuo iberi. Hæc regula quia declinatiõi ſeruit maxime, viſũ hoc loco illam ponere. Dicit itaque ꝙ nomen ſimplex ſeruat formam compoſiti.i.proportionem: & compoſitum ſeruat econtrario formam ſimplicis. Habet tamen regula exceptionem, quia non vſquequaq; vera eſt, vt ſanguis genitiuum facit ſanguinis vna ſyllaba creſcente: exanguis vero fecit exanguis parium ſyllabarum. Preterea cum vulpes & apes a pede compoſita videantur: quoniam vulpes autore Quin. quaſi volipes dicta eſt: apes quoque, vel quia ſine pedibus naſcantur, vel potius quod pedibus per mutua nexis, vt Vergil'.vij.ęñ.ait, in vuę modum pendeant, debuerunt facere in genitiuo vulpedis, & apedis: ſed amiſſa vna ſyllaba fecerunt vulpis & apis, quamquã pro cypſelo aue apedis quoque facit. Lepus quoque ſi (vt autor eſt Quin.) quaſi leuipes dicitur, leuipedis debuit facere: ſed fecit leporis.

Pubes quoque mittit genitiuum parium ſyllabarum, ſed ab eo compoſitum impubis, vt Probus & Phocas voluerunt, vel impuber, vt Cæſar in lib. de analogia, impuberis in genitiuo facit. Cice.iiij.inuectiuarum. Filium eius impuberem legatum a patre miſſum. Verg.tamen regulam ſequutus impubis Iuli dixit. & Hora.ij.carmi.nec impubem parentes Troillum & Ouid.ix.meta. facietque viros impubibus annis. ¶Quies.etis.preterea cum ſit tertię declinationis, ab eo compoſitum requies quintę reperitur. vt apud Verg.iiij.ęñ. tempus inane peto requiem ſpatiumque furori. quamquã, & quies quiei antiquiores etiam per quintam declinabant. vt Affranius. ſolicito corde corpus non potitur nec quie. & Neuius. complexo ſummo corpora operiuntur ac ſuaui quie. Atque econtrario Cicero in Catone maiore dixit: vt meæ ſenectutis requietem oblectamentumq; noſcatis. Macrob. quoque in.j.de ſomno Scipionis, quia & illa (inquit) requietis eſt inſcia. Multa quoque alia ſunt, quę non ſequuntur ſimplicium declinationem, vt centimanus Giges dictus eſt ab Hora. ſed in genitiuo centimani gigæ dicemus. Alia quoque complura paſsim reperies, quæ non ſequuntur ex regula proportionem. ¶Quartus cum quinto. Secunda regula eſt, ꝙ noĩa neutra.ij.iij.&.iiij.declinationis, quoniam primę & quintę nullum eſt neutrum, habent accuſatiuũ, & vocatiuũ ſimiles nominatiuo, & in plurali ſemper terminantur in.a.vt hoc templum tẽpla, hoc corpus corpora, hoc veru verua. ¶Eſtque vocatiuus recto ſimilis. ¶Tertia regula eſt. ꝙ vocatiuus omnium quinque declinationũ in vtroque numero ſimilis eſt nominatiuo. Sed dixit non ſemper ſed prope.i.quaſi ſemper, propter nomina ſecundę declinationis terminata in.us.quę alio modo exeunt, & propter nomina græca de quibus ſuo loco diſſeremus. ¶Præterquam quintæ. Quarta regula, ꝙ genitiuus pluralis omnium declinationum præterquã quintę poteſt recipere ſyncopam, hoc eſt, abſciſionem, vt in prima æneadum pro ęneadarum. graiugenum, pro graiugenarum. Verg.j.ęñ. quis genus ęneadum, quis Troiæ neſciat vrbem? Idem in. viij. optime graiugenum, cui me fortuna precari. In ſecunda virum pro virorum. diuum pro diuorum. Vergilius.j.ęñ. arma virumque tabulęque. Idem in.ix. Turne, quod optanti diuum promittere nemo. In.iij. agreſtum pro agreſtium. cæleſtum pro cęleſtium, prudentum pro prudentium. menſum pro menſium. Ouid.xij. meta. & quos ſuſtinui bis menſum c ...nque labores. Verg.j.Georg. & vos agreſtum præſentia numina fauni. & Ouid.j.meta. vltima c...um terras aſtrea reliquit. In.iiij. paſſum pro paſſuum. nurum pro nuruum, currum pro curuum ...r. ſed. duo ſunt quę nos diſtingunt millia paſſum. Lucil'.apud Macro.in.j.ſatur. hunc mille paſſ... vicerit atque duobus campanus ſonipes. Idem libr.xij. cinctaque adeſt virgo matrumque ...e caterua. Vergil'.vi.æñ. quę gratia currum armorumque fuit viuis. Neque ſolum in carmi... caſus abſciſsio, verum etiam in proſa oratione. vt Cicer. in ora.pro Sextio, veſtrarum ...m templorumque cauſa, & in nominibus numeralibus, vt duum pro duorum. qua... quadragenorum. tricenum, pro tricenorum. E diuerſo ales in genitiuo plurali.u. ſuſce...tri cauſa: vt dixit Seruius in illud Vergil'. viij. æñ. alituum pecudumque genus, ali...r epentheſin pro alitum poſuit: ſicut & Manil'. in vltimo aſtro. alituumque genus ...ſque vocabit. ¶Tertius & ſextus, quod datiuus & ablatiuus numeri pluralis in ter...iles ſunt in omnibus quinque declinationibus. Itaque cum ſemel datiui terminationem ...tiui eandem eſſe intelligemus: vt datiuo muſis, ablatiuo a muſis.

De prima nominis declinatione. Formæ declinationum, vt quibuſdã (Diomede referente) viſum eſt, ſeptem ſunt: nam ex ſecunda noſtra duas fecerunt, alteram eorum quæ genitiuum in.i. ſimplici alteram eorum, quę in.i. duplici terminãtur. Duas quoq; ex quarta noſtra alteram eorum quæ mittunt genitiuum in.us. alteram ex aptotis in.u. deſinentibus, quæ non declinatur in numero ſingulari. Qui declinationum numerus ad quinarium redactus eſt: quoniam tot videbantur eſſe genitiui diuerſitates.

¶ De prima nominis Declinatione.

Cvm ſint quinq; puer declinandi tibi formę,
Quas vnus varijs ex rectis dat genitiuus:
Prima ſit in.as.es.ſed.græcis.a.ꝙ latina.
Eſt genitiuus in.æ. diphthongon.ſed tamen.ai.
Dat tibi nonnunq̃: dat &.as. ſed & id quoq; raro.
Octo trium generum ſunt nomina, dant & in.ius,
Pone datiuis.æ. diphthongon. Sed genitiuus
Cum tibi fiet in.us.us.rapta pone datiuum.
Omnibus ex rectis finitur in.am.tibi quartus.
Atq; vocatiuus fit in a.Cui iungito ſextum.
Rectus pluralis fit.æ.Genitiuus in.arum.
Atq; datiuus in.is finitur.Pauca tamen ſunt,
Quæ faciunt.abus, velut eſt equa, filia.nata.
Mula,dea,liberta,ambabus,iunge duabus.

¶ Dicit igitur ꝙ prima nominis declinatio terminationes habet nominatiui tres in. as. es. a. Sed in.as. & in.es. tantum græcorum, vt æneas. eæ. archias. chiæ. anchiſes. chiſæ. planetes. netæ. In.a. vero tam grȩcorum quã latinorum, vt muſa. æ. helena. æ. terra. æ. fabula. æ. Itaq; dixit.a. latina. non ꝙ omnia nomina primæ declinationis in.a. deſinentia latina ſint: ſed ꝙ cum in.as. & in.es. omnia ſint græca in.a. finita ſunt etiam latina. Eſtq; illud etiam hoc loco repetẽdum, qđ in cap. ſuperiori dictum eſt, ꝙ nomina huius declinationis in.as. & in.es. finita omnia ſunt græca, & maſculina. In.a. vero partim græca partim latina, partim maſculina, partim fœminina: nam neutrum nullum eſt primæ declinationis: præterquã qđ Ouid.v.meta. bis poſuit in neutro genere polenta, idq; ſingulari, vt diximus exẽplo, quẽ opinor noſtri ſequuti ſũt. cum hęc paſcha.chæ.in neutro genere poſuerunt. ¶ Eſt genitiuus in.ę.diphthongon.ꝙ nomina primæ declinationis a quacunq; veniãt nominatiui poſitiõe mittunt genitiuum in.æ.diphthõgõ.vt æneas.eneæ.anchiſes.æ.muſa.ę.terra.ę.ita tamen, vt genitiuus ſit parium ſyllabarum. Poetæ vero aliquando ſoluunt diphthongon illam in ai. ſyllabas. Verg.iij.ęñ. aulai in medio libabant pocula bacchi. Idem in.vj. aurai ſimplicis ignem. & in.ix. Diues pictai veſtis & auri. Cice.in. ara. Atq; oculos vrget pedibus pecuſq; nepai: pro aulę, aurę, pictę, nepæ: ſed hoc poetis tantum licitum fuit. neq; omnibus quidem, ſed antiquitatum amatoribus, quales fuerunt Vergilius, Lucre. Cice. Exit etiam hic genitiuus in.as. ſed id quoq; apud antiquos, & quidem raro. Liuius andronicus, atque eſcas habemus mentionẽ pro eſcæ, ab eo quod eſt eſca. Neuius. runcus atque purpureus filij terras pro terrę. Vnde etiam nũc pater familias, mater familias, filius familias dicimus pro familiæ, quod antiqui ſic loquebantur. Deinde dicit, ꝙ illa nomina adiectiua quæ per primam & ſecundam nominis declinationem inflectuntur, mittunt genitiuum in.ius. a quacunque nominatiui terminatiõe exeant ſiue primæ ſiue ſecundæ ſine declinationis. Ea ſunt vnus.a.um.vnius.i. Vllus.a.um.vllius.li. Nullus a.um.nullius.li. Solus.a.um.ſolius. Totus.a.um.totius.ti. Alius.a.ũ.alius ali. Alter.a.um.alterius.ri. Vter.a.um.vtrius.ri. Et ab his cõpoſita, vt Neuter.a.um. Vterq;.aq;.vtrũq;. Vterlibet. tralibet. trũlibet. Vteruis. auis. vtrũuis. Vtercũq; vtracunq; vtruncũq;. Alteruter. vtra. vtrum, quæ omnia mittunt genitiuum in ius. & datiuum in.i.
Sequuntur tamen aliquando proportionem nominum adiectiuorum primæ & ſecundæ declinatiõis.
Cicero non vnæ rei, ſed omnibus conſuli putetur, pro vni. Idem ad Herennium, non res totæ rei neceſ-
ſe eſt ſimilis ſit, pro toti. Terentius in Heautonti. Alteræ dum narrat forte a[...] liui, pro alteri. Idem in
Eunucho. Mihi ſolæ ridiculo fuit, pro ſoli. Cæcili9. Nullæ nationi tot victor[...]s tam breui ſpacio datas
arbitror, pro nulli. Sed in hoc nomine neuter frequentius reperitur genitiuu[...] regularis: quam geniti-
uus in.ius.& datiu9 in.i. ¶ Pone datiuis.æ. ꝙ datiuus in.æ.diphthongon te[r]minatur, ſimiliſque eſt
genitiuo. Nomina tamen quæ miſerunt genitiuum in.ius.ablata.us. faciunt d[a]tiuum in.i.vt vnus vni9
vni. ¶ Omnibus ex rectis, ꝙ accuſatiuus primæ declinatiõis a quacũque ex[e]at terminatiõe nominati-
ui in.am.deſinit: fitq; a genitiuo.æ.diphthõgõ mutata in.am.vt muſa.æ.muſam. Sed in nominib9 græ-
cis accuſatiuus græcus plerũq; a latinis vſurpatur queadmodũ in declinatiõe græca dicemus. ¶ Atq;
vocatiuus fit in.a.ꝙ vocatiuus in.a.terminatur: etiã cũ venit a noibus græcis in.as. & in.es.deſinẽtib[us].
vt æneas o ænea.anchiſes o anchiſa.atrides o atrida. Verg.x.ęñ. Vigilas ne Deũ gẽs a[e]neæ? vigila. Idem
iij.æñ. Cõiugis anchiſa veneris dignate ſuperbo. Hora.ij. ſermo. Nequis humaſſe velit aiacẽ atrida ve-
tas cur? Ablatiuus quoque ſimilis eſt vocatiuo in terminatione. Sed quod de accuſatiu[o] diximus, idẽ
quoque de vocatiuo & abltõ dicẽdũ eſt, frequẽtius in noibus græcis in.as. & in.es. deſin[en]tibus vſurpa-
ri caſus græcos, vt ſuo loco dicemus. ¶ Rectus pluralis, ꝙ noiatiuus pluralis huius decl[i]natiõis in.ę
diphthõgõ deſinit, & eſt ſimilis genitiuo & datiuo numeri ſingularis, ſicut muſa.æ. plu[...] i noiatiuo
muſę. ¶ Genitiuus in.arũ. ꝙ gtũs pluralis in.arũ.terminatur. fitque ab ablatiuo ſingu[...] [...]ita.rum.
vt hæc muſa a muſa.arum. ¶ Atque datiuus in.is.ꝙ dtũs pluralis terminatur in.is.[...] ablatiuo
ſingulari.a.mutata in.is.vt muſa.is. Excipiũtur tñ q̃ differẽtiæ cauſa faciũt datiuum qu[...] ſunt il-
la ſubiũgit, equa.abus filia.abus.nata.abus.mula.abus.dea.abus.liberta.abus.a[...] nurumq[...] ab9.
Priſcia. inter hæc numerat aſina aſinabus, qđ Valla poſſe dici negat. Antiquiſne fit huiu[...] id,
eabus dixerũt. Caſsius. Hemina põtifici, qui cũ eabus ſtuprũ fecerat. Iuniore[...] nquit) ſedu[...]
vt Seruius multis in locis: & noſtrę religiõis autores. Neq; diſsimulãdus eſt ragenum, pr[...]
nõ intelligẽtes verba Priſciani, qđ ille de paucis noibus ſcripſit: ad infinita [...] tantum m[...]
enim lib.vij. Vbi de datiuo & abltõ pluralibus primæ declinationis differ[...]um enim p[...]
neris fœminini, q̃ ex maſculinis transfigurãtur nõ habẽtibus neutra, q̃ anim[a]lium cenſ[...]
turaliter diuerſum ſexũ habẽtia: q̃ differẽtiæ cauſa in ablatiuo ſingulari.bus.[...]ina[...]one ſim
& ablatiuũ plurales & quę ſunt illa pauca, ſubdit. natabus. filiabus. deabus.[...] [...]tis [...]us, abla-
bus, ambabus, duabus. Iſti vero, dũ putãt ſe latinũ ſermonẽ locupletare, fun[...] [...]icæ



grãmaticæ præcepta cõtrahẽda atq; limitãda poti9 ſint, quã ampliãda. Quis enĩ vnquam apud autores idoneos legit, qđ iſti faciunt, ab agnus. agna. abus. ab iuuencus. ca. abus. a lupus. pa. abus. a ceruus cerua. abus. & alia innumera, q̃ ſolẽt ſine autoritate in exemplũ deducere. Quid qđ neq; illa ipſa, quæ Priſc. & Valla dicũt exire in.abus. ſemper ita faciũt, niſi tñ differẽtiæ cauſa? q̃ ſi aliũde percipi [p]õt, nihil neceſſe eſt illa noia in.abus. terminari, vt equa. rõne diſcriminis potuit mittere equabus. vñ & Varro. in.ij de

Accuſatiui plurales.as.tibi mittunt.

¶ De ſecunda nominis declinatiõe.

Altera dat rectis tibi ſex, er. ir, ur. vł. us. aut. ũ.
Atq; eus diphthõgõ. ſed & hãc tñmõ gre-
Fit genitiuus in.i. Sed rectũ non ſuperabit. (cis.
Excipias gibber, lacer, & ſocer, aſper, adulter.

re ruſt. Fecit caput de equis & equabus, vt vtrũq; ſexũ cõplecteretur. At vero Papiñ. li. xxij. digeſt. titulo de vſuris & fructibus. l. equis. Equis (inquit) per fideicõmiſſum relictis poſt morã fœt[u]s quoq; præſtabunt. Vulpianus in titulo de varijs & extra ordinarijs cog. l. de vſu. Itẽ de equis alienis a ſciẽte poſſeſsis fœtuſq; earũ. nõ dixerũt equabus, quia de partu earũ vterq; Iurecõſultus mẽtionẽ fecit: neq; ambiguũ erat, de quo ſexu loquerent. Colũ. quoq; lib. vij. de re ruſt. cũ de admiſſura equorũ in equas loqreť; Admiſſarũ (inquit) cęteris equis facit inimicũ. Qđ ſi ex adiũctis nõ ſatis cõſtat, de quo ſexu loquimur: equabus potius quã equis dicemus. vt Seruius. iij. Geor. Equabus (inquit) eius immiſit furorẽ. Filia pterea differẽtię cauſa potuit facere filiabus. Ennius tñ in Andromeda dixit Filijs propter te innocẽs obiecta ſum Nerei. nõ dixit filiab9, quia de Nereidib9 loquebatur. Plau. quoq; in ſticho: Ego intrabo & gratulabor aduentũ veſtrũ filijs. nõ dixit filiab9: qm̃ antipho ſenex de duabus filijs Panegyri & Pinatio ad gñros duos loqbať. Hierony. quoq; interpres Geneſos. cap. xxxi. Quid poſſum facere filijs & nepotibus meis: cum Labam de Lia & Rachel deprehenſis loqueret. Nata quoque, & ſi differentiæ cauſa poteſt aliquando exire in.abus. Papiñ. tamẽ in Achilleide dixit. chariſq; para connubia natis: quas tibi ſidereis diuarum vultibus æquas ſors dedit. nõ dixit natabus, quia Lycomedes rex ſcyri filias tñ habuit. cũ præſertim, vt ſexus ambiguitatẽ tolleret, adiunxit, quas æquas vultibus diuarũ Ouid. quoque. xiij. meta. Eubœa duabus & totidem natis Andros fraterna pot ta eſt. quia duabus dixit: nihil neceſſe habuit natabus dicere. Quod vero Laurentius aſina ab hac regula excluſerit illa forte ratio fuit, quod non habuit autores, quorum teſtimonio fretus auderet dicere aſinabus: præter vnum Priſcia. cui non ſolet multum fidei adhibere. Nam Pliñ. lib. xj. Aſinis (inquit) a fœtu mãmæ dolent, ideo ſexto menſe arcent partus. nihil neceſſe fuit dicere aſinabus, quia ſtatim ſubiunxit de mãmarum dolore atque illarum fœtu. In. j. etiam. lib. Regum. Hierony. interprete legimus: & de aſinis quas perdidiſti ne ſollicitus ſis. non dixit aſinabus, quia ſtatim adiecit: quas perdidiſti. Eadem præterea ratione Cicero ſcribens ad filiam & vxorem dixit. duabus animis ſuis, non animabus, quia illud adiunctum duabus tollebat ſexus ambiguitatem. Nam quod Seruius, atque religionis noſtræ autores dicunt ab anima animabus, ne coincideret cum animis, quod eſt ab animus: recte id feciſſent ſi autoritate niterentur. Et quod a domina quidam faciunt dominabus, facile refellitur teſtimonio Q. Curtij. qui de vxorẽ & filia Darij ſcribẽs dixit: Actum eſt de dominis: niſi forte velint dicere, qđ quia hiſtoricus de fœminis loquebatur, ideo dixit dominis: nunquam tamen iſti autorem idoneum mihi monſtrabũt, qui vnquam dixerit dominabus. Nam quod nonnulli afferũt ex epiſtola diui Hierony. ad Demetriadem: dominabus. ille non dominabus, ſed dominis ſcripſit: incedentibus (inquit) dominis ancilla virgo procedit ornatior. Atque, vt vno verbo colligam quod ſentio, tunc vtemur datiuo & ablatiuo in abus. cum poteſt eſſe dubium de quo ſexu loquimur, neq; id paſsim, ſed in illis tñ nominibus, in quibus optimi autores hoc fieri voluerunt. Ambæ vero & duæ, quamuis nulla ſimili differentiæ cauſa cogente (vt Priſc. ait), habẽt datiuum & ablatiuũ ambabus, duabus. ¶ Accuſatiui plurales. Quod accuſatiuus numeri pluralis exit in.as. addita.s. ablatiuo ſingulari, vt muſa. as.

De ſecunda nominis declinatione. ¶ Secunda nominis declinatio terminationes habet nominatiui ſex. er. ir. ur. um. us. eus. quæ omnes mittunt genitiuum in.i. vt. puer. eri. caper. i. vir. iri. treuir. i. ſatur. uri. quod in.ur. ſolum reperitur, nam matur. latine non dicitur. etiam Priſcia. autore, qui dicit in ur. vnum tantum reperiri ſatur. Templum. i. lignum. i. Deus. dei In. eus. diphthongon finita omnia ſunt græca, vt pentheus. ei. orpheus. ei. Reperiuntur etiam duæ terminationes in.os. & in.on. nominum tantum græcorum, quę ad hanc declinationem referuntur, quemadmodum in declinatione græca differemus, vt hic logos gi hoc ilion. ij. Sed rectum non ſuperabit. Omnes genitiuos ſecundæ nominũ declinationis in.i. terminari diximus, ſed quia partim creſcunt vna ſyllaba, partim ſunt æqualium ſyllabarũ, vt tollat hanc ambiguitatẽ, dicit: Quod genitiuus huius declinationis æqualis eſt ſuo nominatiuo in numero ſyllabarum: vt hoc templum. i. hic dominus. i. Excipit pauca nomina, quę hic numerãtur. gibber. eri. Sueto. de Orbilio grammatico: gibberoſos ſe de ſole in vmbram transferre reſpondit. erat enim Murena gibber. Pliñ. libro. viij. Syriacis nõ ſunt palearia, ſed gibber i dorſo, p gibbo poſuit. Mart. in. diſt. ſigillum gibberi pro gibberoſo. Nã queadmodũ gibbus tum ipſum tumorẽ ſignificat fictile
ſiue dorſum naſi: vt Iuuena. medijſque in naribus ingens gibus: tum rem ipſam gibbum habentem. vt Mart. non aliter ridetur Atlas cum corpore gibbo. & Celſus. libro. iiij. Extrinſecus gibbũ, intrinſecus cauũ eſt iecur. ſic gibber tũ ipm dorſi tumorẽ deſignat, tũ eũ, qui tumorẽ habet: quẽ gibberoſum appellat Iurecõſultus in titulo de ædilitio edict. l. Vel pterui vel gibberoſi. Lacer. i. Verg. vj. æñ. lacerũ crudeliter ora. Socer. eri. Idẽ in. ij æn Ad ſoceros & auo puerum aſtyanacta trahebat Aſper. eri. qđ etiã per ſyncopam obliquos habet aliquando æquales. Vergil/æneid. Improuiſum aſpris veluti qui ſentibus
anguem preſsit. Adulter adulteri. Liber liberi, pro eo quod eſt Bacchus, & pro eo quod eſt ingenuus ij
ſiue non ſeruus. Nam pro libro ſcripto & pro cortice libri facit. Iber iberi, pro Hiſpanus. Lucanus in. v. Si tibi durus Iber aut ſit tibi terga dediſſet. Verg iij. Geor. aut implacatos a tergo horrebis Iberos. Nam pro flumine [I]berus iberi poſuit Luca. in libro. iiij. Qui pręſtat terris aufert tibi nomẽ Iberus. Iber iberis, per tertiam populus eſt ſeptẽptrionalis iuxta Armeniam. Ab iber iberi. fit celtiber. eri. nomen compoſitum a celtis & iberis. Lucr. in. iiij. Gallorum Celtę miſcẽtes nomẽ Iberis. non, vt hiſtoriographi noſtri delirant, dicti quaſi cœtus Tubalis.

Preſbyter atq; liger, miſer & gener, & tener addes
Et proſper. dexter. puer. Et quod fit tibi nomen
A gero ſiue fero vir. treuir. iunge ſaturq;.
Liber & ingenuus, Bacchus, cui iunges Iberũ.
Sed dipthongus in eus. ei. dat vel. ei. genitiuo.
Atq; datiuus in. o dabitur. Cui iungito ſextum.
Accuſatiuo um. dat declinatio noſtra.
Vs recti mutans in. e. caſum pone vocandi.
Sed dices fili. fluius. deus atq; latinus.
Si tamen eſt proprium per. ius. tũc, us. rapiatur.

¶Preſbyter.eri.pro eo quod græci dicunt preſbyteros, interpretaturque ſenior apud noſtros pro eo quod eſt ſacerdos: quemadmodũ & abbas, pro eo quod eſt pater. & pappas pro eo quod auus. noia ſunt honoris. Liger.eri. nomen eſt celebre apud Verg. x. æñ. raterque liger, ſed frater annelos flectit æquos. & paulopoſt genitiuũ expreſſit dicẽs: veſani talia late dicta volant ligeri. Miſer.eri. gener.eri. tener.eri. neceſſitate ordinis literarũ creſcunt vna ſyllaba in genitiuo, quoniã. n. vel. s. nõ poſſunt in eadẽ ſyllaba. r. literã præcedere. Proſper.eri. quod etiam proſperus dicit Cice. in. vj. de repu. ſcribens. Deinde hominum generi proſperus & ſalutaris. Dexter.i. qđ etiã per ſyncopem dextri facit in genitiuo. Puer.eri. pro quo antiquiſſimi puerus.eri. faciebãt. Cęcil. age puere duce me ad patrios fines. Afrani9: o puere puere ſine me proſpicere mihi. Et noia cõpoſita a gerendo & ferendo. vt armiger.eri. ſetiger. ſetigeri. corniger.eri. furcifer.eri. armifer.eri. Vir.iri. & ab eo cõpoſita duumuir.iri. leuir, iri. Treuir.iri. populus eſt Galliæ. Luca. in. j. Tu quoque lætatus conuerti prælia treuir. Satur.uri. Iuue. ſatur eſt cum dicit Hor. hoe. Minuuntur etiã genitiui vna ſyllaba p ſyncopẽ, ſiue mauis apocopẽ: quoties gntũs in. ij. duplex deſinit: altero enim ex illis detracto gntũs vna ſyllaba decurtat, vt Antonius.oni. pro Antonij. peculiũ.uli. p. peculij. tuguriũ.uri. pro tugurij. Iuu. Antoni gladios potuit cõtẽnere: ſi ſic oĩa dixiſſet. Verg. in buc. nec ſpes libertatis erat: nec cura peculi. Idẽ in eodẽ opere. Pauperis & tuguri cõgeſtũ ceſpite culmẽ. ¶Sed diphthongus in. eus. Qđ noia in eus diphthõgõ deſinẽtia, q̃ oia diximus eſſe græca, duplicẽ habẽt genitiuũ in ei diphthongõ copulatũ, vel in. ei. ſyllabas diuiſum. Nã in. eos. more græc9 eſt, vt tereus.i. vel terei, teros, pmetheus.thei, vel pmethei.theos. Vergi. in buco. aut vbi mutatos terei narrauerit artus. Idem in eodẽ opere: caucaſeaſq; refert volucres, furtũq; promethei. Mart. flet Philomela nefas inceſti tereos & q̃. ſed hic gntũs ex græco vſurpat: quare in ſuũ locũ referẽdus eſt. Ambiget vero quiſpiã mulciber quomõ mittet genitiuũ: nã ſi mulciberi facit, turpe eſt a nobis fuiſſe prætermiſſum: cũ ab alijs quibuſdã grãmaticis hoc in loco poſitũ ſit. Ad qđ illud eſt rñdendũ: hoc nomẽ Priſc. teſte duos habere gntõs, ſed vtrũq; tertiæ mulcibris & mulciberis: quẽadmodũ ſuo loco dicemus. Cicero. tũ. ij. tuſ. mulcibri dixit in ſecũda declinatione, qđ colligit ex rõne carminis ſenarij: qđ ex Aeſchylo poeta græco vertit in latinũ ſermonẽ in hũc modũ: Iouiſq; numẽ mulcibri aſciuit manus. Vbi neq; mulcibris, neque mulciberis, ſed neque mulciberi eſſe poteſt, vt in quibuſdã codicib9 legit: neceſſe eſt eñ vt iambus ſit in quarto loco. Cõferte obſecro vos nũc, qui alios autores admirari ſoletis, breuitatẽ noſtrã ſimul & facilitatẽ & copiã cum aliorum præceptis inextricabilibus, & cum multa verborũ perplexitate diminutis.

¶Atque datiuus in. o. Quod datiuus & ablatiuus. ſingularis in. o. terminantur: fiuntque a genitiuo. i. finali mutata in. o. vt dominus. i. domino a domino. puer pueri puero a puero. ¶Accuſatiuo. Quod accuſatiuus in. um. deſinit: fitque a genitiuo. i. finali mutata in. um. vt dñi dominũ. pueri puerum, quod de nominibus latinis, aut græcis latine declinatis eſt dicendum: atque ideo adiecimus declinatio noſtra. i. latina. Nam ſi quæſieris a me Theſeus queadmodum mittit accuſatiuum, reſpondeo teſeum vel theſea, ſed theſeum declinatione latina, theſea declinatione græca: qui caſus, vt alias dicem9, a latinis vſurpatur. Vergil. in. vj. quid theſea magnum quid memorem alcidem. Cicero. de natura deorum accuſatiuum latinum protulit. theſeum (inquit) & hippolitum. ¶Vs. recti mutans. Quia ſuperius poſuit regulã generalem, quod vocatiuus eſt ſimilis nominatiuo. imo apud antiquiores idem fuit in terminatione: atque a græcis vterque rectus appellatur: & quia in regula illa generali adiecimus temperamentum. prope, nunc præceptum illud limitans dicit: quod cum nominatiuus terminatur in. us. vocatiuus exit in. e. us nominatiui mutata in. e. vt dominus o domine. Marcus o marce. Patitur tamen regula illa exceptionem: quoniam hoc nomen filius debuit facere filie, & facit fili, quod etiam apud antiquiores filie fecit. Liuius Andronic9. Pater noſter ſaturni filie. Fluuius quoq; Deus & Latinus atq; etiam ſi vis Populus & fortaſſe alia huiuſmodi nomina apud antiquiores in vocatiuo ſimiles nominatiuo repertunt. Verg. viij. æñ. corniger heſperidum fluuius regnator aquarũ, pro o fluuie. Idem in priap. De cera facta dat tibi poma Deus. ſed hoc nomen de antiquitate nihil videtur mutaſſe. nemo enim dixit o dee. Idem: ſocer arma latinus habeto, pro o latine, ſic quoque Luc. dixit in. ij. De gener o populus vix ſæcula lõga deorum. & quod in re diuina quotidie audimus. Agnus Dei qui tollis peccata mundi, pro agne, & alio in loco. attendite popule meus, pro o mi popule ¶Si tamen eſt proprium. Quod nomina propria in. ius. finita mittunt vocatiuum in. i. ablata. us. nominatiui, vt vergili9 o vergili. Mercurius o mercuri. larius o lari. qui lacus eſt Italiæ. de quo Verg. ij. Geor. Te Lari maxime, teque fluctibus aſſurgẽs. Genius quoq; (& ſi nomen eſt appellatiuum, plures enim ſunt genij hominum & locorum) tamen quaſi nomine proprio Tibullus vocat eum lib. iij. Mane geni cape thura libens. Antiquiores tamen, quod de filius diximus, hæc quoque nomina in. e. terminabant: vt Vergilius o vergilie. Mercurius o mercurie. Illud quoq; animaduertendum eſt vocatiuum hunc quandoque deſinere in. i. vocalem, quandoque in. i. conſonantem. Nam ſi in nominatiuo. i. conſonans eſt ante. us. ablata. us, relinquitur in fine. i. conſonans, vt vulteius o vultei. Hora. i. epiſtola: durus, ait, vultei nimis attentuſq; videris. vbi vultei diſſyllabum eſt ratione carminis. ergo in. i. conſonantẽ deſinit. Nam in accuſatiuo, qui nominatiuo par eſt in numero ſyllabarum, vulteium triſyllabũ poſuit dicens. Vulteium nomine Menam. Quod ſi ante. us. in nominatiuo eſt vocalis, & in vocatiuo quoque ablata. us. vocalis. erit. vt caius o cai. Mar. quod pro da cai, non peto conſilium. Nam in nominatiuo triſyllabum poſuit idem autor alibi dicẽs. Caius vt fiat Iulius & proculus. Quod vero Ouid. põpei triſyllabum poſuit in. iiij. lib. de Ponto cum dixit: Accipe Pompei deductum nomẽ ab illo, eadẽ ratione potuiſſet Pompeius in nominatiuo quadriſyllabum ponere. Quod ſi rectus triſyllabus eſt, vt apud Lucanum: Pompeius ueparem, neceſſe eſt vocatiuum duarum eſſe ſyllabarum,



Rectus pluralis fit in. i. Genitiuus in. orum.
Atq; datiuus in is. Sed dat tibi dij deus, & dijs.
Accuſatiui plurales. os. tibi mittunt.
Nominibus neutris. in. a. vertitur. i. genitiui.

De tertia nominis declinatione.

Tertia diuerſos dat declinatio fines:
Et quãquã varie, tamen exit in. is. genitiuus.
Ex. a. ponit. atis. Ex. e. facit. is genitiuus.
Onis. ab. o. fiet. Per. inis. nonnulla dabuntur:
Cardo. ordo, turboq;, homo, nemo, iungis appollo.
Et quod fœminei generis datur in. do. vel in go.
Vnedo. dat. onis, ſeu pomum, ſiue ſit arbos.
Aſt Anio & Nerio dant. enis. dat caro carnis.

¶Rectus pluralis. Quod nominatiuus pluralis ſecundæ declinatiõis in. i. terminatur, eſtq; in terminatione ſimilis genitiuo ſingulari. vt dñs dñi, plurali dñi. ¶Genitiuus in. orũ. Quod genitiuus eiuſdem numeri & declinatiõis. in. orum. terminatur: fitq; ab ablatiuo ſingulari aſſumpta. rũ. vt a dño dñorum. ¶Atq; datiuus in. is. Quod datiuus pluralis eiuſdẽ declinationis terminatur in. is. fitq; ab ablatiuo ſingulari. o finali mutata in. is. vt a dño dñis. Ambo vero & duo, quæ nomina ad hanc declinationem potiſsimũ referũtur, quẽadmodũ in alijs quoq; locis diximus: in hoc caſu ambobus. ab9. obus. & duobus duabus duobus fecerunt. Sed Deus in noĩatiuo atq; cõſequẽter in vocatiuo pluralibus facit dei regulariter: & dij per ſyngreſin. atq; eadẽ rõne in datiuo deis vel dijs. Luca. in. ij. o vtinã cæliq; deis herebiq; liceret. ¶Accuſatiui. Quod accuſatiuus in os. terminatur, fitq; ab ablatiuo ſingulari addita s. vt a dño dños. ¶Nominib9 neutris. Quia in principio huius ſecũdi capitis dictum eſt, quod noia neutra tres caſus habent ſimiles nominatiuũ, accuſatiuũ, & vocatiuũ: & in plurali terminabant in. a. nũc regula illa cõtrahitur, magis atq; limitatur: dicitque formari a genitiuo ſingulari. i. finali mutata in. a. Nam ſi genitiu9 in. i. duplex deſinit: neutra pluralia in. a. purũ. i. vocali antecedẽte deſinũt. vt hoc auguriũ augurij. hæc auguria, hoc peculiũ. lij. hæc peculia. ſi vero in vnico. i. deſinit genitiuus ſingularis: pluralia neutra in. a. mixtum cum conſonante, quæ præcedit illud. i. deſinunt. vt hoc templum templi templa. hoc donum doni dona.

De tertia noĩs declinatiõe. Quẽadmodũ prima declinatio tres habuit nominatiui terminationes. ſecunda vero ſex. ita tertia habet multo plures, quæ omnes mittunt genitiuum in. is. atq; ideo dicit tertia diuerſos dat declinatio fines. Quia quãquam literæ terminales huius declinatiõis ſint vndecim. a. e. o. c. d. l. n. r. ſ. t. x. terminationes quinquaginta ſunt & eo amplius quas cum de genitiuo diſputabimus, ex ordine proſequemur. ¶Ex. a. ponit. atis. Quod noia tertię declinationis in. a. deſinẽtia, ſuper. a. nominatiui. tis. aſſumpta mittunt genitiuũ in. atis. vt hoc toreuma toreumatis. ſchema. atis. pægma. atis. ſyrma. atis. pneuma. atis. hæc antiquiores etiam per primam declinabant: ſuntq; omnia græca, vt in genere diximus. ¶Ex. e. facit. is. genitiuus. Quod huius declinatiõis nomina in. e. finita mittũt genitiuum e. mutata in. is. vt hoc mare maris. cubile. lis. mantile. ilis. ſuntq; omnia neutra atq; latina: nã græca fœminina ſunt: reducunturq; ad primam declinationem latinam. ¶Onis. ab. o. fiet. Quod nomina tertiæ declinationis in. o. deſinentia mittunt genitiuum in onis. ſuper. o. nominatiui aſſumpta. nis. vt hic ſermo ſermonis, harpago. gonis. vnio. onis. porphyrio. onis. ¶Per. inis. nonnulla dabuntur. Quod hæc nomina quæ vno verſu complectuntur: mittunt genitiuum non in. onis. ſed in. inis. hic cardo cardinis. ordo. inis. turbo, inis. pro ventorum vertigine, aut pro puerorum trochiſco. Vergil. in. i. turbine corripuit: ſcopuloq; infixit acuto. Hora. in epodo. citumq; retro ſolue turbinem. Nam cum proprium eſt nomen gladiatoris cuiuſdam, generalem regulam ſequitur. Idem. ij. ſer. rides turbonis in armis ſpiritũ. Homo. inis. & nemo. inis. quod ab homine compoſitũ eſt apud antiquiores genitiuũ miſit in. onis. Ennius apud Priſcianum. vulturis in ſyluis miſerum mãdebat homonẽ. Ipſe quoq; genitiuus neminis antiquus eſt: quo vix vti poſſumus. Plautus in captiuis. neminis miſereri certum eſt, & Lucillius, neminis ingenio quẽquã confidere oportet. Apollo apollinis. cuius genitiuus atticus eſt appollo, vt Paulus in epiſtola ad Corinth. i. Hierony interprete. ego quidẽ ſum Pauli, ego aũt Apollo, ſed de hoc in declinatiõe gręca dicemus. antiquiores quoq; Feſto autore apellinis dicebãt. ¶Et quod fœminei gñis. Qđ noia etiã deſinẽtia in. do. vel in. go. q̃ ſunt gñis fœminini, mittũt genitiuũ in. inis. vt hæc teredo teredinis. formido. inis. virgo. ginis. vligo vliginis. Vnedo tñ pro arbore & pro pomo, & ſi gñis eſt fœminini: genitiuũ fecit vnedonis. Pli. lib. xvj. quibuſdã arboribus cortex cadit. vt malo. vnedoni. Idẽ lib. xv. de vnedone arbore ipſa fructicoſa cui nomen ex argumẽto ſit vnũ tantũ edendi. Mendũ eſt incredibili conſenſu in omnibus libris receptũ, qđ a me primũ eſt deprehenſum in expoſitione Seruij ſup illud Verg. i. Geor. arbuta ſacræ deficerẽt ſyluæ. ait nãq; arbuta ſunt rubra poma ſyluarũ, quæ Plinius oredones vocat qđ aſperitate ſua plures edi nõ pñt. atq; Pli. nõ oredones, ſed vnedones appellat. ergo vel meo periculo emẽdãd9 eſt iſte loc9: atq; fidei priſtinæ reſtituẽd9. ¶Aſt. anio. & nerio. Qđ hęc duo noia, hic anio vel aniẽ, & hæc nerio vel neriem: mittunt genitiuũ in. enis: vt anienis nerienis. Hora. j. car. & præceps anio ac tiburti locus. quod antiquiſsimi ſcđm analogiã declinabãt anien. anienis. Cato. nõ minus quam quindecim milia anien abeſt. Papi. etiã in ſyluis, priſcos imitatus, præceps anien dixit. Declinatur etiã hic anienis. vt Sil. l. j. punt. qua pater acceptis anienis ditior vndis, quãq; põt eſſe gntũs anienis: ſiue igit prima noĩatiui poſitio ſit anio ſiue anienis, ſiue aniẽ gñtm habet anienis. Luc. in. ij. gelidas anienis ad vndas. Ouid. xiij. met. quaquã anienis aquę curſuq; breuiſsimus almo. Nerio quoq;, vt. A. Gellius libr. xiij. noct. atti. ſcribit. a veterib9 ſic declinabatur quaſi anio: nã perinde (inquit) vt aniene, ſic neriene dixerũt tertia ſyllaba producta. Plau. in truculento. Mars peregre aduenies ſalutat neriene vxorẽ ſuã. Mart. in nuptijs philologiæ, certũq; eſſe graduũ nerienes coniugis amore torreri. declinatur etiã hæc nerienes. is. vt Var. in ſaty. menipea: nerienes (inquit) minerua fortuna ac Ceres. Caro prętcrea a regula excipit facitq; in gtõ carnis, quoniã apud priſcos hæc carnis. is. declinabat. Liuius Andro. carnis ait vinũq; qđ libãt. T. Liuius. xxv. ab vrbe. laurentibus carnis, quæ dari debet, data non fuerat. Itaq; ab eo quod eſt caro carũcula, & ab eo qđ eſt carnis carnicula diminutiua declinata ſunt. Animaduertẽdũ hoc in loco, qđ in græcorũ declinatiõe diximus, noia græca fœminina. in. o. longũ deſinẽtia, in. onis. feciſſe genitiuũ apđ priſcos atq; reliquos caſus cõſequẽter. vt. io. ionis. calypſo. onis. dido. onis. Plau. in Aulu. argus quẽ

quēdā ioui iuno cuſtodē dedit. Liuius Andro. apud nymphā atlantis filiā calypſonē. Enni9: pœnos didone oriūdos. Sed hmōi declinatiōe iā nō eſſe vtendū oſtēdit Quin. li. j. his verbis: mihi aūt placet latinā rationē ſequi, quouſq; patitur decor: neq; enim calypſonē dixerim, vt iunonē. quāquā ſequat9 antiquos Cæſar vtitur hac rōne declinādi. Illud præterea eſt annotādū maſculina græca in. on. finita in hāc terminationē plērūq; a latinis referri. vt tarchō. cnō. raphō. pho. agamenō. eno. Verg. ix. æn. hinc tarcho & thyrrheni tuta tenebāt. Idē. in. x. partheniūq; rapho & prædurū virib9 orſen. Papi. in Achi. ſtimulatq; agāmenovolētes.

Lac tibi dat lactis. halec halecis habebit.
Bogud format. udis. noſtri dixere Dauidis.
Additur. is. poſt. l. Sed. lis. mel. felq; recepit.
Nomen quod fit in. n. aſſumit, is. in genitiuo.
Men. finita dabunt. inis. & quod deſinit in. cen.
Atq; vnguen. pecten. iūges cūq; inguine glutē.
Et quandoq; datur ex. on. genitiuus in. ontis.
Is. poſt. r. iunges. Tamen. r. tibi far geminabit.
Cris. dat acer. volucer, alacer. Bris, accipit ber.
Et ſua cōpoſita; Celeber, quibus adde ſaluber.
In. tris. plura dabis. frater. mater. pater. vter.

¶Lac tibi dat lactis. Qđ in. c. duo tm̄ noia reperiūtur huius declinatiōis. hoc lac lactis, qđ antiquiſſimi hoc lacte lactis declinabāt. Plau. in menech. nec lacte eſt lacti vſquā ſimilius. nā lactes in plurali, vt alias dixim9, ſunt inteſtina per q̄ labitur cibus. vt ſcribit Pli. li. xi. natu. hiſt. ſingulariter quoq; lactis in noiatiuo dixit Pōponius in Ferentinati. cerebellū (inquit) lactis agnina. ¶Halec, queadmodū in gn̄e memorauimus, ſalſugo erat ex piſciculis halecib9 ſale maceratis confecta: quod etiam garū vocabatur: facit in genitiuo halecis. & halex. ecis. vt infra dicemus, ſed halec caret numero multitudinis: queadmodū & alia multa hmōi noia. ¶Bogud format. udis. Qđ in. d. vnū tm̄ reperitur nomē hui9 declinatiōis bogud, qui fuit Rex Mauritaniæ, facitq; in gn̄tō bogudis. Liuius apud Priſ. lib. cxiij. ab vrbe cōdi. Caſſi9 (inquit) & bogud caſtra adorti. Idem in eodem. bogudis cauſa exercitum in Aphricam trancere conatus ſit. Opius in commētarijs. Rex bogud cōiunctis ſuis copijs & cognito regis Iubæ egreſſu. & ibidē pauloante: profectus ab Vtica in Mauritaniā regnūq; bogudis eſt ingreſſus. ¶Noſtri dixere Dauidis. ac ſi dicat. Quod hoc nomē Dauid cū finalē ſyllabā acuat: neq; poſsit declinari, quia barbarū eſt: tn̄ noſtri hoc eſt religionis Chriſtianæ ſcriptores aliquādo auſi ſunt hic Dauid. idis. declinare penultima in gtō lōga: quia Dauid vltimā acuit, ergo neceſſe eſt, vt gtūm habeat penultima ꝑducta, vt Michael elis. Daniel. elis. Vtitur illa rōne declinādi Iuuēcus in quatuor Euāgelia. ¶Additur. is. poſt. l. Quod huius declinatiōis noia in. l. literā finita: faciūt gtūm aſſumpta. is. ſuper noiatiui terminationē, vt hoc animal. alis. tribunal. alis. vectigal. alis. Michael. elis. vigil. ilis. ſol. olis. conſul. ulis. Deinde dicit, ꝙ hæc duo noia mel & fel in genitiuo aſſumūt. lis. pro. is. Itaq; gtūs & reliqui caſus, qui pēdēt a gtō duplici. l. ſcribūtur, vt mellis. fellis. melli. felli. a melle felle. ¶Nomē qđ fit in. n. Quod noia in. n. finita mittūt gtūm. is. aſſūpta, vt hic titā. is. hæc ſyrē. is. delphin. inis. canō. is. ſed queadmodū in gn̄e diximus in. an. & in. in. & in. on. finita oīa ſunt græca. In. en. vero partim græca, partim latina. ¶Men. finita. Quia ſuperior regula tātum finali ſyllabæ genitiui proſpexit. dicit nūc, ꝙ noia terminata in. men. vt hoc fulmē. numē. & in. cen. vt cōpoſita a cano. is. qualia ſunt tubicē. fidicē. cū his quatuor noibus, vnguen. pecten. inguen. gluten. mutāt. e. nominatiui in. i. vt fluminis. numinis. tubicinis. fidicinis. vnguinis. pectinis. inguinis. glutinis, quod Pli. libr. vij. glutinum dixit. glutinum (inquit) perpendiculum & terebrā. Hymē vero, quomodo mittat genitiuū, non expreſsit: quia nuſquā eius obliqui a me reperti ſunt: qđ ſi declinaretur nihil dubium eſt quin Hymenis genitiuū faceret: & reliquos caſus cōſequenter. ¶In. on. vero quæ, vt dixim9, omnia ſunt græca, partim mittunt genitiuum in. ontis. vt lacoō. ontis. demophoō. ontis. hippocoō. ontis. hippomedō. ontis. phaeton. ontis. acherō. ontis. tarchō. ontis. biſon. ontis. Partim in. onis. vt dæmō. onis. canon. onis. daphnō. onis. ſindō. onis. ſidon. onis. ſinon. ōnis. hieron. onis. Euan quoq; vnū de bacchi noibus autore Priſci. tis. in genitiuo aſſumit, dicimuſq; Euantis. Papiñ. v. theb. & a ſummis audit9 montibus Euā. Vergil. vj. æñ: illa chorum ſimulans Euantis orgia circum. Seruius, participium eſſe vult Euantis, quaſi bachātis. Sed de his vbi de græca declinatiōe plura. ¶Is. poſt. r. iunges. Quod huius declinationis nomina in. r. literā terminata aſſumunt in genitiuo. is. quacunq; vocali præcedente, vt puluinar. aris. torcular. aris. anſer. eris. paſſer. eris. gadir. iris. amor. oris. decor. oris. murmur. uris. fur. furis. Far vero accipit in genitiuo. ris. itaq; per. r. duplex ſcribitur. far farris. & reliqui cōſequēter caſus, qui a genitiuo formantur. farris autem ideo putant. r. in genitiuo ſumpſiſſe: ne coincideret cum ſecunda perſonæ huius verbi for faris. Deinde dicit, ꝙ tria noia in. cer. deſinentia mittunt genitiuū, cer. mutata in. cris. ea ſunt acer acris, pro fortis, vehemens & acutus, nam pro arbore aceris in genitiuo facit. Solinus de thure ſcribens, ramis (inquit) ad aceris æqualitatem. Volucer. cris. alacer. cris. Deinde ꝙ hoc nomen imber. & ab eo cōpoſita September, October, Nouember, December, mulciber formant genitiuum. ber. mutata in. bris. vt imbris, Septembris, Octobris, Nouembris, Decembris, mulcibris, nam a mulcendo & imbri compoſitum videtur: & recte ſimplicis declinationē ſeruat, ſed Ouid. in ij. de arte mulciberis poſuit dicens: mulciberis capti Marſq; Venuſq; dolis. Cic. vt in. ij. declinatione diximus genitiuum mulcibri ꝑtulit. ij. thuſ. Celeber quoq; & ſaluber genitiuos faciunt celebris & ſalubris. Poſſunt autem hæc duo adiectiua cum illis tribus acer. volucer. alacer. & cum illis quæ terminantur in. ſter. etiam & ſub terminatione in. is. pro genere maſculino & fœminino declinari, vt hic & hæc alacris & hoc alacre. hic & hæc acris & hoc acre. Vergil. vj. æneid. anchiſes alacris palmas vtraſque tetendit. Ennius apud. Priſc. ſomnus repente in campo paſsim molliſsimus perculit acris. ¶In. tris. plura dabis. Quod in ter. deſinentia nomina multa reperiuntur mittentia genitiuum in. tris. non tamen omnia, vt quidam putauerunt: quoniam græca omnia mittunt genitiuum in. eris. vt ſoter. eris. panther. eris. character. eris. phyſeter. eris. ſtater. eris. luter. eris. ſpinther. eris. Non ſpinthris. & cōplura alia: de quibus. lib. v. cum decrementis nominum dicetur plenius diſſerendum eſt. ¶Quæ vero in. tris. mittunt genitiuū hæc ſunt fere. frater. tris. mater. tris. pater. tris, & ab eo compoſita, vt dieſpiter. tris. marſpiter. tris. opiter. tris. Iupiter. tris. quod etiam Iouis facit, ſed hoc a nominatiuo Iouis eſt quemadmodum iupitris a Iupiter: qua declinandi ratione Iginius frequenter vtitur, vt vter. tris. accipiter. tris. venter. tris. lynther. thris. etiā ſi græcum ſit.



¶Et nomina adiectiua pro gn̄re maſculino deſinentia in. ſter. mittunt quoq; gtūm in, ſtris, vt ſylueſter. ſtris. q̄d cum eſt viri propriū ſylueſter. ſtri. per ſecūdā declinatur. rureſter. ſtris. equeſter. ſtris. pedeſter. ſtris. paluſter. ſtris. cāpeſter. ſtris. ſequeſter. ſtris, qđ etiā per ſecundā & primā declinatur, ſequeſter. ſtra. ſtrum. Sed quæret fortaſſe quiſpiā cur nō fecit mentionē hoc loco huius nois iter. Ad qđ illud dicimus hoc nomē in vſu noſtro ex duobus rectis cōſtare hoc eſt Iter iteris. itiner. eris. ſed in ntō & duobus reliquis caſ b9, qui i neutris noibus ſunt noiatiuo ſimiles, magis eſt in vſu iter: i reliqs obliquis magis eſt itiner: ſed de hoc infra iterū dicemus cū de habentibus duplex crementū diſſeretur. Eadem rōne: cū Iupiter & Iouis in ntō dicatur: atq; in gtō Iupitris et Iouis. Iupiter in ntō magis eſt in vſu queadmodū & Iouis in gntō, q eſt ab eo quod hic Iouis. Cæcilius apud Priſci. non nobis quidē De9 repertus eſt Iouis. & Actius apud eundē: lucifera lāpade exurat Iouis arietē.

Accipiter, venter, linther. Quod deſinit in. ſter.
Iuppitris atq; Iouis dat Iupiter. O. facit. ex. u.
Femur, ebur, robur, iecur; at cor dat tibi cordis.
Suſcipit. atis. ab. as, genitiuus. Demitur inde
Vas vadis & vaſis, as. aſsis. mas maris, Atqui
Græcum ponit adis genitiuo ponit & antis.
Cum ſit in es. nomen mas, aut cōmune duorum.
Dat genitiuus. itis. Sed verres dat tibi verris.
Et vates vatis. Dat. etis. parieſq;, arieſq;.
Perpes & interpres, teres, indiges. ꝑpes, hebeſq;
Inquies & locuples, magnes. Hæreſq; dat. edis.
Pes pedis. At nomen dat. idis. qđ de ſedeo fit.
Græcum nomen in es gtūm mittit in. etis.
In proprijs ex es, facit. is. quādoq; dat, etis.

¶O. facit ex. u. Quod hæc quatuor noia femur, ebur, robur, iecur, & ſi regulā ſequuntur terminatorū in. r. quantū ad ſyllabā genitiui terminalē attinet: tn̄ in penultima mutāt. u. nominatiui in. o. dicimuſq; femoris, eboris, roboris, iecoris: qđ etiā in gtō iecinoris vel iocinoris fecit, quāquā videatur ab eo qđ eſt iecinus vel iocinus declinari. Perſi. rupto iecore exierit capritic9. Liui. viij. ab vrbe. caput iocinoris a familiari parte cæſum. Antonius Gnipho, quē Cicero poſt fori laborē frequēter audiebat, ab eo quo eſt ebur & robur ebura & robura faciebat: autor eſt Quint. in. j. Deinde dicit ꝙ hoc nomē cor accepit. d. literā mediā: fecitque in gtō cordis. Hepar vero qđ apud græcos hepatos gtūm facit: ideo nō poſui, quia hoc nomē a latinis receptum nō eſt: cum proprium habent iecur, & qđ ex antiquioribus grāmaticis nullus poſuit, qđ ipſum argumento eſt eo nō eſſe vtēdū. Lar quoq; pro rege Veientiū, qđ Priſ. poſuit facere gtūm lartis, ego nō poſui: qđ huius nois tantū obliquos reperio. Liui. li. iiij. larte tolūnio rege veientorū, & Oui. larte ferox, cæſo coſſus opima tulit. ¶Suſcipit. atis. ab. as. Quod nomina tertiæ declinationis in. as. finita mittunt gtūm in. atis. s. noiatiui mutata in. tis. vt pietas. atis. ſanctitas. atis. ciuitas. atis. veritas. atis. & noia gētilia, vt arpinas. atis. altinas. atis. toloſas. atis. q̄ antiquiores per. is. & e. declinabāt, vt arpinatis. ate. altinatis. ate. Excipiuntur quatuor monoſyllaba q̄ aliter exeunt in gtō, ea ſunt vas. dis. Cice. iij. offi. vas factus eſt alter eius ſiſtendi. Hor. j. ſer. Ille datis vadibus, qui rure ex tractus in vrbem. Vas vaſis, qđ etiam antiquiores hoc vaſum vaſi declinabāt atque ideo in plurali tantū ſecūdæ reperitur declinatiōis. Cato apud Gell. li. xij. noctiū atti. neque vaſum neque veſtimentū vllū eſt in manu pretioſum. As. aſsis. ꝓ libra, duodecim vnciarū ſiue pro ſolida hæreditate. Mas maris, pro maſculo in qualibet ſpecie, quod aliquādo figurate etiā neutris iunximus, quia maſculinū ſicut & fœmininū verſus heroicus non recipit, itaque aliquādo nomen mas, aliquādo maſculū diximus: quod vtrūque impropriū eſt. Atqui græcum ponit. adis. quod nomina græca partim mittunt genitiuū in. adis. vt arcas. adis. pallas. adis. monas. adis. ogdoas ogdoadis, decas. adis. hellas. adis. arcas. adis. Partim in. antis. vt pallas. antis. calchas. antis. thoas thoantis. elephas elephantis, gigas gigātis, adamas. antis. atlas. antis. pæas. antis. Sed q̄ ſunt illa q̄ mittunt in. adis. quæ in. antis. a declinatione græca petendum eſt: nam quæ illi mittunt in. ados. nos in. adis. quæ illi in. antos. nos in. antis. vertere debemus. ¶Cum ſit in es nomen. Quod nomina maſculina, aut communia duorū generum terminata in. es. mittūt genitiuum in. itis. e. nominatiui mutata in i. & s. mutata in. tis. vt hic ſtipes ſtipitis, hic trames. itis. hic & hæc miles. itis. hic & hæc ſoſpes. itis. Excipiuntur duo, hic verres, hic & hæc vates, quæ formant genitiuum. es. muta in. is. vt verres. ris. vates. eis. In. etis. vero mittunt genitiuum vndecim nomina quæ ſequuntur. paries. etis. aries. etis. perpes perpetis. interpres. etis. teres. etis. indiges. etis. præpes. etis. hebes. etis. Inquies inquietis. locuples. etis. magnes. etis. manſues. etis, quod apud priſcos fuit. Actius in meleagro: miſericordia manſues fit. Plautus in aſinaria reddam ego te fera fame manſuetem. Apul. vij. meta. manſuetes ac manſues inde factos. Idem in. xj. vide & vrſam manſuem ab eo quod manſuis. e. videtur feciſſe vtrobiq;. Impes impetis. tantum in ablatiuo ſiue ſeptimo caſu reperit: atque ideo ad defectiua nomina reiecimus. apud Columelam quoque reperi in. ij. de re ruſt. compitibus ab eo quod eſt compes compitis. E vepribus (inquit) compitibuſque cōgeſta colligere. Duo tamen ponit mittentia genitiuum in. edis. hæres. edis. & pes. dis. Compoſita quoque a ſedeo. es. exeunt in. idis. vt obſes. idis. reſes. idis. præſes. idis. deſes. idis. ¶Græcum nomē in. es. Qđ noia græca in. es. finita plerumq; mittunt genitiuum in. etis. vt cres cretis. lebes. etis. tapes. etis. quod etiam hoc tapete, vel hoc tapetum declinari poteſt. Sillius. iiij. puni. illum ſidonio fulgentem ardore tapeta. Vergil. in. ix. æneid. pulchroſq; tapetas. Pli. libro. viij. in tapetis antiquiſsima gratia. & in. ff. in titu. de auro & argento legato. l. argumento. Tapeta (inquit) veſti cædunt: quæ aut ſterni, aut iniici ſolent. quamquam tapeta poſſe legi alibi diximus: nam quod Vergil. ix. æñ. dixit, qui forte tapetibus altis, ab eo quod eſt tapes tapetis, vel tapete tapetis eſſe poteſt. ¶Nomina vero propria virorum quandoq; mittunt genitiuum. es. mutata in. is. vt Ioannes ioannis, diomedes diomedis. vlyſſes vlyſſis. achiles achilis: quandoque mittunt genitiuum. es. mutata in. is, atque etiam in. etis. vt dares daris, vel daretis. thales thalis vel thaletis. chremes chremis vel chremetis, rhamnes. nis. vel rhamnetis. pheres. is. vel pheretis. Vergi. v. æneid. vaſtis cum viribus effert ora Dares. Atq; iterum: præcipitem darem ardens agit. & paulopoſt. feſſumq; dareta eripuit mulcens dictis. Iuue. & mitte thaletis ingenium. Terentius. in Andria: puerum inde abiens conueni Chremis. Idem in eadem. Chremetis affinitatem effugere potero. Vergil. ix. æneid. Eurialus phaleras rhamnetis, & aurea bullis. Papinius. ix. the. inde pheres acerq; tichus, ſed caſſa pheretis.

Es.tibi fœmineum conuertit in.is.genitiuum:
Sed teges,atque ſeges,abieſq;, quieſq; dat.etis.
Merces mercedis facit;in cereris Ceres exit.
Is, finita tibi mittunt ſimilem genitiuum.
Cuſpis format.idis.caſſis.lapis additur illis.
Semis ſemiſsis dat,ſanguis ſanguinis.Et quæ
Dãt.eris,vt cucumis.vomis.& cinis,addito pul-
Impubis iũges,glis,gliris,liſq; dat.itis. (uis
Samnis ſamnitis.dis.ditis,adde quiritem.
Græcum mittit.idis.Simois pyroiſq; dat.entis.
Quod fit in.in & in.is, dabit inis,iũgito pollis.

¶Es.tibi fœmineum. Quod nomina fœminina in.es.deſinentia mittunt genitiuũ.es. mutata in. is.vt apes.is.vulpes.is.proles.is.ſoboles.is.quatuor vero fœminina q̃ hic explicantur.mittunt genitiuũ in.etis ea ſunt teges.etis.ſeges.etis.abies.etis.quies.etis,q̃d(vt ſupra diximus) veteres per quintam nominis declinationẽ proferebãt.merces facit mercedis,& ceres cereris.Quod vero iuniores ab eo quod eſt agnes.etis.in genitiuo fecerunt,arte atq; exẽplo caret.nullũ enim græcum fœmininum eſt huius declinationis quod faciat genitiuum in.etis.& diuus Ambro. qui nobis vitam atque hiſtoriam beatę Agnes ſcriptam reliquit: cum frequenter nomen virginis repetat: nũquam agnetis agneti agnetẽ ab agnete dixit: ſed agne agnes & reliquis caſibus græcæ declinationis ſemper vſus eſt: nam cum agne nomen ſit græcum, interpretetur quæ caſta, aut declinatione græca flectendum eſt, agne agnes vel agneos,aut latina agna agnæ. vt Horatius.i. ſer.delectat veluti balbinum polypus agnę. Quid quod in codicibus antiq̃s atq; fidei probatiſsimæ,in quibus rei diuinæ myſtica pertractantur,cum virginis martyriſque cõmemoratio fiat:nõ agnetis & agnete, ſed agnes & agne legitur? quã ſcripturã adhuc retinent viri religioſi,atq; antiquitatum veræq; lectionis diligentiſsimi indagatores,qui habitu moribus & vitæ ſanctimonia diuum nobis Hiero.repreſentant. ¶Is.finita tibi mittunt. Quod nomina in.is.deſinentia habent genitiuum ſimilem nominatiuo,vt panis panis,ignis ignis.nauis nauis.claſſis.is.Tria tamen nomina mittunt genitiuum in idis.Cuſpis.idis.atque ab eo compoſitum tricuſpis.idis.Ouid.i.meta.poſito tricuſpide telo.Caſſis.idis. quod etiam hæc caſſida declinat.Verg.li.xi.æñ. Et aurea vati caſſida.lapis.idis.a quo Ennius in.vij. caſu fecit lapi dicens: occumbunt multi lœtum ferroque lapique. Semis præterea facit ſemiſſis. vt in digeſtorum libris de vulgari & pupillari ſubſtitutione.l.etſi. Per bonorum (inquit) poſſeſsionem ſemis ei ablatus ſit.Genitiuum poſuit Priſcia.de ponder.& menſuris.d.poſt hæc ſemiſſis ſolidi pars maxima fertur.Cum vero non ſex vncias,aut aſſis medietatem:ſed tantum alicuius integri dimidium ſignificat ſiue ſit aduerbium ſiue ſit nomen,indeclinabile eſt.Sanguis.inis.a quo exanguis compoſitum exanguis fecit in genitiuo non exanguinis,vt ſupra memorauimus.Et quæ.dant.eris. q; quinq; nomina quæ hoc in loco explicantur mittunt genitiuum in.eris.Cucumis,eris.Vergil. in copa.& pendet iunco ceruleus cucumis.declinatur etiam cucumer.eris.imo,quantum ſuſpicamur,hæc nomina duplices habuere caſus ex duplici nominatiui terminatione profectos cucumer vel cucumis.eris.vel cucumis cucumeri vel cucumi cucumerem vel cucumin.Pli.lib.xix.cucumin vero & in odore & in colore ſimilem. Idem lib.xx. cucumin ſylueſtrem eſſe dicimus multos infra magnitudinem ſatiui,& paulopoſt cucumin qui magnificant.Vomer vel vomis vomeris.Seruius. .Georg.vomer(inquit)vel vomis ab vtroque vomeris.Et eodem modo ciner vel cinis.eris.puluer vel puluis.eris.impuber vel impubis.eris. quemadmodum in principio huius libri diximus. Cæſar in libro de analogia puber puberis declinare præcepit. Probus vero grammaticus eruditiſſimus pubis puberis: nos tamen cum apud Cicero.in.ij.de orato.legamus: quod niſi puberem te iam(inquit)haberem.& apud Saluſt.in iugur. Deinde omnes puberes numidas atque negotiatores interfecit: ſuſpicamur ex analogia,quam habent inter ſe dictiones ſimplices & ab eis compoſitæ,duplices fuiſſe nominatiui terminationes, atque vtramque regularem habuiſſe genitiuum puber puberis,a quo ſit compoſitum impuber.eris quemadmodum Cicero in.iiij.inuecti.dixit: filium eius impuberem legatum a patre miſſum & hic & hæc impubis & hoc impube, quam declinandi rationem.Vergil.ſequutus.ait.impubis iuli.& Hora.ij.car.impubem parentes troilum & idem in epodo:trementi quæſtus ore conſtitit puer impube corpus.Glis.iris. animal notum eſt de quo Martia. in diſticho.cuius lemma eſt glires:(inquit)tota mihi dormitur hyems & pinguior illo tempore ſum:quo me nil niſi ſomnus alit. Quod vero quidam glitis & gliſſis ab eo quod eſt glis fecerunt, adhuc nuſquã legi.Lis,litis.ſamnis.itis.dis ditis,genitiuum in.tis.miſerunt. Quirites quoque, quod Phocas in numero tantum multitudinis declinat,ex proportione in ſingulari quiris quiritis declinari poteſt, quam rationem Ouidius ſequutus in elegijs dixit an ſi pulſaſſem minima de plebe quiritem.& Perſius,quibus vna quiritem vertigo facit. ¶Græcum mittit.idis.Quod nomina græca huius declinationis terminata in.is.mittunt genitiuum in.idis.vt paris paridis. adonis adonidis. eupolis eupolidis. doris. idis. thetis.idis.iaſpis.idis. Aliquando habent genitiuum parium ſyllabarum:cum.ſ.genitiuus apud græcos in.os.purum deſinit.vt paris parios.paris paris.adonis adonios.adonis adonis. neapolis neapolios. neapolis neapolis. Pleraque tamen ex his,quæ græci terminant in.ios. in genitiuo,mittunt apud nos genitiuum in.idis.vt tigris tigrios vel tigris tigridis.Simois pyroiſque. quod hæc duo nomina græca pyrois & ſimois reperiuntur apud latinos facere genitiuum in.entis,vt pyrois pyroentis. ſimois ſimoentis.Ouidius.ij.meta.interea volucres pyrois eous & aethon.Vale.flacus in.v.argonauticæ.& formidantem patrios pyroenta dolores. Vergilius.j.æneidos.vbi tot ſimois correpta ſub vndis. Idem in eodem.alma venus phrygij genuit ſimoentis ad vndam. ¶Quod fit in.in. Quod nomina græca quæ in nominatiuo duplicem habent terminationem (hoc eſt) in.in.vel in.is. mittunt genitiuum in.inis.vt eleuſin.eleuſis eleuſinis.ſalamin vel ſalamis.ſalaminis.trachyn vel trachys trachynis.delphin vel delphis delphinis.phorcyn vel phorcys phorcynis.Ouid.in epiſtola Phædræ.tempore,quo nobis inita eſt cerealis Eleuſis. Idem.vij.meta.cerealis eleuſis iterum dixit. Seruius in illud Vergil.i.Georgicorum.vomis & inflexi primum graue robur aratri,græci(inquit)delphin & delphis dicũt eleuſim & eleuſis.ſed verius in.n.deſinunt quod in obliquis habent.n.delphinos.eleuſinos.dicitur etiam & eleuſina. Iuſtinus libro.v. tyrannos(inquit) eleuſina emigrare iuſſerat. Ouidius.xiiij. meta.dominæ ſub imagine ſignum ſeruat adhuc Salamis.Horatius.j.carmi. teucer ſalamina, patremq; cum fugeret. Trachyn & trachys



quod interpretatur aſpera:vrbs eſt Bœotiæ. Lucanus:trachyn pretioq; nefandæ lampados. & Ouid. in.xi.meta.Herculeam trachyna iube.Quod vero dicit,iungito pollis,quantũ ad terminationem.is.intelligendum eſt:nam illa in.inis.penultima longa faciunt,hoc penultima breui:illa præterea græca ſunt, hoc latinum. Declinatur etiam pollen pollinis autoribus probo & Cæſare in lib.de analogia. Phocas vero & Cariſius pollis.inis.declinãt. Sed quemadmodum de recto non ſatis conſtat, ita de obliquis exploratum eſt. Serenus: proderit & madida frumentum polline turgens.Celſus.lib.ij.ex polline infirmiſsimus cibarius panis.Pli.libro.xxxiiij. Illinunt (inquit) cum polline.

Otis nomen in.os.mittit.Tamen exit in.oris.
Ros,flos,moſq;,lepos.os,tranſit in.oris.& oſſis.
Cuſtos cuſtodis dat,bos bouis. Et tamen.ois.
Gręca dabũt,vt tros,thos,minos,additur heros.
Vs.tibi mittit.oris.Per eris.ſed plura dabuntur.
Vlcus.acus.viſcus,fœdus,cum pondere ſidus.
Vellus,oluſq;,ſcelus,funus. gen⁹, addito vuln⁹.
Munus,onuſq;,lat⁹,vetus atq; opus. Et tñ.udis.
Dãt ſubſcus,inc⁹,palus, & pecus hęc muliebre.
Telluris Veneriſq; dabũt Telluſq; Venuſq;.
Cætera fœminei generis mittuntur in utis
Quę polyſyllaba ſũt:monoſyllaba dant in.uris.
Grus & ſus dat.uis.Intercus,utis.tibi mittit.
Græcum nomen in.ūs. genitiuũ mittit in.untis.

¶Otis.nomen in.os. Alij hanc regulã de terminatis in.os. aliter poſuerunt dicentes mittere frequentius genitiuum in.oris.nos autem illam inuertentes diximus generaliter facere genitiuũ in.otis: q̃d plura in.otis.facere reperiunt,quã in.oris:vt rhinoceros.otis. monoceros.otis.niceros.otis.ęgoceros.otis. eros.otis.phileros.otis.nepos.otis.dos dotis.cos cotis.ſacerdos.otis.compos.otis. impos.otis.Mart.in.i.quæ non promiſit,prælia rhinoceros.Idem in eodem, & pueri naſum rhinocerotis habent.Pliñ.lib.viij.aſperrimã autem feram rhinocerotem. Luca. humidus ægoceros,nec plus leo tollitur vrna. Martia. cum placeat phileros tota tibi dote redemptus. & paulopoſt: perpetuam dij te faciant philerotis amicam.& in libris digeſto. titulo de fideicõmiſſis.l.Lucius. Eros eroti libertatẽ non dedit.In oris,vero exeunt pauca, quæ hic enumerat.ros roris.flos.oris.mos moris.lepos leporis.os oris.& q̃ terminantur etiã in.or.vt arbor vel arbos arboris, color vel colos, coloris.vapor, vel vapos vaporis.odor.vel odos odoris.honor vel honos honoris. Vergil. in buco.nunc omnis parturit arbos.Pli.li.xxxv.glebis inquit ſuus colos. atq; ibidem ſæpius ea declinandi ratione vtitur. Lucre.lib.v. & volitans permanat ad hos friguſq; vapoſque. Plau.in captiuis:cuius odos ſub baſilica nos omnis adegit in forum. Verg.i.æneidos:hic pietatis honos? ſic nos in ſceptra reponis? timor etiam vel timos apud Marcel.legitur.Os quoque in alia ſignificatione oſsis facit. cuſtos cuſtodis. bos bouis. Et tamen.ois. Quod quædam nomina græca reperiuntur mittentia genitiuum in.ois.vt minos.ois.tros trois. thos thois.heros herois.Ab eo quod eſt minos,minonis fecit Saluſt.apud Priſcia.in.ij hiſto.dædalus (inqt) e Sicilia profectus quo Minonis fugerat iram.ſed poteſt eſſe hic genitiuus ab eo quod minon. Vergil.i. æneidos: Tros,tyriuſq; mihi nullo diſcrimine agetur.Et in eodẽ:Troas relliquias danaũ.& Troes te miſeri ventis maria omnia vecti.Pli.libro.viij.nam thoes luporum id genus eſt. ¶Vs.tibi mittit.Sæpe de hac quoque regula inuertenda cogitauimus,propterea quod aliquanto plura excipiebantur, quã continebat:ſed ne ſimus tantæ nouitatis autores dicamus:quod huius declinationis nomina terminata in.us, mittunt genitiuum in.oris.ea fere ſunt corpus corporis.decus decoris,lepus leporis,littus littoris; fœnus fœnoris.frigus frigoris.nemus nemoris.pectus pectoris,pign⁹ pignoris.pecus pecoris.ſtercus ſtercoris.tempus temporis.tergus tergoris.facinus facinoris.& nomina comparatiua ſub terminatiõe.us. vt nobilius nobilioris.breuius breuioris.Excipiuntur vero ſeptemdecim nomina,q̃ tribus verſibus cõtinentur: quoniã genitiuum mittunt in.eris.vt vlcus vlceris.acus aceris.viſcus viſceris.fœdus fœderis. pondus ponderis.ſydus.eris.vellus veleris.holus holleris.ſcelus ſceleris.funus funeris.genus generis. vulnus.eris.munus.eris.onus.eris.latus.eris.vetus veteris.opus operis. Illa quoque duo pignus & fœnus etiam in.eris.quoque exeunt. Iuuena.milia fœnus pigneribus poſitis. a fœnere quoque fœneror & fœnero declinata ſunt.Et tamen.udis. quod huius declinationis quatuor tantũ nomina exeunt in.udis. ſubſcus.udis.incus.udis. palus paludis.pecus pecudis. Quatuordecim anni ſunt ex quo hanc regulã magno honoris noſtri periculo cœpimus ædere,vt aliorum autorum perplexitatem fugeremus:qui hac in parte genus cum declinatione,atque vtrumque cum ſyllabarum quantitate confundunt. in quo quanto breuiores faciliореſq; fuerimus quã cæteri,addo etiam copioſiores, etiam maleuolis iudicandum relinquo.Sed in tanto temporis interuallo ex frequenti librorum lectione,quos lexici mei gratia excuſſi, vnum tñ reperi nomen,quod regulis a me traditis non continebatur:cuius etiã neque alij quoque grãmatici mentionem fecerant. Id erat ſubſcus.udis.Ennius apud Feſtum: neq; vlla ſubſcus prohibet compagem.Cato.de re ruſti.ſubſcudes iligneas adindito. Quod vero dixit pecus hæc muliebre, dictum eſt propterea,quod hoc pecus pecoris facit in genitiuo. Cætera fœminei generis.ſunt autem tantum quinque vt in genere diſputauimus. virtus virtutis.iuuentus iuuentutis.ſenectus ſenectutis. ſalus. tis.ſeruitus.tutis.Monoſyllaba dantur.quod nomina monoſyllaba huius declinationis terminata in.us. mittunt genitiuum.in.uris.vt mus.ris.ius.ris.crus cruris.thus thuris.pus puris.quo frequenter etiam in obliquis Celſus vtitur.Grus tamen facit gruis.& ſus ſuis. Lygus vero rationem monoſyllabarum ſequitur,aut genitiuum ab altera terminatione hoc eſt lygur accepit,fecitque cum illo lyguris. Hoc nomen intercus.t.in genitiuo accepit:propterea quod ab inter & cutis componitur. ¶Græcum nomen in us. Quod nomina græca terminata in.us.mittunt genitiuum in.untis.vt amathus.untis. ſipus.ũtis. phycus.untis.hiericus.untis.opus.untis.trapezus.untis.hydrus.untis.phlius.untis. Vergi.x.æneidos. amathus eſt celſa mihi paphos. Ouidius.x. metamor.at ſi forte roges fœcundam amathunta metallis. Luca.in.vij.& ſubdita opus montibus. Sillius.ix.punico. terras & littora ſipus. vrbs eſt Apuliæ,quæ poſtea Sipontus dicta eſt. Pli.in cyrenaicæ deſcriptione:promontorium(inquit) phycus per creticum mare excurrit.Luca. in.ix.ſæuas meritũ phycunta ruinas ſparſit. Ptole. in palæſtinæ deſcriptione hiericus in recto poſuit:accuſatiuum vero Pliñ.libro.v.hiericuntem (inquit) palmetis conſitam fontibus

frriguam. Opus. untis. oppidum a Ptolemæo ponitur in Achaia. Ouid. in.i. de Põto: Cede puer facta patroclus opunta reliquit. Plinius lib. v. a Pharnace centum milli paſſuũ trapezus. & paulopoſt: a trapezunte (inquit) centum quadraginta mille paſſus. Curtius: regionem eam vſque ad trapezunta defendere. Luca. in. vi. quas auius hydrus antiquiq; bares. Pli. in. iij. ab hydrũte in primis Italiæ portu nobili. Cice. in epiſtolis. ab hydrunte (inquit) ludibundi peruenimus. Phlius quoque ab Ptolemæo in Sicyo

De pus exit odis, tibi ſit pro teſte melampus.
Dat diphthõgus in. æs. pręs prędis. & ęs dabit ęris
Dat dipthõg⁹ in aus laus laudis. fraus quoq; fraudis,
Si. b, p, phi præit. s. mediam dabis, i. genitiuo.
E. mutatur in. i. quando præponitur illis,
Si polyſyllaba ſunt. Tñ aucupis exit ab auceps,
Ponit hyems hyemis. Puls pultis mittere debet,
Si præit. n. aut. r. mediam dat ti genitiuus.
Lẽs lendis mittit. frõs frõdis. glãs quoq; glãdis.
Nefrens nefrendis. Quod pẽdo libraq; gignit,
Vt cor dat cordis, ſic quæ componis ab illo.
Vncia quod nomen componit, mittit in. uncis,
Dat capitis caput. in cipitis. ſua compoſitiua. Et
Quę dãt cremẽtũ tibi duplex. Adde ſupellex,
Atq; iter aut itiner. dant, lectilis, hæc, in. eriſq;.

nia ponitur. pythagorã vero ad leõtẽ phliũta veniſſe legimus. ¶ Depus exit odis. Q đ noia cõpoſita a pus podos grece, quod interpretat pes: mittũt in. odis. vt tripus. odis, nõ tripos. odis, vt indocti grãmatici dicũt. œdipus. odis. Martia. qui legis œdipodem caligantemq; thyeſtem. Plautus in penulo per ſecundã declinauit: Iſti inquit ōroni œdipo opus eſt cõiectore. Suetonius quoq; in Cæſare eadẽ declinatiõe vſus eſt, Papinius etiã prima in primo thebaidis. cũ dicit: œdipode cõfuſa domus. ab eo quod eſt hic œdipodes. odę. Melãpus. odis. hic diuin⁹ fuit Amithaonis filius, a quo melãpodiũ herba dicitur reperta. ¶ Dat dipnthõgus in. æs. Quod duo reperiuntur noia in. æs. diphthongon finita hoc. æs. qđ facit in genitiuo. æris & hic præs quod facit prædis. In. aus. quoque duo hæc laus, hæc fraus. quod vtrũq; facit genitiuũ in. dis. fraudis, laudis. ¶ Si. b. p. phi. præit. s. Et quod nomina habentia. b. aut. p. aut ph. q̃ a græcis dicitur. phi. ante. s. formant genitiuum interpoſita. i. inter. b. p. ph. & s. vt arabs bis. plebs. bis. chalybs. ybis. lælaps. apis. ſeps. ſepis. ſtirps. ſtirpis. inops opis. gryphs. yphis. ciniphs. phis qui fluuius eſt Aphricæ ad garamãtes, quamquã græci in recto per. p. exile ſcribãt. in. obliquis per. ph. aſpiratum. ¶ E. mutatur in. i. hæc regula ad genitiui penultimam pertinet: dicitq; quod nomina plurium ſyllabarũ habentia. e. ante. bs. aut. ps. mutant illud. e. in. i. in genitiuo. vt cęlebs. ibis. princeps. pis. q̃ ſi monoſyllaba ſunt, non mutant. e. in. i. vt plebs plebis. ſeps. pis. Auceps tamẽ neq; fecit aucepis: nec aucipis, ſed aucupis. Probus tamen eos dicit errare, qui dicunt auceps aucupis: cum dicendum ſit aucupes aucupis. Sed ego neſcio quid ſibi voluerit vir doctiſſimus: cum nunquã aucupes, ſed frequenter auceps reperiatur. vt apud Ouid. xi. meta. laqueis quos callidus abdidit auceps. ¶ Ponit hyems hyemis. Quod in. ms. vnum tantũ reperitur nomẽ hæc hyems, quod fecit hyemis: & in. ls. vnum quoq; hæc puls. quod fecit pultis. Pli. lib. xviij. videtur tam puls ignota Græciæ fuiſſe, quã Italiæ polenta. Iuue. & grandes fumabant pultibus ollæ. ¶ Si præit. n. aut. r. Quod noia habentia n. aut. r. ante. s mittunt genitiuum interpoſita. ti. inter. ns. aut. rs. vt hic dodrans. antis. ſextans. antis. ſapiens. entis. mens. entis. tyrins. this. quod th. aſpiratum recipit. frons. ontis. arũs. untis. In. dis. tamen genitiuum faciunt quinq;. Lens. dis. animal illud ſiue beſtiola, quæ in capillis palpebriſq; innaſcitur. Serenus: vnda maris lendes capitis deducit iniquas. Pliñ. libro. xxxv. Item lendes in palpebris tollit. Lens vero cum facit lentis. legumen eſt notum.

¶ Frons. dis. Verg. ij. Georg. præcipue dum frons tenera. vbi Seruius ait, veram lectionem eſſe frondis, ſed a fronte & a frõde vnum, ait, eſſe nominatiuũ. Varro quoq; in libris de re ruſt. etiam frons in nominatiuo protulit. cum vero facit frontis: partem capitis aut faciem alicuius rei ſignificat. ¶ Glans glãdis. Ouid. xiiij. meta. miſſa ſolet medio glans intabeſcere cælo. Cæſar in commentarijs: eodem tempore glans miſſa eſt inſcripta. & digeſtis de glande legata. glandis noie omnis fructus continetur. Verg. tamẽ pluit ilice glandis, dicit. ¶ Nefrens. dis. pro porcello, vt in genere diximus: qui cum ablactatus ſit nondum tamen fabam aut glandẽ frendere, hoc eſt frangere poteſt. ¶ Libripens. dis. Q đ a libra & pendo pendis, a quo eſt appendo & ſuſpendo. Pli. lib. xxxiij. ſtipis ponderandę penſatores dicuntur libripendes. Liuius Andronicus apud Priſcia. impubis libripens eſſe non poteſt. ¶ Vt cor dat cordis. Quod etiã cõpoſita a corde faciũt in genitiuo quẽadmodũ ſimplex cor cordis: vt concors. odis. diſcors, diſcordis. vecors. dis. ſecors. dis. prauicors. odis. miſericors. ordis. ¶ Vncia quod nomen. Quod compoſita ab vncia mittunt genitiuum in. vncis, vt quincuns. uncis. ſeptuns. uncis. decuns. uncis. deuns. uncis. Sunt, qui per. x. in fine præcipiant ſcribere quincunx. ſextunx. deunx. decunx. Illa opinor ratione ducti: quod proprium eſt deſinentium in. x. mittere. genitiuum in. cis. ¶ Dat capitis caput. In. t. finitum nomen, quod declinetur, vnum tantum reperitur caput, facitque in genitiuo capitis. & duo ab illo compoſita ſinciput & occiput facientia genitiuum in. cipitis. ſincipitis & occipitis. Dicit præterea in cipitis mittere genitiuum compoſita a capite, habentque duplex genitiui cremẽtum. vt biceps bicipitis. triceps tricipitis. anceps. itis. præceps. itis. quæ etiam antiquiſſimi ancipes. itis. & præcipes pręcipitis declinabant. Plau. apud Priſci. in commorientibus. ſaliam in puteum miſiſti præcipes. Idem in rudente. altrinſecus eſt ſecuricula ancipes. atque e diuerſo præcipes pręcipis. atq; ancipes ancipis declinabant. Liuius Andronicus apud Priſ. ſeque in alta maria præcipem inops dedit. & Ennius apud eundem: intra muros, aut extra præcipe caſu. ¶ Superioribus quoque annumerantur duo nomina duplex crementum habentia. ſupellex ſupellectilis. & iter itineris, ſed iter, vt ſupra diximus, iteris fecit, queadmodum itiner itineris, ex quibus duobus eruditior ætas vnum conflauit iter itineris. itaq; non dicimus. itiner in recto, neque iteris iteri. iterem. in obliquis. Supellex vero ideo fecit ſupellectilis, quod antiquiores hæc ſupellectilis declinabant. ſic Cato apud Priſcia quaſi ſupellectilis (inquit) ſolet, nunc vero hæc ſupellex dicimus. vt Horatius cãpana ſupellex, & Perſius, quam ſit tibi curta ſupellex. Vergilius. i. Georg. virgea præterea Celei viliſq; ſupellex, vbi ait Seruius. ſupellex vſurpatum eſt: nam artis ſupellectilis eſt, quia genitiuus, aut par eſſe debet, aut maior vna ſyllaba; ſi duabus, contra artem id eſt,



¶ X. finita dabunt. Quod nomina deſinentia. in. x. faciũt genitiuũ ablata. x. & cis addita: vt hæc pax pacis. fęx fęcis. mętx. cis pix picis. vox vocis. lux lucis. ¶ Deinde dicit, q̃ ſi noia pluriũ ſyllabarũ terminata in. x. habuerint. e. ante. x. illud. e. mutaẽ in. i. vt hic index. cis. ilex. icis. polex. cis. iudex. cis, vindex. cis. cortex. cis. q̃ vero vnius ſyllabæ ſunt, nihilominus. e. retinẽt. vt fæx fęcis. nex necis. Duo quoq; noia ponit, quæ cum ſint pluriũ ſyllabarũ, etiam in genitiuo & in reliquis obliquis, qui ab eo formãtur. e. retinent.

X. finita dabunt x rapta cis. genitiuo.
E. mutatur in i. quando præponitur illi:
Dũ polyſyllaba ſint. Veruex, halexq; dat. ecis.
In. gis. multa dabis, lex, rex, grex, addito remex.
Inq; petix & frux, a coniux coniugis exit.
Illex atq; aquilex: compluraq; nomina græca.
Syrinx & menix & iynx, iapyxq; lelexq;. (rynxq;
Sphix phryx atq; phalãx, ſtyx ſtrixq; pharynxq; la
Allobrox, maſtix & oryx, cũ põpholige & ia-
Et reges Galli, quorũ fit rectus in orix. (zyx.
In. chis dant maſtix & onyx, thominxq; dioryx.
Et duo dant. actis. hipponax, aſtyanaxq;. (ctis.
Nix niuis, atq; ſenex ſenis, infert nox quoq; no-

ea ſunt veruex. veruecis. Iuue. ſutor & elixi veruecis labra comedit. & alio loco: veruecũ in patria craſſoq; ſub aere naſci. Halex halecis. de quo require ſupra, quod in capite generis nominũ terminatorũ in. c. diximus. Duo præterea reperio terminata in. ex. quæ genitiuũ æque mittunt in. ecis. ſed ideo non poſui quoniã apud autores rara ſunt inuentu. ea ſunt myrmex myrmecis propriũ ſerui nomen apud Apul. ix. lib. meta. reſex. ecis. quo vtitur Colume. in lib. de re ru. pro ſubſidiario palmite. ¶ In. gis. multa dabis. Q đ & ſi noia in. x. finita mittant plerumq; genitiuum in. cis. multa ſunt tamen quæ in. gis. exeunt, ea ſunt fere. lex legis. rex regis. grex gregis. remex. gis. quod ſequutum eſt rationem habentium. e. ante. x. plurium ſyllabarum. Impetix. tigis. pro eo quod impetigo. ginis. autore Feſto, quã nos impetiginem dicimus, græci lichenem. diciturq; ab impetendo. Sed quia ſyllaba breuis poſita eſt inter duas longas, vſi ſumus epentheſi (hoc eſt) ſyllabæ interpoſitione, vel potius themeſi. Frux frugis. Ennius: Dictum factũq; facit frux. Idem: Si iã data ſit frux. Auſonius quoq; Burdegalenſis inter monoſyllaba poſuit. frux. gis. dicens. Ante equidẽ campis quam ſpicea ſuppeteret frux. Coniux. gis. quod non a coniũgo coniungis venit, ſed a coniugo. gas. quod multis rationibus probauit Laurentius Abſtemius contra Priſc. & alios autores. ¶ Illex. gis. per. l. duplex, quia per vnum. l. arbor eſt. Cũ vero facit genitiuum illicis, eſt res blandiens & illicebris ad ſe trahẽs. At vero cum legibus inobedientem ſignificat. e. atque. g. ſimplicis, vnde componitur, retinet. Plau. in Perſa impure. inhoneſte, iniurie. illex. Eadem quoq; ratione exlex. exlegis facit. Cice. pro Cluentio. non quod illi exlegem Syllam arbitrẽtur. Aquilex. gis. Varro: Hoc pacto (inquit) vtilior thuſcus aquilex. Senec. iij. natu. q. ſudorem aquileges vocant, quia guttæ quædam vel preſſura loci eliduntur, vel æſtu euocãtur. Pli. li. xxvi. Tuſſilago vbi naſcit, ſubeſſe aquas credũt: hoc habent ſignum aquileges. ſunt autẽ putearij. hoc eſt, qui putei effodiendi certis in locis rationem habent. Compluraq; nomina, quod multa nomina græca terminata in. x. mittunt genitiuũ. in. gis. vt ſyrinx. gis. nympha in calamũ paluſtrem verſa: de qua Ouid. i. meta. Naias vna fuit nymphæ ſyringa vocabant. Meninx. gis. pro cerebri pãniculo, quã medici corrupte vocant miringam. fuit & meninx lotophagorum in Aphrica regio & ibidem nympha. Iynx. gis. auicula eſt: de qua in genere diximus, quam latini vocant torquillam, veneficiꝭs adhiberi ſolitam, vt eſt apud Theocritum. Iapyx. gis. ventus qui ſpirat ex Apulia nauigantibus Athenas. de quo Hora. i. car. ventorum regat pater obſtrictis alijs præter iapyga. Lelex. gis. Ouid. viij. meta. nariciuſque lelex. Verg. viij. æñ. hinc lelegas carraſque. Sphinx. gis. animal fuit & monſtrum ſolitũ viatoribus enigmata proponere ab Oedipode occiſum. Phryx. gis. Ouid. in epiſtolis. phryx erat & noſtro genitus de ſanguine. Verg. i. æñ. Hac phryges inſtaret curru criſtat⁹ Achilles. Phalãx. gis. Verg. ij. æñ. & iam argiua phalanx inſtructis nauibus ibat. Et ibidem. Agamẽnoniaſq; phalãges. Styx. pro palude inferorũ, & filia Tethyos & Oceani. Verg. in. vi. ſtyx interfuſa coercet. Ouid. xv. met. quid ſtyga quid manes. Strix. gis. auis nocturna. Sere. Præterea ſi forte premit ſtrix atra puellos. Tibullus. & e tectis ſtrix violenta canat. Ouid. vij. met. Strigis, & infames ipſis cum cornibus alas. Pharinx & larinx. in. gis. quoq; mittunt genitiuũ, de quibus in genere diximus. Allobrox allobrogis. Horati⁹ in epodo. nouiſq; rebus infidelis Allobrox. Iuue. Ruffus, qui toties Ciceronem allobroga dixit. Maſtix maſtigis. quod interpretatur flagellum. vnde Homeromaſtix homeromaſtigis. ciceromaſtix. aſtigis. Vergiliomaſtix. igis. i. flagellatores ſiue reprehenſores Homeri, Ciceronis, Vergilij. Oryx, orygis. Mart. ſæuus oryx conſtat quot mihi morte canum. Pli. origem (inquit) appellat ægyptus. Pompholix. gis. Pli. lib. xxxiiij. etiam nunc in ærarijs reperiuntur, quæ vocant pompholigen & ſpodon: differentia, quod pompholyx lotura paratur, ſpodos illota eſt. Hiſpane dicimus atutia. Iazyx iazygis. iazyges, populi ſunt Septẽtrionales. ¶ Et reges Galli. Quod etiam nomina quorundã regulorũ Galliæ in. orix, finita mittunt genitiuum in origis, vt orgẽtorix igis. dunnorix dũnorigis. ambiorix ambiorigis. vercingẽtorix vercingẽtorigis. Cæſar in commenta. belli gallici primo. nobiliſſimus & ditiſſimus fuit Orgentorix. & paulopoſt orgentorigem ex vinculis cauſam dicere coegerũt. Idẽ in codẽ, Dũnorix gratia & largitione apud Sequanos plurimũ poterat. & ibidem. legatos ad Dũnorigem Heduũ mittunt. & reliqua ad hunc modum in eodem opere frequenter declinata reperies. ¶ In. chis. dant maſtix. Quod quatuor hic expoſita mittunt genitiuũ in. chis, hoc eſt per. ch. aſpiratum. maſtix maſtichis pro gũmi lentiſci. Onyx onychis. & ab eo cõpoſitũ ſardonyx. ychis. Thominx. chis. quã nos tomicem vocamus, & dioryx diorychis, quod interpretatur foſſa. Põpon. mela. ex nili aluco dioryche adductus. ¶ Et duo dant. actis. Quod duo hæc noia hipponax & aſtyanax mittũt genitiuũ in. actis. aſſumpta. t. ſuper. c. dicimuſq; hipponax. actis. aſtyanax. actis. Ruffinus. vtitur hipponax hoc metro ſæpius autor. Pli. lib. xxxvi. quod hipponax indignatus, & ibidẽ hipponactis ætate poete. atq; iterũ, hippponacti notabilis fœditas vultus erat. Ouidius. xiij. met. mittit aſtyanax illis de turribus. Idẽ ad Liuiũ: & pater & cõiux aſtyanaxq; puer. Verg. iij. æñ. O mihi ſola mei ſuper aſtyanactis imago Et in ſcđo eiuſdẽ: puerum aſtyanacta trahebat. ¶ Nix. uis. & ſenex. nis. præter aliorum proportionem miſerunt in genitiuum. Nox præterea quod in genitiuo. t. ſuper. c. accepit, dicimuſq;

noctis,atqꝫ ab eo compoſitum pernox.ctis.Sed & nix apud antiquiores ninguis fecit:quos imitans Apu.in hermago.dixit:omnia ningue candebant.Et ab eo quod eſt ſenex.ecis. in genitiuo protulerunt.vt in ciſtellaria.Plau.doctores belliſſimi negotioli ſenecis ſoletis eſſe.Noctis quoqꝫ genitiuus a græcis pēdet,qui nix nyctos declinant. ¶Fitqꝫ datiuus in.i. Quod datiuus ſingularis tertiæ declinationis in.i. terminatur,fitqꝫ a genitiuo eiuſdem numeri ablata.s.vt patris.i.corporis.i.fœlicis.i. ¶Accuſatiuus fit in.em.

Fitqꝫ datiuus in,i.ſi tollas s.genitiui.
Accuſatiuus fit in em.Sed in.im.tibi mittunt
Hæc ſitis & tuſſis,vis,buris,peluis. At iſta
Dantur in em.vel in.im,reſtis,turriſqꝫ ſecuris.
Et puppis.febris.Sed in im.tantū modo græca,
In quibus eſt recto non diſsimilis genitiuus:
Quę mittūt & i.i.plerūqꝫ (vt Naſo) charybdin.
Nomen in.e.vel in al,vel in.ar,(mō ſit tibi neutrū)
Exit in.i.ſexto.Sed in.e.perpauca dabuntur.
Far,præneſte,iubar,ſoracteqꝫ gauſape.nectar.
Mittis in.i.menſes,Et in.as.gentilia iunges,
Et quæ fecerunt vel in.im.vel in.in.tibi quarto.
Namq̄ dātur in,em.vel in.im.dāt i.vel e.ſexto.
Ciuis,auis,nauis,clauis,iungatur & anguis.
Vnguis & amnis,vectis,poſtis,neptis,& ignis.

in.em. Quod accuſatiuus eiuſdem declinationis atqꝫ numeri terminatur in.em.fitqꝫ a genitiuo.is.mutata in.em. vt patris patrem. fœlicis.cem.hoïs hoïem.Quędam tamē,quę hic explicantur,mittūt accuſatiuū in. im. ea ſunt.Sitis.im.Verg.in buc.dulcis aquæ ſaliēte ſitim reſtingere riuo. Tuſſis.im.Pli.libr. xxvj.tuſſim ſedat bechiō: quæ & tuſſillago dicitur.Vis vim. Vergil.vj.æn.nec vim tela ferunt.Buris.im.Idem.j.Georg.domatur in burim & curui formam accipit vlmus aratri.Peluis.uim.quod omnes dicunt mittere accuſatiuū in.im.ſed exēplū mihi nō ſuccurrit.At vero in.em.ſimul & in.im.faciūt hęc. Reſtim reſtem vel reſtim. Teren.in Eunu. ad reſtim mihi quidem res redijt.ab eo qđ eſt reſtem,reſte fecit in ablatiuo Iuue. dicēs puteus nec longa reſte mouēdus. Turris turrem,vel turrim.Verg.ij.æn.turrim in præcipiti ſtantem. Securis ſecurem,vel ſecurim. Idem in eodem & incertam excuſſit ceruice ſecurim.Puppis.im.Idem.j.æn. ingēs a vertice pontus in puppim ferit. Febris febrem vł febrim. Mart. non habui febrim ſymmache,nūc habeo De terminatiōe in.em.vbiqꝫ reperies exempla.Verg.ix.æn.æratam quatiens tarpeia ſecurem. Iuue.deſcendunt ſtatuæ,reſtemqꝫ ſequuntur.A qualis quoqꝫ apud Plau.date(inquit)iſti ſedem, vt ſedeat:aqualim cum aqua. ¶Sed in.im.tantūmodo græca. Quod nomina græca terminata in. is. habentia genitiuum nominatiuo ſimilem,accuſatiuos in.im.mittūt:vt eclipſis.ſis.ſim.leucaſpis.is.im. mephitis.is. im. opis.im.magudaris vel magydaris.magudarim.l.magydarim. Verg.vj.æn. leucaſpim & liciæ ductorē claſsis Orontem.Idem in.vij.ſęuamqꝫ exhalat opaca mephitim. Idem.xj. velocem interea ſuperis in ſedibus opim.Pli.lib.xix.alterum genus ſilphij eſt,quod magudaris vocatur.Colu.libr.vij. radix(inquit) quam græci vocant magudarim:noſtra conſuetudo laſerpicium appellat. Quod ſi græcū eſt, quid opus fuit a grammaticis inter nomina latina explicari: cum ad regulam græcorum potuerit reduci? Quod vero Verg.in buc.dixit.Aut ararim parthus bibet,aut Germania tigrim. ararim,non eſt ab eo qđ arar: ſed ab eo quod araris. nam in vtramque terminationem deſinens reperitur. Sed in.im. accuſatiuus latinæ declinatiōis eſt.In.in.vero per.n gręca eſt declinatio,vt ſuo loco diximꝰ.vt charybdis.is.i.acis. idis,vel acis.in.Ouid.de pon.caribdin achæi.Idē.iiij.meta. Acin amas,præferſqꝫ meis amplexibus Acin.

¶Nomen in.e. Ablatiuus tertiæ declinationis,quoniā in.e.vel in.i.deſinit,primo ponit regulas nominum deſinentium in.i.tantum,aut in.e.vel in.i.deinde terminatorum in e.tantū. Dicit igitur imprimis: ꝙ huius declinationis nomina deſinentia in.e.vel in.al.vel in.ar.ſi generis ſunt neutri, mittunt ablatiuū in.i.tantū,vt hoc mare a mari,hoc rete a reti:quę ipſa etiā antiquiores in.i. terminabāt,vt Plau.in Rudēte:Dicāt in mare cōi captos.Ouid.v. faſto.cur tibi pro lybicis claudūtur rete leænis.Sueto.quoqꝫ in Nerone,rete aurato dixit quāquam videri poſſit ab eo quod eſt nominatiuo hæc retis,quod Plau.in truculem.genere poſuit maſculino dicens:non vides proferre me vuidum retem. & ibidem iterum: vt dimiſit retem atqꝫ hamū.In.e.tamen ablatiuum mittunt,quæ ſequūtur,hoc far a farre.Iuue.cum farre,& vino Ianū Veſtamqꝫ rogabat.Præneſte a præneſte. Vergil.vij.æn.quiqꝫ altum præneſte viri,atqꝫ idem in. viij.cum primā aciem pręneſte ſub ipſa,figurate enim ad vrbem retulit ſub ipſa.Iubar a iubare. Vergil. iiij.æn.it portis iubare oxorto delecta iuuentus.Soracte a ſoracte.quāquā Pli.lib. vij. maſculino genere dixit:quod fit ad montē ſoractē.nam.Hora.hoc ſoracte.is.dixit.in.j.car.vt alta ſtet niue candidum ſoracte.Gauſape,a gauſape.Perſ. balanatum gauſape pectis.Hora.ij. ſermo gauſape purpureo mēſam perterſit.Nectar,a nectare.Verg.j.ęn.dulci diſtendūt nectare cellas. ¶Mittis in.i.menſes.Quod noïa menſiū, quæ per tertiam declinationem inflectuntur,mittunt ablatiuū in.i.vt quintilis a quintili. ſextilis a ſextili.September a ſeptembri. Decēber a decembri. Iuue. medio ſeruare minutal ſeptembri. Idem alio loco toto vinū neſcire Decembri.Et in.as.ꝙ noïa gētilia terminata in as.mittunt etiā ablatiuū in i. vt arpinas ab arpinati.caſſinas a caſſinati.nam & Priſc.lib.vj.(inquit)perfecta eorum reperiuntur apud antiquos in.tis.deſinētia,vnde neutra quoqꝫ eorū in.e.deſinūt & ablatiuū in.i.more eorū quæ in.is.deſinūt & in.e.q̄ etiā apud priſcos in e.terminare ablatiuū reperimus.vt apud Oui.in epła paridis. hoc mihi (nā recolo)fore,vt a cæleſte ſagitta.Et q̄ fecerūt vel in.im.ꝙ noïa mittentia accuſatiuū in.im.per.m.vel in.in per.n.mittunt ablatiuū in.i.quę vero fecerūt in.em.vel in.im.mittūt in.e.vł in.i.vt tuſſis. tuſſim.a tuſſi. puppis puppem,vel puppim,a puppe uel puppi.charybdis charybdim,a charybdi. In.e.præterea & in.i. mittunt ablatiuū noïa hic poſita.Ciuis a ciue vel ciui.Iuue.quid illo ciue tuliſſet. Cicero.in Philippi. in Principe ciui nō eſt ſatis.Auis ab aue vel aui.Hora.j.car.fata mala ducis aui domū. Nauis a naue,vel naui.Teren.in Andria.naui fracta apud Andrū.Clauis a claue vł claui.Verg.in more.& reſerat clauſa, quę prçuidet oſtia claui.Anguis ab angue vel angui.Hor.j.epła,alter mileti textā cane peius & angui. Vnguis ab vngue,vel vngui.Idē i eodē.acuto ne ſecer vngui.Amnis ab amne.l.āni. Verg.j.Geor.pno rapit alueus amni.Vectis a vecte vel vecti.Teren.in Eunu.in mediū huc aginē cū uecti.Poſtis a poſte vel poſti.Oui.v.met.raptaqꝫ de dextro robuſta repagula poſti.Neptis a nepte, vel nepti ſupiorib9 annumerat. ſed exēplum non ſuccurrit. Ignis ab igne vel igni.Verg.iiij.æn. vulnus alit venis,& cæco carpitur igni.



Strigilis a ſtrigile vel ſtrigili.Hora.ij.ſer.qui puer vuam furtiua mutat ſtrigilli.Claſsis a claſſe vel claſſi.Verg.viij.æn. Aduectum ęneā claſsi victoſqꝫ penates.Pugil & vigil,a pugile vł pugili, a vigile vel vigili. Iuu. Præterea lateris vigili cum febre dolorē.Suppellex a ſupellectile vel ſupellectili.vnde eſt in lib. digeſt.titu.de ſupellectili legata.Imber imbre vel imbri.Verg.in buco. Iupiter & læto deſcendet plurimus imbre. Verbaleqꝫ quod facit in.trix,ꝙ noia verbalia ſiue participalia fœminina terminata in.trix.

Strigilis & claſſis, pugil & vigil,atqꝫ ſuppllex,
Additur his imber, verbaleqꝫ qđ facit in.trix.
Adiectiua trium generum vel in.i.vel in.e, pones,
Dum modo neutra per.e. nō declinet tibi rectꝰ,
Quæ ſic declinās, per.i.tantum mittere debes.
De gener,et pauper,vber,cumqꝫ hoſpite ſoſpes
Dant ablatiuos per.e.tātum: Plus quoqꝫ pluri,
Aſt ablatiuos per.e,tantum cætera mittunt,
REctus pluralis fit in, es. Cui iungito quartum.
Quod ſi mittis,ium, pluralibus in genitiuis,
Accuſatiui quandoqꝫ per.is,tibi fient:
Cum dedit.i.ſextus, per.ia,tibi neutra dabuntur:
Collatiua tamen per,a. ſolum mittere debes.
Plus & apluſtre, vetuſqꝫ adduntur cōparatiuis.
Dat genitiuus ium.ſi fecit in.i. tibi ſextus.
Tolle vigil,pugil,& ſupplex,opifexqꝫ,vetuſqꝫ.
Artifici memor & conſors addatur inopſqꝫ.

mittunt etiam ablatiuum in.e. vel in.i.vt victrix a victrice,vł victrici.Luca.in.j. In ſua victrici cōuerſum viſcera dextra. vnde etiā in plurali cum figurate neutris cōiūgimus victricia & vltricia dicimus. Idē in eodem, tollite iā pridē victricia tollite ſigna. Verg. iij.æn.Res agamēnonias victriciaqꝫ arma ſequutus. ¶Adiectiua triū. Quod nomina adiectiua huius declinatiōis nō habentia genus neutrum in.e.terminatū,mittunt ablatiuum in.e.vł in.i. vt hic & hęc & hoc prudēs a prudēti.fœlix a fœlice vel fœlici. velox a veloce vel veloci.Quod ſi genus neutrū habēt in.e.mittunt ablatiuū in.i. tantum vt hic & hęc breuis & hoc breue a breui.hic acer hęc acris hoc acre:ab acri.Deinde dicit ꝙ nomina quinqꝫ vno verſu explicata (& ſi neutris iungi poſſunt,quēadmodū in genere diximus)ablatiuum tñ per.e. tm̄ mittunt: vt degener a degenere,pauper a paupere, vber ab vbere. hoſpes ab hoſpite.ſoſpes a ſoſpite. Illud etiā animaduertēdū noïa propria ab adiectiuis in. is, & in.e. deſinentibus deducta. mittere, etiam ablatiuū in.e. tantū vt iuuenalis a iuuenale, ab eo quod eſt hic & hæc iuuenalis & hoc iuuenale.Eodem modo Mar.laterenſis.annalis. Mar.cum Iuuenale meo quid me committere tentas? Cicero pro Plancio:Cōfiteor in Laterēſe ſumma ornamēta eſſe. Idē ꝓ Fūdanio apud Priſcianū hoc mō:a Iulio annale factum probare pōt.Reperiunt quoqꝫ adiectiua in.is.et in.e.deſinētia, mittere ablatiuū in.e. Ouid.xv.meta.Finē ſpecie cæleſte reſumpta luctibus impoſuit. Idē in epła Paridis:fore vt a cæleſte ſagitta.Idem quoque in faſtis:Amne perenne latens Anna perenna vocor. ¶Aſt ablatiuos. Quod reliqua omnia huius declinationis noïa mittunt ablatiuum in.e. a quacunqꝫ veniant terminatione.vt emblēma ab emblēmate,ſermo a ſermone.lac a lacte, aſdrubal ab aſdrubale.titā a titane.cæſar a cæſare. pietas a pietate. caput a capite.pax a pace.

REctus pluralis fit in.es.Quod noïa tertiæ declinatiōis maſculina vel fœminina, vel cōmunia duorum gñrū mittūt noïatiuū & accuſatiuū atqꝫ etiā cōſequēter vocatiuū plurales in. es.is.genitiui ſingularis mutata i.es.vt hic pater pr̄is hi patres o patres, hęc mater matris. hę matres o matres. hic & hæc breuis.breues o breues.Illa vero q̄ fecerunt gntm̄ in.yos.vel in.yis.diphtōgō a noïbus deſinētibus in.ys mittunt pluralem in.yes.vt hic libys.yos.vel libyis.plurali libyes.hæc Erinnys.nyos.vł erinnyis.yes. Proper.lib.ij.tum me vel tragicæ vexent erinnyes.Saluſt.in iugur.Affricā in initio habuere Getuli & libyes.Reperiunt etiā pauca noïa græca mittētia ꝑdictos caſus in.is.vt hæc trallis,ſyrtis,alpis,ſardis.Euſebius interprete Hier.trallis (inquit) terræmotu cōciderūt.Hor.j.epłarū.qd Crœſi regia ſardis. ¶Qđ ſi mittis.ium.Qđ noïa huius declinatiōis mittētia gntm̄ pluralē in.ium. quorum gntūs ſingularis nō creſcit ſup ntūm,plerumqꝫ mittunt actūm pluralē in.is.vt.hic & hæc omnis: gtō plurali omnium:actō omnis.horū rōnē ſequunt plura.iter declinata,q̄ ſi haberēt numerum ſingularē: ex illorū proportione declinarent:vt plurali ntō tres actō tris. Verg.j.æn.tris notus arreptas in ſaxa latētia torquet,& paulopoſt.tris eurus ab alto in breuia & ſyrtes vrget: eo mō dicit tris,quo Salu.in cati. omnis hoïes,qui ſe ſe ſtudēt cæteris præſtare animātibus.Antiquiores terminationē illam per.ei. diphthōgon ſcribebāt:quo deſignarēt illam eſſe longā,quod etiā docti noſtri ſæculi obſeruāt. ¶Cum dedit.i. ſextꝰ, hæc regula limitatio eſt illius.Quartus cū quinto ſemꝑ recto ſimilātur in neutris.vbi dixit neutra in plurali tribus in caſibus terminari in.a.nunc vero dicit ꝙ nomina illa quæ fecerunt ablatiuum in.i.accepta.a.habent in plurali.i.ante.a.vt a puluinari.aria.a breui breuia,q̄ vero fecerunt ablatiuum in.e.tātum, mutant illud,e.in.a.vt a tēpore tempora.ab emblēmate.ata. Deinde dicit.Quod nomina comparatiua quamquam fecerunt ablatiuum in.i.non tamen in plurali mittunt neutra per.ia.ſed tantum per. a. vt a breuiore vel breuiori non breuioria dicimus,præterea hoc nomen plus,quod(& ſi quantum ad vocem comparatiuum non videatur:)quantum ad ſignificationem conſtructionemqꝫ attinet,comparatiuum eſt:cum fecerit in ablatiuo pluri:in pluralibꝰ neutris nō tātum pluria & cōpluria, quod apud antiquiſſimos frequenter legimus,ſed etiam plura & complura dicimus. Apluſtre quoque quod in ablatiuo fecit apluſtri,nō tantum apluſtria,ſed & apluſtra fecit in numero multitudinis.Sillius libro.x. puni. laceroque apluſtria velo.Cicero in.ara.nauibus aſſumptis fluitantia quærere apluſtra. Vetus qđ fecit vetere vel veteri.non veteria, ſed vatera facit. ¶Dat genitiuus.ium. Quod nomina, quæ fecerunt ablatiuum ſingularem in.i. mittunt genitiuum pluralem in.ium. vt ab animali, alium, a prudente vel prudenti prudentium.quæ tamen plerumque abſciſsionem recipiunt: vt ſupra diximus: & dicimus hoc modo verba ſapientū:reſpōſa prudentum, pro ſapientiū & prudentium.In.um.vero mittunt ea, quæ ſunt hic poſita, a vigili vigilum. Vergilius nono æneidos. interea vigilum excubijs obſidere portas. Ex proportione quoque a pugili. um. dicemus. Supplex a ſupplici ſupplicum ne coincideret cum hoc nomine ſupplicium.ij. Opifex ab opifici opificum, ne coincideret cum hoc noïe opificium.cij,Cicero ꝓ Ligario.non iacētes ante pedes ſupplicum voce ꝓhibetis.Verg.j.æn.artificumqꝫ ma-

nus inter ſe operumq́ laborẽ. Memor quoq́ a memori, nõ memorium, ſed memorũ facit, & cõſors, a cõſorti non conſortiũ, ſed conſortũ, & inops ab inopi nõ inopium, ſed inopũ. Et noĩa cõparatiua, vt a breuiori, breuiorum. a meliori. orum. Præterquam plus, quod cum ſit comparatiuum, qua ratione ſuperius diximus, fecerit que in ablatiuo pluri: in genitiuo plurali non plurum ſed plurium fecit: & ab eo cõpoſitum complurium, vt Cicero ad heren. complurium negotiorum. A capio etiam compoſita quam

Præterquã pluri, quod comparat, additur illis.
Et quæ de capio componis, iungere debes.
Ablatiuus in. e ſi deſinit, um, tibi mittit.
Sed p, iũ, dabit as, mas, vas vadis, & caro, corq́.
Os, nix, nox, ſamnis, lis, dis, glis: adde quiritem.
Et quæ dantur in s nec creſcunt in genitiuo.
Excipias tamen hæc iuuenis, paniſq́, caniſq́.
Q uę monoſyllaba ſunt, q̃bus, s b. pueniт aut. p.
Et quibus. l. aut. n. aut. r. ſubit. s, ſubit aut. x,
Nomen in es. tantũ pluraliter & variatum,
Mittit. ium: ſed & . um. penitus ſi conſulis aures
Atq́ boum dat bos, ſed bobus pone datiuo,
Datq́ datiuus. ibus. dat. atis. ſed cũ dat. a. rectus.

¶ De quarta nominis Declinatione,

QVarta dat. us. recto. dat & u. ſed die variari
Plurali tantum. Genitiuus in us. tibi fiet.

uis ablatiuũ in. e. & in. i. fecerint, in genitiuo plurali non in. ium. ſed in. um. faciunt. vt particeps a participe vel participi participũ, ne coincidat cũ hoc nomine participiũ participij. Municeps a municipe vel municipi municipum: ne coincideret cũ hoc noĩe municipiũ municipij. Manceps mancipe vel mancipi mancipũ, ne coincideret cũ hoc nomine mancipiũ mancipij. ¶ Ablatiuus in. e. ſi deſinit. Q uod noĩa, quę fecerũt abltũm ſingularem in. e. mittunt gtũm pluralẽ in. um. e. ablatiui mutata in. um. vt a toreumate toreumatũ. a Cicerõe ciceronũ, a cõſule. um. a nõmine nominũ, a Cæſare cæſarũ, a Sacerdote ſacerdotum, a capite capitũ, a fornace fornacum. In. ium. vero faciũt (vt vult Priſcianus) nomina latina in. as. finita, vt ciuitas ciuitatium, probitas probitatium, bonitas bonitatium: ſed per ſyncopam fecere bonitatũ ciuitatũ probitatũ, quod ego non auderem dicere: cũ illa ſuperiora nunquã legerim: hæc vero inferiora plerũque reperiãtur. In. ium. vero mittunt genitiuũ pluralẽ quãuis miſerunt ablatiuum in. e. quæ ſequuntur. as. aſſis. ab aſſe aſſium, mas maris a mare mariũ, vas vadis a vade vadiũ: nam vas vaſis in plurali per ſecundã declinationem effertur vaſa vaſorum. Caro carnis a carne carniũ. Cor cordis a corde cordiũ. Os oſsis ab oſſe oſſiũ. Nix niuis a niue niuiũ. Nox noctis a nocte noctium. Samnis ſamnitis a ſamnite ſamnitium. Lis litis a lite litium. Dis ditis a dite ditium. Glis gliris a glire gliriũ: & ex analogia. quiris quiritis a quirite quiritium. ¶ Et quæ dantur in. s. Q uod nomina in. s. deſinentia non creſcentia in genitiuo ſingulari, quæ ſunt fere in. es. & in. is. finita, genitiuum pluralem mittunt in. iũ. licet ablatiuum ſingularẽ in. e. fecerint: vt hic verres a verre verrium: hic vates a vate vatium, hæc cædes a cæde cędium, hæc ſedes a ſede ſedium, hic collis a colle colliũ, hic menſis a menſe menſium: quæ (vt ſupra memorauimus) aliquando ſyncopam recipiũt, vt Cice. pro Sextio. veſtrarũ ſedũ templorũq́ cauſa. Verg. iiij. æñ. heu vatũ ignarę mentes quid vota furentem. Ouid. v. faſt. cum tua ſint cedãtq́ tibi cõfinia menſum. Ab hac rurſus regula exceptoria excipiuntur hæc pauca mittentia genitiuũ pluralẽ in. ũ. vt panis a pane panũ, ſi modo panis numerũ habet multitudinis, iuuenis a iuuene. ũ. canis a cane. ũ. ¶ Q uę monoſyllaba ſunt: ab illa quoq́ regula, ablatiuus in. e. excipiũtur noĩa monoſyllaba terminata in. bs. aut, ps. aut. ls. aut. ns. aut. rs. aut. lx. aut. nx. aut. rx. deſinẽtia, q̃ & ſi fecerũt abltũm in. e. nihilominus tñ mittunt gtũm pluralẽ in. iũ. vt hæc trabs a trabe trabiũ. plæbs a plæbe. iũ. ſcobs a ſcobe. iũ. vrbs ab vrbe. iũ. daps a dape. iũ. ſeps a ſepe. iũ. ſtirps a ſtirpe. iũ. puls a pulte. iũ. glans a glãde. iũ. gẽs a gẽte. iũ. mõs a mõte. iũ. ars ab arte. iũ. fors a forte. iũ. falx a falce. iũ. lanx a lance. iũ. lynx a lynce. iũ. arx ab arce. iũ. merx a merce. ium. ¶ Nomẽ in. es. tm̃. Q đ noĩa huius declinatiõis pluraliter declinata mittunt gtũm in. iũ. vt manes. iũ. penates. ium. caſſes. iũ. hæ vires. iũ. fores. iũ. tres. iũ. Dicit tñ & hæc & alia cõplura poſſe mittere gtũm in. ũ. ſi gtũs ille in. iũ. foret abſonus: quare dicit cõſulendas eſſe aures penitus. i. pfunde, ſed non quorũcũq́ ſed tm̃ eruditorũ, queadmodũ & muſici facere cõſueuerunt: q nõ oĩa permittũt ratiõibus & arti: ſed aliqd etiã ſenſui audit9 putãt eſſe tribuẽdum. Ego nãq́ potius dicerẽ penatũ & procerum & ciuitatũ, quã penatiũ, proceriũ, ciuitatiũ. ¶ Atq́ boum dat bos. Q đ hoc nomẽ bos cũ abltõ a boue fecerit, debuit facere gtũm pluralẽ bouũ & facit boũ. u. cõſonãte extrita. Præterea cũ ex aliorũ pportiõe in dtõ & abltõ debuerit facere bouibus: expũcta. ui. ſyllaba fecit bobus aut bubus, queadmodũ apud Catonẽ, Varronẽ, Columelã & Pliniũ ſæpe legimus. Verg. iij. æñ. lęta boum paſsim cãpis armẽta videmus. & Hora. in epo. paterna rura bobus exercet ſuis. ¶ Datq́ dtũs ibus. Q đ dtũs pluralis huius tertiæ declinatiõis in. ibus, terminatur, fitq́ a gtõ ſingulari. bu. interiecta, inter. i. & . s. finales, vt hoĩs hominibus, patris patribus. Sed nomina in. a. deſinẽtia, q̃ omnia græca eſſe dixim9: hũc caſum nõ in. ibus. ſed in. atis. plærũq́ mittũt, vt hoc peripetaſma peripetaſmata. atis, emblẽma emblẽmata. atis. pœma pœmata. atis. Cice. in Verrẽ. nunc de peripetaſmatis queadmodũ expedias nõ habes. Idẽ in eodẽ. ſcaphia (inquit) cum emblẽmatis: & in. iiij. ad Herenniũ de orationibus aut pœmatis. Sed quãquã hęc declinatio videtur eſſe ab eo qđ eſt in ntõ hoc peripetaſmatũ peripetaſmati, emblẽmatum emblẽmati, pœmatum pœmati, illud eſt certiſsimum autores idoneos potius vſos in his nominibus tertia declinatiõe: atq́ datiuum & ablatiuum in. atis. potius quã in. ibus. terminaſſe.

DE quarta declinatione. ¶ Q uarta dat. us. recto. Q uod quarta nominis declinatio duas habet nominatiui poſitiões in. us. & in. u. ſed in. us. maſculinorũ & fœmininorũ, in. u. neutrorũ tantũ: q̃ cũ in ſingulari aptota ſint: in plurali per hanc declinationẽ inflectuntur, vt hic ſenſus ſenſus, hęc manus manus, hoc cornu cornu, plurali cornua cornuum. Genitiuus in. us. tibi fiet, quod genitiuus hui9 declinationis in. us. terminatur: eſtq́ nominatiuo ſimilis in terminatione literarũ, non tñ in temporib9, vt ſuo loco dicemus. In. u. vero finita, vt diximus, nõ declinãtur: nã quod Luca. in. vij. dixit cornus tibi cura ſiniſtri lentulẽ. & Celſus, lib. vi. ceruini cornus combuſti. & paulopoſt: quia cornum habet. & Plinius multis in locis, non eſt ab eo quod cornu in nominatiuo, ſed potius ab eo quod eſt hic cornus. us. Reperitur quoq́ genitiuus huius declinationis in. uis. ſyllabis terminatus, vt apud Teren. in heauton,



eius anuis opinor cauſa: quę erat mortua. Cato. anuis enim vt ſanguis deterior, ſic & lac. Varro. ij. de re. ruſt. eius ſaluam eſſe fructuis veneno. pro anus & fructus. Et genitiuus ille eſt a quo exit datiuus in. ui. diuiſas: vt ſtatim dicemus. ¶ Sæpe dtũs. ui. Q uod datiuus huius declinationis in. ui. ſyllabas terminatur, vt hic ſenſus ſenſus ſenſui. hæc manus manui. Exit tñ aliqñ in. u. vt Verg. iiij. Geor. nãq́ aliæ victu inuigilãt & fœdere pacto. & paulopoſt: qđ nec cõcubitu indulgẽt. pro victui, & cõcubitui dixit Seruius Verg. poſuiſſe. Idem. j. æñ. flectit equos, curruq́ volans dat lora ſecũdo. vbi Seruius his verbis ſcribit. ars antiqua volebat q noĩatiuus pluralis regat genitiuũ ſingularẽ: vt hæ muſæ huius muſæ. & datiuus ſingularis regatur a gntõ ſingulari, ergo hi currus hui9 currus facit, & huic curru nam hui9 curruis huic currui hoc modo irregularia ſunt. ſed vſus obtinuit vt in gtõ currus frequenter, curruis raro: & in datiuõ curru raro: currui frequenter dicamus. Gell. tñ. lib. iiij. noc. affirmat. Mar. Varronẽ. & . P. nigidium viros illo ſęculo omniũ doctiſsimos nõ aliter fuiſſe loquutos, atque etiã ſcripſiſſe: quam ſenatuis: domuis. fluctuis in gntõ ab eo qđ eſt ſenatus, domus fluctus. ¶ Accuſatiuo dabis. um. Q uod accuſatiuus huius declinationis in. um. deſinit noĩatiui. s. mutata in. m. vt hic ſenſus. um. hęc manus. um. ¶ Dabis. u. quoq́ ſexto. Q uod abltũs huius declinatiõis finitur in. u. fitq́ a ntõ ablata. s. vt hic ſenſus a ſenſu: hæc manus a manu. ¶ Rectus pluralis. Q uod ntũs & actũs plurales quartæ declinationis terminantur in. us. & ſunt ſimiles gntõ ſingulari, vt hic ſenſus, hi ſenſus ſenſus, hæc manus, hę manus. us. ¶ Dat genitiuus. uum. Q uod gtũs pluralis in. uũ. terminatur, fitq́ ab abltõ ſingulari addita. ũ. vt a ſenſu ſenſuum. a manu manuũ ¶ Sed. ibus. tu pone datiuo. Q uod dtũs pluralis in. ibus, terminatur, fitque ab abltõ ſingulari. u. mutata in. ibus. vt a ſenſu ſenſibus, a manu manibus. Pauca tñ noĩa q̃ hic explicantur, exeunt in. ubus. ablatiui. u. retẽta, ea ſunt ficus ficubus, ſed in hac terminatiõe adhuc non legi, ſed neque ficubus. ſed tantũ ficis per ſecundã: ſed idcirco poſui, qđ video artis grãmaticæ ſcriptores ficubus poſuiſſe. Tribus tribubus. Sueto. in auguſto: legauit populo Rom̃. quadringẽties tribub9 quinquies tricies ſeſterciũ. Seneca in epiſtolis: quã putas eſſe iucundũ tribubus vocatis. Arcubus ab eo qđ eſt arcus ideo ſic exire grãmatici dicunt, ne coincideret cũ arcib9 ab eo quod eſt arx arcis. Sed cur acub9 ab eo quod eſt acus acus nõ fecit acibus? q̃nquidẽ a nulla alia nominati poſitiõe venire poterat: nimirũ quia totũ hoc vſu cõſtat. Partus partubus, queadmodũ. Seruius. iiij. Geor. exponẽs illud Verg. aut fœtus nixibus ædunt: nixibus p partubus exponit, & Hora. in epo. ſi vocata partubus lucina veris affuit. Portus portubus. Põpo. in ij. de coſmographia: mare caſpiũ oẽ atrox ſine portubus. Priſc. in perihegeſi, auris difficilis nautis vel partubus aptæ. Lacus. Ouid. iij. faſt. præmia de lacubus proxima muſta tuis. Idem. xij. met. Q uod forcipe curua cũ faber eduxit lacub9 demittit. Q uercus quercub9, cũ omnes ſic exire dicãt: nulli9 autoris mihi ſuccurrit exẽplũ. Specus ſpecubus: Verg. iij. Geor. ipſi inde foſsis ſpecubus ſecura ſub alta. Artus artubus. Seruius in illud Verg. iij. Geor. micat auribus & tremit artus. artus pro artubus exponit. Veru verubus. Idẽ. j. æñ. verubuſq́ tremẽtia figũt. Q uęſtus quęſtubus. a quæro quæris. nã a queror. eris. q̃ſtibus exire, nemo vnquã dubitauit. Verg. ix. æñ. cælũ de hinc q̃ſtibus implet. Idẽ. iiij. Geor. integrat, & mœſtis loca late q̃ſtib9 implet. Seneca in thyeſte: faſq́ omne ruptũ q̃ſtibus vanis agis. Flaccus. li. ij. argonau. tũ voce deos, tũ q̃ſtibus implet. Idẽ. li. j. queſtibus & magni numẽ maris excitat Helie. Idẽ in. vij. cõmotis q̃ſtib9 æſtus. Et in eodẽ: hinc cælũ q̃ſtibus implẽt. Iuſti. li. v. Perpetim nocte fortunã q̃ſtib9 iterãt. Ego nõ inficior, reperiri ſemel apđ Ciceronẽ de artificijs & q̃ſtib9. & iterũ apud Ouidiũ. iiij. faſtorũ. multa profeſſurũ quæſtibus apta Venus. Seneca de vita beata: opes ſiue tanq̃ iniuria partas ſine ſordidis quęſtibus, ab eo qđ eſt quæro quęris. Sed aut noſtra, vel potius Laurentij differentia nihil eſt: aut credibilius eſt vnum aut alterum, quã centum locos fuiſſe deprauatos.

DE quinta nominis Declinatione.

QVinta dat. es. tantũ rectis, Genitiuus in. ei,
Atq́ datiu9 erit. Em, quartis. E. dato ſextis.

Sæpe datiuus. ui ſed & . u. non ſæpe reponit.
Accuſatiuo dabis. um, Dabis u. quoq́ ſexto.
Rectus pluralis fit in. us. Cui iungito quartum.
Dat genitiuus. uum. Sed. ibus. tu pone datiuo.
Dant. ubus. hæc tantũ, ficus, tribus, arcus, acuſq́.
Et partus, portus, lacus, & quercus, ſpecus, art9.
Cumq́ veru quæſtus, qđ quæro dat tibi nomen.

DE quinta declinatione. Q uinta dat. es. tantũ. Q uod quinta noĩs declinatio vnã tantũ habet noĩatiui terminationẽ in. es. ſemp fœmininorũ, præterquã in vno maſculino hic dies, & eius cõpoſitũ hic meridies. ¶ Cuius genitiuus & datiuus ſemp exeũt in. ei. vt hęc progenies. niei. hęc materies. riei: hæc ſpecies. ei. Antiquiores tamẽ hũc genitiuũ tum in. e. tum in. es. tum in. ij. duplicem terminabant. Saluſt. dubitauit acie pars. pro aciei. Verg. j. Geor. libra die ſomniq́ pares vbi fecerit horas. vbi Seruius dicit. hũc eſſe genitiuũ regularẽ: quia (vt paulo ante diximus) nominatiuus pluralis debet regere genitiuum ſingularẽ: vt cum illo ſit pariũ ſyllabarum. Gellius. lib. viij. noctium attica. multis teſtimonijs probat atque confirmat hunc genitiuum in. es. quoque & duplex. ij. aliquando exiſſe. Ennius. poſtremæ longinqua dies cum fecerit ætas. pro diei. Cicer. pro ſextio. equites daturos illius dies pœnas. Adducit quoque Gell. teſtes, qui dicebant ſe vidiſſe librum Verg. idiographum. i. propria illius manu ſcriptum: in quo legebatur libra dies ſomnique pares vbi fecerat horas. atque eiuſdem Verg. manu fuiſſe ſcriptum in. æneid. munera lætitiamque dij non Dei: vt quidam legunt, neque die vt Ser. ſed dij pro diei. Nam ſic dies dij a veteribus declinabatur, vt fames, ij. pernicies. icij. ſpecies. cij. progenies. nij. luxuries, ij. acies acij. Cato. pueri atque mulieres extrudebantur famij cauſa. pro famei: nam per quintam hoc nomẽ antiqui declinabant, cuius ablatiuus adhuc in vſu reperitur. Luci. rugoſum (inquit) atque famij plenum. Siſenna Romanos ferendæ pernicij cauſa veniſſe, pro perniciei. Cicer. etiam pro ſextio. Q uorum [illegible] pernicij cauſa diuino conſilio, ſed vi ipſa & magnitudine rerum factum putamus. Paccuuius: pater ſupremæ noſtrę progenij pa[illegible]s, pro progeniei. C. Mactius: an maneat ſpecie ſimulachrũ in morte ſilentũ. Grachus. ea luxurij cauſa aiunt iſti tui. pro luxuriei. ¶ In datiuo quoq́ eodẽ Gellio teſte, q puriſsime loquuti ſunt: non faciei vt nunc dicitur: ſed facie dixerunt. Luci. & primum (inquit) facie honeſtas accidit. Idẽ qui te diligit: ætati facieq́ tuæ ſe fautorem oſtendit. Q uin. lib. j. videtur excludere ex vſu etiã gtũm ſingularẽ huius noĩs progenies, quaſi durũ: quid (inquit) refert nulla ſint, an prædura: nã quid progenies

genitiuo ſingulari, quid ſpecies plurali facit? quaſi velit, progenieī. nō poſſe dici. ¶Em. quartis. Quod accuſatiuus ſingularis in. em. deſinit. s. nominatiui mutata in. m. vt hic dies diem, hæc ſpecies ſpeciem. ¶E. dato ſextis. Quod ablatiuus in. e. terminatur: fitq́ a nominatiuo ablata. s. vt hic dies a die, hæc ſpecies a ſpecie. ¶Rectus pluralis fit in. es. Quod nominatiuus & accuſatiuus plurales huius declinationis in. es. terminantur: ſuntq́ ſimiles nominatiuo ſingulari. vt hic dies. hi dies. ¶Erum. ebuſq́ dabis. Quod genitiuus pluralis in. erum. deſinit. fitq́ ab ablatiuo ſingulari aſſumpta. rum. vt a die dierū. ¶Datiuus in. ebus. deſinit, fitq́ ab eodem ablatiuo addita. bus. vt a die diebus, a re rebus nam hæc duo nomina tantū habent numerum pluralem integrum. deficiunt, vt paulopoſt cum de deficientibus in certis caſibus agetur, cætera.

Rectus pluralis fit in es Cui iungito quartum.
Erum. Ebuſq́ dabis genitiuis atq́ datiuis,

De nominibus anomalis. Cap. iij.

SVnt quædā nomina, quę dicūtur anomala, hoc eſt irregularia: aut quia mutant genus, aut declinationem, aut carent altero numero, aut deficiunt certis caſibus in alterutro numero.

Maſculina in Neutra.

Mænalus. i. menela. orum. Iſmarus i iſmara orum.
Gargarus i gargara orū. Dindym9. i dindyma orū
Pangæus. i. pengæa pangæorum.
Tænarus i. tenara orum. Tartarus. i. tartara, orum.
Auernus. i. auerna, orum. Pileus i pilea, orum.
Intybus. i. intyba. orum. Baltheus. i. balthea. orum.
Sibilus. i. ſibila. orum. Supparus. i. ſuppara orum.
Locus. i. loca. orū. vel loci. Iocus. i. ioca. orū, vel ioci.
Cetus. i. Cete indeclinabile. Euētus. us. euenta. orū.
Iuſſus. us, iuſſa. orū. Permiſſus, us permiſſa, orum.

DE nominibus anomalis. ca. iij. Anomaliam voco omnē varietatē aut generis aut declinationis aut caſuum defectus. nā dictiones aliquæ inueniunt accidentibus qbuſdā orbatę, qđ fit aut ſignificationis repugnātia, neque. n. dicimus puerperus quēadmodū dicim9 puerpera, aut incōſonātia ſiue literarū incōſequētia, vt ab eo qđ eſt curſor: nō recte dicim9 curſtrix, nec a nutritor nutritrix: vt fas nō habet genitiuū faris, aut fatis, aut faſsis: ne cū alijs dictiōib9 coincideret, aut deniq́, quia prædura in vſu nō ſunt. Itaq́ cū ſuperiora duo capita ad noīa regulariter atq́ ſolide inflexa pertinent: in hoc. iij. cap. de illorū irregularitate atq́ defectu pertractabitur, atq́ declarabim9 in quibus nominib9 aliqua eſt declinatiōis diuerſitas, qđ fit, aut quia genus a ſingulari in pluralē mutatur, vt hic mænalus. i. hæc mænala. orū. aut quia mutaē declinatio. vt hoc vas, hæc vaſa: aut quia vtrūq́ mutatur: ut hic euētus. us. hæc euēta. orū. aut quia carēt altero numero, vt acetum plurali & manes ſingulari, aut deficiūt caſibus: vt tabi tabo. ¶Maſculina in neutra. Sunt quædā noīa in ſingulari maſculina, in plurali vero neutra: qualia ſunt quæ hic deſcribūtur. Mænalus. i. mænala orum. Verg. in buc. mænalus argutūq́ nemus pinoſq́ loquentes. Idem. i. Georg. Pan ouiū cuſtos: tua ſi tibi mænala curæ, mons eſt Arcadiæ. ¶Iſmarus. i. iſmara. orum. Idem in buc. nec tantum rhodope miratur & iſmarus orphea. Idem. ij. Georg. iuuat iſmara baccho conſerere, atque olea ingentem veſtire taburnum. ¶Gargarus. i. gargara. orum. gargarus autore Macro. v. ſatur. vrbs eſt in imis radicibus idæ ſyluæ poſita. gargara autem ſunt ipſa montis capita Vergi. i. Geor. ipſa ſuas mirantur gargara meſſes. Pangæus mons Thraciæ in ſingulari ponitur a Plinio. Ptholæmeo in plurali pangæa. orum. Vergiľ. iiij. Georg. altaque pangæa. & Lucanus in. i. video pangæa niuoſis cana iugis. Dindymus. i. Ouid. iiij. meta. dindymon & cibelen. teſte Ptolæmeo mons eſt phrygiæ, quem etiam in plurali dindyma appellant. Vergiľ. x. æñ. alma parens idæa Deum: cui dindyma cordi. & Sillius libro. xvij. punicorum: gemino qui dindyma monte. ¶Pangæus. i. mons eſt Thraciæ. vnde pangæus. a. um. Lucanus in. vij. Pangæaq́ ſaxa reſultant. Pangæa. orū. ſiue Pangæum. Idem eſt quod pangæus. i. Autor. Idem in primo, video pangæa niuoſis cana iugis. Vergiľ. iiij Georgic. Altaque pangæa & Rheſi mauortia tellus. ¶Tænarus. i. mons eſt Laconiæ qui etiam in plurali tænara. orum. dicitur. Luca. in. ix. & apertam tænaron vmbris. Tartarus. i. tartara. orum. Vergiľ. vj. ęneid. tum tartarus ipſe bis patet in præceps tantum. Idem in. v. nōne impia namque tartara habēt. ¶Auernus. i. auerna. orum. Idem in. vj. inde vbi venere ad fauces grauecolentis auerni, atque ibidem & auerna ſonantia ſyluis. Pileus. i. pilea. orum. declinatur autem hic pileus in ſingulari teſte Seruio. ij. æneid. qui dicit: tyara phrigius pileus eſt, quamquam Lauren. in Rauđenſem negat genere maſculino reperiri, & apud Feſtum legimus albogalerus capitis pileum eſt, hinc igitur Perſi. dixit. hæc mera libertas hanc nobis pilea donant. & Mart. totis pilea ſarcinis redemi. Intybus. i. intyba. orum. Celſus. libro. ij. radicula intybus ocymum. Virgiľ. i. Georg. & amaris intyba fibris. Baltheus. i. balthea. orum. Vergiľ. xij. æñ. in fœlix humero cum apparuit alto baltheus. Iuue. quoties rumoribus vlciſcuntur balthea. Sibilus. i. ſibila. orum. Virgiľ. in buc. nam neque me tantum venientis ſibilus auſtri. Idem. ij. æñ. ſibila lambebant linguis vibrantibus ora. Seruius tamen in. buc. res (inquit) ipſa ſibilus eſt: ſibila vero participialiter accipitur pro ſibilantia. Supparus. i. ſupara. orum. Luca. in. ij. ſupara nudatos cingunt anguſta lacertos. ¶Cetus. i. cete indeclinabile. Auienus in ara. diſtantem Andromedam prolixo tramite mundi perterret cetus. Plinius. libro. ix. hoc genus ſolum: vt ea quæ cete appellant, animal parit. Vergiľ. immānia cete. ¶Locus. i. loca. orum. Vergi. j. ęñ. loca fæta furentibus auſtris. Idem in eodem: deuenere locos vbi nunc ingentia cernis mœnia. ¶Iocus. i. ioca. orū. Ouid. & cum Iunone remiſſos agitaſſe iocos. Salu. in iugur. ioca ſeriaque cū humillimis agere. ¶Permiſſus. us. permiſſa. orum. vt in digeſtis titulo de acquirendo rerum. d. l. in laqueum. permiſſū (inquit) eius cuius fundus erat. Iuſſus. us, iuſſa, orum. a quo eſt etiam iniuſſus. us. vt Cice. in. v. de repub. neq́ iuſſu eius a quo ille eſt vobis datus. Euentus. us. euenta, euentorum. Ouid. quiſquis ab euentu facta notanda putat. Non tamen dicimus in plurali permiſsibus, iuſsibus, euentibus. ſed permiſsis. iuſsis. euentis, vt Valla oſtendit. Vergiľ. in buco. accipe iuſsis carmina cepta tuis. Cice. in libro. de orato. ex aliorum factis, aut dictis & euentis. Idem ad Lucretium, fabulam rerum euentorumque meorum. Ad cuius ſimilitudinē Ouid. dixit. ij. meta, ſucceſſorumque Mineruæ indoluit, quod vtrumque reperitur, etiam quartæ.



¶Fœminina in neutra. Sunt præterea quædam nomina i ſingulari fœminina & in plurali neutra, vt paſcua. æ. paſcua. orū. vt in pſal. xxij. Hier. interprete. In loco paſcuę, ibi me collocauit. Oui. iiij. meta. Axe ſub heſperio ſunt paſcua ſolis equorum. Carbaſus. aſi. aſa. orū. Vergi. viij. Glauco velabat amictu carbaſus. Luca. in. iij. Fluxa coloratis aſtringūt carbaſa gemmis. ſuppellex. ctilis. ctilia. ctilium, quod Diomedes inter plurali numero carentia numerat. & adhuc re vera non memini me legere. Pergamus pergami. a: orum. ſed quamquam hoc nomen inter heteroclita ponatur a grammaticis: re vera nō eſt. Eſt enim Pergamus ciuitas in Aſia minori: quæ fuit Attali regia: & cuius meminit diuus Ioan. in Apocalip. Pergama vero Phrygiæ vrbs fuit regia Priamide q́ Verg. Namq́ videbat vti bellātes pergama circū. Reperio tamen apud vnum Senecam in troade pergamus pro pergama poſitum. ¶Neutra, in maſculina. Qđ ſunt quędā noīa in ſingulari neutra: & in numero multitudinis maſculina, vt hoc porrum porri, porri. orū. Iuue. Quis tecum ſectile porrū ſutor. a quo etiam in plurali porra neutro genere reperitur. apud Vergiľ in moreto. ait em: Et cicer & capiti nomen debentia porra. Codices tamen vergiliani, quos non dubitarem caſtigatiores eſſe, ſic habēt: hic cicer, & capiti debētes noīa porri. ſic ediuerſo apud Celſum porrus in ſingulari gener: maſculino legimus. Ait enim libro iiij. porrus cum pullo gallinaceo coctus ſit. Raſtrum. i. raſtri. orū. Verg. in bucoli. non raſtros patietur hum9, non vinea falcem. Cælum cæli. cæli cælorū. Cælum, quia vnum tātum eſt, numero multitudinis carere Cæſar in libro de Analo. ad Ciceronem ſcribit, referente Gelľ. lib. xviij. noc. atti. Varro. tamen in plurali vſus eſt in origine linguæ latinæ dicens. Celi dicuntur loca ſupera & ea deorum. Lucre. quoque dixit, quis totidē vertit celos. Argos. i. Argi. orum. Luca. vbi nobile quondam de ſuper argos arāt. Verg. ij. æñ. ſi patrios vnquam remeaſſem victor ad argos. Frenum. i. freni. orum. Cicero de cla. ora. alteri ſe calcaria adhibere: alteri frenos. Verg. tamen. iiij. Georgicorum, dixit. Frena pelectronij lapithæ giroſq́ dedere. Eodem modo dicimus capiſtrum. i. capiſtri. orum. & capiſtra capiſtrorum. filum fili. fili. orū. vel fila. orū. clauſtrū. i. clauſtri. orum. vel clauſtra orum. ¶Neutra in fœminina. Quod reperiuntur quædā nomina in ſingulari neutra: in plurali vero fœminina, vt hoc epulum. i. epulæ. arum, quamquam autore Valla, epulum ſit conuiuium numeroſis ciuibus paratum. Gelľ libro. xi. ſolenni die Ioui epulum libaretur. & Iuue. vnde epulum poſsis centum dare pythagoreis. epulæ vero ſunt etiam ſingulis non modo hominibus, ſed & reliquis animantibus paratę. Vergiľ. iiij. æneidos: Epulaſque draconi quæ dabat. Delicium delicij. deliciæ deliciarum Catullus: paſſer delicium meæ puellæ: atque illum imitatum Martia ſtellæ delicium mei columba. Vergiľ. in boco delicias domini, nec quid ſperaret habebat. Reperiuntur tamen etiam apud Plau. delicia in ſingulari, mea inquit voluptas, mea delicia. Balneum balnei, balneę balnearum. Gel. libro. ix. parum cito balneas ſibi traditas eſſe: & parum lautas fuiſſe. dicuntur etiam balineæ, vt apud Pliñ. libro. xxxiij. ſtratas argento mulierum balineas. Reperitur etiam in plurali balnea ab ea quod eſt balneum. Iuuenalis: Et crudum pauonem in balnea portas. Cepe indeclinabile in ſingulari. Gelľ. libro. xix. cepe (inquit) reuireſcit: & congerminat decedenti luna. Iuuena: porrum & cepe nefas violare & frangere morſu: declinatur etiam cepa cepæ. Vergiľ. in moreto: cepa rubens, ſectique famen domat area porri. ¶Variæ declinationis nomina. Reperitur etiam varietas in declinatione: quoniam quædam nomina reperiuntur alterius declinationis in ſingulari. alterius in plurali. Præterea quædam reperiuntur per duas atque etiam plures declinationes inflexa, & ponit aliqua: cum alia multo plura reperiantur. Dicit igitur in primis: quod iugerum in ſingulari ſecundæ eſt declinationis. Varro. in. i. de re. ruſti. iugerum dictum quod quadratos duos actus habeat. Idem de origine linguæ latinæ: iugerum dictum iunctis duobus actibus quadratis. & Colu. duos actus iugerum efficiunt. Et ibidem. actus duplicatus facit iugerum. In plurali vero eſt tertiæ. Martia. & caſa iugeribus non oneroſa ſuis. & illud Iureconſulti: ex mille iugeribus qui vnum iugerum pro indiuiſo ſolidum habet. Reperimus tamen in ſingulari etiam tertiæ apud Proper. vt multo innumeram iugere paſcat ouem. Econtrario vas vaſis in ſingulari tertiæ eſt declinationis, in plurali ſecundæ, quamquam etiam in ſingulari apud antiquiores reperitur ſecundæ. Cato apud Gelľ. xij. noc. atti. neque vaſum neque veſtimentum vllum eſt in manu precioſum. Penus penoris, vel penus penus. ſpecum ſpeci, vel ſpecus ſpecus. De generis atq́ declinationis varietate in his duobus nominibus (cum de genere nominum terminatorum in. us. diſſerebamus) abūde dictum eſt. Laurus. i. hæc nomina quæ ſequuntur & ſecundæ & quartæ declinationis reperiuntur in vtroque numero: ſed quidam ſunt caſus in alterutro frequentiores. Vergiľ. in bucoli. Et vos o lauri carpam & te proxima myrthe, & ibidem. fragilis incende & bitumine laurus. Pinus. i. vel pinus. us. Vergiľ. in buco. mænalus argutumque nemus, pinoſque loquentes. Idem. in. xi. altos ad ſydera pinus. Quercus querci, vel quercus. us. Cicero in chronographia: ibi quercorum rami ad terrā iacent. Verg. viij. æneidos, arma ſub aduerſa poſuit radiantia quercu. Cornus corni. vel cornus cornus. Serenus: vel corno ex arbore ſertum. Papi. vij. thebai. Cornu depreſſus achiua.

Fœminina in Neutra.

Paſcua. ę. paſcua. orum. Carbaſus i carbaſa orum.
Supellex ſupellectilis, ſupellectilia ſupellectilium.
Pergamus pergami, pergama pergamorum.

Neutra in Maſculina.

Porrum. i. porri. orum Raſtrum i. raſtri. orum.
Cœlum cœli. cœli. orum Argos i argi orum.
Frenum freni: freni vel frena, orum. Capiſtrū. i. capiſtri vel capiſtra, capiſtrorum.

Neutra in Fœminina.

Epulum. i. epulæ. arum. Delicium. ij. deliciæ. arū.
Balneum i. balneæ. arum, Cepe indeclinabile, cepæ. arum.

Variæ declinationis nomina,

Iugerum. i iugera iugerum. Vas vaſis, vaſa vaſorū Penus penoris. Penus penus. Specū. i, ſpecus. us. Laurus lauri laurus laurus. Pinus. i. pinus. us. Quercus. i quercus. us. Cornus. i cornus. us.

¶Ficus.i.vel fic9,de hoc multa in gñe diximꝰ.Lacus.i.vel lac9.Seneca.iiij.natura. quæſtionũ:cõtinuatis aquis in faciẽ laci,ac turbidi maris.Colus.i.vel col9.Verg.viij.æñ.Cui tolerare colo vitã tenuiq; miner ua.Papiñ.vi.thebaid.extra iam colũ ſ la datur ordo.domus.i. vel domus.de varietate declinationis & quos ex vtraq; caſus habet.lib. diximus.Neq; ab re fuerit hoc loco dicere qđ Sueto.tranquill9 animad uertit in ep̃lis Auguſti Cæſaris:ſemp in genitiuo ſingulari domos & nunquã domus ſcriptũ : quod eſt cõſentaneum epitaphio antiquitatum multarũ pleno:quod anno ſuperiori Romæ eruderatũ eſt : cuius etiam mihi copiam fecit amicus harũ rerũ curioſus indagator. ſcriptio autẽ fuit huiõi.

C. MAN. C. MAN. F. INFERNO PLOTONI TRICORPORI OXO RI CARISSIMAE PROSERPI NAE TRICIPITIQVE CERBE RO MVNVS MECVM FE RENS DAMNATAM DEDO ANIMAM VIVAM, QVAE HOC ME CONDO MONIMEN TO. NE OBRVTIS DOMOS LAPSV FILIIS SEX. QVOS P.SCIPIO PATRIIS CAMERTI BVS A SALE EX LYBIA INCO LVMES RESTITVERAT INDE SOLATA ORBITATE SVPER SIM MISERA. VIXI. ANN. LVI. M. I. D.V. HORAS SCIT NEMO. VALE VITA.

Ficus.i.ficus.us.Colus.i colus.us.Domus.i domus, us.Acus.i.acus.Arcus arci,arcus arcus.Faſti faſto-rum,faſtus faſtuum.

Maſculina plurali carentia.

| | |
|---|---|
| Sanguis ſanguinis. | Arena.æ. Bilis bilis. |
| Limus limi.Fum9 fumi. | Cholera.ræ, Culpa.æ. |
| Fim9 fimi,Muſc9 muſci, | Caries cariei |
| Mundus mundi. | Diligentia diligentiæ. |
| Pontus ponti. | Dementia dementiæ. |
| Nemo neminis,Sol ſolis | Dies diei pro tempore. |
| Veſp eris,Carcer.eris. | Eloquentia eloquentiæ. |
| Fœminina p̃ſali carẽtia. | Fames famis, Fides fidei. |
| | Fuga fugæ, Fama famæ. |
| Auaritia auaritiæ. | Gaza gazę.Hum9 humi |
| Amentia amentię. | Infamia infamiæ. |

Quod eſt. Caia Mãlia. Caij Manlij filia inferno Plotoni tricorpori,Oxori chariſsimæ Proſerpinæ tricipitiq; cerbero munus mecum ferens damnatam dedo animam viuam:quæ hoc me condo monimẽto: ne obrutis domos lapſu filijs ſex : quos.P.ſcipio.patrijs camertibus a Sale ex libya incolumes reſtituerat:inde ſolata orbitate ſuperſim miſera, vixi annos quinquaginta ſex,menſem vnũ. dies quinq;, horã ſcit nemo,vale vita. Acus.i.vel acus.Mart.& ſatius tenuẽ ducere credis acos. Iuue.emerita q̃ ceſſat acu.Arcus.i.vel arcus.Cice.in.iij de natu.deorũ: Cur arci ſpecies in deorum numero præponatur. Enni9 apud Priſci.arcus vbi aſpiciunt mortalibus quę perhibentur. Faſti.orum.faſtus.um.vtrumq; in plurali tantũ pro libro in quo continentur annales, atq; faſti & profeſti dies,vnde Ouid.opus illud ſuũ faſtorum inſcripſit.Luca.in.x.per quartã protulit dicẽs:nec meus Eudoxi vincetur faſtibus annus. quod errore ſcripſiſſe Luca.teſtatur Ser.in.iij.lib.ẽñ.Vergilianæ.Ceterũ ipſe fallitur:cum Hora quoq;.in.iiij. car.dixerit memores gens omne faſtus. Varro præterea in Ephemeridæ. Cauſa Iulij Cęſaris qui faſtos porrexit:mẽſis Iulius appellatus eſt.faſtus in ſingulari ſuperbiã & arrogantiã ſignificat. ¶De plurali carẽtibus & primo de maſculinis. Sãguis.inis.cuius pluralis eſt abuſus frequẽter in ſacris literis , vt in pſal.Libera me de ſanguinibus.& alio loco:virũ ſanguinũ & doloſum abominabitur dñs.Limus.i.fumus.i.quo in numero multitudinis vſus eſt in cõmẽ.Cæſar pro ſignis illis,quæ inter hoſtes p diẽ fumi ſolẽt fieri:quẽadmodũ per noctẽ ignibus.Mar.quoq; in alia ſignificatiõe dixit: vendere nec vanos circũ palatiã fumos.Fimus.i.mũdus.i.qa cũ,nõ ſit niſi vnus mũdus:merito caret numero plurali : ſicut ſupra de cælo diximus:ſed figurate dixit Pli.in.ij.natu.hiſto.alios innumerabiles tradidiſſe mũdos. Põtus.i. nemo.inis.Sol.is.Veſper.is.qđ de cælo & mũdo diximus:idẽ de Sole & luna & veſpere & phoſphoro cæterisq; ſtellarũ planetarũq; noĩbus dicẽdũ eſt:qđ quia ſingulares ſunt, numero multitudinis carẽt, ſed figurate pñt habere. Verg.i.æñ.quid tm̃ oceano pperẽt ſe tingere ſoles hiberni. & qđ legim9 tris ſoles Romæ ſimul ortos paulatim in eũdẽ coijſſe orbẽ,& Pli.li.ij.totidẽ tñ ſoles:totidẽq; lunas, & Claudia.in eutropiũ,binaſq; polo cõcurrere lunas: & geminos ſoles mirari deſinat orbis. Addit quoq; ſuperiorib9 Phocas,genius.ij.cũ Pli.li.ij.dixerit:totidẽ faciat iunones genioſq; adoptãdo ſibi. Alij addũt veſpere.is, & heſperus heſperi,q̃ p ſtella ſiue dici parte carẽt plurali,nã veſperi veſperorũ:qđ iſti dicũt, qua ratione poſſet dici,ego nõ video,ſed neq; veſpere veſperarũ:cũ poti9 dicere debeam9 illos pſalmos veſpertinos: quia veſperi canũtur,has horas veſpertinas,quia eo tpe agitur aut agi debeat res diuina,quo veſper propter ſolis occaſum incipit apparere Nam multa huiõi quia in cõpẽdiũ ſcripta ſunt,perperã leguntur:vt qđ in re diuina canitur:dũ pp̃ls aut ſacerdos in perſona pp̃li corpus Chriſti Ieſu deguſtat:qđ cõicare a noſtris dicit:& p eo qđ imperiti legũt poſt cõicãdã:debet legi poſt cõionẽ,hoc eſt oratio illa quã ſacerdos in pſona pp̃li atq; ſua recitat,eodẽ mõ dicũt preſa,p eo qđ eſſe debet pſa,nã diſtinguit a veriu,& capitula p capitulũ,& alia cõplura de quib9 alias.Carcer.eris.p loco vbi detinẽtur in cõpedib9 noxij: numero multitudinis caret,nã carceres in plurali,vt paulo poſt dicemus,aliud ſignificat. ¶Fœminina plurali ca.Phocas et Diome.pauca huius ordinis noĩa ponũt,q̃ alij multo plura.reperiũtur plerũq; in numero multorũ,vt vita pro anima. Verg.v.æñ.Tenues ſine corpore vitas.& p viuẽdi mõ Laert. ſcripſit vitas philoſophorum.Hiero.vitas patrũ.Glorias quoq; in plurali dixit Gell'.lib.i.has(inquit)ille glorias cum iactaret.Plau.in trinũmo. Haſcine in me propter res maledicas famas ferũt. Et eodem modo de reliquis,quæ ſequuntur:quæ etſi raro inueniãtur in numero multitudinis:aliquãdo tamẽ autores illis vſi ſunt,vt Luca.lib.vij.Eoaſq; premunt tentoria gazas.& Sene.in Hercule fure.iti.gazis inhians:& eſt congeſto pauper in auro. Arenas quoq; etſi Cæſar in libr.de analogia ad Cicero.dicat vitioſe dici in numero multitudinis.Lucanus tamen lib.x. dixit : & diras calcauit Cæſar arenas. Mortes quoque in plurali dixit Opius ſiue Hirtius in cõmentario Hiſpanienſi: mortibus inquit mortes exaggerabant. Lucanus in.vij.morteſq; ſuorũ permiſcere meis.Idẽ quoque in eodẽ.Inde cadũt mortes.Apul.viij. Meta.ad extremas con



mas cõfecerant mortes. Auguſt.li.iij.de ciuitate:ne minus haberet mortiũ Roma,quæ vicerat. & iterũ infra.Sene.ii.natural.queſt.Ergo tu in tantis erroribus es: vt exiſtimes deos mortium ſigna præmittere? Pax etiam,& ſi Diomedes & Phocas ſcribant plurali carere, Hora.tamen.i. epiſto.dixit:bellaque & paces longum diffundit in æuum.& Plautus in perſa etiã paces dixit. Sic & philoſophi dicunt tres eſſe labes rerum publicarum:cum grammatici dicant,labem carere numero plurali. ¶Neutra plurali carentia. Diomedes tantũ ponit hæc pauca inter ea quæ numerum pluralem nõ habent. Vir9 viri.pus.ris.barathrum barathri. allium allij.crocum.i.ingenium ingenij, halec halecis, iuſtitium. ſinapi: ſed allium & ingenium in frequenti vſu habent pluralem. Crocum & ſinapi ad res,quę menſurantur,pertinẽt. Halec pro ſalſamento caret plurali ſicut & garum.Halex quoq; pro eo quod halec etiam plurali caret,nam pro piſce numerum multitudinis habet. Phocas addit cœnum.i.fœnũ. i.lutum.i.viſcum.i.ęuum.i.vulgus.i.pelag9. i.penus.oris.ſiue penus.i.vel penus.us. Solũ quoque ſoli plerique his annumerant, cum Verg.i.Georg.dixerit : ne ſaturare fimo pingui pudeat ſola.Sic Apule.in.iij.metamor:in aſini(inquit) faciẽ ſœna rodebamus. ¶Plurali præterea carẽt nomina propria Deorũ. vt Iupiter.Mars. Vulcan9. Hominũ vt Priamus,Hector. Achilles. Mõtiũ , vt Apenin9, pyreneus,Syluarũ,vt Ida, Hercinia, Fluuiorum,vt Anas,tagus, Inſularũ : vt Sardinia, Sicilia,Vrbium vt Corduba,Hiſpalis , cæterarũq; rerum,vt Canum, Equorum , Boum Caprarum.vt apud Ouid.Iclaps apud Vergil' rhebus.Inueniuntur tamen quædã propria ex his pluraliter declinata & tunc carẽt numero ſingulari. vt gades.ium.baleares.iũ athenæ.arum. celenæ.arum. cythera. orum. Aliquãdo etiam ſub diuerſis generibus inueniuntur declinata in vtroque numero,vt ſupra diximus mænalus.i.mænala. orum. tænarus.ari.tænara.orum. Aliquando etiã ſub eodem genere.vt mycene.es.mycenæ.arum. Vergil'.v.æñ. Argolico ve mari deprehẽſus & vrbe mycene.Idem.in.ij.& nunc quod patrias vento petiere mycenas.Sed cum dicimus Scipiones,Fabios, Metellos,Camillos, Curios,Scauros, iam deſinunt eſſe propria, & incipiũt eſſe appellatiua.nam cum ſit nomen proprium,quod de vno dicitur:appellatiuum,quod de pluribus:cum dico ſcipiones intelligo plures ex ea familia: vt Cneium. & Publium ſcipiones. Ergo Scipio tunc appellatiuum eſt, cum de omnibus illis dicatur. ſic Iuue dixit:qui curios ſimulant.& fictos contemnunt ſcauros. & Luca. ad ſyllas marioſque redis. ¶Nomina elementorum carent etiam numero multitudinis. vt aer aeris. ignis ignis. dicimus tñ in plurali ignes. ium.pro particulis ipſius elementi.vt apud Vergil'.crebris micat ignibus æther.& alio loco:aut ignibus ægra dedere.

| | |
|---|---|
| Inſania inſanię. | ¶ Neutra plurali carẽtia. |
| Iuuenta iuuentæ. | Ador indeclina. |
| Indoles indolis. | Aeuum æui. |
| Lues luis. | Barathrum barathri. |
| Labes labis. | Cænum cæni. |
| Mors mortis. | Fœnum fœni. |
| Negligentia.æ. | Fas & nephas indeclinabilia. |
| Parſimonia.æ. | |
| Pax pacis.Proles plis. | Halec halecis. |
| Paupertas paupertatis. | Iuſtitium iuſtitij. |
| Pix picis. | Inſtar inſtaris. |
| Pernicies perniciei, | Lœthum lœthi. |
| Rabies rabiei. | Luthum luthi. |
| Senecta ſenectæ. | Neceſſum & neceſſe. |
| Stultitia ſtultitiæ, | Nihil nihilum, nil. |
| Salus ſalutis. | Pelagus pelagi Pus puris. |
| Strues ſtruis. | Salum ſali. Senium ſenij. |
| Tuſſis tuſſis, | Solũ ſolij. Vulgus vulgi. |
| Tabes tabis. | Viſcum viſci. Ver veris. |

Plurali præterea numero carent propria nomina deorum,hominum,montium,ſyluarum,fluuiorum,inſularum,vrbium,ceterarumq; rerum, niſi quæ pluraliter declinantur. Dicimus tamẽ ſcipiones,fabios, metellos & eiuſmodi propria virorum nomina in numero plurali: ſed tunc appellatiua potius,quam propria dicenda ſunt.

Carent quoq; numero multitudinis nomina elementorum:vt aer, ignis, aqua,terra , æther. Et nomina metallorum vt aurum,argentum, plũbum,ſtannum , orichalcum. Et nomina ſignificantia res liquidas & aridas, quæ in pondus & menſuram referuntur,vt triticum, tipha, cicer, panicum,acetum,ſapa,defrutum, paſſum. Quę tamen nonnunquã pluraliter efferuntur:maxime cum illarum rerum genera ſignificare volumus.

Et nomina metallorum,vt aurum.argentum.plumbum.neque enim dicimus in plurali aura.argenta.plumba. Dicimus tamen æra in tribus caſibus pro rebus ex illa materia fabricatis,vt paulo poſt dicturi ſumus. Et nomina ſignificantia res aridas & liquidas:quæ in pondus & menſuram referuntur.vt triticum.cicer.piper.crocum.Neq;.n.dicimus tritica.cicera pipera.croca.Dicimus tamen ordea.vt Vergil'.in buc.grandia ſæpe quibus mandauimus ordea ſulcis.pro granis ordei.ſic etiam dicimus fabas.lupinos & piſa pro granis illorum leguminum. & Iuue. ſpiranteſque crocos , & in vrna perpetuum ver.pro flores. Vinum quoque & muſtum.ſapa.defrutum. paſſum.lac.ſerum. amomũ & alia huiuſmodi liquida numero plurali carent plerumq;.Dicimus tamen in plurali. vina.muſta. defruta.mella.balſama.cinnama.cum partes aut genera illarum rerum ſignificamus.Vergil'. in buco. vina nouum fundam calatis ariuſia nectar. Idem.iiij.Georg.Aut igni pinguia multo defruta. Idem.i.æneidos redolentque thymo fragrantia mella. Iuuena.ſpirãs opobalſama collo,quæ tibi.& Mart.cinnama quod redolent. Hæc Ser.in.ij. Geor.dicit in plurali tantum habere tres caſus. nam Ouid. nimis licenter in plurali muſtis dixit ab eo quod eſt muſtum.Itaque in huiuſmodi nominibus multo minus ſignificat plus

ralis numerus,quam ſingularis:nam cum dixi terram, totum elementum intelligo: cum vero terras,particulas quaſdam aut terræ genera. Vergil'.ij.Georg. Difficiles primum terræ colleſq; maligni. Multo ergo minus dixiſti,cum dicis habeo duas aut tres terras:quam cum dicis habeo terram. Eodem quoque modo aera dicimus.vt Martia.aera ſed a cunctis vlteriora petis.Cato quoq; vt( inquit ) Feſtus ſcrib9 dixit. ¶ De maſculinis ſingulari carentibus.primo ponit maſculina. vt plurali nominatiuo antes antium pro vitium ordine. Vergil'.ij.Georgi. Iam canit extremos effœtus vinitor antes. Artus artuum.nam quod Vergil'.iij.Georgico dixit micat auribus & tremit artus. artus accuſatiuus pluralis eſt figurate iunctus cum verbo tremit. vnde Seruius exponit artus pro artubus.Cancelli cancellorū , pro lignis tranſuerſis feneſtrarum vel ſeptorum. Cicero. v. in Verren.circundati cancelli videntur in ſua prouincia.Cani canorum, pro capillis canis. nam de vno capillo cano recte diceretur, hic capillus canus eſt. Carceres carcerum pro repagulis equorum. Vergil'.primo Georgico. vt cum carceribus ſeſe effudere quadrigæ. Idem tamen.v.æneidos in ſingulari carcere pro carceribus poſuit dicens: ruuntq; effuſi carcere currus. quod & Seruius adnotauit dicens:carcerem vſurpauit,nam carcer in ſingulari eſt cuſtodia noxiorū.carceres in plurali oſtia quibus equi arcentur. Caſſes caſſium.Ouidius de arte: decidit in caſſes præda petita meos.Seneca tamen in agamemnone in ſingulari poſuit dicens. At ille vt altis hiſpidus ſyluis aper cum caſſe vinctus.Codicilli codicillorum.Pro teſtamento illo ſecūdario:nam pro paruo codice vel libro ſingulariter dici poteſt codicillus. vnde Cato.de re ruſt.in tabulato( inquit ) condito codicillos oleaginos. Cælites cælitum. Et ſi cōmune duorum generum eſſe poteſt : ab autoribus tamen inter maſculina ſingulari carentia ponitur. Faſti faſtorum, vel faſtus faſtuum ſecundæ & quartæ declinationis pro eo quod eſt liber annalium,vt paulo ante diximus,ſingularem numerum non habet. Fori fororum. Pro parte illa nauis per quam a prora in puppim diſcurritur. Vergil'.vi.æneidos: deturbat laxatque foros. Ennius tū ſingulari vſus eſt dicens:multa foro ponēs,ageaque longa repleſt. Furfures furfurū. Pro puſtulis,qui ex capite reſoluunt:nā pro farinæ purgamēto ſingulari numero dixit Serenus: additur excuſſus niuea ſimilagine furfur. Inferi inferorum. Pro dijs infernis.Liuius Androni. in odyſſea in ſingulari dixit : inferus aut ſuperus tibi fert Deus funera vlyſſes. Loculi loculorum. pro nummorum receptaculo. vnde Martialis in diſti. cuius tema eſt loculi.locellus in ſingulari protulit dicens : ipſe locellus erit. Liberi liberorum. Pro filijs & nepotibus poſteriſque vſque adeo ſingularem numerum reformidat : vt de vno tantum liberos dicamus in plurali. Lemures lemurum. Pro phantaſmatis nocturnis. Horatius in epiſto. nocturnos lemures incendia magas. Manes manium. Pro dijs manibus,quamquam Apuleius in libro de Deo Socratis ſingulariter protulit lemurem & manem: Hunc ( inquit ) vetere latina lingua inuenio lemurem dictitatum.& paulopoſt:vtrum lar ſit an larua nomine Deum manem vocant. Maiores maiorum. pro ijs qui nos præceſſerunt: ſicut Minores pro illis qui nos ſequuntur. vtrumque numero ſingulari caret : quia de pluribus ſemper illo modo loquimur. Natales natalium,pro generis nobilitate,vt putauit Diomedes:vel potius vt Valla pro conditione naſcendi: nam in ſingulari diem natalitium ſignificat. Optimates optimatum, dicuntur principes ciuitatis, ſi boni ſunt ciues in republica. Penates penatium, pro dijs priuatis cuiuſque domus aut ciuitatis aut gentis. Poſteri poſterorum, pro nepotibus, & ijs qui nos ſequentur. alias poſterus poſtera poſterum , integrum eſt pro re ſequenti. Primores primorum , pro principibus ciuitatis. Horatius primores populi diripuit populumque tributim. Silius tamen libro vndecimo punicorum ſingulariter dixit:excilſum primori in parte Saguntum. Proceres procerum , pro principibus ciuitatis. Iuuenalis tamen in ſingulari dixit: agnoſco procerem,ſalue Getulice. Pugillares pugillarium, pro tabellis ſcriptorijs:quæ quia plures ſunt merito pluraliter declinantur : alioqui hic hæc pugillaris declinatur,pro re quę pugillo continetur.aut pugilli magnitudinem æquat. Quirites quiritum, pro Romanis a quirino,hoc eſt, Romulo dicti. a poetis tamen in ſingulari dicitur in obliquis maxime. vt apud Horatium prima epiſtola : & amici dona quiritis. & apud Perſium. heu ſteriles veri, quibus vna quiritem vertigo facit. Sales ſalium, pro facetijs. Lucanus in ſecundo non ſoliti luſere ſales. & Iuuenalis: & ſalibus vehemens intra pomœria natis. in hac quoque ſignificatione dixit Terentius in eunucho : qui habet ſalē quod in te eſt. Superi ſuperorum , pro dijs ſuperis: ſicut dicimus inferi inferorum , pro inferis dijs. alioqui ſuperus ſupera ſuperum declinatur. Vepres veprium , autores in numero plurali tantum reperiri dixerunt. Ouidius tamen ſingulari vſus eſt ablatiuo, & quod plus eſt, Columel. libro duodecimo dixit: manifeſtum eſt hunc veprem interiri non poſſe.

lunsus: vt cum dixi vinum ſimpliciter, omne vinum ſignificaui; cum vero dixi vina in plurali, multas vini diuerſitates puta Falernū, Albanum, Fundanum ſignaui.

| ¶ Maſculina ſingulari carentia. | Liberi liberorum, |
|---|---|
| Antes antium, | Lemures lemurum, |
| Artus artuum. | Manes manium, |
| Cancelli cancellorum. | Maiores maiorum. |
| Cani canorum, | Minores minorum, |
| Carceres carcerum, | Natales natalium. |
| Caſſes caſſium, | Optimates optimatum. |
| Codicilli codicillorum. | Penates penatium, |
| Cælites cælitum. | Poſteri poſterorum, |
| Faſti faſtorum , vel faſtus faſtuum, | Primores primorum, |
| Fori fororum, | Proceres procerum, |
| Furfures furfurum | Pugillares pugillarium, |
| Inferi inferorum, | Quirites quiritum, |
| Loculi loculorum. | Sales ſalium. |
| | Superi ſuperorum. |
| | Vepres veprium, |



¶ Fœminina ſigulari numero carentia.argutiæ.arū. Phocas in hoc ordine poſuit. Apul.tñ in.i. meta.argutia,inquit,nilotici calami in ſcriptū.& ab eo diminutiuū fecit. Gel'.argutiola quippe hęc( inqt) friuola & inanis eſt. Antiæ.arū. Apule.in.i.met.crines,inquit,Appollinis præmulſis antijs. Aedes.iū.pro priuata domo,nā in ſingulari templū ſignificat.vñ ſemper additur cuius Dei eſt,aut cōſecratio:vt ædes caſtoris ædes ſacra. Antēnæ.arū,quāquā Hiero.in ep'la ad Heliodorū dixit:& antēna crucis figatur in fronte.

| ¶ Fœmin.ſing,carētia. | Inferiæ inferiarum, |
|---|---|
| Argutiæ,argutiarum. | Inimicitiæ inimicitiarū. |
| Antiæ,antiarum, | Illecebræ.illecebrarum, |
| Antēnæ antennarum, | Induciæ, induciarum, |
| Aedes,diū. Bigę.arū, | Inſidiæ,arū. Idus iduum. |
| Calendæ,calendarum, | Lactes,ium, Letebrę.arū, |
| Cerimoniæ.arum, | Literę,arum, Minę.arū. |
| Copię.arū.Cunę.arum. | Manubię, manubiarum. |
| Diuitię,diuitiarum, | Nares, nariū. Nenię. arū, |
| Dirę.arū.Excubię,arū. | Nonę. arū, Nugę. arum, |
| Exuuię,exuuiarum. | Nundinę,nundinarum, |
| Exequię,exequiarum. | Nuptię,nuptiarum. |
| Ferię.arū,Facetię.arum, | Opes , opum, Paleę. arū, |
| Fortunę,fortunarum. | Plagę,plagarum. |
| Genæ genarum. | Pręſtigię,pręſtigiarum, |
| Gingiuę,gingiuarum, | Primitię , primitiarum. |

Bigæ.arū , quadrigæ.arū. addit etiā Phocas trigæ.arū. Pli.tñ.lib. xxxv. biga dixit in ſingulari: Euclides, inquit , pinxit bigā Regis cū victoria.& Papi.xij.the. tenuauerat aera biga. Quadrigas quoq; & ſi Cæſar in li. de analo.ad Ciceronē,referēte Gellio,dicat ſemper numero pluratiuo dicēdas eſſe, Pli.tñ li. xxxiiij.quadriga,inquit,regitur ab alcibiade. Et in eodē diminutiuū protulit dicēs:leua tribus digitis quadrigulā tenuit.& in li. digeſt. de legatis tertio.l.peculiū:quadrigæ legatum equo poſtea mortuo.Gel'.li.xxviij. quod vnū rariſſimū videbatur: inuenimus quadrigā numero ſingulari dictā in.lib.ſatyrarū Varronis,qui inſcriptus eſt Demetri9. Copiæ.arū. ꝓ exercitu teſte Valla nūero ſingulari caret:nā qđ Virg.dixit in.ij.æñ. reſpicio,& quæ ſit me circū copia luſtro. ibi etiā Serui. notat quaſi autoritate ſua fretus de exercitu copiā in ſingulari dixit,cum copias de exercitu nūero plurali dicam9 : vt Saluſt. memorare poſſum quibus in locis maximas hoſtiū copias pp'lus Rom. parua manu fuderit.ſed Verg.excuſare poteſt metri neceſsitas,quoniā copiæ.arū.in plurali carmē heroicū nō recipit.Cunæ.arum. Phocas & Diome.in hoc ordine poſuerunt. ¶ Cerimoniæ.arum.Diome.etiā poſuit. Cicero tñ in.ij.de legibus: magnā inquit religionem cerimoniamq; declarat. quāquā Frōto apud Gell'.li.xviij. dicat ſcriptores veteres nunquā cerimoniam ſingulari numero appellaſſe. Diuitiæ.arum.delitiæ.arum.a Phoca & Diome. inter ſuperiora numerant. ſed.quēadmodū ſupra diximus,delitiæ & delitia & delitiū in ſingulari habuit. Diræ.arum. Furiæ.arū. & Eumenides ſemper in numero plurali reperiūtur,quia triplices ſunt quemadmodū & gratiæ : niſi de vna illarum loquaris. Verg. in.iiij.æñ. vltriceſq; ſedēt in limine diræ. & ibidē: heu ferijs incēſa feror. atq; etiā ibidē. Eumenidū veluti demēs videt agmina pētheus. Excubiæ.arum. exuuiæ.arū exequiæ.arum.a Phoca & Diome.& Frōtone in hoc numero ponunt.verg. in.iiij.æñ.excubias diuū æternas.& in eodē: dulces exuuię dum facta deuſq; ſinebāt.& in.vij.at pius exequijs Aeneas rite ſolutis. Ambro.in Euang. Lucæ cap.xij.non enim ſolicitā duas curæ numerantis intēdit excubiam.in ſingulari dicit. Feriæ.arum.a Phoca & Diome.& Gellio nunquā niſi in pluratiuo numero efferri dicuntur. noſtri tamen aliter accipiunt. cum dicunt , feria ſecunda : feria tertia , & feria quarta. Facetiæ. arum. Phocas inter hæc numerat. Diom.fores.ium. Hora. tñ in.i.ſer.dixit:excluſus fore cum Longarenus foret intus. Fortunæ.arum. pro diuitijs ac fortuna proſpera. vt apud Teren. in Andria. laudare oēs fortunas meas. in ſingulari media eſt,& ad bonā & ad malam. Genæ.arum. Phocas inter hæc poſuit. Diomedes vero Gingiuæ.ārum. poſſis tamen ſi opus fuerit dicere hic habet genam dextram eminentiorē ſiniſtra.& Iuue. dixit: frangēdus miſero gingiua panis inermi.atque eius diminutiuo Apuleius pro magia eſt vſus:cōplanatorem (inquit) tumidę gingiuulæ. Quod vero Cęſar in libris de analogia,atq; Diomedes & Phocas dicūt inimicitias in plurali tantum: declinari .ego nō video . cur nō eadē rōne dicam9 inimicitiā , qua inſcitiam, impotentiā,iniuriā. vt Cice. tuſc. iiij. dixit:inimicitia eſt ira vlciſcendi tēpus obſeruans. atq; ibidē ſæpe ſingulari vtitur numero. Illecebræ. arum.ab omnibus grāmaticis fere ponūtur in hoc ordine. Cicer.tñ in.i.de legibus dixit : quæ & ſi eſt illecebra turpitudinis. & Gell'.li.ij.cum audiendi quadā illecebra induit. Plau. in aſinaria: illecebra exijt tandē. Induciæ.arum. inſidiæ arum. Idus, iduum quēadmodum & Calendæ.arum. & nonæ.arum,ſemper pluratiua reperiuntur. Latebræ.arum. Phocas ſuperioribus annumerat. Cicero tamen in epiſtola ad Appium:ne in tabellæ quidem latebra abſconditam maleuolētiā. & Gell'.lib.xi.dixit:impunitatē ex ea latebra ſperarent. Lactes.ium. pro inteſtinis hominum atq; ouiū per quas labitur cibus. vt ſupra ex Plinij verbis annotatum eſt,cum de hoc nomine lac diſſerebamus. Literæ.arum.pro epiſtola,vt dicit Diomedes,numero tantum plurali vtimur: excuſantur tamen poetæ carminis neceſſitate. vt Ouid.in epiſtola briſeidis: quam legis a rapta briſeide litera venit. vnde fit , vt quia heroicum atque elegum carmen, literæ.arum. in plurali non recipit: frequentius vtamur eius diminutiuo literulæ.arum. Minæ.arum.manubiæ.arum.ſemper pluratiuo reperiuntur. quemadmodum.& nundinæ nundinarum , & nugæ nugarum , & nuptiæ nuptiarum. Nam nænię. arum.& nares narium, etiam in ſingulari declinantur aliquando. Hora.i.epiſtola:an puerorum nænia,quæ regnum recte faciētibus offert.& in odis:dicetur merita nox quoq; nænia. Ouidius.v. meta. acta retro naris, medioq; eſt fixa palato. Opes opum.pro diuitijs.nam in ſingulari opis.opem. ab ope, vt infra dicetur,auxilium ſignificat. Palæ palearum , quod & ſi a grammaticis inter nomina pluratiua ponitur , Vergilius tamen in ſingulari eo vtitur in primo Georg.pinguis paleæ terit area culmos,att.vbi Seruius notat paleam dictam eſſe ſingulari numero contra artem : quia,vt dicit, quæ ex pluribus conſtant ,numeri ſunt tantum pluralis. vt cancelli.bigæ , ſcopæ. Præſtigię,præſtigiarum. phaleræ.arum. Plagæ,plagarum.pro reti. Primitiæ, primitiarum. Huius eſſe ordinis , Diome. & Phocas teſtantur. Nam quod Ouidius.xij. metamor.dicit:primitium torrem, ab eo eſt quod primitius primitia primitium. Adiectiuum ſubſtantiue tamen acceptum pro re primitia primitiæ primitiarum declinatur.

Quiſquiliæ arum,
Quadrigę,arum.
Reliquiæ,reliquiarum.
Scalæ,arū.Sentes ium.
Sortes,ium Sordes,ium.
Scopæ,ſcoparum.
Suppetiæ,ſuppetiarū.
Tenebre tenebrarum.
Thermæ thermarum.
Tricæ arū. Valuæ arū.
¶ Neutra ſingulari carentia.
Arma,orū.Caſtra.orū.
Crepūdia,crepundiorū.
Cunabula,cunabulorū.
Cibaria.orū.Exta orū.
Incunabula.orum.
Iuga.orum.Iuſta,orum.
Ilia,ilium. Luſtra.orū.
Magalia.iū.Mapalia.iū.
Mœnia,mœnium.
Præcordia,pręcordiorū.
Serta.orū.Spolia.orum.
Sponſalia,ſponſaliorum.
Tripudia,tripudiorum.
Teſqua indeclinabile.
Tempe indeclinabile.
Tot indeclinabile.
Quot indeclinabile.
Pondo indeclinabile.
Feſtorū quoq; nomina,vt,
Saturnalia,ſaturnaliorū.
Bacchanalia.orum.
Vulcanalia.orum.
Neptunalia.orum.
Lupercalia orum.
Quinquatria.orum.
Agonalia,agonaliorum.
Vinalia,vinaliorum.
Dyoniſia,dyoniſiorum.
Et ſimilia; quæ omnia fere & in,ium.

Quiſquiliæ.arum.pro purgamento atque re parui aut nullius pretij: & quæ proijcienda eſt quaſi inutilis. Apule.i.meta.at has quiſquilias quāci paraſiti de piſcibus minimi pretij dixit.quiſquiliam vero pro arbuſcula ſiue frutice:quæ coccum procreat,dixit.Pli.lib.xvi. Omnes (inquit) has dotes illex ſolo pro uocat cocco:granum hoc primoq; ceu ſpecies frutices paruos aquifoliæ ilicis, quiſquiliam vocant. Reliquiæ.arum.ſuperioribus a Phoca additur. Apul.tamen pro magia dixit: côuerrit orem pridianæ reliquię:ne qua viſatur tetra labes ſordiū. ſed poteſt excuſari quia eſt carmen.nam in proſa oratione vix dici poſſet. Sortes. ium. pro oraculo atque deorum reſponſo a Diomede & Phoca inter hæc nomina ponitur: in ea tamen ſignificatione etiam ſingulariter dictū eſt illud ex actibus apoſtolorū : cecidit ſors ſuper Matthiam.i. ſpiritusſancti oraculum, quo apoſtolus eſt declaratus:neque enim de tanta re viri ſanctiſsimi ſortirentur:ſed potius expectare debuerant, quæ in ea re diuina erat voluntas. Sordes. ium. pro auaritia & immunditia.Scopæ.arum.& ſcalę.arum. a Cęſare,Gellio,Phoca,Diomede & Seruio, inter pluraliter declinata numerantur. Hieronymus altero vſus eſt in ſingulari in Iſaia.altero in libr. Geñ. Iureconſultus in dige.titulo de furtis.l. Si prius armarium (inquit) vel ſcalam.Suppetiæ.arum. imo vero ſuppetias tātum in accuſatiuo plurali cum his verbis fero & mitto.vt Valla putat. Cæſar etiā in comen.cum venio venis iunxit dicens: auxilia magna equitatus oppidanis ſuppetias venire.Sentes.ium.tenebræ.arum.thermæ.arum. Tricæ. arum. Valuæ. arum. nunquam niſi in multitudinis numero reperiuntur. ¶ Neutra ſingulari carentia, Arma.orum. Quod ideo Priſcia.numero ſingulari carere putat, quod varias res hoc nomē ſignificat: quarū ſingula habent ſua nomina,vt ſcutum.galea. tibiale.Caſtra.orum.pro exercitu,aut exercitus ſtatiuis:quod etiam de ſimilibus eſt dicendum:vt æſtiua.orum.ſtatiua.orum.Caſtrum in ſingulari idem eſt quod caſtellum,vt apud Verg.in.vi. caſtrum inui bolamque coramque.Crepundia. orum. cibaria.orum. quorum prius inter huius ordinis nomina poſuerunt Diomedes & phocas: poſterius Diomedes tantum,quemadmodum & exta extorum Phocas ſolus.Cunabula.orum.incunabula.orum.ſemper pluralia reperiuntur,& ilia ilium : nam quod Seruius dicit,hoc ile ilis in ſingulari declinari,non magis reperitur in vſu,quā quod Marylus mimmographus eodem Seruio referente ad fabulam alludens dixit : tu vt Hector ab Ilio nunquam diſcedis.Iuga. orum.pro montium ſummitate.Vergil.tamen libr.vi.hoc ſuperate iugum,dixit. Iuſta.orum.pro exequijs numero ſingulari caret.Flaccus in.v.argonauticæ.tum comiti pia iuſta tulit.Saluſt.in iugur.poſt quam illi more regio iuſta magnifice fecerant. Luſtra. orum. pro ferarum atque meretricum latibulis, Vergil.ij.Georg.non abſunt illi ſaltus ac luſtra ferarum. pro lupanari apud Plautum quā ſæpiſſime:in ſingulari vero quatuor annorum ſpacium ſignificat,quę grece dicitur olympias. Mœnia.ium.magalium.& mapalia mapalium,ſemper pluralia ſunt. Pręcordia.orum. non pręcordium:ſic enim apud Celſum legitur ſemper,vt lib.i.Qui crudum(inquit)ſine præcordiorum dolore ructat. & diuus Thomas in hymno:& ex præcordijs ſonent preconia.Spolia.orum.licet Vergil. in ſingulari ſpolium dixerit. Serta ſertorum.pro corona ex floribus.ſerta.ę. in ſingulari poſuit Cato. de re ruſt. pro herba,quam græci melilothon medici ſertulam campanam vocant. Ait namque:iris aridæ contuſę heminam & ſertam campanicam.Sponſalia.orum.vel ſponſalium Gell.libro.iiij. Hoc ius ſponſaliorum obſeruatum dicit. & de ſponſalibus eſt titulus apud Iurecōſultos.Tripudia.orum.teſqua.orum.tempe indeclinabile ſicut. tot. quot.& pondo cuius ſingulare,vt Phocas dicit in libram effertur. Itaq; dicimus vna libra , & non vnū pondo,& econtrario duo & tria pondo:non duæ,aut tres librę. Feſtorum quoque nomina , vt ſaturnalia.orum. vel ſaturnalium.Sed queadmodum Macrob.in.i.ſatur.deducit,in genitiuo plurali frequentius vtimur ſecunda declinatione,in datiuo & ablatiuo frequentius tertia. Nam ſaturnalium & ſaturnalijs vix poteſt dici. At vero ſaturnaliorum & ſaturnalibus fere ſemper. Verrius Flaccus:ſaturnaliorum (inquit)dies apud grecos quoque feſti habentur. Atque iterum de conſtitutione ſaturnaliorum ſcripſiſſe arbitror. Item Iulius Modeſtus de ferijs ſaturnaliorum( inquit )ferię.Hora.ij.ſer. quid fiet ab ipſis ſaturnalibus huc fugiſti.Eadem ratione Saluſtius apud Gel.lib.iij.hiſtoriarū bachanaliorum dixit,cuius ſingulare Plautus in bacchidibus protulit dicens:quia bacchis bacchas metuo,& bacchanal tuum. Maſurius quoque ſabinus vinaliorum(inquit)dies Ioui ſacer eſt. & Valerius Antias:agonaliorum repertorem Numam pompilium refert.Eodem præterea modo quinquatria.orum. quinquatribus. Hora.ij. epiſtolarum:feſtis quinquatribus olim.& Iuue.totis quinquatribus optat.Cicero in epiſtolis ad Cælium:ita tumultuoſæ conciones:ita moleſtę quinquatrijs altercabantur. niſi forte mendum eſt quinquatrijs pro quinquatribus. At vero econtrario dicimus potius floralium quam floraliorum : liberalium quā liberaliorū,lucarium quam lucariorum. Varro:ferialium(inquit) dies a ferendis in ſepulchra epulis dicti. & idem alio loco, floralium,non floraliorum dixit. Maſurius quoque Sabinus:liberalium (inquit) dies a pontificibus agonium Martiale appellatur : & idem alio loco: cam noctem deinceps in ſequētem diem,qui eſt lucarium.erant autem lucaria feſta, in quibus fiebant lucorum ſacra.



Libri quoq; eorum, qui græce,aut ad imaginē gręcorum opera ſua inſcripſerunt, vt rhetorica rhetoricorum,œconomica œconomicorum.ethica ethicorum.bucolica bucolicorum.

Communia trium generum ſunt nomina numeralia, carentq; numero ſingulari, vt duo duæ duo. tres & tria,quatuor, quinque,ſex,& quæ ſequuntur : præterquam vnus vna vnum , quod caret numero multitudinis, niſi cum iungitur nominibus pluraliter declinatis. Sunt autem omnia indeclinabilia vſq; ad centum.præterquā tria illa, hoc eſt, vnus vna vnū, duo duæ duo,tres & tria.

Singulari præterea numero carent nomina diuidua ſiue: per certos numeros diſtributiua vt ſinguli,ſingulæ,ſingula, bini, binæ,bina,terni,ternæ,terna,quaterni, quaternæ , quaterna, quinqueni,quinquenæ , quinquena , ſeni,ſenæ,ſena. ſepteni,ſeptenæ,ſeptena , octoni,octonæ , octona,noueni,nouenę,nouena,deni,denę, dena.

¶ Nomina certis caſibus deficientia.

Vocatiuo carent nomina interrogatiua. vt quis? qualis? quantus? cum interrogatiue proferuntur. Et infinita. vt quidam, aliquis. Et nomina relatiua vt qui , qualis quantus cum aliquid referunt. Et nomina negatiua vt nullus, nemo, Et diſtributiua. vt ambo, vterque, & quæ ſupra memorauimus diuidua vt bini, binæ, bina, terni, ternæ, terna.

Os oris,ius iuris,rus ruris,æs æris,mare maris, & nomina quintæ declinationis, præterquam hic dies,& hæc res genitiuo datiuo & ablatiuo numeri pluralis deficiunt.

¶ Libri quoq; eorum,vt rhetorica rhetoricorum: nam ſi de arte rhetorica plures libri partiales ſunt,rhetoricorum inſcribuntur in numero multitudinis:ſin tamen eſt tantum vnus, rhetoricus potius in ſingulari,dicitur.Sic enim citare ſolemus Ariſtotelē in rhetoricis ad Theodectem,& in rhetorico ad Alexandrum:quia nomine illius tres libros de arte rhetorica ſcripſit:ad hunc vero vnum duntaxat libellū. Duos præterea, quos de re familiari libros ſcripſit, œconomicorū appellauit. At vero Xenophō qui ea de re vnum compoſuit œconomicon inſcripſit,vt Hierony. in Euſebij interpretationē de temporibus:cum Aratum (inquit) hexametris verſibus Romanū feciſſet: in Xenophontis œconomico luſit. Sic pterea dicim9 bucolica Vergil. qa decē ſunt,& Georg. qa quatuor libros op9 illud cōtinet. At vero cū de vno loqmur dicemus & citabim9 Verg. in primo, vel ſcđo buco. ¶ Cōmunia triū gñrū. carent etiam numero ſingulari nomina numeralia, præterquam vnus, vna, vnū. quod caret numero multitudinis , niſi cum iungitur nominib9 pluraliter declinatis. Saluſtius in catilinario , hi poſteaquam in vna mœnia conuenere. Idē in Iugurtha: vbi vnæ & alteræ ſcalæ comminutæ ſunt. & in digeſtis titulo de dāno infecto.l. ſi ædibus: & ſi vnas(inqt) ædes cōmunes. nā vt ſupra diximus, mœnia.ſcalæ.ædes. pluraliter declinantur. ¶ Nomina quoque diuidua ſiue in ſingulos diſtributiua carent numero ſingulari vt ſinguli ſingulæ ſingula , bini binæ bina. &c. vt ſi dicas perdices eunt ſingulæ.aut binæ,aut ternę.dicis quod quęlibet incedit ſingularis aut ſolitaria.aut quælibet duæ , aut quælibet tres incedunt, aut ſi rurſus dixeris ciuibus diſtribuuntur ſinguli aut bini , aut terni aurei,dicis quod cuilibet ciui daturvnus aure9,aut duo aurei, aut tres aurei. Poetæ tamen aliquando ponunt diſtributiua p numeralibus. Vergil.i.æneidos,bina manu lato criſpans haſtilia ferro. bina dixit pro duo.& Lucanus in.viij. Gurgite ſepteno dixit,pro ſeptem gurgitibus. Iunguntur etiā huiuſmodi nomina diſtributiua nominib9 pluraliter declinatis eo modo quo vn9 vna vnum,cum pluraliter declinatur.vt Cicero. binas literas tuas accepi.& Vergil.viij.æneidos , terna arma mouenda. ter læto ſternendus erat. ¶ Nomina certis caſibus deficientia.dictum eſt hucuſq; de nominibus integris aut altero numero deficientibus , nunc de illis agit: quæ certis caſibus deficiunt, dicitque inprimis:quod nomina interrogatiua , & infinita , & relatiua , & negatiua , & diſtributiua, ſiue diuidua carent vocatiuo. Omnia enim hæc vocatiuū habere non poſſunt:quia( vt Priſcia.ait )vocatiuus ad aliquam præſentem perſonam, atque finitam fit.ad quā ſermo dirigitur. Ius iuris. quod hæc quatuor nomina cum nominibus quintæ declinationis præterquā hic dies & hæc res carent genitiuo datiuo & ablatiuo pluralibus.Plinius tamē iunior in epiſtolis fontibus.ruribus,& agro dixit. Vergilius.viij.æneidos:componens manibuſque man9 atque oribus ora. & rurſus libro.x. quinquaginta oribus ignem pectoribuſque arſiſſe. In genitiuo etiam plurali orium dixit Plinius libro.xx. Vitia inquit orium ſanare affirmat. Aes æris æribus. Politianus dixit in ruſt. & tundunt æribus æra. Cæſar in commen. paulo latiores (inquit) quam quibus in reliquis maribus vtimur. Eiſdem quoque caſibus deficiunt nomina quintæ declinationis. neque enim dicimus ſpecierum ſpeciebus , facierum faciebus : quamquam apud antiquos & antiquarios legamus hęc & alia huiuſmodi. Apuleius in libro de Mundo: perſeuerantia( inquit ) amicitiæ inter ſe dedit elementis ſpecierum ipſarum partitio. Cato Cenſorius apud Priſcianū. in.vij. earū facierū ſigna domi pro ſuppellectili ſtatuere. Iuniones quoque non dubitant dicere faciebus & ſpeciebus. quod Cicero reformidat.ſcribit enim in topicis:in diuiſiōe formæ ſunt quas græci ideas vocāt : noſtri ſi qui hęc forte tractāt ſpecies appellāt. nō peſſime id quidē ſed inutiliter ad mutādos caſus in dicēdo.nolim em̄ niſi latine dici poſſit ſpecierū & ſpeciebus dicere: & ſępe his caſibus vtendū eſt. at formis & formarum velim.

¶Satias vł ſaties. Nam vtrunq; legitur: nominatiuū tantum ſingularem habere dicit Phocas. Silł. iiij. puni. nec finis, ſaties vel noui ſed ſanguinis ardor. & Gellł. lib. vij. quorum ſatias nunquam eſt. Accuſatiuum tamen ſequuti proportionem fecimus in quodam diſticho in quo ſolonis celebrem ſententiā complexi ſumus: Diuitię gignunt ſatiem, ſatieſq; ſuperbū. ¶Præſto quoq; pro eo quod eſt pręſens Valla dicit ſemper iungi verbo ſum, es, fui, in vtroq; numero in ratione ſuppoſiti. Cice. pro murena: laborauit, præſto multis fuit. Idem ad Herēnium. hirundines æſtiuo tempore preſto ſunt: hyeme pulſę recedunt. Memini me tamen legere in accuſatiuo præſto cum infinitiuo huius verbi ſum, es, fui conſtructum: idq; notaueram opinor in epiſtolis familiaribus Ciceronis. ¶Expes pro eo quod eſt ſine ſpe nominatiuum habet, & cōſequenter vocatiuū tantum. Hora. in poe. quid hoc ſi fractis enatat expes nauibus. ¶Fors nominatiuum habet & vocatiuum & ablatiuum tantum. In nominatiuo ab Auſonio inter monoſyllaba numeratur. Terenti. vocatiuum poſuit dicēs: O fors fortuna. Verg. ablatiuū. j. æn. forte ſua lybicis tempeſtas appulit oris. ¶Vis gtō & datiuo caret. In nominatiuo Verg. j. Georg. ni vis humana quotānis. & Saluſt. i Catił. Omnis noſtra vis in animo & i corpore poſita eſt. Verg. vj æn. nec vim tela ferūt. Et in. j. Vi ſuperum ſæuæ memorem Iunonis ob iram. In numero multitudinis vires virium viribus vires o vires a viribus dicimus: ſed an ſit a prima poſitione nominatiui ſingularis, hoc eſt vis, an nomē per ſe pluraliter declinatum, ſiue ab alia poſitione numeri ſingularis, quæ nō ſit in vſu, grāmatici dubitare videntur: nam Lucre. antiquitatem ſequutus has vis in plurali dixit.

Satias vel ſaties tantum ntm̄ ſingularem habet.
Præſto nominatiuum vtriuſq; numeri tm̄ habet,
Expes o expes ntm̄ & vocatiuum tantum habet,
Fors o fors a forte nominatiuū vocatiuum & ablatiuum habet.
Vis, vim, o vis a vi. nominatiuum, accuſatiuum, vocatiuum & ablatiuum tantum habet, in plurali vires, virium, viribus, integrum eſt, ſiue ſit a vi, ſiue aliunde.
Tabi, a tabo genitiuum & ablatiuū tantum habet.
Ditionem, a ditione. Laterem, a latere. Vicem, a vice. actm̄ & ablatiuū ſingularem tantum habet.
In numero plurali integra ſunt duo poſteriora.
Tantundem, & tantidem nominatiuum genitiuū & accuſatiuum ſingularis tantum habet.
O macte, macti. vctīm vtriuſq; numeri tātū habet.
Sponte, Impete, Obijce, Natu. Diu. Noctu. Ablatiuum ſingularis numeri tantum habent.
Suppetias, & inficias actm̄ pluralem tm̄ habent.

¶Tabi a tabo. Phocas & Diom. hoc nomen ablatiuū tantum habere dicunt, & re vera genitiuum non memini me legere. Tabes vero in nominatiuo accuſatiuo & ablatiuo tantum reperi. itaq; ſi genitiuo eſſet opus, potius vteremur tabi quā tabis. Datiuus a neutro eſt. Ditionem a ditionē. hæc tria nomina duos tantum habere caſus accuſatiuum & ablatiuum numeri ſingularis, Diomedes & Phocas teſtantur. Ditionis tamen in genitiuo & ditioni in datiuo frequenter vtitur Hiero. in interpretatione ſacrarum literarum: quemadmodū Geñ. cap. xxxvij. Nunquid rex noſter eris, aut ſubijciemur ditioni tuæ? Lateres quoq; & lateribus vtitur Plin. lib. xxxv. Lateres inquit non ſunt e ſabulo. & ibidē: Luto & lateribus crudis extrui quis ignorat? Idem quoq; ab eo quod eſt vicē a vice in plurali dicimus vices vicium vicibus. Tantundem a tantum & dem particula compoſitum in nominatiuo genitiuo & accuſatiuo ſolum reperitur. nemo enim tantodem dixit, at tantidem ſæpe reperies. vt apud Teren. in adel. tantidem emptam. & in digeſtis titulo de diuor. tantidem æſtimata redderes. ¶O macte. eſt autem mactus (vt ſic dixerim) autore Feſto magis auctus, ſed nunquā reperitur niſi in vocatiuo cū exhortatione quadam ad virtutem & gloriam. Verg. ix. æn. macte puer virtute noua ſic itur ad aſtra. & Hora. in. j. ſer. macte virtute eſto, inquit ſententia dia Catonis. & in plurali. Pli. libro. ij. macti ingenio cæli interpretes. ¶Sponte ablatiuum tantum habere Phocas dixit. Verg. ij. Georg. ſponte ſua veniunt. vbi ſeruius dixit: nomē eſſe non aduerbiū: quia iunctū eſt ei genus cum dixit ſua. Sed & Gellł. libr. xij. genitiuū poſuit dicens. ſpontis ſuæ mortē. & Colume. libr. xij. de re ruſt. neq; ſuę ſpontis aquam miniſtrare patitur. Spōs quoq; in nominatiuo Auſonius poſuit inter monoſyllaba. Impete idem Phocas & cum eo alij cōplures grāmatici in ablatiuo tantum pluraliter poſuerunt. Ouid. iij. meta. Impete nunc vaſto ceu concitus imbribus amnis fertur. Idem in. viij. ſic impete vulnificus ſus fertur. genitiuū etiam protulit Sillius libr. vj. punico. nec fruſtra rapidi ſtimulante dolore fuiſſet impetis. & Lucre. lib. j. Ablatiuum pluralem poſuit dicens: quālibet in partem tradunt res ante ruuntq; impetibus crebris. Natu quoq; quod videtur eſſe ab eo quod eſt natus. us. in ablatiuo tātū reperitur. vt cum dicimus grandis natu, maior natu. minor natu. pro eo quod eſt ætate. Obijce inter ablatiuū tantum habentia poſuit Phocas in numero ſingulari. Sillius tamen l. b. iiij. puni. dixit in accuſatiuo plurali: & firmos certāt obijces arceſſere ſylua. & ablatiuū eiuſdē numeri. Verg. poſuit. ij. Georg. dicens: qua vi maria alta tumeſcant obijcibus ruptis. Noctu. diu. qui caſus ablatiui nō ſunt a nox & dies. ſed ab alia forſan poſitione venerūt, quæ in vſu non eſt, ſed neq; ſemper aduerbia ſunt: quamuis aliquando aduerbialiter poſita reperiantur. Ennius apud Gellium: qua galli furtim noctu ſumma arcis adorti mœnia concubia. ex duobus igitur adiunctis noctu & concubia colligitur noctu eſſe nomem. Idem quoq; in. iij. annalium: hac noctu filo pendet hetruria tota. & etiam Quadrigarius apud eundem Gelliū: ſenatus de noctu plurima cōuenire, & noctu multa domū dimitti. Illud adhuc, quo i omnem ſuperat antiquitatē, reperi in quadam lege. xij. tabularū. Si nox (inquit) furtum factū ſit, ſi ira aliquis occiſit, iure cæſus eſto. nox poſuit pro noctu vel nocte. De diu non ita ſuccurrit exemplum, vt ex adiunctis poſſit oſtendi eſſe nomē. nam illud Saluſt. diu noctuq; laborare: & illud Gellł. lib. xv. fumare noctu etiam flammigare. Ser. in primo Georg. aduerbia eſſe dicit. ¶Suppetias & inficias, vt ait Valla, ſemper in accuſatiuo plurali reperiuntur, ſed illud conſtructum fere cum his verbis fero, mitto, eo, venio. hoc vero cum eo is tantū. Plau. tamen in epidico: auxilia (inquit) & ſuppetię mihi ſunt domi. Inficias ire idem eſt quod inficiari & negare.



¶Grates in plurali tantū reperitur, nemo tamen vnquam legit gratium & gratibus: ſed grates. Verg. j. æneidos: grates perſoluere dignas, & ſi dixeris magnæ grates habendæ ſunt benefactori, quamquam Laurentius hoc nomen poeticum eſſe dicit, & ſi Cicero in. vj. de repub. ſcripſit: grates tibi ago ſumme ſol. ¶Opis opem ab ope genitiuum, accuſatiuū, & ablatiuum ſingularis numeri habet pro eo quod eſt auxilium. Verg. j. æneidos: non opis eſt noſtræ Dido. & in. ij. nec ſpes opis vlla dabatur. In plurali vero pro diuitijs: vt Auxilio tutos dimittam opibuſq; iuuabo. Ops opis eſt cybele Saturni vxor. Opis opis nympha, de qua Verg. iiij. Geor. atq; ephyre atq; opis. Idem. xj. æn. velocē interea ſuperis in ſedibus opim. ¶Verbere, ab eo quod eſſe debuit verber. eris. tantum in ablatiuo numeri ſingularis reperit: nam in plurali verbera verberum verberibus integrum eſt.

Grates nominatiuum accuſatiuum & vocatiuum numeri pluralis tantum habet.
Opis, opem, ab ope. ntō. dtō, & vocatiuo caret.
Verbere ablatiuū in ſingulari tantū habet, in plurali vero Verbera verberum integrum eſt.

## ¶De Præteritis verborum.

### Caput. iiij.

Compoſiti formam ſimplex: & compoſitiuum
Simplicis obſeruat verbum, quod ponis vbique.
Præter venundo, circundo, do quoq; peſſum.
A do compoſitum declinat tertia, iunges
Quod lauo, q̄dq; cubo cōponens mittit in. umbo.
Et mico dat micui: ſed dimico mittit in. aui.
Dat maneo manſi. ſed in. e. pro, præ. minui, dant.
Atq; oleo dat. ui, Sed in. eui compoſitiua.
Et cio vel cieo ciui: ſed compoſitiua
Semper ſunt quartæ. Lego legi. Sed tamen. exi.
Hæc tria dant intelligo, diligo, negligo tantum.
Dat ſapio ſapere. Sed reſipio reſipire.
Quod trahis a pario infinitum mittit in. ire.

DE præteritis verborum. cap. iiij. ¶Cōpoſiti formā ſimplex. Quod in principio declinatiōis nominū propoſuit nomina ſimplicia ſequi rationem compoſitorum, atq; e diuerſo compoſita rationem ſimplicium: idem quoq; nunc in declinatiōe verborum repetit, videlicet, ꝙ verbum ſimplex ſeruat rationem compoſiti, & econtrario compoſitum rationem ſimplicis, vt ſi exploratum habueris quod impleo eſt ſecūdæ cōiugationis, & facit in præterito impleui: intelliges etiam ꝙ pleo ples, quod verbum nō eſt in vſu, fuit eiuſdem cōiugationis: fecitq; in præterito pleui. Atque econtrario ſi exploratum habueris quod ſono. as. quod eſt verbum primæ coniugationis fecit in præterito ſonui: intelliges etiam quod inſono. as. verbum eiuſdem coniugationis facit in pręterito inſonui. Habet tamen hæc regula exceptionem, quæ partim hoc in loco: partim in capitibus præteritorum & ſupinorum ſequentibus explicanda eſt. Principio itaque excipiuntur compoſita ab hoc verbo do das. dedi, quod cum ſit primæ coniugationis, omnia compoſita ab illo ſunt tertiæ, vt addo. is. addidi trado. is. didi. perdo. is. perdidi. vēdo. is. didi. credo. is. didi. Sequūtur tamen ſimplicis rationem tria tantum venundo. as. venundedi, circundo. as, dedi. peſſundo. as. peſſundedi. Compoſita quoq; a lauo lauas, quod eſt primæ cōiugationis, omnia ſunt tertiæ: vt alluo. is. ui. perluo. is. perlui. diluo. is. dilui. interluo. is. interlui. proluo. is. prolui. Cōpoſita pręterea a cubo. as, quod eſt etiam primæ coniugationis, ſi recipiunt. m. inter. u. & b. hoc eſt ſi finiuntur in. umbo. omnia ſunt tertiæ, vt incumbo incumbis incubui. procumbo procumbis procubui, accumbo accūbis accubui. Quod ſi. m. non recipiunt, nihilominus ſequuntur ſimplicis rationem. vt incubo incubas incubui, & procubo procubas procubui, accubo accubas accubui. ¶Et mico dat micui. hoc verbum mico micas in præterito fecit micui: & ab eo compoſitum emico emicas emicui. Luca. in primo qualiter expreſſum vētis per nubila fulmen emicuit. Dimico tñ, quod ab eo compoſitum eſt, facit dimicaui, quod Priſcia. autoritate Liuij probat: qui libro. xxiij. ab vrbe condita ſcribit: iuſta quoq; acie & collatis ſignis dimicatum eſt. quod non potuit dici: niſi a dimico fuiſſet præteritum dimicaui & ſupinum dimicatum. Ouid. tñ ſimplicis rationē ſequutus in. ij. elegiarū dixit: hac tibi ſit pugna dimicuiſſe ſatis. ¶Dat maneo māſi. Q̄d maneo manes facit in præterito māſi: quam rationē ſequuntur compoſita ab illo vt permaneo permāſi, remaneo remanſi. Quæ vero in compoſitione mutant. a. in. i. mittunt pręteritum in. ui. ſyllabas, vt promineo promines prominui, emineo emines eminui, immineo immines imminui, præmineo præmines pręminui. Præterita illa mittūt ſupina in. ſum. vt maneo in ſupino habet manſum. permaneo permāſum: remaneo remāſum. emaneo emāſum, hæc vero carēt ſupinis. Q̄d vero dixit ſed in. e. pro pre. intelligit q̄d compoſita a maneo cū illis ꝑpoſitionibus (ſi modo mutat. a. in. i.) faciūt pręteritū in. ui. ſyllabas. ¶Atq; oleo dat. ui. Q̄d oleo oles, vt infra dicemus, mittit præteritū in. ui. ſyllabas, tñ ab eo cōpoſita, maxime q̄ mutāt ſignificationē, mittūt pręteritū in. eui. vt adoleo. es. adoleui. aboleo. es. aboleui, ſoleo q̄d ab eo cōpoſitū videt, ſolitus ſum vel ſolui triſyllabū fecit. Saluſt. ij. hiſto. neq; ſubſidijs vti ſoluerat. a quo rurſus cōpoſitū obſoleo obſoleui fecit. ¶Et cio vel cieo. Q̄d ab hoc verbo, cio cis, q̄d eſt quartę cōiugatiōis: vel cieo cies, q̄d eſt ſecūdæ: omnia cōpoſita ſunt quartæ cōiugationis, vt cōcio concis cōciui. accio accis acciui, excio excis exciui. Plau. in milite: ego illū probe iam oneratū huc acciebo, dixit. Lego legi. ꝙ hoc verbū lego legis, cū ſuis cōpoſitis mittūt pręteritū in. egi. vt lego legi, perlego perlegi, relego relegi, colligo collegi. Tria tñ mittūt præteritū in. xi. intelligo intellexi, diligo dilexi, negligo neglexi. Quamquā Aemylius Macer ſimplicis rōnē ſequutus dixit, omniū nr̄m neglegerit autoritate: p neglexerit. ¶Dat ſapio ſapere. Q̄d hoc verbū ſapio. is. tertiæ cōiugatiōis eſt, atq; ab eo cōpoſitū deſipio. is. deſipere, reſipio tñ autore Diomede, nō reſipire ſed reſipere facit, ac ſi per quartā verborū cōiugationē declinetur. ¶Quod trahis a pario. Quod a pario. is. compoſita: quāuis ſuum ſimplex ſit tertiæ coniugationis: ipſa per quartā declinantur, vt comperio. is. cōperire. reperio. is. reperire. operio. is. operire. aperio. is. apetire.

¶ Quod ſi præteriti. Quod verba cuiuſcunq; cõiugationis geminãtia in præterito ſyllabas primas cũ in cõpoſitionē veniũt, amittunt ex illis priorē. vt ſpõdeo.es.ſpopõdi.reſpondeo.es.reſpõdi.deſpondeo.es deſpondi.pendeo.es.pependi.dependeo.es.dependi.tondeo.es.totondi. detondeo.es.detondi, pro quo antiquiores etiam detotondi protulerũt. vt Varro: detotõderat forcipibus. Sunt autem verba geminantia primas in præterito ſyllabas (niſi quid me fallit) tria & viginti. primæ coniugatiõis duo. do.das. dedi. ſto.as.ſteti. ſecundæ quatuor, mordeo.es. momordi, ſpondeo ſpondes, ſpopondi, tondeo.es totondi. pendeo.es.pependi. Reliqua omnia ſunt tertiæ. Pario paris peperi. diſco.is.didici. poſco.is.popoſci. parco.is. peperci. cado.is. cecidi. cædo.is.cæcidi. pendo.is.pepēdi. tendo.is.tetendi. tundo.is. tutudi. tango.is.tetigi. pungo.is.pupugi, pango.is pepigi. fallo.is.fefelli. pello.is.pepuli. tollo.is. tetulli. cano.is.cecini. curro.is.cucurri. Scindo quoq; apud antiquiores ſcicidi faciebat. Affra. ſatis fortiter paulo veſtras ſcicidiſtis colus. Actius: non ergo vt prædicant ſciciderat pectus. Næuius: imo quod ſcicideram conſcindam atq; abijciã. Ennius: cũ ſaxum ſciciderit. Apud iuniores tamen ſcidi facit. Luc. in .iij. qua mare tellurē ſubitis, aut obruit vndis: aut ſcidit. Papi. viij. theba. & viridem ſcidit horrida veſtem. Siue igitur geminet præteritum, compoſita priorem ſyllabam amittunt: ſiue nõ geminet, rationem ſimplicis ſequuntur, vt abſcido abſcidis abſcidi. conſcindo conſcindis cõſcidi. reſcindo reſcindis reſcidi. Deinde dicit, quod ab hac regula excipiuntur compoſita a poſco.is. popoſci. & a diſco.is. didici, quia in præterito priores ſyllabas non amittunt: vt depoſco.is.depopoſci. repoſco.is.repopoſci. addiſco.is. addidiſci. dediſco is.dedidici. Præterea compoſita a.ſto.ſtas ſteti, & a do das dedi retinent etiam priorē illam ſyllabam in præterito: niſi quod mutant.e.in.i. vt reſto reſtas reſtiti, conſto conſtas conſtiti, præſto præſtas pręſtiti. trado.is.tradidi. reddo.is.reddidi. credo.is.credidi. Sed a do compoſita, quæ cum ſimplici per primam coniugationem declinantur, non mutant in pręterito.e.in.i. vt venundo.as. venundedi. circundo.as.circundedi, peſſundo.as.peſſundedi. ¶ Pungo.gis. Quando componitur cum re. repupugi facit. vnde Caper apud Priſ. Cum ei qui nos pupugit talionem, id eſt vicem a nobis redditam oſtēdimus, repupugi dicimus: cum alijs præpoſitionibus compoſitum alterius præteriti (hoc eſt) punxi rationē ſequitur, vt expũgo.is.expũxi. diſpungo.gis.diſpũxi. cõpũgo.gis.cõpũxi. Curro quoq; cũ pręteritã eandē retinet. vt Plau. in ſticcho. præcucurri, vt nuntiarē nuntiũ exoptabilē. Terentius in ecyra: vna illarum interea propere præcucurrit. alias vero eandem amittit. Vergil. iij. æneidos: ecce fere ſummo deiectæ vertice capræ decurrere iugis. Liuius. xx. ab vrbe condita: & ſi fortius procurriſſent.

Quod ſi præteriti geminetur ſyllaba prima,
Verbaq; componas, ex illis tolle priorem:
Quam retinent poſco cum diſco. ſteti q; dedi q;.
Dic pupugi cum re, ſed cum præ, pone cucurri.

¶ De Pręteritis Primæ coniugationis.

PRæteritum primæ facit.aui. demito pauca:
Quæ mittunt in.ui. diuiſas. vt crepo, nexo,
Et cubo cũq; tono. ſono iunge. domoq;, vetoq;.
Et ſeco. cunq; mico, frico. Sed duo dãt & in. aui.

DE præteritis primæ coniugationis. Quoniam ſupra dictum eſt in coniugatione verborum proportionem eſſe ſequendam illorum quatuor, quæ in primo libro per modos, tempora, numeros & perſonas explicauimus: atq; inſuper, ne quid in ea re fallere nos poſſet, formationem adiecimus, iam tempus eſt vt de præteritis verborum atque ſupinis diſſeramus, quæ ipſa ab analogia verborũ aliquanto diſceſſere, & quodammodo alteræ verborum poſitiones habendæ ſunt. nam a præterito ſex illa tempora formantur, quæ in voce paſſiua circunloquimur, & a ſupino tum participia quædã, tum noia participialia formari docemus. In primis illud animaduertendum eſt: præteritum perfectum indicatiui modi aut parium eſſe ſyllabarum cum prima perſona præſentis eiuſdem modi. ut iuuo.ui. lauo.ui. doceo docui. habeo habui. lego.gi. ſcribo ſcripſi. audio.iui. munio.iui. aut minuitur vna ſyllaba, vt faueo faui. facio feci. comperio.eri. Aut creſcit vna ſyllaba. vt amo. aui. cado cecidi. Præterea exit præteritum in varias terminationes. in.bi, tantum tertiæ: vt bibo bibi. In.ci. etiam tertiæ. vt facio feci. in.di. vnum tantum primæ do dedi. ſecundæ plura. vt ſedeo.di. tertię adhuc plura, vt ſcando.di. In.gi. tãtum tertiæ, vt fugio fugi. In.li. tertiæ quoq; tantum. vt fallo fefelli. In.mi. vnum tantum tertiæ, vt emo emi. In.ni. tãtum tertię. vt cano cecini. In.pi. tertię tantum, vt rũpo rupi. In.ri. tertiæ & quartæ, vt pario peperi: comperio.eri. In.ſi. ſecundę, tertiæ, & quartę, vt fulgeo fulſi. ludo luſi. fulcio fulſi. In.ti. tantum tertiæ, vt verto verti, atq; vnum primæ. ſto ſteti. In.xi. ſecundæ, tertiæ, & quartæ, vt lugeo.xi. dico.xi. ſancio.xi. In.ui. ſyllabam omnium quatuor coniugationum, vt amo.as.aui. faueo.ui. ſino.ui. audio.iui. In.ui. vocales etiam omnium quatuor, vt ſeco ſecui. doceo docui. colo.ui. amicio amicui. ¶ Igitur primæ coniugationis verba mittunt præteritum perfectum indicatiui in.aui. fiuntque a ſecunda perſona præſentis indicatiui modi numeri ſingularis.s. finali mutata in.ui. vt amo amas amaui. ambulo.as. aui. ¶ Excipiuntur tamen pauca mittentia præteritum in.ui. diuiſas: ea ſunt, crepo.as.pui. & ab eo compoſita. vt diſcrepo.as.pui. Cice. iij. de ora. nil ſane ad rem pertinet, ſi qua in re diſcrepuit ab Antonij diuiſione. Hora. in. poe. nõ diſcrepuit ſententia delphis. concrepo.pui. increpo.pui. quod apud Plau. reperitur increpaui. Perſi. increpuit: ceſſas nugator. Nexo.as.xui. vel nexo.is.xui. Nam primæ & tertiæ coniugationis reperitur. Verg. v. æneidos. nexantē nodis: ſeq; in ſua membra plicantem. Liui. andro. apud Priſcia. nexebant multa inter flexu nodorum dubio. Vergil. v. æneidos, & paribus palmas amborum nexuit armis. Cubo.as. bui. & ab eo compoſita, quæ ſunt primæ atque etiam tertiæ coniugationis, vt accubo.as.bui. accumbo.is.bui. Plau. in menec. regulam ſequutus dixit: prandi, potaui, ſcortum accubaui. Apul. vi. meta. Europam (inquit) tauro ſupercubaſſe. Hier. quoq; in Ezechiel. cap. xviij. etiã ſimplex in.aui. fecit: Quare mater tua leæna inter leones cubauit. Tono.as.tonui. & ab eo cõpoſita, vt ptono.as.nui. intono.as. nui. Sono.as.nui. Manil. tñ. v. aſtro. regulã ſequutꝰ dixit: aura per extremas reſonauit flebile ripas. Apul. quoq; i. v. meta. aciē dixerit, & claſſicũ perſonauit. Domo.as.mui. perdomo.as.mui. idomo.as. mui. Veto.as.tui. ſeco.as.cui. mico.as, micui. Ouid. vij. meta. neq; .n. micuerunt ſydera fruſtra. Dimico tamen, vt ſupra diximus, dimicui & dimicaui facit. Frico.as. fricui. Sed duo dãt & in.aui. quod hæc duo verba plico plicas, & neco necas. mittunt præteritum, non ſolum in.ui. ſyllabas: ſed etiam in.aui, vnde dicit, ſed duo dant &, pro etiam,



in.aui. vt plico plicas plicui, vel plicaui. & ab eo compoſita. vt explico explicas explicui, vel explicaui. implico implicas implicui, vel implicaui. applico applicas applicui, vel applicaui. ſupplico tamen, duplico, triplico, multiplico, & ſimilia cum nominibus numeralibus a plico compoſita mittunt præteritum in.aui. ſemper, vt ſupplicaui, duplicaui, multiplicaui. Neco necas necui, vel necaui. De iuuat accipe iuui. Quod hoc verbum iuuo relicta proportione verborum primæ coniugationis mittentium præteritũ in.ui. diuiſas, & in.aui. miſit præteritum extrita ſyllaba, fecitque iuui. quamquam Manil. in. iiij. aſtro. etiam iuuaui dixit. Syllabã quoq; expunxit. lauo lauas. quod fecit laui: quamquam & lauaui apud autores reperiatur. ¶ Præterea diuerſum in modum exeũt hæc duo verba. ſto.ſtas. quod fecit ſteti. & do das quod fecit dedi. De compoſitis illorum paulo ante diximus.

Hæc plicat, atq; necat. Sed de iuuat accipe iuui.
Præteritum. ſto, do, miſere ſteti q;, dedi q;.

¶ De Præteritis Secundę coniugationis.

PReteritum per.ui. vocales pone ſecundæ.
Ardeo, mulceo, rideo. ſuadeo, torqueo dant, ſi.
Algeo, mulgeo, fulgeo, tergeo, turgeo iunges.
Vrget, & indulget. manet, heret, Sorbeo ſorpſi:
Siue bui, iubeo iuſſi, quod &.s. geminauit.
In.xi pretereunt hec frigeo, conniueoq;.
Augeo, mulgeo, lugeo, luceo, Quatuor in.di.
Mittunt preteritum, quę ſunt video, ſedeoq;.
Strideo ſeu ſtrido cum prandeo. Sed tñ addes,
Quorum preteriti geminatur ſyllaba prima.
Hec ſunt mordeo: ſpõdeo: pendeo: tõdeo tantũ.
A leo ſiue pleo deductum mittit in.eui.
Adde fleo atq; neo. Sed dat cieo tibi ciui.
Dic oleo per.ui. diuiſas, Sed, ueo. dat ui.

DE præteritis ſecundæ coniugationis. Quod verba ſecundæ coniugationis mittunt præteritum in.ui. diuiſas, vt debeo debes debui, noceo noces nocui, ſtudeo ſtudes ſtudui, vigeo viges vigui, doleo doles dolui, tumeo tumes tumui, teneo tenes tenui, ſtupeo.es.ſtupui, deliqueo deliques delicui. denſeo denſes denſui, niteo nites nitui. ¶ Ardeo, mulgeo. Quod in.ſi. mittunt præteritum verba, quæ hic ponuntur. Ardeo ardes.ſi. exardeo exardes exarſi. Mulceo mulces.mulſi. permulceo.es.permulſi. Ennius apud Priſcia. mulſerat huc nauē compulſam fluctibus ponti. Rideo rides. riſi. derideo derides deriſi. Suadeo.es.ſuaſi perſuadeo.es.perſuaſi. Torqueo.es.torſi. cõtorqueo.es.torſi. ¶ Algeo.es.alſi. Mulgeo.es. mulſi. quod etiã miſit præteritum commune cum mulceo. Vergil. iij. Geor. quod ſurgente die mulſere horiſq; diurnis. Fulgeo fulges fulſi, quod etiam fulgo fulgis, per tertiam declinatur. tergeo terges terſi, quod etiam tergo.is. per tertiam dicitur. Turgeo turges.ſi. Ennius apud Priſcianum. cyclopis venter velut olim turſerat altim carnibus humanis. Vrgeo vrges.ſi. quamquam Phocas de hoc verbo dicat neſciri quomodo præteritum mittat. Indulgeo indulges.ſi. Iuue. & ventri indulſit non omne legumen. Maneo manes manſi. De cuius compoſitis in ſuperioribus dictum eſt. Hæreo hæres hæſi. adhæreo adhæres adhæſi. Sorbeo ſorbes ſorpſi abſorbeo abſorbes abſorpſi. exorbeo exorbes exorpſi, quæ mittunt etiam preteritum regulare in.ui. diuiſas, ſorbui, abſorbui, exorbui. Lucanꝰ in. iiij. Abſorpſit penitus rupes, ac tecta ferarum. Cicero in philippicis: ſanguinem ciuilem exhauſit vel potius exorbuit. Iubeo iubes. quod in præterito iuſſi. per.s. duplex fecit. ¶ In.xi. prætereunt. Quod verba quæ hic ponũtur: mittunt præteritum in.xi. vt frigeo friges frixi, non vt quidam dicunt frigui. Iuuena. & ſi perfrixit cantat bene. Martialis. perfrixiſſe tuas quæſta eſt præfatio fauces. & Terentius: refrixerit res. Conniueo conniues connixi. Turpil. apud Priſcianum: dum ego connixi ſomno. ¶ Augeo auges auxi. adaugeo adauges adauxi. Mulgeo mulges mulxi, quod (quemadmodũ paulo ante diximus) fecit etiam mulſi. Lugeo luges luxi. atque etiam luceo luces luxi. præteritum habent commune. ¶ Quatuor in.di. Quod quatuor verba, quæ hic explicãtur, mittunt præteritum in.di. ea ſunt. video vides.di. prouideo prouides.di. ſedeo ſedes.di deſideo deſides deſedi. ſtrideo ſtrides ſtridi, vel ſtrido.is. per tertiam, quod etiam facit ſtridi. prandeo prandes prandi. quod etiam pranſus ſum facit. quemadmodum & illa gaudeo & audeo, quæ apud antiquiſſimos fecerunt pręterita gauiſi & auſi, nunc grauiſus ſum, & auſus ſum dicimꝰ. Liuius Andro. apud Priſcianum: quoniam audiui (inquit) pacem, gauiſi. Cato. cenſo. apud eundem. ex illo die non auſi recuſare. ¶ Sed tamen addes. Quod quatuor verba, quę hic ponunt, mittunt etiã præteritum in.di. geminantque primas pręteriti eiuſdem ſyllabas. ea ſunt mordeo, es. momordi, quod etiã, vt autor eſt Gellius. vij. noctium atti. memordi fecit apud antiquiores. Ennius: At ſi me canis memorderit. & Laberius: de integro patrimonio meo centum millia nummum memordi. Nigidius: ſerpens ſi memordit, gallina deligitur. Spondeo ſpondes ſpopõdi, quod etiam ſpepondi fecit. Gracchus: quæſtor mãcino in Hiſpania fuerat, & cæteri, qui pacem ſpeponderant. Pendeo pendes pependi. tondeo tondes totondi, quorum alterum.e. habet, ab altero tetondi non reperitur. ¶ A leo ſiue pleo. Quod verba compoſita. a leo.es. & pleo.es (quæ verba non extant) mittũt præteritum in.eui. vt deleo.es.deleui. releo.es. releui. ſuppleo.eui. compleo es. compleui. duo quoque verba mittunt etiam præteritum in.eui. fleo.es.fleui. neo.es.neui. Cieo.es.ciui. Vergil. j. æñ. Bella cient, primaque vetãt conſiſtere terra. Idem in. vi. lachrymaſq; ciebat. & in eodem. ære ciere viros Martemq; accendere cantu. & in. iiij. tonitru cęlum omne ciebo. Reperitur etiam per quartam. Lucre. auarum cimus ad ortus. & illud ex hymno, qui in re diuina canitur: Ieſum ciamus vocibus. Pliñ. etiam frequenter hac ratione declinandi vtitur dicens: Aluum cit, vrinam cit. Compoſita (vt diximus) ſemper ſunt quartæ coniugationis: vt accio accis acciui, excio excis exciui. ¶ Oleo oles olui. Horat. j. epiſtolarum: vina fere dulces oluerunt mane camœnæ. Martialis: atque oluere lares commeſſatore Lyæo. quamquam & oleui poſſe facere ex analogia coniectamus: quia fecit in ſupino oletum. Perſius: Vēto quiſquam faxit oletum. nam ab eo compoſita ea maxime, quæ mutant ſignificationem a ſimplici, in.eui. mittunt præteritum: quemadmodum ſupra diximus. ¶ Sed. ueo. dat. ui. Quod verba deſinentia in.ueo. mittunt præteritum in.ui. ſyllabam. ueo. mutata in.ui. vt moueo moui. foueo foui. ferueo ferui. voueo voui. caueo caui. paueo paui. conniueo.ui. Craſſus in iliade, nam conniui ego oculos deinde ſopore. quod etiam connixi præteritum fecit.

DE preteritis tertiæ coniugationis. Quod verba tertiæ coniugationis mittunt preteritum in multo plures terminationes, quã aliarum triũ cõiugationũ. Et primo ponit præterita verborũ habentium.i.ante.o.in prima poſitione: deinde proſequet̃ de habentibus conſonantes ante.o. Dicit igitur in primis, ꝙ duo reperiuntur verba deſinentia in.cio. mittentia præteritũ in.eci. ea ſunt iacio ieci. facio feci cũ ſuis cõpoſitis. vt abiicio.eci. deiicio.eci. pficio. eci. cõficio.eci. Et cõpoſita a licio.is. & ſpicio.is. q̃ verba non extant, q̃ mittunt præteritũ in.exi. vt allicio.is.alexi. pellicio.is.exi. illicio.is.exi. quæ etiam in.ui. ſyllabas reperiuntur. vt Piſo apud Priſcia. cuius vnius præmio multorum alicuit animos. & Varro: deinde vbi pellicuit dulcis leuis vnda saporis. Elicio vero tantũ elicui facit. Liuius. lib.iiij. ab vrbe cõdita. ad colloquiũ vatem elicuit. De compoſitis a Spicio.is. aſpicio aſpexi. reſpicio.exi. cõſpicio.exi. inſpicio.exi. circunſpicio.exi. Meio meis, quod habet.i. conſonantem ante. o. minxi facit in præterito. nec eſt ab eo quod mingo, quod nuſquã reperitur. Hora.ij. ſermo. ditior aut formę melioris meiat eodẽ. Mar. Matella curto rupta latere meiebat. Idẽ: minxiſti currẽte ſemel Pauline carina: meiere vis iterũ, iam Palinurus eris. & Iuue. cuius ad effigiem non tantum meiere fas eſt. Participiũ quoq; pręſentis poſuit Catullus dicens: meientis mulæ cũnus olere ſolet. nã quod in ſacris literis legitur ſæpe: nõ reliquit vſq; ad mingentẽ ad parietẽ. aut mẽdũ eſt, aut non dicitur latine. Dat fodio. i. ꝙ in. dio. vnũ tantũ reperitur verbũ fodio. is. quod facit fodi & ab eo compoſita vt defodio.di. effodio.di. Vnũ quoq; in. gio. fugio. gi. & ab eo cõpoſita: vt cõfugio.gi. refugio. gi. ¶ In. pio. reperiũtur. rapio.is.pui. & ab eo compoſita, vt corripio.pui. eripio.ui. ſapio.ui.vel.iui. Plau. in ruden. Pol magis ſapuiſſet, ſi dormiſſet domi. Affran. eqdẽ nũc reſipui, poſtquã pectus lætitia eſt onuſtum. Neuius: quando ego plus ſapiui, qui fullonem compreſſi. Sed reſipio (quęadmodum diximus) ad quartam coniugationem pertinet autore Diom. Cupio.is.iui. quod etiã antiquiores per quartam declinabant. Lucre. effingere, vt artẽ naturæ primus terrarum clauſtra cupiret. ¶ Capio.is.cœpi. Sine diphthongo, nam cœpi per.œ diphthongon ab eo quod eſt cœpio cœpis venit, quod nõ eſt in vſu: quamquam apud Terentium in adelphis reperitur: prius (inquit) olfeciſſem, quã ille quicquã cœperet. pro inciperet. Plautus in menechmis: neq; pugnas velitis cœpio. Cato: cœpiã ſeditioſa verba loqui. ab hoc componi videtur incipio.pis. ſecunda producta: quod facit in præterito incœpi per.œ. diphthongon: ſed non reperitur in vſu. nam a capio.is. incipio.is. ſecundam breuiat, & in præterito incepi ſine.œ. diphthõgo facit. erit igitur incipio magis a capio quã a cœpio cõpoſitum. Interpoſuit quoq; duo verba alterũ in. rio. hoc eſt pario, quod facit in præterito peperi, quod veteres per quartã etiã cõiugationem proferebant, vt Ennius: ou[illegible]parire ſolet pennis genus codecoratum. Alterum in. tio. hoc eſt quatio quatis, quod fecit quaſſi per duplex.s. quod præteritũ & in vſu non eſt, reperiuntur tñ cõpoſita ab illo. vt cõcutio cõcuſſi. percutio percuſſi. diſcutio diſcuſſi. Furio furis: quãquã a grãmaticis inter verba carentia præteritis numeraſ, Sedulius tñ dixit: nec minus & Darij furuerũt iuſſa tyrãni. ¶ V. ſi vocalis. u. litera apud latinos triplici fungitur officio. nã aut eſt vocalis, aut liquida, aut cõſonans. Vocalis eſt, cũ ſequẽtẽ vocalẽ nõ ferit. vt ruo ruis. Liquida eſt, cũ neq; ſonũ habet, vt vocalis: nec ſequentẽ vocalẽ ferit, ſed quodãmodo in pronuntiatione langueſcit. vt tinguo.is. Cõſonãs eſt cũ vocalẽ ſequentẽ ferit: vt ſoluo ſoluis. triplex ergo ponitur regula verborũ habẽtiũ. u. literã ante. o. finalẽ. Prima nãq; dicit: ꝙ verba habentia. u. vocalẽ an. o. purũ. ideſt cũ nulla cõſonãte mixtũ (nã vocalis pura dicit̃ a græcis, quã nulla cõſonãs ferit) mittũt pteritũ in.ui. diuiſas. vt acuo.is.acui. imbuo.is.bui. induo.is.dui. metuo.is.tui. arguo. is.gui. nuo.is.nui. In.xi. vero mittũt pteritũ duo ex illis fluo.is.fluxi. & ſtruo.is.uxi. Pluo quoq; aliũ in modũ miſit præteritũ, hoc eſt, pluui. Liuius ſcdo ab vrbe. lapidib9 pluuiſſe. Et iterũ. xxiiij. ſanguine pluit. ¶ Si tñ. u. liquidũ. Quod verba. u. liquidũ añ. o. habẽtia mittũt præteritũ in.xi. vt tingo.is.xi. extingo.is.xi. vngo.is.xi linguo.gis.xi. ninguo.gis. ninxi. coquo.is.xi. ſtinguo.is.xi. Linquo tamen amiſſa.n. litera diuerſum in modũ miſit præteritũ, hoc eſt liqui, & ab eo cõpoſita: vt delinquo deliqui. relinquo reliqui. ¶ Quatuor in. uo. ſunt. Quod habẽtia. u. conſonantẽ ante. o. tria mittũt præteritũ in.ui. ſyllabã. hoc eſt voluo.is.volui. ſoluo.is.ſolui. caluo.is.calui. Saluſt. iij. hiſt. apud Priſc. infinitiuũ paſſiuũ protulit, dicẽs: cõtra ille calui ratus. pro decipi, ſed deponẽs protulit Plau. in caſſina: vbi domi ſola ſum ſoror manus caluitur. i. decipitur. inter hæc poſſet numerari. cauo.is. ui. pro eo quod eſt caueo.es. neque enim ſecundam perſonam imperatiui modi ſingularis numeri in.e. breuem terminaret, niſi huius eſſet ordinis. Proper. tu caue ne triſti cupias pugnare puellæ. & Hora. tu caue ne minuas: tu ne ue maius facias id. Vnum vero miſit præteritũ in.xi. viuo.is.xi. ¶ Bo. finita dabis in. bi. Incipit differere de præteritis verborum habentibus conſonantem ante.o. finalem, & primo de deſinentibus in. bo. & dicit quod mittũt præteritum in.bi. bo. mutata in.bi. vt bibo.is.bibi. ſcabo.is. bi. glubo.is.bi. lambo.is.bi. Ouid. vj. meta. vberaque ebiberãt auidi lactentia nati. Lucil. iucunduſq; puer, qui lamberat ore placentas. Idem: ſcaberat vt porcus contrictis arbore coſtis. In. pſi. vero duo verba mittunt præteritum nubo nubis. pſi. ſcribo ſcribis. pſi. Compoſita vero a cubo cubas, quæ accepta. m. litera per hanc coniugationem inflectuntur, ex trita. m. mittunt præteritum in.ui. diſiunctas: de quo in principio capitis huius dictum eſt.

¶ De Præteritis Tertiæ coniugationis.

TErtia præteritum diuerſo fine reponit.
Dat iacio ieci. facio feci. Tamen. exi.
Allicio mittit & pellicio, illicioq;.
Quod ſpicio verbum componit, iungitur illis.
Elicio dat. ui. diuiſas. meioq; minxi.
Dat fodio fodi. Sed dat fugio tibi fugi,
Dat rapio rapui. ſapio ſapui, atq; ſapiui.
Et quatio quaſſi, gemino. s: cupioq; cupiui.
Dat pario peperi. Sed dat capio quoq; cœpi.
Cœpio non extat: ſed cœpi manſit ab illo.
V. ſi vocalis præueniat. o. tibi purum,
Præteritum per. ui. diuiſas ponere debes.
At fluo dat fluxi. ſtruo ſtruxi, ſed pluo pluui.
Si tamẽ. u, liquidum præit. o. tunc pręterit in. xi,
Vt tingo, linguo, coquo. ſed dat linquere liqui,
Quatuor in. uo. ſunt hæc voluo, ſoluoq; caluo,
In. ui, præteritum mittentia. Viuoq; vixi.
Bo. finita dabis in. bi, Sed nubere nupſi,
Scriboq; dat ſcripſi, Per. ui. quæ de cubo ducis.



¶ In. ui. præteritum. Quod verba deſinentia in. ſco. mittunt præteritum in.ui. ablata. s. & co. finali mutata in.ui. vt paſco.is.paui. cuius compoſita, quę mutant. a. in. e. vt ſtatim dicemus, in. ui. ſyllabas mittũt præteritũ. vt cõpeſco.is.cui. diſpeſco diſpeſcis diſpeſcui. creſco.is.creui. noſco.is.ui, quieſco.is.eui. ſueſco.is.ſueui. Sed duo verba geminant in præterito primas ſyllabas: mittuntque præteritum in.ci. ea ſunt poſco.is.popoſci. diſco.is.didici. Antiquiores tamen. vt Gell. lib. vij. noctium atti. ſcribit pepoſcit pro popoſcit dicebant. Valerius Antias in annalibus: Diem a Q. martio prætore pepoſcit. ¶ Deinde dicit: quod verba, quæ ab alijs grãmaticis dicuntur inchoatiua, a Laurẽtio cõtinuum incrementum ſignificantia, carent præteritis. Laurentius tamen illa præterita magis propria eſſe dicit inchoatiuorum, quã primitiuorum. vt caleſco.is.calui. cuius opinioni refragari videtur Nonius Marcel. qui dicit hoc verbum caleſco.cis. apud antiquiores feciſſe caleſci, inducitque Catonem cenſorem de bello Carthaginenſi dicentem: aures nobis caleſcerunt ad iniurias. Ratio autem Vallæ in hoc ſtat: quod cum inter macreo & macreſco illa ſit differentia quod cum macreo ſignificet macer ſum, macreſco macerfio, macrui in præterito potius ſignificat macer factus ſum, quam macer fui: & eodem modo de ſimilibus. His dicit annumerari hoc verbum gliſco.is. quod ipſum cum inchoatiuum non ſit: formam tamẽ inchoatiuorũ habet: antiquiores gliſcor. eris. declinabant. vt Marcel. autoritate Sempronij probat. Compeſco.is. & diſpeſco.is. & ſi compoſita ſint a paſco.is. paui. compeſcui. & diſpeſcui fecerunt. ¶ Ico. dat. ici. de non habentibus. s. ante. co. dicit: quod hoc verbũ. ico.is. facit præteritum. ici. Celius apud Priſc. qui cum his ita fœdum iciſtis. Vinco præterea ablata. n. facit vici. & parco quod in præterito primam geminauit peperci. Luca. in. ij. ſanguinis effudit iugulo, flammiſque pepercit. facit etiã parſi. vt apud Terentiũ: hanccine ego vitã parſi perdere? Plau. duorum ego hominũ labori parſiſſem libens. fecit quoq; apud antiquiores parciui. Næuius apud Marcel. nemo parciuit ſuo labori. Duo ſunt facientia præteritum in. xi. dico. xi. duco.is.xi. ¶ O. mutatur in. i. Quod huius coniugationis verba finita in. do. mittunt præteritum. o. finali mutata in. i. vt ſcando.is.di. pando.is.di. defendo. is.di. offendo.is.di aſcendo.is.di. deſcendo.is.di. quod etiam feciſſe deſcendidi finali ſyllaba geminata confirmat Gellius, autoritate Valerij Antiatis, qui dixit: deinde funere locato ad forum deſcendidit. Laberius quoq; in Catulario apud eundem Gellium: ego (inquit) mirabar, quomodo mammę mihi deſcendiderant. A ſido.is. Priſcia. dicit ſe præteritum non reperire: ex proportione tamen ſidi debuit facere: quemadmodum & ſtrido ſtridis, vel ſtrideo ſtrides ſtridi. A b edo.is. pro eo quod eſt comedo Martial. fecit edi in præterito. Boletus (inquit) qualem Claudius edit, edas. nam pro eo quod eſt publicare: edidi. facit cum a do das. compoſitum ſit. ¶ Deinde dicit. Quod. n. literam in præterito diſpungunt tria verba. ſcindo, ſcindis, ſcidi. findo, findis, fidi. fundo, fundis, fudi. Gellus. libro. vij. noctium atticarum. a ſcindo.is. pteritũ dicit fuiſſe ſcicidi prima ſyllaba geminata, idq; Priſcia. Actij autoritate cõfirmat dicẽs non ergo aquila vti prędicant ſciciderat pectus. quod & Aſſimonius in arte, quam ad Conſtantinũ Cæſarem ſcripſit, ſolum in vſu eſſe putat, cum Lucanus in. iij. dixerit: tellurem ſubitis, aut obruit vndis, aut ſcidit. & Martialis: vnguẽtũ (fateor) bonũ dediſti conuiuis here: ſed nihil ſcidiſti. ¶ Deinde dicit. Quod ſex verba, quæ hic explicantur, geminant primas præteriti ſyllabas, vt tundo tundis tutudi. quod. n. in præterito amiſit: quẽadmodũ & tria ſuperiora cædo cædis per. æ. diphthongon pro eo quod eſt ferio: quod facit cęcidi penultima longa. nam cado cadis cecidi, pro eo qđ eſt labor, laberis. penultimam breuiat. Pendo, pendis, pependi, pro eo quod eſt ſoluo penſionẽ, ſiue ſuſpendo: habetq; præteritum cõmune cũ hoc verbo pẽdeo, pendes, quod ſignificat ſuſpẽſum eſſe. Pedo, pedis, pepedi. Horat. quantũ veſica pepedi. Tendo tendis tetẽdi. ¶ Cõpoſita quoq; a do. das. dedi, quæ per hanc coniugationẽ declinantur, geminãt finales pręteriti ſyllabas, vt addo.is.addidi. perdo.is.didi. trado.is.tradidi. prodo.is.didi. ſed quẽadmodũ facile apparet a do, das verba eſſe cõpoſita cũ præpoſitione: ita nõ ſatis liquet, an credo & vẽdo ſint compoſita: illud a cretus & hoc a venũ. eſt. n. credo quaſi cretum do, & venũdo quaſi venũ do. Prendo quoq; quaſi a do cõpoſitũ geminauit. Hiero. in Ioã. xxj. afferte (inquit) de piſcibus, quos prendidiſtis. ¶ In. ſi. prætereũt. Quod verba, quæ hic enumeraui, mittũt præteritũ in. ſi. vt claudo.is.clauſi, quod etiam cludo.is.cluſi declinaſ propter illã affinitatẽ quæ eſt inter. au. diphthongon. & . u. Mar. videor mihi meo iure facturus: ſi epiſtolã verſibus cluſero. Diuido.is.diuiſi. Plaudo.is.plauſi, cuius cõpoſita mutant. au. in. o. propter affinitatẽ, quæ eſt inter. au. & . o. vt cõplodo.is.loſi. diſplodo.is. loſi. Ludo.is. luſi. lædo.is.læſi. cuius cõpoſita mutant. æ. diphthongõ in. i. longũ. vt collido.is.liſi. illido illidis illiſi. allido. is.liſi. rado.is.raſi. rodo.is.roſi. trudo.is.uſi. cudo cudis. cuſſi. ſecũdũ Diom. Cariſium & Phocã. At vero Priſc. in illud Verg. j. æñ. ac primum ſilicis ſcintillam excudit Achates. excudit (inquit) tam præſentis quã præteriti eſt, ſed quia Vergil. ſuſcepit, ſubiũxit, melius præteritũ põt intelligi, idq; etiã Seruius cõprobat exponẽs illud verbũ, excudit (inquit). i. feriendo eiecit. Cedo præterea, pro eo ꝙ eſt do locũ ceſſi facit, & ab eo compoſita. vt recedo.is.eſſi. cõcedo.is.eſſi. procedo.is.proceſſi. Cado vero pro eo qđ eſt labor. eris. cecidi facit, vt paulo ante diximus, differentia, quod hoc primam breuiat, illud producit eandem: nam cædo pro eo quod eſt ferio per. æ. diphthongon ſcribitur, quemadmodum modo dicebamus.

In. ui. pręteritum mittit, quod deſinit in ſco.
S tamen ablata: de poſco mitte popoſci.
De diſco didici. Sed pręteritis caruere
Gliſco cum verbis, quæ dicunt inchoatiua,
Aut certe capiunt a verbis vnde trahuntur.
Compeſco dat, ui. diſpeſco iungitur illi.
Ico dat. ici vincoq; vici. parco peperci,
Seu parſi: dico dat dixi. ducoque duxi.
O. mutatur in. i. ſi verbum deſinit in. do.
N tamen amittunt tria, ſcindo, findoque fundo.
Sed geminat tundo tutudi, cædo cæcidi.
Pendo pepẽdi dat, cecidi cado, pedo pepedi,
Atq; tetendi dat tendo. Sed di geminatur
A do compoſitis. his credo vendoq; iunges.
In. ſi. prętereunt hęc, claudo. diuido plaudo.
Et ludo, lædo, cum rado, rodoq; trudo.
Et vado, cudo dat cuſſi, cedoq; ceſſi.

¶In.go. quod verba huius coniugationis deſinentia in.go. mittunt præteritum in.xi. vt pingo.is. pinxi. cingo.is.cinxi.ango is.xi.rego.is.rexi.cuius compoſita in præſenti mutant.e.in.i. vt corrigo.is.correxi. dirigo.is.direxi.porrigo.is.porrexi:quod etiam per ſyncopam porgo.is.porrexi facit:quemadmodum pergo.gis.perrexi.pro perrigo.is.Dicimus quoqꝫ ſurrigo.is. ſurrexi, & per ſyncopā ſurgo.gis.ſurrexi. Deinde ponit exceptionē dicens:q̄d tria verba huius terminatiōis mittūt præteritū in.ſi.vt ſpargo ſpargis. ſi.cuiꝰ cōpoſita quoqꝫ mutāt.a.in.e.quęqꝫ non mutant,vt diſpargo gis.parſi.vel diſperſi.cōſpargo.gis.conſparſi.vel cōſpergo. gis. perſi.reſpargo.gis.reſparſi,vel reſpergo.gis. reſperſi.mergo.gis merſi.tergo. gis.terſi. ꝙ etiam ſecundæ reperitur, vt ſupra diximꝰ. vergo.gis. verſi, vel verxi. ſecundū Diome. Egi.mittit ago. Q đ verba, q̄ tribus verſibus explicantur, mittunt præteritum in gi, ſed varijs modis: nam ago facit in præterito.egi.cuius compoſita mutant in præſenti. a.in.i.vt redigo.igis.egi.adigo.gis,adegi.exigo.gis.exegi.cogo.gis.coegi. a litera diſpuncta ab ago.agis.&.n.a con ppoſitione quęadmodū in redigo redegi. d.litera interpoſita. Lego.is.legi, cuius cōpoſita q̄dā mutāt.e.in i.vt colligo colligis collegi. ſeligo ſeligis ſelegi, quædam nihil mutant, vt relego.egis. relegi.perlego perlegis perlegi.Ex ijs vero quę mutant.e.in.i. quædam etiā mittunt præteritum in.exi.ſunt autem, vt ſupra in principio huius capitis dictū eſt,tm̄ tria, intelligo.gis, intellexi.diligo.gis.exi.negligo.gis.neglexi:quæ & ipſa aliquando miſerunt præteritū cū ſuo ſimplici. Frango.gis.fregi. cuius compoſita in præſenti mutant.a.in.i. vt infringo infringis infregi. confringo.ingis.confregi.refringo.ingis.refregi. Pango pangis pegi. Pacuuius apud Priſcianum. in medio tonſillam pegi lęto in littore.ab eo compoſita in præſenti mutant.a.in.i.vt compingo.gis. compegi. impingo impingis impegi.Lucanus in.v.fortunæ quod te noſtris impegit arenis.facit quoque ſecūdum Cariſium pepigi & panxi.ſed autore Quintiliano pepigi,non eſt a pango pangis,ſed a pago pagis. ſcribit enim oratoriarum inſtitution.libro primo:memoria repeto conuictos a me,qui reprehenderant, quod hoc verbo pepegi vſus eſſem:nam id quidem dixiſſe ſummos autores confitebantur, rationem tamen negabant permittere,quia prima poſitio paciſcor cum haberet naturam patiendi,faceret tempore præterito pactus ſum. Nos prēter autoritatem oratorum atqꝫ hiſtoricorum analogia hoc quoque dictū tuebamur: nam cum in duodecim tabulis legeremus ni ita pagunt.inueniebamus ſimile huic cadūt. inde prima poſitio,etiam ſi vetuſtate exoleuerat,apparebat pago,vt cado. vnde non erat dubium ſic pepigi nos dicere,vt cecidi. Quid quod Cicero in.ij. ad Herennium. eo verbo eſt vſus: quod Quintilianus exoleuiſſe dicit: rem,inquit,vbi pagunt,oratione pagunt. Deinde dicit.quod hoc verbum pungo facit in præterito per regulam punxi,a quo ſunt compoſita,diſpungo.gis.diſpunxi, expungo.gis. expunxi, compungo.gis.compūxi,facit etiam pungo pupugi,a quo eſt repungo.is. quod pro eo quod eſt retaliare facit repupugi. facit præterea pungo pepugi, quod Gell.libro.vij. noct.atti. Actij autoritate confirmat dicentis:in ædilitio,ſi pepugero,metuet. Tango quoque tetigi facit cuius compoſita mutant.a.in i.tam in præſenti quam in prēterito,vt contingo contingis contigi. attingo attingis,attigi. A clango.gis.Hiero.facit clangui in libro numerorum cap.x.ſi ſemel(inquit) clangueris venient ad te principes. ¶A veho dic vexi. Duo reperiuntur verba in.ho.deſinentia,quæ mittunt præteritum in.xi. veho vehis vexi:traho.is.traxi. ¶Lo.finita.lui. Quod huius coniugationis verba finita in.lo. mittunt præteritū in.lui.vt colo.is.colui.molo.is.molui.alo alis alui.volo vis volui,conſulo conſulis.conſului. occulo occulis occului. Tria verba geminant in præterito primam ſyllabam,ea ſunt fallo.is.fefelli. pello pellis pepuli. tollo tollis tetuli, quod præteritum in vſu non eſt: ſed compoſitum ab eo quod eſt ſubſtollo ſubſtulli.Terentius referente Diomede:Huc(inquit) tetuliſſem pedem:& Catullus ad ortalum:ſi reditum retulit is, aut in tempore longo.Plautus in amphytri. me ſalutauiſti & ego te, & oſculum tetuli tibi.Percello.duplex habet præteritum perculſi & perculi. Terentius in Andria:perculſit ilico animum. Vergil.v.æneidos:Perculit & fulua moribundum extendit arena.& quemadmodum percello fecit perculi.ita etiam ex analogia excello excellis exculi debuit facere: nam excellui ab eo eſt præteritum quod excelleo excelles.Cicero in epiſtolis ad filium:quare effice,& elabora vt excelleas. Sallo ſallis ſalli. Lucillius apud Priſcianū :ſallere murenas mercem in frigidaria ferre.Reperitur etiam per quartam:vt apud Celſum libro ſecundo de medicina: Piſces(inquit) qui ſalem non patiuntur ſolidi ve ſaliuntur. Vello vellis velli vel vulſi. Vergilius. in buco.cinthius aurem velit & admonuit paſtorem. Lucanus in.iiij.caſtrorum ſiccas de ceſpite vulſerat herbas. Pſallo pſallis pſalli, Baſſus:calliope princeps ſapienti pſallerat ore. Plau. in amphy. næ ego homo infœlix fui,qui non interuelli alas. ¶Mo.tibi mittit.ui. diuiſas.Quod verba finita in.mo.mittunt præteritum in ui. ſyllabas, vt vomo vomis vomui, gemo gemis gemui,tremo tremis tremui, fremo fremis fremui. Quatuor tamen verba, quę ſequuntur,mittunt præteritum in.pſi.como comis compſi,demo demis dempſi, ſumo ſumis ſumpſi, promo promis pſi.Premo tamen facit in prēterito preſſi,cuius compoſita in præſenti mutant.e. in.i. comprimo comprimis compreſſi,imprimo imprimis impreſſi, reprimo reprimis repreſſi.Emo.is facit in præterito emi,ſed ab eo compoſita mutant.e.in.i.in prēſenti,vt redimo redimis redemi.perimo perimis peremi, adimo adimis ademi.dirimo dirimis diremi.quod euphoniæ.cauſa.r.mediam accepit:quemadmodum redimo,& adimo.d.literam acceperunt.Coemo coemis,non mutauit.e.in.i.

In.go quod verbum finitur prēterit in.xi.
Spargo ſparſi,mergo.merſi,tergoqꝫ terſi.
Et vergo verſi,vel verxi dat quoqꝫ verbum.
Egi.mittit ago,lego,frango,pangoqꝫ iunges,
Quod dedit & pepigi,vel panxi, pūgoqꝫ pūxi,
Sed dabit & pupugi:tetigi ſed dat tibi tango.
A veho dic vexi:ſed de traho dicito traxi.
Lo.finita.lui.mittunt.dat fallo fefelli.
Et pello pepuli.tollo tetuli dedit olim.
Percello tibi dat perculſi.perculeratqꝫ.
Exculit excello,de ſallo dicito ſalli.
Vello dat velli vel vulſi,pſalloqꝫ pſalli.
Mo.tibi mittit.ui.diuiſas.Sed dabis in pſi,
Quatuor hęc.como cum demo, ſumoqꝫ,pmo,
S.duplici preſſi premo dat:ſed emo facit emi.



¶Pono ponis poſui. Quod in.no. deſinentia reperiunt pauca verba,quæ quia nō poſſunt ſub regula colligi,ſingulorum præterita explicātur.Itaqꝫ dicit ꝙ pono.is. facit in præterito poſui,pro quo antiquiores poſiui dixerunt.Plau.apud Priſcia.in vidularia:vitulū ſequeſtrū poſiuimus. & Apul. in hermagora:cubitū,quē iucundū eſſe vobis animaduerterāt,cū ap poſiuerūt. Gigno.is.genui,quod veteres geno.is. genui declinabant. Varro in andabata:ſed q̄d hæc aliquid genūt.& Lucr.in.iiij.totū poſſe extra corpus durare,geniqꝫ.pro gigni poſuit in infinitiuo.Cano.is.cecini,cuius cōpoſita mutant.a. in.i.mittuntqꝫ prēteritum in.ui.ſyllabas.vt cōcino.is.nui.præcino.is.ui. occino occinis, occinui.quod Saluſt.in.i.hiſto. ita cōpoſuit, vt a in.i.non mutaret:iuſſu(inquit)Metelli cornicines occanuere. Tēno.is. tēpſi, cuius cōpoſitum cōtemno.is.cōtēpſi magis eſt in vſu.Sino.is.ſiui. Terē.in.adel. quia non ſiuit egeſtas.Diomedes etiā ſini in præterito poſſe facere dicit autoritate Pubilij: qui de vita ſua ſcribens,inquit: ꝙ ſi me inuitū abire ſiniſſet.meliꝰ tū vt,ait,dicimꝰ ſiui, quēadmodū Varro i cōplexionū.ij. ad mortē nō ſiui me producēs. Plautus in ciſtellaria: nunquā ego hanc viduā cubare ſiui.Cōpoſitū quoqꝫ ab eo deſino.is.deſiui facit,non deſini. Cerno.is.creui.Plau.in ciſtellaria:cū ego tē amaui mea antiphila,& mihi amicā eſſe creui. ꝓ eo ꝙ eſt vidi. Sperno. is.ſpreui. ſterno.is. ſtraui. Lino.is. triplex habet prēteritū lini. liui & leui.ſed lini vl liui raro ſunt in vſu,vt apud Varronē de re ruſt.cū obliuerit vaſa. Leui vero potius ab ēo ſimplici naſcitur,q̄d non eſt in vſu.leo.lēs. leui. a quo ſunt deleo. es.deleui, releo.es.eui. dicimus quoqꝫ a lino.is.relino.is.eui: vt apud Terētiū in heautō. releui dolia oīa. ſimplex etiā protulit Hora.in.i.carminū : conditu leui datus in theatro cū tibi plauſus. ¶In.po. pauca dabis.Quod huius cōiugatiōis verba in.po.deſinētia pauca ſunt mittētia præteritum. pſi. vt carpo.is. carpſi.cuiꝰ cōpoſita mutāt.a.in.e.vt decerpo.is, decerpſi.cōcerpo.is. cerpſi.diſcerpo.is.dicerpſi.repo.is. repſi.ſerpo.is.ſerpſi.ſcalpo.is.ſcalpſi.a quo eſt cōpoſitū exculpo.is.exculpſi.clepo.is,q̄d raro inuenit,clepſi fecit in præterito.Strepo.is.ſtrepui.atqꝫ rūpo.is.rupi.alſii in modū (quā ſuperiora) præteritū miſere. ¶Dat verro verri. In.ro.verba deſinētia,cū nō poſſint in vnā quandā regulā cōtrahi, eorū præterita ſingulatim explicauimus:nam verro ſecundum Seruiū verſi, & ſecundū Cariſiū verri facit, q̄d magis vſu probatur.Licinius:hiſce etiam reliquias auerrerunt.& Publius: cellas(inquit) ſeruorum conuerri.Gero.is.geſſi.vro vris vſſi.s.duplex in prēterito acceperunt.Curro.is.primam geminans ſyllabam cucurri fecit.Vergil.ij.æneidos:gelidusque per ima cucurrit oſſa tremor.feciſſe etiam occurri autor eſt Gell.lib. vij.Noctium attica.dicitque Probum annotaſſe verba Aelij tuberonis ad Oppium ſcribentis, ſi generalis ſpecies occecurrit. pro eo quod eſt occurrit. Quæro quæris quæſiui:cuius cōpoſita mutāt.æ. diphthongon in.i.longum.vt conquiro.is.conquiſiui.acquiro acquiris acquiſiui.requiro requiris requiſiui.tero.is.triui/ſero ſeris ſeui. antiquiores ſerui quoque per.ui. diuiſas dixerunt: vt Ennius: quā tanto ſtudio ſerui,ſed cōpoſita a ſero ſeris,cum retinent ſimplicis ſignificationem, faciunt in.eui,vt conſero.is.ſeui. inſero.is.inſeui.aſſero.is.aſſeui. Hora.i.ſermo. nunquam tibi vitiorum inſeuerit olim natura.Quod ſi mutant ſimplicis ſignificationem,in.ui.ſyllabas mittunt præteritum.vt conſero.is. ſerui inſero.is.inſerui.aſſero aſſeris aſſerui. ¶So.tibi dat.ſiui.Quod verba huius coniugationis in ſo deſinētia mittunt præteritum in.ſiui.vt acerſo.is.ſiui.laceſſo.is.ſiui.quæſo quæſis quæſiui, pro eo quod eſt rogo,a quo iam non extat aliud quam quæſo & quæſumus. Saluſt.in.i.hiſto curionem (inquit) quæſiui vti adoleſcentior & populi ſuffragijs integer ætati concederet Mamerti. In.ſi.tamen mittunt præteritū tria verba ſecundum Diomedem & Cariſium, viſo viſis viſi.capeſſo capeſſis capeſſi. faceſſo faceſſis faceſſi.Cicero in diuina.ne innocenti periculum faceſſeris. frequentior tamen vſus habet vt verba huiuſmodi mittant præteritum in.ui.vt Cicero apud Auguſtinum in.ij.libro.de ciuitate Dei:Aeſchines (inquit) cum adoleſcens tragœdias actitaſſet, rempub.capeſſiuit.Saluſtius apud Priſcia.libro.ij.hiſto. diuerſa ſolet vti rebus perditis capeſſiuit. Idem in.iiij.legiones pridie in monte poſitas laceſſiuit.& Cicero.pro Roſcio: accerſiuit(inquit) aliquē.Inceſſo inceſſis apud autores varijs modis reperitur: ſed frequentius inceſſi.Seruius in illud. Vergil.iiij.Georgicorum:regibus inceſſit magno diſcordia motu. inceſſit exponit pro inuaſit.Saluſtius in cathilina:tanta cupido glorię inceſſerat.Gellius.lib.xiij.cap.ij. ob iurgatione iuſta inceſſuit.niſi forte pro inceſſuit legendum ſit inceſſiuit. Pinſo pinſis in præterito pinſui debere facere Probus autoritate Pomponij affirmat dicentis:neque molis molui,neque palatis pinſui. ¶Xi.duo dant plecto.cū verba huius cōiugationis deſinentia in.to. non poſſint ſub vna regula cōprehēdi oīa, aut pleraqꝫ ex illis, explicat ſingulorū prēterita dicens:q̄d in.xi.mittūt præteritū hæc duo verba plecto,plectis,plexi,flecto,flectis,flexi.Liuius Andronicꝰ apud Priſcianū in ſolito pexi.munere. Vergilius.ij.Aeneidos,nec prius amiſſam reſpexi,animumue reflexi. ¶Duo quoque mittunt præteritum in.xi.ſimul & in.xui.necto nectis nexi vel nexui. Saluſtius.i. hiſto.nexuit(inquit) catenæ modo, Vergilius.v.æneidos:& paribus palmas amborū innexuit armis. Proper. At tibi qui noſtro nexiſti retia lecto.Pecto pectis pexi,vel pexui.Mecœn. in octauia:pexui capillū naturæ muneribus gratū. facit quoque Capro autore pectiui, a quo Colume. fecit ſupinum pectitum,ſed penultima breui,vt ſuis locis dicemus. ¶Mitto mittis miſi. Verto vertis verti. In.ui.ſyllabas duo mittunt præterita.ſterto.ſtertui.Perſi. poſtquam deſtertuit eſſe mæonides quintus. Meto metis meſſui. quod in præterito,s, duplex accepit,Cato apud Priſcianum:in campo(inquit) tiburti, vbi ordeum demeſſui.

Pono dat poſui,gigno genui,ceciniqꝫ
Dat cano:ſed per.ui quæ componuntur ab illo.
Temno dat tempſi,ſino ſiui,cernoqꝫ creui.
Et ſperno ſpreui,ſed ſterno mittit in aui.
De lino diclini vel liui,dic quoqꝫ leui,
In.po.pauca dabis mittentia præteritum in.pſi,
Sed ſtrepo dat ſtrepui:de rumpo ſit tibi rupi.
Dat verro verri vel verſi,dat gero geſsi.
Mittis ab vro vſſi.de curro mitte cucurri.
Quæro quæſiui,tero triui,dat ſero ſeui,
Cuius compoſitum per.ui.mittatur &,eui.
So.tibi dat ſiui. Tria dant ſi viſo capeſſo.
Atqꝫ faceſſo:ſed de pinſo pinſuit exit.
Xi.duo dant plecto cum flecto. Sed duo dant,xi,
Siue.xui necto cum pecto,quod dat & iui,
Dat mitto miſi.de verto ponito verti.
Stertuita ſterto, meto meſſuit atqꝫ petiui:

A peto ſed ſiſto ſtiti mittit, ſteteratq;.
Nexo preteritum per.ui.dat, texoq; iunges.

¶ De preteritis quartę coniugationis.

QVartę preteritū prope ſemper mittit in.iui,
In.xi.pretereunt duo, ſancio, vincio tātum.
Dat ſalio ſalui: micui facis ex amicire.
Sepio dat ſepſi.ſed ab haurio mittitur hauſi.
Quorum preteritū plerumq; reponis in.iui.
Fulcio, ſarcio, farcio, raucio, ſentio dant.ſi.
Et venio veni: Sed quę pario tibi format,
Preteritum per.ui, diuiſas mittere debent.
Comperio dat.eri.cui iungitur & reperire.

¶ De ſupinis verborum. Cap. v.

PReteritis in.bi tum.iuncta pone ſupinum.
In.ci, finitis.ctum.debes ponere ſemper.
Dat parſi parſum, per.itum. ſed mitte peperci.
Ex.di.preteritis in.ſum, tranſmitte ſupina,
Dū Deo preſentis.dio.vel.do. in.ſum. varietur,
S.geminat ſedeo ſeſſum.fodio quoq; foſſum.

¶ Peto.is iui.ſed ſiſto ſtiti mittit.hoc verbū ſiſto.is.aut actiuū eſt: facitq; in præterito ſtiti.aut abſolutū neutrū: facitq; ſteti.quemadmodū & ſto.ſtas.cui ſimile eſt genere & ſignificatione. ab hoc cōpoſita mittunt præteritum.e.mutata in.i.vt obſiſto.is.ſti.reſiſto.is.ſtiti.conſiſto.is. ſtiti. quemadmodum & compoſita a ſto.ſtas.vt obſto.as.ſtiti.reſto.is.ſtiti conſto conſtas.ſtiti.inſto.as. ſtiti. Quo piaculo mihi ſatiſfacere poſſunt, qui pro eo quod ego ſcripſi.ſiſto.ſtiti.pro ſtiti ſtatui ſuppoſuerūt: forte illa ratione ducti quod legerant apud Priſc. ſiſto quando actiuā habet ſignificationem in præterito deficere. itaq; vt verbi defectū reſarcirent.a ſtatuo.is. præteritum ſtatui mutuati ſunt.Itaq; mihi accidit tale quiddā hoc in loco: quale narratur a Gellio accidiſſe. M.Catoni cū peruerſis quibuſdam ſuorū operum emēdatoribꝰ.Nā ego cū ſtiti hoc in loco ſcripſerim, id quod in archetypis cōmentarijs meis adhuc monſtrare poſſum, audaculi iſti emendatores pro ſtiti ſtatui poſuerūt.verba Gellij.ex.li.ij.noctiū atti.huiuſmodi ſunt In.li.veteri.M.Catonis qui inſcribitur contra Tibe.exulē, inſcriptum quidem ſic erat: quod ſi vadimodiū capite obuoluto ſtitiſſes. recte (inquit ille) ſtitiſſes ſcripſit: ſed falſi emēdatores.e.ſcripto per libros ſtetiſſes fecerunt: tanquā ſtetiſſes vanū & nihili verbū eſſet.qn potiꝰ ipſi neq; & nihili ſint, qui ignorāt ſtitiſſes dictū a Catone, quoniā ſiſteretur vadimoniū nō ſtaretur. ¶ Nexo præteritum. qd̄ duo verba reperiūtur finita in.xo.mittentia præteritum in. vi.diuiſas. nexo.is.ui.& texo.is.texui.

DE præteritis quartę cōiugatiōis.Qd̄ verba quartæ cōiugationis mittunt præteritum in.iui.ſecūdæ perſonę pręſentis indicatiui modi.s.finali mutata in.ui. vt audio.is.iui.munio.is.iui.inſanio.is.inſaniui.ſcio.cis.ſciui.nutrio.is.iui. Deinde dicit, ꝙ duo tantum verba mittunt præteritum in.xi.ſancio.cis.xi.Hora.ij.epiſtola: tabulas peccare vetātes: quas biſquinq; viri ſanxerunt. Vincio.is.vinxi.pro eo quod eſt vinculo aſtringere. Duo quoq; dicit reperiri verba huius cōiugationis mittentia præteritū in.ui.ſyllabas.ſalio.is.lui.Ouid.j.faſtorū: per flāmas ſaluiſſe pecus ſaluiſſe colonos.cuius cōpoſita mutāt.a.in.i.vt inſilio.is.lui. deſilio.is.deſilui.proſilio.is.lui.Luc.in.iiij. inſiluit ſolo nociturus pōdere. Verg.v.æn.haud mora proſiluere oēs.Idem in.xi. portis regina ſub ipſis deſiluit. Amicio.is.Diome.autore amicui quoq; facit.vt Brutus in laudatione Appij claudij: toga (inquit) prætexta amicuit.apud Actium quoq; lectum eſt ab amicio.is.xi.in pręterito. ¶ Sepio.is pſi.haurio.is.ſi.Verg.j.æn.at venus obſcuro gradiētes aere ſepſit. Idem in.iiij.& vocē his auribus hauſi. ſed hęc omnia verba ex proportiōe verborum quartæ cōiugationis mittūt aliquādo præteritum in. iui. vt ſancio.is.iui.vincio.is.iui.ſalio.is.iui.amicio.is.iui.Pompo.ſecundus: ſancierat ius vtile ciuitati. pro ſanxerat. Papi.ix.theba.excuſſi ſalierunt cuſpide dentes.pro ſaliuerunt. Verg.ij. Georg. mollibus in pratis vnctos ſaliere per vtres.pro ſaliuere. Varro ad Cicer. cum idem quoq; haurierit. pro hauriuerit dixit. Iſa.cap.v.Hiero.interprete: ſepiuit eam, & lapides exegit. ¶ Deinde dicit. Quod quinq; verba, quę vno verſu complectuntur, mittunt præterita in.ſi.ea ſunt fulcio.is.fulſi. Ouid.in epiſtola Deianiræ: Hercule ſuppoſito ſydera fulſit Atlas. Phocas tamen hoc verbum in.xi.dixit ex ire fulxi. Sarcio.cis.ſarſi. farcio.cis.farſi.Cuius compoſita mutant.a.in.e.vt refercio.cis.referſi. differcio.cis. differſi. Cicero.ij. tuſculanarum: Cuius verbis etiam omnia referſerunt. Raucio raucis rauſi. Cicer.j.de oratore: æſopum etiam, ſi paulo irrauſerit, explodi. Sentio.tis.ſenſi. ¶ Venio.nis.præter morem verborum quartæ coniugationis fecit præteritum veni. Deinde dicit, quod a pario paris, compoſita mittunt præteritum in.ui.ſyllabas, vt aperio aperis aperui.operio operis operui.cooperio.is.cooperui. ¶ Duo tamen a pario compoſita miſerunt pręterita in.eri.comperio comperis comperi.reperio reperis reperi.

DE ſupinis verborum cap.v. Tota coniugationis difficultas verſatur in cognoſcenda prima verbi poſitione: deinde præterito: tum demum ſupino.Sed quia ſupina ex pręteritis plerūq; naſcūtur: viſum eſt ex præteritorū varia terminatione ſupina omniū ſimul coniugationū elicere ſeruato literarū ordine. Dicit igitur in primis. ꝙ verba quæ fecerunt pręteritum in.bi. mittunt ſupina in.itum. ſuper.i.finalem præteriti addita tum.vt bibo.bis.bi.bitum.glubo.bis.bi.bitum. Lambo.bi.& ſcabo ſcabi.ſupinis carent. ¶ In.ci.finitis.Quod verba, quæ fecerunt præterita in.ci, mittūt ſupina in.ctū. ſunt autem duo præcipue.facio.cis.feci.factum.iacio.cis.ieci.iactum.quorum cōpoſita in ſupinis mutant.a.in.e.ſi in prima poſitione mutauerūt.a.in.i.vt perficio.cis.perfeci perfectum.inficio.cis.infeci. ctum. reficio.cis.refeci refectū.Ico.icis.horum rationem ſequens, quia fecit in pręterito.ici.in ſupino quoq;.ictū. fecit. At vero parco.cis.quia duplex habet præteritum parſi & peperci, a parſi facit parſum, a peperci parcitum. Plin.libro.xxxiij. natu.hiſto. Italiæ parcitum eſt vetere interdicto patrum.Hiero.quoq; ad Heliodorum: non te patri parciturum eſſe, non matri. ¶ Ex.di.præteritis. Quod verba quæ fecerūt pręterita in.di.mittunt ſupina in ſum, ita tñ ꝙ verba ſcd̄ę cōiugatiōis terminata in Deo, & tertiæ in.dio.vel in do.mittūt ſupina.deo.vel.dio.vel.do.mutata in.ſum.vt mordeo morſum tōdeo tōſum, fodio foſſum, ſed hoc,s. geminauit vt ſtatim dicemꝰ.Scādo ſcāſum.cado,ſum. cædo cæſum. ¶ Deinde dicit, Qd̄ qnq; verba hic poſita habēt duplex.s.i ſupinis: ea ſunt, ſedeo ſeſſum, fodio foſſum, ſcindo ſciſſum, findo.ſſum. pando.ſſum.quorum tria poſteriora amittūt.n.in.ſupinis, quemadmodū & duo quæ addit, fundo.ſum.



Scindoq; ſciſſum, findoq; fiſſum, pādoq; paſſū.
N.tamen amittunt eum fundo tundoq; tuſum.
Dat tamen & tunſum: de tendo dicito tenſum,
Vel tentū: ſed edo dabit eſtum, mittit & eſum.
A do pone datum.Sed quæ componis ab illo,
Si non ſunt primę, per.itum. miſere ſupinum.
Actum mittit ago, cum pango, tangoq;, frango.
Dat fugitum fugio, lego lectum, pungo punctū
Dat fallo falſum, ſallo ſalſum, atq; ſalitum.
Vello vulſum, pello pulſum, tolloq; latum.
Percello culſum dabit, excello quoq; celſum.
Emptum mittit emo. Venio vētum, cano cantum
Et rumpo ruptum, capio cum cœpio dant. ptum.
Dat linquo lictum, cui iunges compoſitiua.
De curro curſum, de verro ponito verſum.

& tundo tūſum, quod euphoniæ cauſa Ser.atq; Priſc.dicūt eſſe factū.Sed in cōpoſitione huius verbi tūdo.n.ſemper exteritur, vt cōtūdo.ſum.retūdo.ſum.pertundo.ſum.In ſimplicitate potius retinetur, vt apud Verg.ij.æn.ſuppliciter triſtes & tūſæ pectora palmis. Tendo.is.duplex habet ſupinum tenſum & tentū.Luca.i.j.& varias ignis tenſo dedit aere formas.Idē in.ij.tēſiſq; rudētibus actæ. Verg.in priape. tentaq; ad exēplū ſit ſua turba Dei.In cōpoſitis quoq; vtrūq; reperitur.vt oſtēdo.is.entū.vel.ſum. prætendo.entū.vel prætenſum.intendo.tum.vl'.ſum.extēdo.tum.vel.ſum. Edo.is. duplex habet etiā ſupinū eſtū & eſum: qd' magis in cōpoſitis apparet.vt comedo comeſtū vel comeſum.Cice.pro cluētio, potius comeſtum quā epotū in venas atq; omnes partes corporis permaneret. & Saluſt. referente Diome. comeſta (inquit) patrimonio. Iuue. & cito rapturus de nobilitate comeſa qd̄ ſupereſt. Alia potiꝰ in eſum quā i eſtū mittūt, vt ambedo.ſus.adedo.ſus.exedo.ſus. Vergi. in.iij. æn. Ambeſas ſubigat malis conſumere menſas.Idem in.ix.& poſtibus hæſit adeſis, Idē.j.Georg.nigris, exeſa chelydris. ¶ A do pone datū. Quod hoc verbū do das.dedi facit in ſupino datū & ab illo cōpoſita, ſi ſunt primæ cōiugatiōis, habēt etiā ſimplicis rōnem. vt circūdo.das.dedi.datū. Sin vero ſunt tertiæ mittūt ſupina in.itū.vt trado.dis.didi.ditū.vēdo.is.didi.ditū.credo dis.didi.ditū.abſcōdo.dis.di.vel abſcōdidi.ſum, vel abſcōditū.Sed queādmodū Diome. ait melius dicimus abſcōditū. Pedo.is.pepedi.aut caret ſupinis.aut peditū facit.Catullus, ſubtile ac leue peditū liboni eſt. ¶ Actū mittit ago.in.gi.repertunt tñ ſex verba facientia præteritū, quorū ſupina ſingulatim explicat: ea ſunt Ago.gis.egi.actū.tango.gis.tetigi.tactū.pāgo.gis.pegi, vel potius, pago.gis.pepigi pactū.frāgo.gis.fregi fractū.quæ duo in ſupinis euphoniæ cauſa.n.literā extriuerūt.ſed ab eis cōpoſita etiā ſi in præſenti mutant.a.in.i.in ſupinis illud.a.retinent.vt ago.is.egi.actum.redigo.gis.redegi redactū, adigo.is.adegi, adactū, tāgo.gis.tetigi.tactū. cōtingo.gis.cōtigi.tactum, attingo.gis.attigi attactū.frango.is.gi.ctū.infringo.gis.egi.infractū. perfringo.gis.gi.perfractū.pango.gis.pepigi.impingo.is.gi.impactū.fugio quoque, quod in præterito fecit fugi, in ſupino fecit fugitū.Lego.is.gi. fecit lectum: cōpoſita vero ab illo, quæ mutant.e.in.i.retinent illud.e. vt colligo.gis.collegi, collectum, ſeligo.gis.egi, ſelectum . Pūgo.gis. pupugi punctū, tam ab eo quod eſt pupugi, quā ab eo quod punxi. ¶ Dat fallo, falſum.in.li.præteritum mittentia hæc fere repeiuntur mittentia ſupinū in ſum.fallo.lis.fefelli falſum. Sallo.is.pro eo quod eſt ſalem infundere alicui rei, tertiæ cōiugatiōis cū eſt, fecit in pręterito ſalli, atq; inde mittit in ſupino ſalſum hinc Munius dixit: iſthęc ſum multo ſale ſalſurus.& dicimus homines ſalſos, & inſulſos. Reperitur etiā quartę cōiugationis: & tunc facit in pręterito ſaliui : & in ſupino ſalitum, qd̄ frequētius reperitur quā ſalſum. Liuius Andro.ſaliturus iſthęc (inquit) mittā ſalē.Corne.ſeuerus: ad quem ſaliti pomiliones afferebātur. Idem alio loco: diſtractos atque ſalitos. Saluſt.apud Diome.in.iiij.hiſto.reliqua (inquit) cadauera ſalita. Itaq; cū tertiæ coniugationis eſt primā producit poſitione.l.duplicis, vt facile apparet ex Lucilij poetæ verſu illo: Sallere murenas mercem in frigidaria ferre. Itaq; ea ratione.l.accepit duplex, qua relligio & relliquiæ. Cum vero eſt quartæ, quia nuſquam in carmine reperitur, per.l.ſimplex ſcribi debet ſalio.is. Diome.putat ſalitus a ſallo non a ſalio deduci: ſcribit enim his verbis: Veteres ambiguitatē appellationis vitantes & analogiam ſalitus ſum dixerūt a ſallo.is.non a ſalio. Nos tñ cum apud Cel'.li.ij.de medicina legerimus: piſces qui ſalē nō patiūtur ſolidi veſaliūtur.& apud Lucā Hiero.interprete: ꝙ ſi ſal euanuerit, in quo ſalietur? vtrāq; verbi poſitionē in vtraq; cōiugatiōe poſuimus.reperitur etiā ſalleo.es.ſcd̄æ cōiugationis apud Fabiā. referēte Diome.cū caro ſallet, diuturnior eſt, inqt. Vello vellis, duplex habet pteritū velli vel vulſi.ſed ab vtroq; miſit ſupinū vulſum, p quo antiquiores dicebāt volſum. Mart.ſed mēs eſt Pāniche volſa tibi. Pello.is.pepuli pulſum. Tollo.is.quod apud antiquiores, vt diximus, fecit tetuli: in ſupino debuit facere latum, ſed cū in vſu non ſit, quemadmodū loco tetuli poſuimus ſubſtuli: ita pro eo quod eſſe debuit latum, ſuffecimus ſublatū. Percello.is.duplex habet pręteritum perculi & perculſi: ſed ab vtroq; miſit ſupinum perculſum. vt apud Verg. Quarū ſacra fero ingēti perculſus amore. Excello.is. culi.celſum.nam cū ſecundæ cōiugatiōis eſt excelleo: vix habere poteſt ſupinū ex proportionis ratione. A pſallo.is.lli.ſupina non reperiuntur, ideo eius nō meminit hoc in loco. ¶ Emptum mittit emo. Quod vnum modo verbum reperitur, ꝙ facit præteritū in.mi.emo.is.emi.facitq; in ſupino emptum.cuius cōpoſita retinent.e. pręteriti in ſupinis, vt redimo emi.redemptum. adimo.emi. ademptum. In.ni.duo tantum reperiuntur feciſſe præteritum venio.is.ni.ꝙ fecit ventum: & cano.is.cecini.quod fecit cantū.Hiero.tamē in Apoca. cap.viij.canturi dixit. ¶ Et rumpo ruptū. In.pi.tria verba mittūt pręterita rumpo.is.pi.qd̄ facit ruptū capio.is.cœpi, ꝙ facit captum.cœpio.pis.pi.a quo tantum eſt in vſu pręteritū cœpi, & tēpora quæ formātur ab eo, facitq; in ſupino cœptū. ¶ Dat linquo. Quod hoc verbū linquo cū ſuis cōpoſitis mittunt ſupina in.ctū.vt linquo lictū, ꝙ nō eſt in vſu, ſed in cōpoſitis reperitur, vt delinquo delictū, relinquo relictum. ¶ De curro curſum. Quod tria verba, quæ hic ponūtur, mittētia præteritū.ri. mittūt ſupina varijs in modū: nā curro.is.cucurri facit curſum, verro.is.ri.facit verritū vel verſum : ſed ab eo, ꝙ eſt verſi videt eſſe verſum: ab eo eo ꝙ eſt verri, ritū. Verg.j.æn.verſa puluis inſcribit haſta. ꝙ participiū teſte Seruio, ibidē nō a verto.is.ſed a verro.is.deducitur: queādmodum & Plau. dixit: in vētum oīa verſa. Apul. in apologia pro magia ab eo ꝙ eſt cōuerro, is, cōuerri, rritum, dixit conuerritorem tumidæ gingiuulæ,

Pario.is.ꝙ ex deriuatis ab eo poſſumus intelligere, duplex habet ſupinũ partũ & paritũ:nã a partũ dixi nius partus.a.um partus.us.parturio.is.ab eo ꝙ eſt partum Papi.x.theb.dixit:atꝗ hoſti veniat parturã marito.Cõpoſita vero a pario, quæ omnia (vt diximus) quartæ ſunt cõiugationis, ſiue mittant præteritum in.ri.ſiue in.rui.ſemper mittũt ſupina in.ertum.vt cõperio.is.cõperi. cõpertũ. reperio.is. eri.repertũ,aperio.is.aperui,apertũ.operio.is.erui.opertum. ¶ In.ſi.præteritũ. Quod verba facientia præteritum in.ſi.mittunt ſupina in. ſum.vt mulceo mulces mulſi mulſum.Cicero.apud Priſcia. permulſa atque recreata: & Varro apud eũdem:capite permulſo dixit Saluſt.in.iij.hiſt. poſtera (inquit) die liberalibus verbis permulſi ſunt. Ludo.is.ſi. ſum. lędo.is.ſi.ſum. ſentio.is.ſi. ſum.raucio.cis. rauſi.ſum. Luci. rauſuro tragicus, q̃ carmina perdit,Oreſte. quinꝗ tñ uerba q̃ hic ponuntur geminãt.s. in ſupinis.ea ſunt mitto.tis.ſi.ſſum. cedo.is. ſi.ſſum.cudo.is.cudi,vł cuſi.ſſum.ab vtroꝗ prętererito fecit in ſupino cuſſum.iubeo.es.iuſſi.iſſum.præmo.is.ſſi. ſum.indulgeo, indulges. indulſi,ex proportione facit indulſum: ſed & indultus dixit Marcel. tanquam licentia (inquit) crudelitati indulta.Gero.is. eſſi.eſtũ.torqueo.es. torſi tortũ vel torſum. vro.is.vſſi, vſtũ.ſartio.is.ſarſi ſartũ. vñ ſartores,& ſarta tecta dicuntur. fartio.is.farſi, fartũ,a quo fartus farta.um. & fartores dicti.fulcio.is.fulſi.tũ.Iuuẽ.nos vrbẽ colimus tenui tibicine fultã.haurio.is.ſi. vel hauriui hauſtũ,vel hauſum vel hauritũ.Verg.iiij.ęñ. quæ bella exauſta canebat. Idẽ in eodẽ:ſupplicia hauſurum ſcopulis,& noĩe Dido ſæpe vocaturũ. Apul.ij.met.lagena (inquit) facilis hauritu.Idem in.iij.Haurito pluſculo vncto corporis mei membris perfricui. & in.iij.rorem rigentem hauritum iſta confeſtim deferto vrnula.Cãbio.is.nunquã niſi in Apuleio ꝓ magia legi:operas (inquit) tuas cũ vicinis cãbias.eius præteritũ referẽte Priſc.Cariſius protulit cãpſi : qđ ideo nõ poſuimus, quia nuſquã inuenimus.Itaꝗ ſupinũ hoc in loco extra ordinẽ poſuim9, quoniã ab eo deriuatur frequẽtatiuũ cãpſo.pſas. quo Ennius vſus eſt:leucatan (inquit) cãpſant. & iuniores ab eo fecerũt campſor.is.

¶ Quod ſi præteritũ.verba illa quæ fecerunt præteritum in.pſi. mittũt ſupina in.ptũ.vt nubo.bis nupſi nuptũ como.is.cõpſi.cõptũ.ſorbeo.es.pſi.ptum.nã ab eo quod eſt ſorbui itum fit : vnde eſt ſorbitio & ſorbitiuncula. Perſius.ſorbitio tollit quẽ dira cicutæ. ¶ Statum ſiue ſtatum.in.ti.tria tantũ verba mittũt præteritũ.ſto ſteti,ſiſto ſteti vel ſtiti.verto verti,quod ſine cõtrouerſia facit in ſupino verſum quemadmodũ & verro.is.verri.Sed.ſto.ſteti facit ſtatum prima indifferenti,qđ ſignificatur cũ dicit ſtatum ſiue ſtatũ dat.ſto.nã in priori.ſta.producitur.in poſteriori.ſta.breuiatur.In ſimplicitate tamẽ ſemper ſtatus.ta.tum.breuiatur ſtaturus producitur.In cõpoſitione,ſi.a.mutatur in.i.breuiatur.vt præſto præſtitũ,inſto inſtitũ.ſi manet integra,producitur.vt præſto.as.ſtatum,inſto.as.atum.Sed de his libr. v.diſſeremus. Nũc vero tantũ dicam9 quod a.ſto. ſtas cõpoſita mittũt ſupina in.itum.vel.atum. vt cõſto.as.itũ.vel.atum.aſto.as.itum.vel.atũ.præſto.as.præſtitũ vel præſtatũ,a quo frequẽter in libris digeſtorũ legimus præſtatio. ¶ Siſto.is.Cum abſolutũ eſt eandem rationẽ ſequitur in ſupino,quã.ſto.ſtas. cum quo verbo præteritum & ſupinũ habet commune.vt ſiſto. is. ſteti ſtatum. ſed compoſita ſemper exeunt in.itum.vt circunſiſto.is.ſtiti circunſtitum. aſſiſto.ſtis.aſtiti aſtitum. Siſto.is. ſtiti.cum actiuum eſt,ego non abnuerim habere ſupinũ in. atum, ſed prima producta , a quo eſt ſtator pro eo qui ſiſtit aliquem coram Prætore vel alio magiſtratu.vnde Iupiter ſtator qui ſtitit.i.ſtare fecit Romanos fugientes.Oui.vj.faſtorũ:tempus idem ſtatoris erat.ſed de his ſuo loco diſputabit. ¶ Verto dat verſum, & ab vltimo ſupino fit verſus.a.ũ.Vergi. verſaꝗ iuuencũ terga fatigamus haſta. De.xi.ctũ.mitte ſupina.Q đ verba quę fecerũt ꝑterita in.xi.mittũt ſupina in.ctũ,vt lugeo.es.xi.ctũ.vincio vincis. xi. ctũ. dico.is.xi.ictũ.ſancio.is.xi.ctũ.nã ab eo qđ eſt ſanciui. citũ,diximus.Lucr. qđ porro nequeas ſancitum quãdoquidẽ extat. Quinꝗ tñ verba,quæ hic ponũtur,amittũt.n.in ſupinis,ea ſunt pingo.gis.xi.ctum. fingo.gis.xi.fictum.ringo.gis.xi.rictum quod etiã ringor.eris. declinatur.meio.is.minxi. ctum. quod nonnulli mingo.gis.declinauerunt:ſed,quemadmodũ ſupra dixi,ego nuſquã legi. Deinde dicit , quod altera quinꝗ verba,quæ fecerunt præterita in.xi.mittunt ſupina in.xum.ea ſunt necto.ctis.nexi.vel nexui,xum.ſiue enim ſit a necto.ctis.xi.vel nexui:ſiue a nexo.xas.vel nexo,nexis.nexui. ſemper facit in ſupino nexum.Fluo.is.xi.xum. vnde fluxas veſtes & fluxa corpora dicim9:& fluxus aquarũ. Antiquiores quoque autore Priſcia.fluctum a fluo.is.dixerunt,vnde eſt adhuc fluctus.us. & murena flucta. Figo.gis.fixi.xum.quamquam Scaurus apud Diome.ſagitta confictus dixerit.Pecto pectis.xum.nã a pectiui pectitum fecit,a pexui æque.xum. Flecto flectis.xi.flexum. Plexi quoque ab eo quod eſt plecto plectis,qđꝗ ſum9 pene obliti,plexũ in ſupino facit.Catull9:hos indiſtinctis plexos tulit ipſe corollis.hinc eſt ab amplector,amplexus.a complector.xus. ¶ Mittit.itum. quod verba facientia præteritum in.ui. ſyllabas mittunt ſupina in.itum. penultima breui.vt domo.as.ui. itum quamquam ab eo quod eſt domatum Tibull. libro.iiij.dixit:te duce non alias conuerſus terga domator . & domatio nomen participiale Valla formauit.ſono ſonas.aui.ſonitum:& ſi ab eo q đ eſt ſonatu Horatius dixit: magna ſonaturum des nominis huius honorẽ. ſicut a tono.as.atũ.Idem in epodo dixit: Si quos cois intonata fluctib9 hyems ad hoc vertit mare.Sene.in.ij.natu.quæſt.quaſi illa (vt ſic dicam) cõminatio,& tonatio ſine ictu.

Dat pario paritum vel partum.Compoſitũꝗ,  
Quod venit a pario,ſemper mittatur in.ertũ.  
In.ſi.præteritum plerumꝗ reponitur in.ſum.  
S.geminat miſſum de mitto,cædoꝗ ceſſum.  
Et cudo cuſſum iubeo iuſſum, premo preſſum.  
Indulſi indultum,dat & indulſum.gero geſtũ.  
Tortũ vel torſum dat torqueo. at vro dat vſtũ.  
Sartio ſartum,fartio fartum,fulcio fultum.  
Hauſtũ vł hauſum dedit haurio.Cãbio cãpſum  
Quod ſi præteritum dat.pſi.ptum pene ſupino.  
Statum ſiue ſtatum dat ſto. cum ſiſto:ſed illud,  
Quod.ſto.cõponit,dat.itũ.quandoꝗ dat.atum  
Quæ tibi dat ſiſto per.itum,miſere ſupina.  
Vertoꝗ dat verſum. De.xi.ctum mitte ſupina.  
N.tamen amittunt hæc pingo. ſtringoꝗ fingo.  
Ringoꝗ cum meio.ſuntꝗ dicãt quoꝗ mingo.  
Necto.fluo.figo,cum pecto,flectoꝗ dãt.xum.  
Mittit.itum.quod.ui.diuiſas præteritum dat.

Neco tamen



¶ Neco tamen cum duplex habeat præteritum necui & necaui, & ab eo quod eſt necui facit nectum ab eo,quod necaui.atũ.Sed inter necatus & nectus non eſt illa differẽtia,quã putauit Priſ. vt necatus ſit ferro.nectus vero alia vi perẽptus.ſed potius necatus eſt omnino extinctus.vt Cice. veneno.necatus dixit, & Quint.fame necatus,nectus vero quaſi exanimatus & mortuo ſimilis.Cice. ij. tuſc. nectus ſit Tãtalus.& Hora.in epiſtolis:bos eſt enectus arando. Frico.as.cui.ctũ.Iuuẽ ſi prurit frictus ocelli angulus. ab eo tñ quod eſt fricatũ Pli.lib. viij. dixit: pãtheras per carnes fricatas aconito venantur barbari.Geſ.li.vj. ante oleo perfricatus. & Macer:vrticæ folijs reuocatur vulua fricata.Seco.as.cui. ctũ. Verg.j. Georg.via ſecta per ambas. Apul. j. meta. a ſecatu dixit: impetu teli præſecata gula.Cẽſeo.es.ſui.ſum. qđ ſecũdũ analogiã fecit etiã cẽſitũ. miſceo. es.cui mixtũ.per.x. qđ etiã in marmoribus antiquis per.s.miſtum legimus. Torreo.res rui.toſtũ. Doceo. ces.cui. ctum. Teneo.nes. nui.tũ.Pateo.es.tui.ſſum. quod etiã a pãdo. is.& patior.eris. ſupinũ eſt cõmune. Verg.j. æñ. Crinib9 illiades paſſis peplũꝗ ferebãt. quod a pando,vel a pateo eſſe poteſt.Careo. res.rui.ritũ. vel caſſum. Sed a caritu format participiũ futuri in.rus.cariturus. Iuue.cariturus turture magno, mulorumꝗ iubis.a caſſu formatur participiũ præteriti caſſus. Verg.ij.ęñ.nũc caſſum lumine lugẽt. ¶ Si præſens dat.uo.diſiũctas. Q đ verba tertiæ cõiugationis deſinẽtia in.uo. vocales mittunt ſupina in.utũ.vt nuo.is.nui.nutũ.ſuo.is.ſui. ſutum.acuo.is.cui.acutũ.arguo.is.ui.utum. Plau.in pſeud. Argutus, inquit, malorũ facinorũ.Saluſt.tñ apud Priſ.in.ij.hiſt.arguiturus.q̃ſi ab arguitu dixit:multi (inquit) ex bithynia volentes occurrere falſum filium arguituri.Ruo.is.rui. ſemper facit ruitum in ſupino.Luca.in.iij.ruituraꝗ ſemp ſtat moles.ab illo verbo compoſita omnia exeũt in.utũ.vt obruo.is.ui.utum.diruo.is.ui.utũ,eruo. is.erui.utũ. rapio.is.pui.facit.ptũ.meto.is.ſſui.per.s.duplex facit ſupinum meſſum Conſulo.is.lui. ultũ. Colo.is.lui. ultum.Excello.lis.lui.ſiue exculi,excelſum.alo.is.alui. alitum facit per regulam aliquando, ſed frequentius altus reperitur.Saluſtius in Iugur.omnẽ (inquit) ætatẽ arpini altus. reperitur etiã Altor & Altrix ab altu formata. Verg.iij.æñ. Et terram altricem diri execramur Vlyſſi. Occulo.lis.cului. ultum. Pinſo. is.ſui.piſtũ.a quo eſt Piſtor.oris. Texo.is.xui.textũ. Nexo.is.xui.xum. Pecto.is.pexi.vel pexui.xum.nã ab eo quod eſt pectiui pectitũ exit. Colũme.li.xiij.præparatæ ſint & pectitæ lanæ. Idem etiã de cura hortorum:verum vbi iam puro diſcrimine pectita tellus ſed quia penultimam breuiauit,poteſt videri ductum ab eo quod eſt pecto.is.ctui.quod nullus vnquam poſuit. Compoſita vero a cano.is. mittunt ſupina in.entum.vt occino.nis.nui.entum.concino.is.nui.entum.accino.is.nui.entum. ¶ A pario.is.compoſita tam illa, quæ fecerunt in.ri.præteritũ de quibus paulo ante diximus:quam illa,quæ in.rui.de quibus nunc agimus,mittunt ſupina in.ertum.vt aperio.is.rui.apertum.operio.is.rui.opertum. A ſero.ris. quoꝗ cõpoſita,q̃ mutãt ſimplicis ſignificationẽ,quæꝗ diximus facere ꝑteritũ in.ui. ſyllabas ,mittunt ſupina in.ertũ.vt diſſero.ris.rui.diſſertũ.aſſero.ris.rui.aſſertũ.cõſero.ris.conſerui. ertum. Deinde ſubiũgit.ꝙ hoc verbum Amicio.icis.amicui.vel amixi vel amiciui,ſemper facit in ſupino amictum. ¶ In.ui. præterito.ui.ſemper vertitur in.tũ. Quod verba facientia præteritum in.ui. ſyllabã,mittunt ſupina.ui. mutata in.tum.vt amo.as.aui.atum.moueo.es.ui.tum.cupio.is.iui.itum. audio.dis.iui. itum. excipiuntur vero pauca verba mittentia ſupinum aliter.ea ſunt poto.tas.taui.quod facit potum. Verg. in buco. huc ipſi potum venient per prata iuuẽci.& ibidem: & potum paſtas age Tityre,& inter agendum.Luca.in.v.poturæ te nile grues.Terẽ.tamen proportionẽ ſequutus dixit in phormione: nam apud me potaturus eſt.Lauo.as.laui lotũ,vel lautum,propter affinitatem,quæ eſt inter.au. &.o.vel lauatũ. Terent. in eunucho:abeunt lauatũ. Ouid.iij.faſto.ſacra lauaturas mane petebat aquas. Hora.aſt vbi me feſſum ſol acrior ire lauatũ admonuit.qđ nimis licẽter dici putat. Serui9.iij.Georg.Caueo.es.caui.autũ.Faueo. es.faui.fautum.ab illo eſt cautus & cautio,ab hoc fautor.quãquã Plau. in Amphitryone regulã ſequutus dixit,fauitor. Adoleo.vel adoleſco.adolui.vel adoleui adultus.Paſco.cis. paſtũ. quod ſolum in ſupino.s.retinuit.Agnoſco.cis.noui.gnitũ.cognoſco.cis.noui.itum. Iuuena. agnitus accipies, iubet a præcone vocari.Lucan.in.iij.calida mihi cognitus axis Aegypto.Saluſt.tamen regulam ſequutus in ſecundo hiſtor.dixit:neꝗ inermes ex prælio viros quemquam agnoturum.Sero.ris.ſeui ſatum. Cuius compoſita retinentia ſimplicis ſignificationem,quæ fecerunt præterita in.eui.mittunt ſupina in. itũ. ea ſunt inſero.is.eui.itum,conſero.ris.ſeui.conſitum. Verg.ij.Georg.mutatamꝗ inſita mala ferre pirum. Cicer. quoꝗ in Verrem ab eo quod eſt obſero.is.ſeui.dixit: vt cum obſitum leontinum agrum vidiſſes.& ab aſſero aſſeris.ſeui.ſitũ. De facientibus pręterita in.ui.ſyllabas paulo ante dixim9 mittere ſupinũ in ertũ. Soluo.is.ui.& voluo.is.ui.fecere ſupina ſolutum & volutum.u.conſonante in vocalem mutata. & extrita.i.atꝗ ex hotum proportione caluo.is. debuit facere calutum, niſi quod in vſu non eſt. Veneo. nis. veniui venum, pro eo quod eſſe debuit venitum, nunquam reperitur niſi coniunctum aut compoſitũ cum hoc verbo do das dedi. dicimuſꝗ venundo.das.dedi.Sepelio.lis.liui.ultum. Verg.ij.æñ.inuadũt vrbem ſomno, vinoꝗ ſepultam.Cato proportionem ſequutus dixit:moritus eſt,ſepelitus eſt.

Sed necui nectum, fricui frictum , ſeco ſectum,  
Cenſeo cẽſum,miſceo mixtum, torreo toſtum,  
Et doceo doctum,teneo tentum,pateoꝗ  
Dat paſſum.careo cariturus, dat quoꝗ caſſus.  
Si præſens dat.uo. diſiunctas , exit in.utum.  
Sed ruitum ſemper.ruo,dat. Quæ ducis ab illo  
Dant tibi ſemp.utũ. rapio raptũ. meto meſſum.  
Conſulo conſultũ.colo cultũ, excelloꝗ celſum.  
Deꝗ alo dic alitũ.dat & altũ. Aſt occulo.cultũ.  
Pinſo piſtus.texo textus.nexoꝗ nexus.  
Pectoꝗ dat pexus,& pectitus. Et tamen.entum.  
Q đ cano cõponit,Pario, & ſero mittit in ertũ.  
Amicui dat.ctum.dat amixi.datꝗ amiciui.  
In.ui.præterito.ui.ſemper vertitur in. tum.  
Poto dat potum , lauo lotum , & vtrũꝗ dat.atũ,  
Et caueo cautum,faueo fautum,ſed adultum  
Mittitur ex adolet, de paſco mittito paſtum,  
Dat gnitus agnoſco , cognoſcoꝗ , dat ſero ſatũ.  
Inſitus inſeui. conſeui cõſitus. Atqui  
Dant.utum.ſoluo cum voluo, veneo venum.  
Et ſalio ſaltum,mittit ſepelire ſepultum.

DE ſupinis verborum deponentium & communium.cap.vj. Quoniam in capite ſuperiori expoſuit regulas ſupinorum deductas a præteritis verborũ actiuæ vocis, hoc in loco oſtẽdit qua rõne a verbis deponentibus & communibus formari debeant ſupina. Itaq; dicit in primis, quod ſi volumus ſcire ſupinum alicuius verbi deponentis aut communis, debemus ex analogia fingere vocem illius verbi actiuam, & per regulas ſuperius traditas formare ſupina. vt ecce lætor lætaris ex proportione debuit facere in præterito lætaui, facit igitũ in ſupino lætatum, per illam regulam: In. ui. præterito.ui.ſemper vertitur in.tum. preterea vereor.eris.ex proportione debuit facere in præterito verui.ergo in ſupino faciet veritum.per illam regulam: Mittit.itum.quod ui. diuiſas præteritũ dat. Fungor. eris. ex proportione debuit facere in præterito funxi, faciet igitur in ſupino functum per illam regulam: De.xi.ctum.mitte ſupina. ¶ Quędam tamen verba non ſeruant regulas atq; proportionem: vt Reor reris, quod debuit facere.rui.atq; in ſupino.ruitum. facit tamẽ ratum. Vergil.ij.æneidos: nos abiiſſe rati & vento petiiſſe Micenas. Miſereor.eris. quod debuit facere in præterito miſerui, & in ſupino miſeritum, facit tamen miſertum. Fateor.eris. debuit facere in præterito fatui.& in ſupino fatitum, & facit faſſum. Gradior.eris.ex proportione huius verbi fodio.is.debuit facere gradi in præterito; & in ſupino graſſum: & fecit greſſum. Patior.eris. facit paſſum, ſequutus proportionem huius verbi quatio.is.aſſi.aſſum.potius quam huius potior iris.quod fecit potitus. Loquor.eris. ex proportiõe huius verbi linquo.is. debuit facere loctum, & interiecta.u. facit loquutũ. eadem quoque ratione a Sequor ſequeris, fecimus ſequutum q.mutata in.c. propter affinitatem vtriuſque literæ. Fruor.eris.debuit facere in pręterito frui.& in ſupino frutum, & interiecta.c facit fructum. quemadmodũ ſtruo.is.xi.ctum. Cicero in Hortenſio: autoritate ſumma fructus eſt. Vulpianus tamen fruiturus dicit in participio futuri temporis ſignificatiõis actiuæ. Labor.eris. debuit facere in præterito lapſi laptum. ſicut ſcribo ſcripſi ſcriptum.& fecit lapſum. Comminiſcor.eris debuit facere cõminiui.cõminitum.& fecit cõmentũ. Proficiſcor.eris. debuit facere proficiui.itũ.& fecit profectũ. Nanciſcor.eris. debuit facere nãciui.nãcitũ.& fecit nactũ. Paciſcor.eris.debuit facere paciui. itũ. & fecit pactũ. Adipiſcor.eris.debuit facere adipiui adipitũ, & fecit adeptũ. Vlciſcor eris. debuit facere vlciui vlcitum, & fecit ultum. Obliuiſcor.eris. debuit facere obliuiui.iuitũ, & fecit oblitum. Expergiſcor.ceris.debuit facere expergiui expergitum.& fecit experrectum, quamquam Lucilius penultima breui expergitus dixit: e ſomno pueros cum mane expergitus clamas. Defeciſcor.ceris. quo verbo vſus eſt Terentius in phormione, neq; defeciſcar vſq; adeo experirier. Idẽ quoq; participiũ fecit defeſſus dicẽs: defeſſus ſum iam ambulando. cũ ex proportione debuit facere deficiui defecitũ. Queror quereris. potius ſequutũ eſt proportionẽ horum verborũ gero geſtum, & vro vſtum. quam huius verbi quæro quæſitum, itaq; dicimus queſtum. Vtor vteris, ſic fecit vſum, ſicut verto verti verſum, & Nitor niteris niſum vel nixum. ſicut verto verti verſum, & flecto flexi flexum. Amplector & complector ideo amplexum & complexum fecerunt, quia illorum ſimplex plecto plectis plexi plexum fecit. Tuor. eris. pro eo quod eſt defendere tutum. Tuor tueris. pro eo quod eſt cernere, tutum fecit, habentq; idem infinitiuum teſtibus Marcello, atq; Priſciano, hoc eſt tueri, ſed ab eo quod eſt tueor manifeſtum eſt exire tueri. Ouidius de arte: Non minor eſt virtus, quam quęrere, parta tueri, ab eo vero quod eſt tuor tueris infinitiuus eſt tui. Pomponius apud Marcellum: incepi (inquit) contui. Turpilius apud eundẽ. Oculus longa intercapedine appetunt contui. Sed & in aliis modis & temporibus tuor pro aſpicio fere ſemper tertiæ coniugationis reperitur. Plautus in aſinaria. nam ego illud argentum tam paratum filio ſuo, quam me hunc Scipionem contui. Papinius in Achileide: namque modo infenſos vtero mihi contuor enſes. Seneca in hippolito: hippolite tales intuor vultus tuos. nõ intueor (vt in omnibus legitur libris) quod ratio carminis iambici reformidat: & apud Terentium in heauton. hic adoleſcens, qui intuitur nos. Lucret. libro quarto: Contuimur miſeri abſynthia tangit amaror. Idem in eodem: contuimur miras ſimulachraque luce carentum. Ergo quantum ego ſuſpicor, tuor pro defendo ſemper eſt ſecundæ coniugationis. tuor pro cerno ſemper eſt tertiæ. ſupina vero habent mutua. nam a tuor tueris tutus, tutor, & tuitio, reperitur. Macrob. ſecundo ſatur. ſi tacere talia vis videri tuitionẽ pudoris. atq; ediuerſo a tuor tueris dicimus intuitus & obtuitus. Vergilius primo æneidos: dum ſtupet, obtutuque manet defixus in vno. Ordior ordiris, debuit facere ordiui.itum. & fecit orſum. Hieronymus tamen pſalmum ſecundum ex Hebraica veritate interpretans: ego (inquit) orditus ſum regem meum. Ioannes quoque baptiſta in carmine Alfonſiano bellum orditurus, & arma dixit.

## ¶ De Supinis verborum Deponentiũ & Communium.

### Caput. Sextum.

DEponentium & communium verborum ſupina fiunt ex ꝓportione vocis actiuæ, vt Lętor lætaris, læto. as. lætaui. lętatũ. Vereor. eris, vereo veres verui veritum. Fungor fungeris. fungo fungis funxi functum.

Pauca tamen, quæ ſequuntur, aliter exeunt.

| | |
|---|---|
| Reor reris.ratum. | Adipiſcor.eris. adeptum. |
| Miſereor.eris.miſertũ. | Vlciſcor.vlciſceris.vltum |
| Fateor fateris.faſſum. | Obliuiſcor,ceris.oblitum. |
| Gradior eris greſſum, | Expergiſcor. eris. ſpretũ, |
| Patior pateris.paſſum, | Defeciſcor. eris. defeſſum, |
| Loquor.eris, loquutũ. | Queror,q̃reris queſtum. |
| Sequor,eris.ſequutum, | Vtor.vteris. vſum. |
| Fruor.eris.fructũ vl'.itũ. | Nitor.eris.niſũ, vel nixũ. |
| Labor laberis.lapſum. | Cõplector. eris. cõplexũ. |
| Cõminiſcor.eris.cõmẽtũ. | Amplector. eris.ãplexũ. |
| Proficiſcor,eris.fectum. | Tueor.eris.tutũ, vel tuitũ. |
| Nãſciſcor.eris.nactum. | Tuor eris,tutũ, vel tuitũ. |
| Paciſcor.ceris,pactum. | Ordior iris.ſum vel.itum. |



Experior experiris. debuit facere experiui experitum, & fecit expertum, Metior.iris.debuit facere metiui metitum, & fecit menſum. Vnde eſt menſor, & menſura. Morior.eris, vel moriris, quod tam tertiæ, quam quartæ coniugationis reperitur, habet ſupinum moritum, a quo eſt participium futuri tẽporis moriturus: mortuus vero pro eo quod eſſe debuit moritus, participium eſt, aut nomen potius ꝓ participio temporis præteriti. Eodem modo orior. oreris vel oriris, tertiæ & quartæ cõiugatiõis reperitur: habetq; ſupinum oritum, a quo eſt oriturus participium tẽporis futuri. & ortũ, a quo eſt ortus participiũ tẽporis præteriti. Adorior, adortus facit vel adorſus, niſi forte ab adordior deſcẽdit: ſed eiuſdem ſignificatiõis reperitur. Naſcor.naſceris ſupinum quoq; habet naſcitum, a quo eſt participiũ futuri temporis naſciturus. & natũ, a quo eſt participium præteriti temporis natus.

| | |
|---|---|
| Experior.iris expertũ. | mortuus moriturus. |
| Metior.iris, mẽſum. | Orior.eris.l.iris.ortꝰ.riturꝰ. |
| Morior,eris.l.riris. | Naſcor.eris. natus, citurꝰ, |

## ¶ Verba actiua Supinis carentia, Cap.vij.

| | |
|---|---|
| ARceo.ces, arcui, | Scabo.ſcabis ſcabi. |
| Vrgeo. ges.urſi. | Cõpeſco.ſcis.cõpeſcui. |
| Timeo.times.timui. | Diſpeſco.cis.diſpeſcui. |
| Metuo metuis metui, | Diſco diſcis.didici. |
| Luo,luis.lui. | Scando.ſcandis.ſcandi. |
| Reſpuo.reſpuis,reſpui. | Ango.angis.anxi. |
| Lingo lingis.linxi. | Ambigo.gis.ambegi. |
| Linquo.linquis.liqui. | Tollo tollis.tetuli. |
| Caluo.caluis calui. | Pſallo pſallis.pſalli. |
| Lambo.lambis lambi. | Cerno.cernis.creui. |

## ¶ Neutra Supinis carentia.

| | |
|---|---|
| Mico micas micui. | Cõquiniſco.cis. cõquexi. |
| Aeſtuo æſtuas.æſtuaui. | Sido.ſidis ſidi. |
| Ardeo.es.ſi.Strideo.es.di, | Rudo rudis.rudi. |
| Fulgeo fulges fulſi. | Dego.degis.degi. |
| Turgeo.turges.turſi. | Satago.ſatagis.ſategi. |
| Lugeo.es.xi.Frigeo.es.xi. | Sterto ſtertis ſtertui. |
| Conniueo.ues cõnixi, | Obedio obedis obediui. |

Et verba ſecũdæ cõiugationis mittẽtia pręteritum in.ui. ſyllabas preter hæc ſex verba.

| | |
|---|---|
| Placeo.ces.cui.placitũ. | Doleo.les.dolui.dolitum. |
| Noceo.ces.nocui.nocitũ. | Soleo.les.ſolui.ſolitum. |
| Valeo.les.valui valitũ. | Pateo.tes.patui.paſſum. |

DE verbis carentibus Supinis.cap.vij. Sunt quædam verba a quibus ſupina in vſu non reperiũtur, qualia ſunt ex actiuis Arceo.es.arcui, q̃d ex ꝓportione debuit facere arcitum, ſed non eſt in vſu, niſi in cõpoſitis ab illo: vt coerceo.ces.cui.coercitum.exerceo. es.exercui. exercitũ. Vrgeo.es.vrſi.quod debuit facere vrſum. timeo.es.timui. q̃d timitũ. metuo.is. metui. q̃d metutũ. Luo.is.lui, q̃d lutũ. Reſpuo.is.reſpui, q̃d reſputũ.lingo.is.xi. q̃d linctũ.quamquã apud Celſum linctus.us.legimꝰ. Linquo.is.liqui.q̃d debuit facere lictum: ſed non reperitur niſi in compoſitione.vt delinquo.is.deliqui.ctum.relinquo.is.reliqui.lictum.derelinquo.is.dereliqui.derelictum.Caluo is.calui.q̃d ex proportione, atq; Priſc. autoritate debuit facere caluitum. Lambo.is.bi. quod lambitum.Scabo.is.quod ſcabitum.Cõpeſco.cis,cõpeſcui.diſpeſco.is. diſpeſcui. q̃ verba Priſc.ex rõne ꝓportionis dicit facere cõpeſcitũ, quẽadmodũ diſco.is.didiſci.diſcitũ. & poſco.cis.ci.poſcitum, ſed in vſu nõ ſunt. Scando.is.di. quod debuit facere ſcãſum, a quo eſt ſcanſilis, & ab eo compoſita aſcẽdo.is.ſum.deſcendo.is.ſum.cõſcendo.is. cõſcenſum.Ango.is.xi. quod debuit facere anctũ: ſed, quemadmodũ (inquit Diome.) in voce paſſiua tẽpora deficiẽtia, circũloquimur per anxius.a.um.loco participij, & ꝑ hoc verbũ ſum, es, fui. Ambigo.is. egi. quod debuit facere ambactũ. Tollo.is.tetuli.ꝙ debuit facere latum. ſed non reperitur, niſi in cõpoſitione ſublatũ. Pſallo.is pſalli. ꝙ pſalſum. & cerno.is.creui.ꝙ cretũ: ſed in hac ſignificatione nõ reperit. ¶ Neutra ſupinis carentia ſunt mico.cas, cui.& ab eo compoſitum emico.cas.icui.dimico tamen (vt diximus) alio loco dimicatum facit in ſupinis. Aeſtuo.as.aui.a quo quaſi ab actiuo æſtuatum fecit. Hiero. in fine eccleſiaſtici: in medio (inquit) ignis nõ ſum æſtuatus. Ardeo.es.arſi.quod ex proportione diximus feciſſe arſum. Algeo.es.alſi.quod alſum. Fulgeo.es.fulſi.quod fulſum. Turgeo.turges.turſi, quod turſum. Strideo ſtrides. vel ſtrido ſtridis.di. Conniueo.conniues.connixi.quod debuit facere connictum. Conquiniſco.conquexi, quod verbum fuit apud antiquos, ſignificabatq; caput inclinare, & quaſi conniuere. Pomponi. ad eum conquexi: interim mulieres conſpiciunt. Sido.is.di.quod verbũ ſupina a ſedeo.es.mutuatur. vel potius caret illis. Rudo rudis.rudi.quod debuit facere ruſum. Dego.degis.degi.quod dactum. Satago.ſatagis.ſategi.quod ſatactum, quia compoſita ab ago.agis.egi.actum. Sterto.ſtertis.ſtertui.quod ſtertitum. Obedio.obedis.obediui.quod obeditum, a quo Plinius libr.xvij.natu.hiſtor.obediturus dixit: Ramo (inquit) oleæ quam maxime ſequaci, atque obedituro. ¶ Et verba neutra ſecundæ coniugationis facientia præteritum in.ui.ſyllabas, quæ debuerant mittere ſupina in.itum. vt hebeo hebes hebui.flacceo.flacces.flaccui.ſtudeo.ſtudes ſtudui.vigeo.viges.vigui.oleo.oles.olui.ab eo tamen Perſi. fecit oletum, vt in ſuo loco diximus. Tumeo.tumes.tumui.ſeneo.ſenes.ſenui.a quo antiquiores ſenectus ſenecta ſenectum. participium fecerunt. Pauca tamen huius ordinis verba habent ſupina, ea fere ſunt placeo.places.placui.placitum.a quo ſunt participia placitus pro placens, & placiturus.noceo. noces.nocui.nocitum.a quo eſt nociturus. Iuuenalis. nocitura togæ, nocitura petuntur militiæ. Valeo. vales.valui.valitum.a quo teſte Priſcia. valiturus fecit Cicero. Doleo.doles dolui.dolitum.reperitur doliturus. & a caleo.cales. calui.caliturꝰ. a ſoleo.ſoles. eñ ſolitus. ſolita. ſolitũ reperitur, neq; eñ vſquã lectũ eſt ſolens, aut ſoliturꝰ, hoc verbũ pateo.es.patui, vt aliis in locis diximus, cõe habet ſupinũ cũ pando.pandis. & patior.pateris. Illud quoq; notãdũ eſt: hoc verbũ fio.fis.neq; habere ſupina, neq; participia, neq; enim vſquã reperitur fiens: neque fiendus, vt inquit Diome. nam factꝰ.cta.ctũ.atq; faciẽdus.da.dũ.a facio.cis.ci.mutuatũ eſt.

¶Deponentia ſupinis carentia ſunt. Reminiſcor.eris.quod debuit facere reminitum:& veſcor. eris. q̃d debuit facere vetũ & medeor.eris.q̃d debuit facere meditũ.opperior.iris.quod debuit facere opperitũ, quorũ circunloquia (vt inquit Diome.) aliunde ſupplentur reminiſcor.eris. recordatus ſum.veſcor. eris.paſtus ſum.medeor.eris.medicatus ſum.opperior.iris.oppertus ſum.liquor.eris.quod debuit facere lictum,in circunloquijs dicimus liquefactus ſum vel fui,liquefactus eram vel fueram.&c.Licеor.eris. quod debuit facere licitum: quod cũ in vſu non ſit,ab eo tñ factũ eſt licitor. aris. eiuſdẽ prope ſignificationis verbum,per quod ſupplẽtur circũloquia ſui primitiui. ¶Carent etiam ſupinis omnia verba præteritis carentia:nam cum ſupina ex præteritis quodãmodo pendeant,merito deficientibus præteritis deficiunt etiã ſupina,ea ſunt aio ais,quod a dico.cis.præteritum mutuatur. Furio.ris. quod ſuppletur ab inſanio inſaniui. Sido. dis.quod Priſcia.præterito dicit carere: mutuatur illud tamẽ,vt putat,a ſedeo ſedi.ſatq; cõſequẽter ſupinũ,vt paulo ante dicebam9. Ferio.is.quod a percutio mutuatur præteritum percuſſi. Ambro.tñ de obitu Theodoſij imperatoris a ferio feriturus fecit. Iſaac (inquit) per fidem nec gladiũ ferituri parentis expauit. Siſto.is. quod præterito carere autores ſunt Phocas, & Priſ. nos tamẽ Gellij & Cato.autoritate perſuaſi,cũ actiuũ eſt, ſtiti facere diximus,& in ſupino ſtatum: cũ abſolutũ,ſteti & æque ſtatũ in ſupino. Quatio.is.præterito carere dicit Phocas,ꝙ ex analogia quaſſi et quaſſum facere ex cõpoſitis manifeſtum eſt: dicimus enim concutio.is. ſſi.uſſum.pcutio.is.ſſi.ſſum. Præteritis etiã caret,vt ſupra dictũ eſt, hoc verbũ Gliſco. cis.& verba inchoatiua, quæ ex conſequenti ſupina non habent.

¶Deponentia Supinis carentia.

| | |
|---|---|
| Reminiſcor.eris. | Liceor liceris. |
| Veſcor veſceris. | Liquor liqueris. |
| Medeor mederis. | Opperior.opperiris: |

¶Carẽt etiã Supinis verba præteritis carẽtia,vt

| | |
|---|---|
| Aio is.Furio.is. | Siſto.ſiſtis. |
| Sido.is Ferio.is. | Quatio.quatis. |

Gliſco.ſcis,& verba,quæ dicuntur inchoatiua; vt Palleſco ſcis. Turgeſco ſcis. Tepeſco.ſcis.

¶De varietate quadã verborũ. Cap.viij.

Verba diuerſis cõiugationibus declinata,ſunt

| | |
|---|---|
| Lauo,as.lauo is. | Fulgeo ges,fulgo.gis. |
| Arto.tas.artio.is. | Tergeo es,tergo.gis. |
| Sono.ſonas.ſono.is. | Claudeo.es.claudo is. |
| Denſo. as. denſeo.es. | Cõniueo.es conniuo.is. |
| Et cõpoſitã a cubo as. vt | Caueo caues.Cauo is. |
| Accubo.as.accumbo is. | Ferueo ferues feruo is. |
| Procubo.as.procũbo.is. | Oleo oles.olo.is. |
| Recubo.bas.recũbo.bis. | Rideo es,rido.is. |
| Succubo.as.ſuccũbo.is. | Excelleo.es.excello.is. |
| Nexo.nexas.nexo,xis. | Cieo.cies.cio.cis. |
| Strideo,es.ſtrido.ſtridis. | Pario.is.parere,et parire. |

De varietate quadã verborum cap.viij. Et ſi de hac verborũ varietate ſparſim per ſingulas cõiugationes aliquid perſtrinxim9,viſum tñ eſt hoc in loco ſimul de oĩbus huiuſmodi verbis dicere. Ponit igitur in primis verba primæ atq; aliarũ cõiugationũ. Lauo.as.lauo.is.per tertiam. Vergil.iij.æñ.fluidũ lauit inde cruorem. Idem in.x.lauit improba teter ora cruor.præſentis enim indicatiui eſſe vtrobiq; ex quãtitate ſyllabæ deprehendimus:nã in preſenti prima breuiatur,in præterito producitur. Arto.as.artio.is.tiui. quartæ cõiugationis. Neui.apud Mart.artiuit linguam in palatũ:cœpit labia ſuggere. Idem apud eundem:conatus (inquit) artiuit mater. Sono.as.ſono.is.per tertiã.Lucr. Incaligare oculos, ſonere aures. Idem alio loco: litora lata ſonũt.Denſo.as.denſeo.es.per ſecundã Verg.x.æñ.extremi addenſent acies. ſic enim legendũ eſſe Priſc.teſtatur. Idem.j.Geor.denſet,erãt quæ rara modo: quę dẽſa, relaxat. ¶Cõpoſita a cubo.as,q̃d alijs in locis diximus, per primã & tertiã declinantur,habentq; præteritũ cõmune. vt incubo as.incũbo, is.accubo.as.accũbo.is.procubo.as.procũbo.is.recubo.as.recũbo.is. Dicimus tñ ſecubo.as. & nõ ſecũbo.is.atque e diuerſo ſuccũbo.is.& non ſuccubo.as. Nexo.as.& nexo.is. Verg.v.æñ.nexantẽ nodis,ſeq; in ſua mẽbra plicãtẽ.Liui.Andro.apud Priſc.nexebãt multa inter flexu nodorũ dubio. ¶Deinde ponit verba ſecũdæ & tertiæ coniugationis.Strideo.es.ſtrido.is.de quo in ſecunda cõiugatione diximus. Fulgeo.es.fulgo.is. Verg.v.æñ.ductores auro effulgent. Idem.viij.auroque effulgere fluctus. Tergeo.es. tergo.is.Iuue.vaſa aſpera tergeat alter.Hora.quã galina tergere palatum. De tertia cõiugatiõe non ſuccurrit mihi exemplum: atque idcirco de induſtria Horatij verſum illũ imitati quodam in loco diximus ſi placare famen tibi ventris oluſcula poſſent, non tua ſordidior tergeret ora cibus.Claudeo.es.claudo.is. pro eo ꝙ eſt claudico.as.Cecil.aut vbi vos ſitis:ibi conſilium claudeat Saluſt.iij.hiſto. coniuratiõe claudit,pro eo ꝙ claudicat.Conniueo.es.conniuo.is.Caluus:cum grauis ingenti conniuere pupula ſomno. Perſius:væ niſi conniues.Ferueo.es.feruo.is. Verg.i.æñ. feruet opus, redolentq; thymo fragrantia mella. Idem in.viij.feruere leucatem,auroque effulgere fluctus.Lucil.quoque apud Quint.lib.j oratori. inſtitutionum,feruit aqua,& feruet,feruit nunc,feruet ad annum.Caueo.es.cauo.is.Nam tertiæ coniugationis etiam fuiſſe ſupra notauimus,cum de verbis in.uo. ſyllabam deſinentibus dictum eſt. Oleo.oles, olo olis,Plautus in cornicula apud Diome: olunt ædes Arabicas. Excelleo excelles,excello.is.de quo in tertiæ coniugationis verborum præteritis diximus. Rideo rides.rido. ridis. Brutus de patientia apud Diom:. Irridunt horum lachrymas. Cieo.cies cio.is. quemadmodum in ſuperioribus dictum eſt, tam ſecundæ quam quartæ coniugationis reperitur:in compoſitione vero tantum quartæ,quod etiam de pario.is.& ſuis compoſitis dicendum eſt: nam per tertiam dixit Teren.in phormione: ne parere hæc, iam diu per etatem poteſt.& per quartã Ennius: oua parire ſolet genus pennis condecoratum. Cuius compoſita omnia ſunt quartæ coniugationis.Cupio cupis.cum plerumque tertiæ reperiatur,Lucre.in.i.dixit.portarum clauſtra cupiret. Atque e diuerſo,cum venio venis per quartam prope ſemper reperiatur, Ennius apud Marc.dixit:ſenex ſum,& mortem occupem,priuſquam eueniat.quaſi per tertiam euenio euenis declinetur. Sedulius quoq; in paſchali ſecundam perſonam præſentis indicatiui modi numeri ſingularis,quæ in quarta coniugatione ſemper in fine producitur,perinde ac ſi eſſet tertiæ breuiauit dicens: peruenis ad Chriſtum non Chriſtus peruenit ad te.



Potior.eris.potior.iris.tertiæ coniugationis plerumq; reperitur: nonnunquam etiam quartę maxime in infinitiuo. Vergil.iij.æñ. Polydorũ obtruncat,& auro vi potit. Ouid.xiij.met. Tuq; tuis armis nos te poteremur Achille. Næuius apud Priſcia. fœcundæ penetrat penitus,thalamoq; potitur. Lucil.apud eundem:deficit alma Ceres,nec plebes pane potitur.in infinitiuo non poti,ſed potiri ſemper facit.Morior.eris.& morior.moriris.Luca.in.iij.non gratis moritur,iugulo qui prouocat enſem. Vergil.ij.æñ. Nunc morere.Ennius:nunc eſt ille dies,cum gloria maxima ſeſe nobis oſtendat:ſeu viuimus,ſiue morimur. Teren.in eunu.riſu emoriri omnes. frequentius tamen in infinitiuo mori quã moriri reperitur.Orior.eris.orior. iris. Verg.ij.æñ.Noſtrorũ obruimur,oriturq; miſerrima cædes.cuius infinitiuũ ſemper reperies quartæ cõiugationis.oriri. ¶Complura alia verba reperiuntur diuerſarũ coniugationum,ſed diuerſi generis & ſignificationis:vt albo.as.primę coniugationis actiuum eſt, albeo.es. ſecundæ neutrum. eodem modo nigro.as.nigreo.es.duro.as.dureo.es. atq; etiã tertiæ.albeſco.is.nigreſco.is. dureſco.is.Liquo.as.per primã actiuum eſt. Perſius.vatũ,& plorabile ſi quid eliquat. Verg. in more.foraminibuſq; liquatur emundata ceres.liqueo.es.per ſecundam & liqueſco.is. per tertiã neutra ſunt abſoluta.liquor.eris. deponens eſt abſolutum.Miſeror.aris. ꝑ primam,& miſereor miſereris,per ſecundã.præterea, medico.as. ſiue medicor.aris. per primam,& medeor.deris.per ſecundam ſola cõſtructiõe & cõiugatione differũt:ſed de cõſtructione ſuo loco dicetur. Tueor.eris.pro eo quod eſt defendo. tuor.eris. pro eo quod eſt cerno,coniugatione & ſignificatione differunt,vt ſupra diximus. ¶Variæ ſignificationis. Sunt quędam verba, quæ cum eandem habeant poſitionem coniugatione mutata,mutant etiam ſignificationem, vt mando.as.mandaui,quod eſt propemodum commendare.mando.dis.di.q̃d eſt dentibus conficere cum illud ſit primæ coniugationis,hoc vero tertiæ. Eodem modo fundo.as.pro eo quod eſt fundamentum iacere.fundo.is. pro eo quod eſt ſpargere. Dico.as. pro eo quod eſt appropriare ſiue conſecrare. dico.is. pro eo quod artificioſe loqui.Prædico.as. pro eo quod eſt laudo. prædico prædicis, pro eo quod eſt ante dicere ſiue diuinare. Volo volas ad aues pertinet, volo vis ad homines atque deos immortales.Lego legas,eſt mittere legatum aliquo, ſiue teſtamento aliquid poſt mortem alicui relinquere. Lego legis, eſt colligere:furari, & libros legere. Sero ſeras,eſt clauſtra adhibere, ſero ſeris, eſt ſemẽ ſpargere. Educo educas,pro eo quod eſt nutrire,educo educis.pro eo quod eſt extra vel ſurſum duco. Appello appellas. & compello compellas, pro eo quod eſt alloquor ſiue voco, compoſita verba a pello pellas, quod in vſu non eſt,at vero appello appellis,& compello,compoſita ſunt a pello pellis. pepuli ſignificãtq; illud applicare,hoc vero cogere ſiue adunare. ¶Eadem præterita. Eſt & alia in verbis conſideratio: quod quædam ſunt pręterita a diuerſis verborum poſitionibus deriuata:vt aceo aces pro eo quod eſt accidum eſſe,& acuo acuis,pro eo quod eſt acutum facere, idẽ atq; commune habent præteritum,atq; eodẽ modo de reliquis verbis quæ hic ponuntur. ¶Præterita duplicia ab eodem verbo.Sunt econtrario quædam verba duplex habentia præteritum. vt plico.as. plicui, vel plicaui,& ab eis compoſita, vt explico explicas explicui, vel explicaui: ſed de his copioſius in capite pręteritorũ diſputatum eſt. ¶Eadem ſupina a diuerſis verbis:vt verro.is. & verto vertis.quod vtrũq; facit in ſupino verſum,& pateo.es.patui.pando.is.pandi.patior.eris.quæ omnia cõmune habent ſupinũ paſſum. ¶Supina duplicia. E diuerſo ſunt quędã verba q̃ duplicia ſupina habẽt: vt torqueo torques tortum vel torſum.Sed de his omnibus in capite pręteritorũ & ſupinorum plenius dictum eſt: nunc tantũ voluimus lectorem admonere,quemadmodum in verbis diuerſitates huiuſmodi reperiantur.

| | |
|---|---|
| Potior. poteris, & potiris. | Orior.oreris. & oriris. |
| | Morior.eris. & moriris. |

¶Verba diuerſarum coniugationum, ſed diuerſi generis,

| | |
|---|---|
| Albo albas. Albeo.es. | Miſeror. aris miſereor. is: |
| Duro.as,dureo dures. | Medico.as.l.medicor.aris. |
| Liquo liquas,liq̃o.es. | medeor mederis. |
| Liq̃ſco.cis.liquor.eris. | Tueor eris,tuor.eris. |

¶Verba varię ſignificationis, & diuerſarum coniugationum.

| | |
|---|---|
| Mando.as.mando.is. | Pango.is pepigi vel pãxi. |
| Fundo.as.fundo.is. | Pungo is,pupugi,vel.ũxi. |
| Dico.as,dico dicis. | Vello.is.velli.vel vulſi. |
| Prędico.as,prædico.is. | Lino is.lini.vel liui.vl̃ leui, |
| Abdico.as.abdico.is. | Sino.is.ſini.vel ſiui. |
| Volo,as.volo.vis. | Verro is.verri.vel verſi. |
| Lego.as.lego legis. | Necto is.nexui, vel nexi. |
| Sero.as.ſero ſeris. | Pecto.is.xui.vl̃.xi.vl̃.ctiui. |
| Educo.as.educo.is. | Sancio is.ſanxi,vel ciui. |
| Appello as.appello.is. | Vincio.is vinxi,vl̃ vinciui |
| Cõpello as.cõpello.is. | Salio.is.ſalui,vel ſaliui. |
| ¶Eadẽ ꝑterita a diuerſis inſtantibus. | Amicio.is.amicui. vl̃.ciui. |
| | Sepio.is ſepſi,vel ſepiui. |
| Aceo.es.cui.acuo.is.acui. | Haurio is,hauſi, vel.iui. |
| Frigeo.es.xi.frigo,is.xi. | ¶Supina eadem a diuerſis verbis. |
| Luceo.es xi.lugeo,es.xi. | |
| Fulgeo.es.ſi.fulcio,is,ſi. | Verro.is.verſum. verto. vertis.verſum. |
| Paueo.es.ui.paſco.is.ui. | |
| Pendeo.es.pependi.pẽdo.is.pependi. | Pateo es.ſſum pando pandis.ſſum. |
| Cerno is.eui.creſco.is.ui. | Patior.pateris paſſum. |
| Fero fers.tuli tollo.is.tuli. | ¶Supina duplicia ab eodem verbo. |
| Sto.ſtas ſteti.ſiſto.is.ſteti. | |
| ¶Præterita duplicia ab eodem verbo. | Torq̃o.es.tortũ.l.torſũ. |
| | Tendo.is.tentũ.l.tenſũ. |
| Plico as.plicaui,vl̃ plicui. | Abſcõdo.is.itũ,l.ſum. |
| Neco.as.aui,vel necui. | Alo.is,alitum, vel altũ. |
| Lauo.as,laui,vel lauaui. | Figo.is.fictum l.fixum. |
| Sorbeo.es.ſorbui.vl̃ pſi. | Fluo.is.fluctũ.l.fluxum. |
| Sapio,is.ſapui vl̃ ſapiui. | Ruo.is rutum.l. ruitũ. |
| Parco,is.pepci,vel parſi. | Nitor.eris.niſũ.l. nixũ. |

¶De compoſitione verborum cum præpoſitionibus.

PRæpoſitiones cum veniunt in compoſitionem cum verbis, aut corrūpuntur verbi integritate manente, vt pono.is.impono is. Aut ipſis manē tibus integris verba corrumpūtur. vt incipio.is. Aut inuicem præpoſitiōes & verba corrūpunt & corrumpūtur. vt impero.as. Aut vtrūq; manet integrum. vt infundo.is. Sed quemadmodū præpoſitiones corrūpantur, in ea parte, quæ eſt de orthographia, diſſeritur: nūc quemadmodū verba corrūpātur, dicemus; monētes imprimis

DE compoſitione verborum. Præpoſitiones componuntur cum reliquis omnibus fere orationis partibus: ſed cum verbis frequentiſſime. Itaq; viſum eſt hoc in loco pauca de cōpoſitione verborum & aliarum partium orationis cum præpoſitionibus annotare. Cum igitur præpoſitiones veniunt in compoſitionem cum verbis. aut corrumpuntur verbi integritate manente, vt appono.is. appoſui, quod cum ex.ad. præpoſitione & pono.is.componatur. corrumpitur ad.d.mutata in.p.ipſo.verbo manente integro. Aut corrumpuntur verba ipſis præpoſitionibus manentibus integris, vt perficio perficis perfeci. quod ex.per. præpoſitione & facio.is. componitur: verbum corrumpitur.a.mutata in.i.præpoſitione integra manente. Aut præpoſitiones ſimul & verba corrumpuntur. vt efficio. is. quod componitur ab.ex. prępoſitione & facio.is.corrumpitur. x. mutata in.f. & facio verbum.a.mutata in.i. Aut præpoſitiones ſimul & verba manent integra, vt deamo.as. quod ex.de præpoſitione & amo.as.componitur. Sed quamquam de præpoſitionū corruptione in ea parte, quæ eſt de orthographia copioſius diſputetur: ne hoc a nobis intactum omnino relinquatur, libuit pauca delibare: prius tamen de prępoſitionibus, deinde de verbis diſſeremus. ¶Igitur præpoſitiones in.b.deſinentes ſunt ab.ob.ſub. Sed ſi componatur ab.cum. dictione incipienti a vocali exili vel aſpirata, integra manet. vt abactor abactoris, aberro.as.abigo.is.abominor.aris.abundo abundas.abhorreo.es. ¶Cum incipientibus a.b.non componitur: nam abbreuio, & ſi cum.b.ab aliquibus ſcribatur, ex ad, non ab componitur, quod etiam de adbibo dicendum eſt. ¶Cum incipientibus.a.c.abs, componitur, vt abſcedo.is.abſcondo abſcondis. ¶Cum incipientibus a.d.manet integra, vt abdico.as.abdo abdis.abduco.is. ¶Cum incipientibus ab.f.partim manet integra, vt abfui abfuturus, abfore: partim.b.mutatur in.u.vocalem. vt aufero. aufugio. ¶Cum incipientibus a.g.non componitur. ¶Cum incipientibus ab.l.manet integra, vt ablacto, ablego, abluo. ¶Cum incipientibus ab.m.non componitur, præterquam cum hoc nomine matertera, dicimuſque abmatertera. ¶Cum incipientibus ab.n. manet integra. vt abnego, abnepos, abnuo. ¶Cum incipientibus.a.p.non componitur, præterquā cum hoc nomine patruus, dicimuſque abpatruus. ¶Cum duobus verbis.b.mutatur in.s.porto.as. & pello. is.dicimuſque aſporto. as. aſpello.is. ¶Cum incipientibus ab.r.b.aliquando mutatur in.r. vt arreptus arrepta.um.arripio. Aliquando manet integra, vt abrado.abrogo.abrumpo. ¶Cum incipiētibus ab.s. integra manet. vt abſumo abſorbeo. ¶Cum incipientibus a.t.abs componitur, vt abſtraho, abſtergo, abſtineo. ¶Cum incipientibus ab.x. vel a.z. non componitur. ¶Cum incipientibus ab.i. conſonante manet integra, vt abiuro abiudico. ¶Cum incipientibus ab.u.conſonante non componitur ab, ſed.a.vt auoco.as.auerto.is. ¶Ob præpoſitio quandoq; manet integra: quandoq; tranſit in conſonantē, quæ ſequitur: quandoq; abijcit.b. Cū incipientibus a vocali manet integra, vt obaudio.oberro obitus. oborior.obūbro. ¶Cum incipientibus a.b.manet integra. vt obbibo.is. ¶Cum incipientibus a.c.recipit.ſ. mediam aliquādo: vt obſcurus, quod ex ob & carus componitur: & obſcœnum qđ ex ob & cœnū. obſoleo, quod ex ob & oleo, aliquando.b.mutatur in.c.vt occumbo.is.occurro, is.occido.is. ¶Cum incipientibus a.d.manet integra. vt obdo.is. ¶Cum incipientibus ab.f.b.mutatur in.f. vt officio.is. ex ob, & facio, offendo.is.ex ob & fendo, quod verbum non eſt in vſu: dicimus tamen ab ob & ſum obſum, obſes, obſui in præterito. ¶Cum incipientibus a.g.b.mutatur in ipſam. vt oggannio.is.ex ob & gānio. ¶Cum incipientibus ab.l.manet integra, vt oblatus, oblecto, obliquor, obluctor. ¶Cum incipientibus ab.m.partim manet integra, vt obmurmuro partim.b.obteritur, vt omitto, omuteſco: ſunt qui ſcribāt per.b.obmuteſco. ¶Cum incipientibus ab.n.manet integra, vt obnitor.eris.obnuo. obnuis.obnoxius. ¶Cum incipientibus a. p. mutatur.b.in ipſam, vt oppono.is.oppugno.as. ¶Cū incipientibus a.q.non componitur. ¶Cum incipientibus ab.r. manet integra, vt obrado.is.obrepo.is.obruo.is. ¶Cum incipientibus ab.s.manet integra: vt obſideo, obſto.obſtupeo, obſtrepo. ¶Cum incipientibus a.t. manet integra, vt obtineo, obturo, obtempero: in quibus (autore Quintil.) potius.p. quam.b.ſonat: vnde ſunt qui putent, per.p.ſcribenda eſſe. ¶Cum incipientibus ab.i. vel.u.conſonantibus manet integra, vt obiuro.as.obiurgo. as. obijcio.is. obuerto.is.obuio.as. ¶Cum incipientibus ab. x. & z. non componitur. ¶Sub præpoſitio in cōpoſitione aliquando manet integra: aliquando.b.mutatur in conſonantem, quæ ſequitur. ¶Cum incipientibus a vocali manet integra, vt ſubaudio.is.ſubeo.is.ſuborno.as. ¶Cum incipientibus a.b.manet integra, vt ſubbibo.is.ſubblandior.iris. ¶Cum incipientibus a.c.tranſit.b.in.c.vt ſuccurro.is.ſuccumbo.is. ¶Cum incipientibus a.d.manet integra, vt ſubdo.ſubdis.ſubduco ſubducis. ¶Cum incipientibus ab.f.tranſit.b.in.f.vt ſuffero ſuffers.ſufficio.is.ſuffundo. is. ¶Cum incipientibus a.g.tranſit etiam in ipſam, vt ſuggero.is. ¶Cum incipientibus ab.l.manet integra, vt ſubleuo.as. ſubligo.as.ſubluo.is. ¶Cū incipientibus ab.m.b.tranſit in ipſam, vt ſummitto.is.ſumminiſtro.as. ſummoueo.es. ¶Cum incipientibus ab.n.manet integra, vt ſubnecto.is. ſubnitor.eris. ¶Cum incipientibus a.p.b.mutatur in ipſam, vt ſuppono.is.ſupprimo.is.ſupputo.as. ¶Cum incipientibus a.q. non componitur. ¶Cum incipientibus ab.r.manet integra, vt ſubrado.ſubrepo. ſubruo.is. ¶Cum incipientibus ab s.manet integra. vt ſubſano.as.ſubſideo.es.ſubſum.es. Aliquādo abijcit.b.ſuſpiro.as.a ſub & ſpiro: niſi forte a ſurſum componitur, quemadmodum & ſuſpicio.is. ¶Cum incipientibus a.t.manet integra, vt ſubtexo.is.ſubticeo.es.ſubtraho.is. Cum hoc verbo teneo.s.accipit loco.b. vt ſuſtineo. niſi malis a ſurſum & teneo cōpoſitum eſſe. ¶Cum incipientibus ab.i.&.u.conſonantibus manet integra, vt ſubiungo.is.ſubuenio.is. ¶Cum incipientibus ab.x.&.z.non componitur.



Præpoſitiones in compoſitione aliquando augere verbi ſignificationem, vt amo amas, deamo deamas: aliquando minuere, vt doceo doces, dedoceo dedoces: aliquando in totum mutare, vt mico micas, dimico dimicas.

¶De verbis mutantibus.a.in.e.

Lacto.as.delecto.as.oblecto.as.
Mando.as.commendo.as.
Patro as, perpetro, as, impetro, as.
Halo halas, anhelo anhelas.
Sacro.as.conſecro.as.execror.aris.
Damno.as condemno.as.indemno.as.
Apto.as.ineptio.is.vel ineptior.iris.
Tracto.as.detrecto.as.contrecto.as obtrecto.as.
Arceo.es.coerceo.es.aberceo.es.exerceo.es.
Pario is.comperio.is.operio.is.reperio.is.
Paſco.is.compeſco is.diſpeco.is.
Scando.ſcandis, aſcēdo, is.deſcēdo. deſcendis, cōſcēdo.cōſcendis. Parco parcis, deperco depercis.
Fatiſco, is. caret p̄terito, a quo defetiſcor.eris.

¶Ad præpoſitio in compoſitione aliqn̄ manet integra: qn̄q; tranſit in conſonantē, quæ ſequitur: qn̄q; penitus exteritur. ¶Cū dictionibus a vocali exili vel aſpirata incipientibus manet integra: vt adamo.as. adeo.is.adoro.as.aduro.is.adhęreo.es.adhortor.aris. ¶Cum incipiētibus a.b.manet integra, vt adbibo.is. adbreuio.as. ¶Cum incipiētibus a.c.trāſit in ipſam, vt accurro.is. accōmodo.as. ¶Cum incipientibus a.d.manet integra, vt addico.is.addo.is.adduco. is. ¶Cum incipiētibus ab.f.tranſit in ipſam, vt afficio.is.affero.ers. ¶Cum incipientibus a.g.tranſit in ipſam, vt aggero.is. ¶Cum incipientibus a.gn.d.penitus expūgitur, vt agnoſco.is.agnitus.agnatus. ¶Cum incipientibus ab.l.trāſit i ipſam: vt alleuo.as.allido.is.alludo.is.allubeſco.is.quo verbo frequenter vtitur Apuleius, atq; nōnunquā Martianus Capella: cum antiquitate.d.quoq; retinuit. ¶Cum incipiētibus ab.m. integra manet, vt admitto.tis. admoueo.es.admurmuro.as. ¶Cum incipientib9 ab.n.d. tranſit in ipſam: vt annitor.eris.annoto.as. annumero.as. ¶Cum incipientib9 a.p.tranſit in ipſam, vt apparo.as.appeto.is. Aperio.is.qđ ex ad & pario componitur.d.extriuit, atq; primā breuiat. ¶Cum incipiētibus a.q.d.tranſit in.c.vt acquiro.iris.acquieſco.cis. ¶Cum incipientib9 ab.r.d.vertitur in ipſam, vt arrideo.es.arrogo.as. ¶Cum incipientibus ab.s.d. tranſit in ipſam, vt aſſumo.is.aſſimulo.as. Quod ſi cōponatur cū dictiōibus.ab.ſc.ſt.ſp. incipientibus.d. penitus exteritur, vt aſcendo.is.aſciſco.is.aſpicio.is.aſpergo.is.aſpernor.aris. ¶Cum incipiētib9 a.t.in ipſam vertitur, vt attero.is.attingo attingis.attono.as. ¶Cum incipientib9 ab.i.&.u.conſonātib9 integra manet, vt adiuuo.as.aduerto.is. aduoco.as. ¶Dis & di p̄poſitiones inſeparabiles cōponuntur aliqn̄ integræ manentes, aliqn̄.s.mutata in ſequētē cōſonantē. ¶Cum dictionibus a.c.p.q.ſ.t. incipientibus cōponitur dis, vt diſcalcio, diſcedo, diſputo. diſpicio, diſquiro, diſſono, diſſuo, diſturbo. ¶Cum incipientibus a.d.g.l.m.r.di.cōponitur, vt diduco.is.digero.is.diluo.is. dimitto.is.diruo.is. ¶Cum incipientibus ab.f. ſ.mutatur in.f.vt diffido.is.diffundo.is. ¶Cum incipientibus ab.i.cōſonāte.dis cōponitur, vt diſiungo.is.deſicio.is. ¶Cum incipientibus ab.u.cōſonante di cōponitur: vt diuerto.is.diuēdo.is. ¶Ex præpoſitio in cōpoſitione aliquādo manet integra: aliquādo.x.mutatur in conſonantē, quæ ſubſequit: aliqn̄.x. exteritur. Integra manet cū dictionibus incipientibus a vocali exili vel aſpirata, vt exaudio.is.exigo.is. exoro.ras.exhaurio.is.exhæredo.as.exhibeo.es.exhorreo.es. Integra quoq; manet cū dictionibus incipientibus a.c.vt excrucio.as.excurro.is.a.p.vt expello.is.expungo. is.a.q. exquiro.is.& a.t.extendo.is. extrudo.is. ¶Cum incipientibus ab.f.x.mutatur in ipſam: vt efficio.is.effugio.gis. ¶Cum incipientib9 a reliquis conſonantibus.e.componitur, vt ebullio.is.edico edicis.egero egeris.eluo.is.emitto.is.enumero.as.erudio.is euado.is. ¶Cum incipientibus ab.s.integra manet, ſed exteritur.s: ne duo.s.inculcentur, alterū quod.x.habet implicitū, alterū ipſius dictiōis cum qua cōponitur, vt exanio.as.exequor.eris. exicco.as.exudo.as. Reliquæ omnes præpoſitiones cū in cōpoſitione veniunt fere integrę manent: niſi q; in & cō.cum dictionibus a.b.m.p.incipientibus compoſitæ.n.mutāt in.m.vt imbuo.is.immitto. tis.imputo.as.combibo.as.commuto.as.computo.as: ¶Cō.etiam cū dictionibus a vocali incipientibus compoſita exterit.n.literā, p̄terquā in hoc verbo comedo, q ex cō & edo cōponitur.n.mutata in.m.& in hoc verbo comburo, in quo.b.eſt aſſumpta poſt.m.nam ex con & vro componitur, ſicut amburo ex am.& vro. ¶Cum dictionibus ab.r.incipientibus.n.mutatur in.r.vt corrigo.is. corruo.is. Aliquando etiā detrahitur litera, vt demo.is.quod a de & emo componitur, debeo.es.quod a de, & habeo, præbeo.es.a præ & habeo, dego.is.quod [illegible] de & ago.is.cogo.is. quod a cō & ago, a rego.is. ſurgo.is. porrigo.is. pergo.is. Aliquando additur litera, vt redamo.as. q a re & amo, redigo.is.quod a re & ago, redimo.is.quod a re & emo. Deinde notat præpoſitiones in compoſitione cum verbis aliquando augere verbi ſignificationem, vt deamo.as.i.valde amo.demereor.eris pro valde mereor: aliquando minuere, vt dedoceo.es. quod eſt falſum oſtendere, quod alius docuit, deficio.is. ab eo quod factum eſt diminui: aliquando in totum mutare, vt mico micas, ſignificat ſplendere, dimico dimicas, ferro decertare, emico emicas, cum pro exilio accipitur. Vergil. in.vi. iuuenum manus emicat ardens littus in hiſperium.

DE verbis mutantibus.a.in.e. Superiori parte diximus, quemadmodum præpoſitiones in compoſitione cum verbis co[illegible]ntur: nunc dicit quod etiam verba in compoſitione corrumpuntur, vt lacto lactas, quo[illegible]bere componitur cum ab, dicimuſque ablacto.as. quod etiā depellere atque a lacte remouere: ſed in [illegible] compoſitione nihil immutatum eſt. lacto lactas per tranſlationem eſt blandiens delin[illegible], vnde eſt illud Salomonis Hiero. interprete: Fili mi ſi te lactauerint peccatores, ne acquieſcas eis. ab h[illegible] verbo in hac ſignificatione componuntur oblecto.as.& delecto.as: pro eo qđ eſt voluptatibus demulcere. Eodē modo de reliquis verbis, quę hic ponūtur: quę cū in cōpoſitionē veniūt, non ſemper mutant literas alias in alias, vt mando mandas, demando.as.remando.as.commendo.as. halo halas, exhalo exhalas, anhelo anhelas, apto aptas, adapto adaptas, ineptio ineptis, tracto tractas, pertracto pertractas, retracto retractas, detracto detractas, obtrecto obtrectas,

¶Spargo.ſpargis,diſpargo.diſpargis,vel diſpergo diſpergis.cõſpargo.gis. vel cõſpergo. conſpergis, reſpargo. reſpargis, vel reſpergo.reſpergis,paſco paſcis,depaſco.cis. vel depeſco depeſcis, compaſco.ſcis. vel compeſco compeſcis.diſpeſco.cis. quod eſt quaſi a paſtu arcere,itaque compeſcere,& diſpeſcere,ſi orginẽ( vnde deriuantur )aſpicias,ꝓprie eſt pecudes a paſtione prohibere.ſed per trãſlationem accipiuntur pro eo quod eſt frenare.

DE mutãtib9.a.vel.ę.in.i.Amico.as.inimico.as. quæ compoſitio prius facta eſſe videtur in amicus et inimicus,ſed nihil refert.Maneo.es.cum his præpoſitionibus.per.re.cõ.non mutat.a.in.i.vt permaneo permanes.remaneo.es. cõmaneo. es. cum his præpoſitionibus.e.in.pro.præ.mutat.a.in.i. vt emineo,ꝓmineo,immineo.es. præmineo. es.Dicim9 tñ emaneo.es. & imaneo imanes. Placeo.es,complaceo.es.cõpoſitum cum.dis. mutat.a.in.i.vt diſpliceo. es.cũ.cõ. vero nõ mutat, vt complaceo.es. Facio.cis.cõpoſitũ cum præpoſitiõibus mutat.a.in.i.vt afficio. afficis.cõficio.icis. cum alio verbo nihil mutat,vt tepefacio.is.calefacio.is.frigefacio.cis, pro eo quod eſt facere aliquã rem tepere,calere,frigere.niſi mauis a nominibus & verbo compoſita eſſe,vt ſic calefacio, frigefacio, tepefacio,calidum,frigidum.tepidũ facio. cũ quibuſdã noĩbus cõpoſitũ mutat.a.in.i. ſed mutat cõiugationẽ atq; exterit ſuã. vt amplifico.as.magnifico. as. cãdifico.as. fortifico.as.pro eo quod eſt amplum,magnũ,cãdidum,fortẽ facio.Cado.is. & cædo.is. in cõpoſitis ſuis eandẽ habẽt literaturã, differũt tñ accẽtu:nã a cado cõpoſita breuiãt.ci. a cædo.is.producũt eandẽ,vt occido.idis.idi,penultima breui a cado.dis.occido.dis. cidi. penultima lõga a cædo.is. Ago.gis.egi.cũ.ꝑ. cõpoſitũ nihil mutat.vt perago.gis.peregi.cũ reliquis præpoſitionibus mutat.a.in.i.

DE mutãtibus.au.in.e.vt audio.dis.obedio.dis. nã ex ob & audio cõponit̃.reperitur etiã obaudio.dis : ſed in cõtraria ſignificatiõe ei,ꝙ eſt obedio De frudo.ꝓ eo qđ eſt diminuo: vnde eſt vinũ defrutũ dictũ,qđ fit decoctiõe defraudatũ.i.diminutũ.

DE mutantibus.a.in.u.Scalpo.ſcalpis,a quo ſunt exculpo:nam ſculpo. & ſculptile, quod in aliquibus libris legimus,mendum eſſe ſuſpicamur, pro exculpo. & exculptile, aut pro ſuis ſimplicibus ſcalpo, & ſcalptile.

DE mutãtibus.e.in.i.Sedeo.es.cũ ſuper cõpoſitũ nihil mutat : dicimuſq; ſuꝑſedeo.ſuꝑſedes.ſuꝑſedi:cũ reliquis mutat.e.in.i.Lego.gis.cũ per.&.re.nihil mutat, dicimuſque perlego perlegis.perlegi.relego. relegis.relegi. Cum reliquis mutat.e.in.i.

DE quibuſdã alijs verborũ cõſiderationibus. Reperiuntur adhuc in verbis aliæ cõmunes conſiderationes, qualis eſt illa.Qđ ſi in prima poſitiõe( hoc eſt i prima perſona aut ſecũda præſentis indicatiui modi) reperitur.a. etiã ſi in præterito mutetur:in ſupino quoq; redditur,vt. ſto.as,ſteti, ſtatum.do.das dedi datum. facio. facis feci, factum. iacio.is.ieci, iactum , capio.is. cepi, captũ.pario paris.peperi.partũ.cado.is. cecidi,caſum.ago.agis.egi actũ.frãgo.is.fregi.fractũ,pãgo.gis.pepigi.pactũ.fallo.is. fefelli.falſum.cano is.cecini,cãtũ. Gradior tñ in ſupino.a.mutauit i.e.dicimuſq; greſſ9 nõ graſſ9.

Spargo.is.diſpergo.is.conſpergo.is.aſpergo.is.
Carpo is.decerpo.is.cõcerpo.is Paciſcor.eris.depe.
Partior.iris,impertior.iris.diſptior.iris. (ciſcor.eris.
Gradior.eris.cõgredior.eris. Patior.eris.perpetior;
eris. Farcio.farcis.confercio.is.refercio.is.

¶ De mutantibus.a.vel.ę.in.i.

Amico.as.amicaui.inimico.as.inimicaui.
Maneo.es.emineo.es.immineo.es.
Taceo.es.conticeo.es. reticeo retices.
Placeo.es.diſpliceo.complaceo non mutant.a.
Habeo.es.adhibeo.es.cohibeo.es.
Lateo.lates.latui.deliteo.es.delitui.
Fateor.eris.confiteor.eris diffiteor.eris. Profiteor.
Iacio.is.adijcio.is.proijcio is.reijcio.is. (eris.
Facio.is.officio.is.perficio is deficio.is. Proficio.is.
Sapio.is.deſipio.is.reſipio.is vel reſipiſco.is.
Rapio.is.deripio is.corripio.is.arripio.is.
Capio.is.accipio.is.percipio.is.concipio.is.
Cado.is.occido.is. concido.is. decido is. Recido.is.
Cædo.is.cicidi.concido is.occido.is.incido.is.
Lædo.is.allido.is collido.is.illido.is.
Quęro.quæris.acquiro.is.cõquiro is. Requiro.is.
Ago agis.adigo.is.prodigo.is.redigo.is. exigo.is.
Frango.is.confringo is infringo.is.perfringo.is.
Tango is.contingo.is.attingo.is.
Pango.is.compingo gis.impingo.is.pertingo.is.
Cano.is.accino.is.concino.is. pręcino.is.
Salio.is.aſſilio.is.reſilio.is.deſilio.is.

¶ De mutantibus.au.in.e.o.vel.u.

Plaudo is.complodo.is.explodo.is.
Claudo is.cõcludo.is.diſcludo is.excludo.icludo.is.
Fraudo.fraudas.fraudaui.defrudo.as.

¶ De mutantibus.a in.u.

Quatio.is.concutio.is.diſcutio.is.excutio.is.
Salto.as.reſulto.as.aſſulto.as.inſulto.as.
Calco.as.conculco.as.inculco.as.proculco.as.
Scalpo.is.exculpo.is.inſculpo.is.
Capio.is.cœpi occupo.as.occupaui.

¶ De mutantibus.e.in.i.

Teneo.es contineo.es.pertineo.es.Retineo.es.
Sedeo.ſedes.aſſideo.es.conſideo.es.deſideo.es.
Rego.is. arrigo.is.corrigo.is.dirigo.is.erigo.is.
Lego legis,colligo.is.diligo.is intelligo.intelligis.
Emo emis,adimo.adimis.eximo.is. perimo.is.
Premo.is.preſſi.apprimo.is.cõprimo.is.ĩprimo.is.

¶ De mutantibus.u in.e.

Iuro iuras.deiero d[illegible]s, [illegible]peieras.

¶ De quibuſd[illegible]orũ conſiderationibus.

Si in prima verb[illegible]poſitioe fuerit. a. etiã ſi in pterito
mutetur,ſemper manet in ſup[illegible]is:vt Do.das.dedi
datũ.Sto.ſtas.ſteti.ſtatũ Pario.paris, peperi.partũ.
Tango,tãgis,tetigi,tactũ,Fallo.fallis.fefelli.falſum.
Frãgo.frãgis.fregi. fractum, Facio.facis.feci.factũ,
Iacio,iacis,ieci,iactum, Cado,cadis,cecidi,caſum.



¶Si in cõpoſitiõe. Alia cõſideratio eſt, qđ ſi i cõpoſitiõe verbũ mutat.a.in.i. aliqñ in præterito manet.e. ſimplicis.vt iacio.is.ieci.conijcio,conijcis.conieci.ꝓijcio.is.ꝓieci.facio.is.feci,cõficio.is.cõfeci. proficio. cis.profeci capio.is.cepi.cõcipio.is.cõcepi.recipio.is.recepi.frango.gis.fregi.cõfringo.gis.cõfregi.ago. agis.egi,exigo.is.exegi.cogo.is.coegi,pãgo.gis.pepigi,vel pegi.cõpingo.gis.cõpegi. impingo.gis. impegi.tãgo.gis.tetigi.& cado.dis.cecidi ſequũtur in præterito regulã geminãtiũ primas ſyllabas.In ſupinis vero qñq; retinẽt.a.ſimplicis,vt frãgo fractũ.infringo.actũ.ꝑfringo.actũ.tãgo.tactũ.cõtingo cõtactũ,intingo intactũ: pãgo. ctũ.impingo impactũ,cõpingo.pactũ.ago actũ.redigo.redactũ.adigo.actũ.cado.ſum.occido.occaſum,recido recaſum. ¶Quandoq; a vertitur in.e.vt iacio iactũ,cõijcio cõiectũ, ꝓijcio ꝓiectũ.facio factũ.cõficio.ectũ. proficio.ꝓfectũ.rapio.ptũ.corripio.eptũ.diripio. eptũ.capio.ptũ.cõcipio.eptũ.cano.cãtũ. cõcino.cẽtũ.occino.occentũ.fateor.falſum,profiteor.ꝓfeſſum.cõfiteor.cõfeſſum. ¶Sunt verba , q̃ in cõpoſitiõe. Alia cõſideratio eſt, qđ quædã verba ſunt,quę cõpoſita mutãt cõiugationẽ ſui ſimplicis:ſed de hoc in principio capitis,qđ eſt de præteritis, dictũ eſt. ¶Sunt quæ mutãt gen9. Alia cõſideratio eſt, quod quędã ſunt verba,q̃ compoſita mutãt genus ſui ſimplicis:& ponit exẽpla de compoſitis abeo.is, & facio facis. ¶Sunt,quæ reperiuntur. Alia cõſideratio eſt, qđ ſunt quædã verba,quæ tm̃ in compoſitione reperiuntur, vt appello.as.cõpello.as.quæ a pello pellas cõponuntur,quod verbum non eſt in vſu. Et eodẽ modo de reliquis verbis, q̃ hic explicãtur.

DIc mihi, quã artẽ ꝓfiteris? Poſteaq; libris ſuperioribus inſtituti ſunt a nobis pueri in declinatiõe noĩs & verbi in qua velut in quibuſdã cardinib9 tota prope res literaria verſatur:iã paulatim quaſi manu ducendi ſunt per oẽs artis grammaticæ partes, vt a præceptoribus interrogati ſciãt reſpõdere: qd de quaq; re ſentiant. Nã & hoc cõtra dialogorũ rationẽ fecimus: in quibus rerũ,de quibus diſputatur,minus eruditi doctiores interrogare conſueuerũt, illiſq; aſſentiũtur:nos vero præceptorẽ induximus percõtãtem quid de interrogatis diſcipulus ſentiat. Tũ quia illud ipſum Quintilianus oratoriarũ inſtitutionũ lib.i. iubet præceptores facere:vt crebro pueros interrogent ijs de rebus: crebraſque ab illis operas exigãt. Tũ quia in hac re lõge difficilius eſt interrogare,quã reſpõdere. Tũ etiã quia ꝓuectiores iam aliquãto diſcipulos interrogamus.Dicit igitur præceptor diſcipulũ interrogans : Quã artem profiteris.i. diſcis? Nã ſi ad præceptorẽ referas,profiteri eſt docere: ſi ad diſcipulũ,eſt diſcere. Cui diſcipulus rñdet grãmaticã,ſubaudi profiteor. Et eadem ratione ſunt interrogata, & reſpõſa,quæ ſequuntur. ¶Quid eſt grãmatica? Quæſtio an aliqua res ſit, queadmodũ inquit Ariſtoteles,reliquas oẽs qõnes præcedere debet, ſequẽs vero eſſe debet qd res eſt. Sed qa nemo eſt( vt Quint.de rhetorica ait ) adeo non ab eruditiõe mõ,ſed ab omni ſenſu remotus: vt fabricãdi, & texẽdi,& e luto vaſa fingẽdi artẽ putet:grãmaticẽ vero exiſtimet ſine arte venire poſſe.Reliqua eſt illa quæſtio,quid ſit grãmatica:q̃ qa de ſubſtãtia grãmatices inquirit, diffinitione demonſtrãdũ eſt,qđ quęrit. Grãmatica eſt ſciẽtia recte loquẽdi.& quia (vt Quint.ait) ſcribẽdi ratio cũ loquẽdo cõiũcta eſt,vt rẽ magis explicaret,ſubiunxit:recteq; ſcribẽdi. Ex doctiſſimorum virorum vſu,hoc adiecimus ad illorum temeritatem coarguẽdam,qui putant in hoc aliud eſſe artem,aliud vſum, cõſuetudinemq;. Dicũt.n.aliquid ex arte poſſe dici, quod vſus reformidet : atque e diuerſo aliquid ex vſu poſſe dici,quod ars repudiet. Nos tñ aſſeueramus nihil poſſe dici ex arte,quod vſu probari non poſſit. Non enim( vt Quintilianus ait ) cum primum fingerentur homines analogia cælo miſſa formam loquendi dedit:ſed inuenta eſt poſtquã loquebantur, & notatũ in ſermone quid quoquo modo caderet:itaq; non ratione nititur,ſed exẽplo. An ꝓpterea hõ facit in genitiuo hominis,quia nos ita dicere ars docuit? an potius hoc in artem redactũ eſt, qđ vſus frequẽtior doctiſſi-

Si in compoſitione verbi.a. mutatur in.i. aliquãdo
in pręterito manet.e.ſimplicis &.a.in ſupinis, vt
Frãgo.gis.fregi.fractũ. Infringo.is.infregi, infra
ctũ. Pãgo.gis.pepigi,pactũ.Impingo.gis. ĩpegi
impactũ. Ago.is egi.actũ. Adigo.is.egi,adactũ.
Aliquãdo.a.ſupini verbi ſimplicis vertitur in.e. vt
Facio.is.feci.factum. Conficio.is. confeci,fectũ.
Iacio.is.ieci.iactũ.Conijcio.is,ieci. coniectũ. Ca
pio.is.cepi.captum.Concipio.is. cõcepi. eptum.
Rapio.is.pui.raptũ.Corripio.is.pui,correptum.
Cano.is.cecini,cantum.Occino.is.occinui.entũ.
Sunt verba,q̃ in cõpoſitiõe mutãt cõiugationẽ , vt
do.das.dedi,reddo.is.reddidi.addo.is.addidi. Cu
bo,as.cubui.accumbo.accumbis,accubui : ꝓcũ
bo ꝓcumbis. ꝓcubui. Facio.is. feci.amplifico.as.
amplificaui.Sapio.is.ſapere. reſipio.is reſipire.
Sunt etiam verba,quę mutãt genus in cõpoſitiõe
vt eo.is,qđ eſt neutrum , præterco.is.adeo.is.&
fere omnia cõpoſita ab illo,q̃ ſunt actiua. Pręter
ea Facio.is,qđ nõ habet Facior.faceris. Perficio
perficis habet ꝑficior.perficeris. Mutat etiam ge
nus in cõpoſitiõe verſificor. aris,qđ eſt deponẽs.
Sunt etiã,quę reperiũtur tm̃ in cõpoſitiõe, vt pello
pellas. appello.as. cõpello. as. Clino.as. inclino.
as reclino.as.declino.as.Cuſo.as.accuſo.as.recu
ſo.as.incuſo as. Sipo.as.diſſipo.as. Frigero.eras.
refrigero eras. Fragor.aris,refragor.aris.ſuffra
gor.aris. Pleo.ples, impleo imples,cõpleo,es de
pleo.es.Leo.les, deleo.es.releo es. Spicio.is. de
ſpicio,icis cõſpicio.icis.reſpicio.reſpicis. Licio li
cis,elicio.elicis,pellicio.pellicis, allicio. allicis . illi
cio.is. Fẽdo.is.offendo.is defendo.defendis,Pe
dio.is,impedio,is.cõpedio.is.præpedio.is.

¶Liber Tertius, qui eſt de Erotematis, hoc eſt,de interrogationibus,qbus pueri de omnibus grãmaticæ partibus interrogandi ſunt.

¶ De erotematis Grãmaticæ, Cap̃.primũ.

DIc mihi,quã artem profiteris? Grãmaticã. Quid eſt grãmatica? Sciẽtia recte loquendi, recteq; ſcribẽdi ex doctiſſimorũ virorũ vſu,atq; autoritate collecta.

Vnde dicitur grammatica? A grammatis, hoc eſt, a literis: quaſi ſcientia literaria.

Quotuplex eſt grammatica? Quintiliano autore duplex, Hiſtorice, quæ in enarrandis autoribus verſatur, ad imitationem propoſita. Et methodice, quæ artis præcepta continet.

Quot ſunt partes p̃ceptiuæ grãmatice? Quatuor. Orthographia, cui reſpõdet litera. Proſodia, cui rñdet ſyllaba. Etymologia, cui reſpondet dictio. Syntaxis, cui reſpõdet partiũ orõnis cõſtructio.

morũ in ſermone latino virorũ hoc habet. Nã quo tẽpore Ennius poeta dixit: vulturis in ſyluis miſerũ mandebat homonẽ. ne quis putet ex arte futiſſe dictũ: tũ vſus fuit illius ſeculo dicere homo homonis, q̃ noſtro hoĩs: ſed, quẽadmodũ diximus alio loco, priſcus ille vſus ab eruditiori ſeculo eſt exploſus, vt vel inde homines intelligãt totã hãc rationẽ vſu cõſtare, quẽ penes arbitriũ vis eſt, & norma loquẽdi. Sed de quo vſu intelligamus, ſubiũgit: doctiſſimorũ uirorũ: nam indoctorũ potius abuſus, q̃ vſus appellandus eſt. Atq;, vt pulchre Quintilianus ait, cõſuetudo nõ ex eo accipiẽda eſt, q plures faciunt: nã hæc ratio periculoſa eſſet nõ modo in ſermone, verũ etiam in vita humana: ſed ex eo quod optim9 atq; ſapiẽtiſſimus quiſq; exequitur: vt ſit cõſuetudo ſermonis eruditorũ, quẽadmodũ viuẽdi cõſenſus bonorũ. Sed dicet quiſpiã: ſi res literaria vſu cõſtat, quid mihi ars cõferet? Hoc loco repetendũ nobis eſt, qđ ſcripſimus in principio illius artis, in qua ſermonẽ Hiſpanũ ſub regulas atq; p̃cepta cõtraximus: artẽ (licet ſit collecta ex vſu doctiſſimorũ virorũ) ꝓhibere tñ apud hoĩes ꝓbati vſus imperitos, ne abuſus irrepere poſſit: vt latinũ ſermonẽ corrũpat. Nã quia vſus loquendi multo indiget tẽpore, neq; facile niſi ab ijs, qui ſunt in tenera ætate comparari poteſt, excogitata eſt ars, quæ nõ modo ſit vtilis latinæ linguæ imperitis, verum etiã peritis. Imperitis inquã, vt per ea ipſa præcepta in vſum illũ facilius deducãtur. Peritis vero, vt ea q̃ ſunt prope infinita & ſparſim ex lõgo vſu didicerũt, ſub paucis regulis atque præceptis cõplectantur. ¶ Vnde dicitur grãmatica? Sequẽs quæſtio eſt, vnde dicitur grãmatica: hæc quæſtio cum ad oẽs, qui aliqua de re diſputant, pertinere poſſit, vt inquirant vnde id dicatur, de quo diſputãt: tum maxime ad grãmaticũ, cuius officium eſt demõſtrare vnde cuiuſq; dictionis origo ſit: ſi modo aliũde dicatur. A grãmatis græce reſpõdet, quod eſt a literis latine. vt ſit grammatica ſciẽtia vel ars literaria, non vt indocti dicebãt a. grãma. litera. & . tica. ſcientia grãmaticã eſſe dictam: nam in grãmatica non plus addit, q̃ vt Cicero ait in topicis. timus. in finitim9. & legitimus. aut enſis in Hiſpaleñ. Cordubeñ. Italicenſis. neq; enim in illis dictionibus timus & enſis. aliud ſunt quã productiones nominũ deriuatiuorum a fine, lege. ede. Hiſpali. Corduba. Italica. Sed homines græcarũ literarum ignari occaſionẽ errãdi habuerunt ex eo quod inueniebant pro grãmatica interpretatũ in latinũ ſermonem: ſcientia vel ars literaria, pro dialectica, ſcientia vel ars diſputatiua, pro rhetorica ſcientia vel ars oratoria. Nam ſcientiarũ nomina, quæ ſunt græca, plerũq; a latinis in hunc modũ verti cõſueuerunt, vt politice reſpublica, æconomice. res familiaris. Georgice. res ruſtica: & eodem modo grammatice res literaria. ¶ Quotuplex eſt grãmatica? Quaſi velit dicere, grãmatica in genere accepta in quot partes, ſiue ſpecies diuiditur? huic quæſtioni reſpõdet ex Quintiliani autoritate, qui oratoriarũ inſtitutionũ libro primo his verbis inquit: Et finitæ quidẽ ſunt partes duæ, quas hæc profeſſio pollicetur: ideſt ratio loquendi, & enarratio autorum: quarum illam methodicẽ, hanc hiſtoricẽ vocant. Idem quoq; Diomedes grãmaticus ſentit alijs tamen verbis dicens: Grãmaticæ partes ſunt duæ: altera quæ vocatur exegetice: altera horiſtice, nã tota grãmatica conſiſtit præcipue intellectu poetarũ, ſcriptorum & hiſtoriarũ prompta expoſitione: & recte loquẽdi ſcientia. Quam ergo grammatices partem Quintilianus vocat hiſtoricẽ. i. narratiuã, quoniã hiſtoreo. græce interpretatur. narro: hanc eãdem Diomedes exegeticẽ nominat, quæ æque narratiua interpretatur. Quam rurſus Quintil. methodicẽ appellat. i. doctrinalem, quoniam methodus doctrina interpretatur: eam ipſam Diomedes vocat horiſticẽ. i. definitiuam, quia horizo græce, eſt latine diffinio, ſiue termino. Ergo recte dixit hiſtoricen ſiue exegeticen verſari in enarrãdis exponendiſq; autoribus: ad quorũ imitationem poſt artis præcepta ſe debent pueri cõponere. Methodicẽ vero ſiue horiſticẽ verſari circa eadem ipſa artis præcepta, quæ vt diximus, ex optimo autorũ vſu collecta ſunt. ¶ Quot ſunt partes præceptiuæ grãmaticæ? Omiſſa altera grãmatices parte, quam diximus hiſtoricen ſiue exegeticem, quæ non eſt huius conſiderationis. rurſus interrogat quot ſunt partes methodices ſiue horiſtices: hoc eſt p̃ceptiuæ grãmaticæ. & reſpondet eſſe quatuor illius partes. Quę vero illę ſint, & quæ cuiq; ſubiecta materies, enumerat. Nam orthographia diſputat de litera, proſodia de ſyllaba, etymologia de dictione, ſyntaxis de partium ſiue dictionum inter ſe conſtructione. Ex quo Ioannis Paſtranæ conuincitur erratum, atque artis dialecticæ ignorantia: qui in principio illius operis, quod in perniciem ſermonis latini caſſo labore compoſuit, ſcripſit partes orationis eſſe quatuor: quas nos partes grammatices eſſe diximus. literam. ſyllabam, dictionem, orationem. Aliud enim eſt grammatica, aliud oratio: illius partes ſunt conſiderare de literis, quod eſt minimum in oratione: aut de ſyllabis, quæ literis conſtant: aut de dictionibus, quę ſyllabis conficiuntur: aut de oratione, quæ ex dictionibus conſtruitur: huius vero partes ſunt, in quas oratio ipſa diuiditur, quemadmodum aliud eſt rhetorica. aliud eſt oratio, quod eſt opus rhetorices: nã partes rhetoricæ ſunt inuentio, diſpoſitio, eloquutio, memoria, pronunciatio. Orationis vero exordium, narratio, partitio, confirmatio, confutatio, concluſio. Quẽadmodũ. n. nulla eſt pars orationis rhetoricę, in qua non ſit inuentio, diſpoſitio, eloquutio, memoria, pronunciatio: eadem quoque ratione, nulla eſt pars orationis grammaticę, in qua non conſideremus quibus literis ſcribenda ſit, quo accentu quæque ſyllaba enunciãda, quid dictio ſignificet, & quæ habeat accidentia, & qua ratione in conſtructione orationis veniat. Non recte igitur Paſtrana confundit partes orationis cum partibus grammatices: quemadmodum enim dialectici diffiniunt, & vſurpat ut Cicero. in. ij. lib. de finibus bonorum & malorũ: vitioſum eſt in diuidendo, partem in genere numerare, quod hic noſter facit, qui literam, quæ pars ſyllabæ eſt, & ſyllabam, quæ pars dictionis, & dictionem, quæ pars orationis, ſub vno genere hoc eſt oratione, ex æquo diuidit, quod eſt, vt Ciceronis verbis vtar non partiri, ſed frangere: non aliter quam ſi quis animalis corpus diuidat in caput, oculum, & pupulam, cum pupula pars oculi ſit: oculus capitis, caput vero totius corporis.



De erotematis orthographiæ. Totũ artis grãmaticæ negotiũ (Quint. autore) in duobus maxime cõſiſtit. i. recte loquẽdi recteq; ſcribẽdi rõne. Recte loquẽdi regulas cõtinet ꝓſodia, etymologia, ſyntaxis. Recte ſcribẽdi vero ea quã græci orthographiã vocãt: & a qua potiſſimũ tota grãmatice nomẽ aſſumpſit. ¶ Quærit igitur in primis: quid eſt orthographia? Cui reſpõdet. Scientia docens quibus literis quæq; dictio ſcribenda ſit. Breuius & fortaſſe melius dixiſſet ſcientia recte ſcribẽdi.

## ¶ De erotematis Orthographiæ. Cap. ij.

Quid eſt orthographia? Sciẽtia docẽs quib9 lrĩs quęq; dictio ſcribẽda ſit.

Vnde dicitur orthographia? Ab orthos, qđ eſt rectũ: et grapho ſcribo: quaſi ſcientia recte ſcribendi.

Quid eſt litera? Vox, quæ ſcribi poteſt indiuidua.

Vnde dicitur litera? A lituris: quod antiqui tabulis ceratis ſcribere ſolebant, & poſtea delere.

Quot ſunt literæ in vſu apud Latinos? Duæ & viginti: & . h, quæ nõ eſt litera, ſed aſpiratiõis nota.

Quot ſunt genera literarum? Duo. quædã enim ſunt vocales, quædam vero conſonantes.

Quid eſt vocalis? Litera, quæ per ſe & pura pronuntiari poteſt. Vnde & vocalis dicitur, quod per ſeipſam vocem habeat.

Quod ſunt vocales? Sex. A. E. I. O. V. Y pſilon.

Cuius ratio (vt inquit Fabius) nõ in hoc poſita eſt, vt nouerimus quibus quæq; ſyllaba literis cõſtet: ſed tota ei9 artis ſubtilitas verſatur circa rectã ſcriptionẽ dictionũ græcarũ, atq; etiã latinarũ, quæ nõ ſunt in vſu frequẽti: & q̃ diphthõgo, q̃ vocalibus aſpiratis, aut cõſonãtibus, q̃ per y pſilon ſcribãtur: nã ſi Ariſtotele autore virtus & ars circa difficile verſantur, hic labor, hic tota difficultas orthographiæ verſatur. Quæ & ſi cõſuetudini ſeruit, ideoq; ſæpe mutata eſt (quẽadmodum ait Quintilian9) illã tñ ſcribendi rõnẽ ſequemur, in quã doctiſſimus quiſq; cõſentit. Atq; vbi illi inter ſe varij ſunt, in qđ plures illorũ cõueniũt. ¶ Rurſus q̃rit: Vnde dicit orthographia? & q̃a græca dictio, atq; cõpoſita eſt, reſpõdet: q ab orthos (qđ interpretat rectũ) & grapho, qđ eſt ſcribo, cõponitur, vt ſit, qđ ipſa orthographiæ diffinitio explicat, ſciẽtia recte ſcribẽdi. ¶ Quid eſt litera? Quia (vt diximus) orthographia circa literas, quaſi circa ſubiectã materiã, verſatur, iterũ quærit: quid eſt litera? Memineris aũt literas ab elemẽtis autore Priſ. diſtare: q literæ ſunt ductus ſiue characteres, qui ſcribunt. Elemẽta vero ſunt ꝓnũtiationes ipſę, quæ ſcribũtur: cõfundunt tñ autores hãc differentiã alterũ ꝓ altero accipiẽtes. Rñdet vero ex diffinitiõe Priſ. dicẽs: Litera eſt vox indiuidua, q̃ ſcribi põt. hic literã ꝓ elemẽto accipit: ſed quia, vt inquit Fabius, ſic quidẽ ſcribẽdũ eſt, quẽadmodũ ſonat: quia hic eſt vſus literarũ, vt cuſtodiãt voces, & veluti depoſitũ legẽtib9 reddãt: qđ de litera ꝓlata dicim9, de ſcripta quoq; eſt intelligẽdũ, recte igitur Priſ. diffiniuit litera eſt vox q̃ ſcribi põt indiuidua. Si enim ſcribi nõ põt, quales ſunt volucrũ voces, & mugit9 boũ, & gemit9 hoĩm, quas Priſ. illiteratas vocat: illa nõ recte appellabitur litera. Indiuidua aũt ſubiecit, quia (vt alia diffinitione Priſc. oſtẽdit) litera eſt minima pars vocis cõpoſitæ, minimũ aũt eſt qđ ampli9 diuidi non põt, cuiuſmodi eſt litera. Ex quo infertur. pſi. literã apud græcos & . x. apud græcos & latinos non eſſe literas: qñquidem altera in. ps. altera in. cs. vel. gs. diuiditur. ſed potius dicẽdũ eſt, vtrãq; figurã binarũ literarũ eſſe cõpẽdiũ. ¶ Vnde dicit litera? Rñdet ex Priſ. verbis, literã dicta lituris. verba Priſc. ſunt. Dicitur aũt litera quaſi legitera: eo qđ legẽdi iter præbeat: vel a lituris, vt quibuſdã placet: qđ plerũq; antiqui in ceratis tabulis ſcribere ſolebãt, & poſtea delere. Ideo aũt ex hac rõne. t. geminauit: quia litura primã ſyllabã breuiat, quæ in litera lõga eſt ergo hic de litera ſcripti rñdet. ¶ Quot ſunt literę in vſu hic quoq; de nũero literarũ, q̃ ſcribũtur, inquirit. Neq; enĩ recte, duæ & viginti rñdiſſet, cũ apud latinos ſex & viginti ſint ꝓnũtiatiões literarũ diſtinctæ, & totidẽ cõſequẽter debeãt eſſe literę, quẽadmodũ paulopoſt dicem9: & exactius diſputatũ eſt in repetitiõe, quã de literis habuim9, & in ope illo, qđ de ſermõis Hiſpani grãmatica fecim9: quib9 in locis deductũ eſt octo eſſe vocales apud latinos, & duo de viginti cõſonãtes. Ergo figuræ literarũ, q̃ ſcribũtur, duæ ſunt & viginti, & h. quæ (& ſi quãtũ ad figurã litera ſit, atq; in ordine literarũ ponatur) nõ eſt elemẽtũ, quia non ſonũ, ſed tñ ſpiritũ ſiue flatũ habet: vñ & illã flatilẽ plures dixerũt: quæ cũ additur literis. c. p. t. quodãmodo ſonũ illarũ alterare videtur, & aliud genus literarũ efficere: qđ quia in vocalibus & . t. litera nõ apparet: græci. c. p. t. aſpiratis diuerſos characteres dederũt. r. vero nõ dederũt, quia aſpiratio illi nõ cohæret, ſed potius vocali, quæ ſequitur. Vocalibus vero, quia in illis nõ eminet, atq; ideo græci vocalibus aſpiratis apices aſpirationẽ deſignãtes imponũt. ¶ Quot ſunt gñã literarũ, ac ſi dicat, literæ in quot partes ſiue ſpecies diuidũtur, vt litera ſit genus: & quærat de eius partibus ſiue ſpeciebus, vt dicũt dialectici: qđ tamẽ Cic. dicere, reformidat. Rñdet q; duo eſſe gñã: alterũ vocaliũ: alterũ cõſonãtiũ. ¶ Quærit inde, quid eſt vocalis? Rñdet vero & quid ſit, & vnde dicatur. Eſt. n. vocalis litera quæ per ſe & pura i. nulli alteri literæ admixta pronũtiari põt. vt cũ dico. a. ſic ſonat pura & impermixta, vt a nulla vndiq; alia litera feriatur. Ex qua diffinitione originẽ vocalis oſtẽdit dicẽs, qđ vocalis ex eo dicitur, q per ſe ipſam vocem habeat. ¶ Poſtea de nũero vocaliũ inq̃rit dicẽs: quot ſunt vocales? Rñdet aũt eſſe ſex. a. e. i. o. u. y pſilon. Ex quo facile apparet quæſtionẽ hãc de vocalibus eſſe, quæ ſcribũtur, nã quæ a tẽpeſtatis noſtræ hominib9 enũtiãtur, quinq; ſunt tñ: quæ vero ab antiquioribus, octo. a. e. i. o. u. y pſilõ, & duæ aliæ vocales, altera quæ ſonat inter. e. i. altera inter. i. u. quẽadmodũ in repetitiõe ſuperius memorata ſatis copioſe deduxim9. Illud tamen interim nõ eſt diſſimulandũ, vocales illas oẽs in eadẽ gutturis parte formari, ſed oris labiorũq; diſtorſionẽ facere illarũ diuerſitatẽ, vt ex eo vl facile intelligi poſſit: cũ innumerę ſint oris labiorũq; figuræ, infinitas quoq; eſſe poſſe vocales, nedum octo illas, quas ſupra memorauimus: differẽtias tamẽ illarum nõ ſentiri. Nã quẽadmodũ in arcu cæleſti, qui (vt Verg. ait) mille trahit varios aduerſo ſole colores, oculi non percipiũt niſi tres tantum, & in quo, vt Ouid. ait, niteant cum mille colores: tranſitus ipſe tamen ſpectantia lumina fallit, vſque adeo quod tangit idem eſt: tamen vltima diſtãt. Eodem modo cum aures noſtræ tantum vocales quinque ſentiant: ratio tamen intelligit, tot eſſe, quot poſſunt eſſe oris diuerſitates: nam & mathematici dicunt, quantitatem continuam non habere finem in diuidendo.

¶Quid eſt conſonans? Et reſpondet eſſe literā, quæ per ſe non poteſt enuntiari, niſi vocalem feriat. vt ſi velis pronuntiare .b. non poſsis efficere, niſi vocalem ſequentem, aut præcedentem feriat: & poteſt tamē ſequentem media altera conſonante ferire. Ex hac conſonantis diffinitione infert originem vnde dicitur: quia ab eo quod cū vocalibus ſonet. ¶Quot ſunt conſonantes? Quia de numero quæſiuit, reſpondet eſſe ſedecim reliquas a ſex vocalibus: cum tamen ſint aliquanto plures, quemadmodum e veſtigio deducemus. ¶Quot ſunt ſpecies conſonātium? Quærit adhuc an conſonans, quę erat literæ ſpecies, poſsit in partes diuidi: & dicit eſſe duas adhuc conſonantium ſpecies, alteram mutarum, alteram ſemiuocalium. Sed cum dixit nouem eſſe mutas, & ſeptem ſemiuocales, manifeſtum eſt de ſimplicibus literarum figuris reſpondiſſe: nam pronuntiationes, vt diximus, duo de viginti ſunt, duodecim mutarū, ſex ſemiuocalium: ꝙ ſic probari poteſt: ait Pli. lib. natu. hiſt. vij. Latinos habere vim omnium literarum, quas græci habent: nam dictiones græcæ cum literatura in latinum ſermonem transferre placuit. Illi namq; nouem habent mutas in triplici differentia poſitas. p.c.t. ſubtiles. ph.ch.th. craſſas. b.g.d. medias: quarum ſubtiles & medias habent latini: habent quoq; & ſpiſſas, ſed tantum in dictionibus græcis, vt philoſophia, chorus thalamus: quas (quia figuras non habemus) per ſubtiles aſpiratione addita repręſentamus, cū tñ diuerſæ omnino ſint ab illis, multoq; magis in pronūtiatione diſtent, quā ab illis quas diximus eſſe medias. Cum ergo diuerſitas literarum non in figuris, ſed in pronuntiatione ſit, manifeſtum eſt. ph.ch.th. alterius eſſe generis quam. p.c.t. cum non aſpirantur. Habent præterea latini tres mutas, quas ignorant græci. f.i.u. conſonantes. vt enim alio in loco probauimus, inter. f. &. ph. tanta eſt differentia, vt inter duas literas eiuſdem generis nulla maior eſſe poſſit. F. vero mutā eſſe omnes grāmatici teſtātur, a qua nō multum in pronuntiatione differt. u. conſonans, quod antiquiores digama æolicum appellabant. I. conſonans, quem habeat ſonum, fateor me ignorare: nam quemadmodum compertū habeo non eum eſſe, quē Hiſpani proferunt, quēque ego contenderim nō aliunde, quam a Pœnis Hiſpaniam accepiſſe: ita ſuſpicor proxime accedere ad ſonum. i. vocalis. niſi ꝙ. i. ſibi ipſi inſidet, reliquaſque vocales frangit, ſed interim reijcianus illam in numerum mutarum. Colligamuſque duodecim eſſe mutas, tres græcorum proprias ch.ph.th. tres latinorum. f.i.u. conſonantes, ſex communes græcis & latinis. b.c.d.g.p.t. nam. k.q. otioſæ ſunt, cum eundem ſonum habeant, quem habet. c. neque figurarum diuerſitas debeat numerum augere literarum. Sex tamen eſſe ſemiuocales diximus, cum reliqui omnes grāmatici græci, & latini dixerint eſſe ſeptem: &, quē fecimus reſpondentem diſcipulum, ſeptem quoque eſſe dixit. Sed hi omnes de figuris loquuntur literarum, nos vero de illarum vi, poteſtateque differimus: cuius ratio conuincit. x. non eſſe literam, ſed vt ſupra memorauimus, duarum literarum compendium: quarum altera hoc eſt. c. vel. g. ad mutas, altera hoc eſt. s. ad ſemiuocales referenda eſt. ¶Quare dicuntur mutæ? Cui quæſtiōi reſpōdet: mutas ideo dici, non quia illæ partes vocis non ſint: ſed quia comparatione vocalium & ſemiuocalium nihil prope ſonent. Quod exemplo Priſcianus oſtendit ſic. Quemadmodū informis dicitur mulier nō quæ caret forma, ſed quia eſt male formata: ſic etiam muta dicitur, non quia omnino caret voce, ſed qđ exiguā partē vocis habeat. Imo vero poſſem ego dicere mutas idcirco appellatas, quod per ſe nulla ratiōe poſſint enuntiari: cum in ea oris parte formentur, qua nullo modo poſsit vocis eſſe iter: nam. p.b.ph. ore clauſo labriſq; preſſis effinguntur. t.d.th. lingua inter dentes compreſſa priori parte. c.g.ch. ipſius arteriæ faucibus clauſis. f. vero. &. u. cōſonās prioribus dentibus inferiori labro impreſſis, niſi quod. f. (vt Quint. ait) per dētium diſcrimina extrorſum efflatur, u. vero. ſpiritu quodammodo intus attracto. I. vero conſonans quam habeat vocem, iam confeſſi ſumus nos ignorare. Cum igitur omnibus in his locis ea ſit oris figura, vt nulla ratione vox exire poſſit, quia per ſe non poteſt enunciari, niſi vigore duntaxat vocalium, merito dicuntur mutæ, quippe quæ nullam per ſe vocem habeant. ¶Quare dicuntur ſemiuocales? Reſpondet ideo ſic appellatas, quod in ſonoritate proxime ad vocales accedāt. Nam (vt ait Priſcia.) ſic appellatæ ſunt, quia plenam vocem non habeant, vt ſemiuiros appellamus, non quod dimidiam partem habent virorum, ſed quia pleni viri non ſunt. Cur autem magis quam mutæ, minus autē quam vocales ſonent: ratio eſt, quia in ea oris parte figuraque formantur, in qua hoc effici poſſit. Nam ore faucibuſque ſemiadapertis lingua ad palatum cælumque ipſum illiſa ſemiuocales enuntiantur præterquam. m. quæ & ipſa potius inter mutas enumerari deberet, propterea quod in pronunciatione ad. b. proxime accedat: niſi quod. b. labijs clauſis cum vocali ſequenti erumpit. m. quodammodo per nares efflatur. ¶Quot accidunt literæ? Poſteaquam dixit quid eſt litera, atque illam in partes diuiſit, quærit quot ſunt illius accidentia: reſpondetque eſſe quinque. Nomen eſt, quo vna quæque appellatur. Figura, qua deſcribitur. Poteſtas, qua pronuntiatur. Cognatio, quam cum alia habet litera. Ordo, quo cum alia litera ſyllabicatur. ¶Quid eſt nomen in litera? Vocabulū (inquit) quo vnaquęq; appellatur, vt quam græci vocant alpha, hebræi aleph, pœni alipha. nos ipſius vocis nomine appellamus. a. magna profecto vtilitate illorū, qui ex illis literis incipiunt ſyllabas coniungere: nam græcis hebræis & pœnis euaneſcunt poteſtates literarum, cum in ſyllabicando illas longo circuitu nominum ſuorum appellant: ex quo fit, vt hac vna in re multo plus latini triduo proficiant, quam illi menſe.

Quid eſt conſonans? Litera, quæ niſi feriat vocalem, pronuntiari non poteſt, vnde & conſonans dicitur, quod cum vocalibus ſonet.

Quot ſunt cōſonātes? Sedecim reliquę a vocalibꝰ.

Quot ſunt ſpecies conſonantium? Duæ, quędam enim ſunt mutæ: & quædam ſemiuocales.

Quot ſunt mutæ? Nouem. b.c.d.f.g.K.p.q.t.

Quot ſunt ſemiuocales? Septem. l.m.n.r.ſ.x.z.

Quare dicuntur mutæ? Quia in comparatiōe vocalium & ſemiuocalium nihil prope ſonent.

Quare dicuntur ſemiuocales? Quia in ſonoritate proxime ad vocales accedant.

Quot accidunt literæ? Quinq;. Nomen. Figura. Poteſtas. Cognatio. Ordo.

Quid eſt nomen in litera? Vocabulum, quo vnaquęq; appellatur ad aliarū literarū diſcretionē.



¶Quid eſt figura in litera? Deſcriptio (inqt) ſiue linearū ductus certis lineamētis & characteribus terminata: quod exemplo declarat. vt. l. longa. i. breuis. o. rotunda: & compoſita ex longa & rotunda. b.d.p. ex breuibus. m.n. & eodem modo de reliquis. Illud modo memineris lineamentorum varietatem nō facere diuerſitatem literarum. ¶Quid eſt poteſtas in litera? Ipſa, reſpondet, literæ pronuntiatio: nā quēadmodū literarum diuerſi ductus atque tractus non diuerſificant literam: ita e diuerſo ſi vna literæ figura plures ſoni repræſententur, plures quoq; literas illam vnā eſſe intelligemus. ¶Quid eſt cognatio in litera? Hanc literæ accidentiam Quintil. præcepit, vt pueri ſciant: ſcribit enī his verbis: Quare diſcat puer quid in literis proprium, quid commune, quæ cū quibus cognatio: nec miretur, cur ex ſcamno fiat ſcabellum: neq; has modo nouerit mutationes, quas afferunt declinatio aut præpoſitio, ſed & quæ rectis caſibus ætate tranſierūt. Quibus in verbis quatuor modos mutationis literarum in alias literas tangit. Deriuationis cum dicit: cur ex ſcamno fiat ſcabellum: quia propter eam cognationem quę eſt. m. cum. b. Declinatiōis, vt cum ſubdit ſecat ſecuit. Præpoſitionis, per quam intelligimus compoſitionem: quia prępoſitiones plerumq; veniunt in compoſitionem, vt cum ſubdit cado excido. De interprætatione ſiluit, tamen adiecit alium modum cognationis cum dicit: Quæ rectis caſibus. i. manēte prima nominis poſitione: ætate. i. temporis vetuſtate tranſierunt. i. literæ in alias mutatæ ſunt: vt valeſij & fuſij in valerios & furios: s. mutata in. r. Ergo a lida fit leda. i. mutata eſt in. e. a tego toga. e. mutata eſt in. o. ab amicus inimicus. a mutata eſt in. i. a facio feci. a mutata in. e. propter eam, quā diximꝰ, literarum cognationem: cuius conſideratio, quia latiſſime patet, ſatis erit in præſentiarum pueros admonuiſſe cognationis literarum: ne poſtea mirētur, cur aliæ in alias trāſeant. ¶Quid eſt ordo in litera? Accidit pręterea literæ ordo: nō quemadmodum Iſidorus ait, quod. a. ponitur ante. b. &. b. ante. c. &. c. ante. d. quoniam ille ordo literarum eſt quæ ſcribuntur, nihilque ad grammaticum pertinet: ſed quærit de ordine literarum enunciatarum, cum in vnam ſyllabam colliguntur: ideo reſpondet, ordinem in litera eſſe rationem, quæ demonſtrat, quæ præponi, quæ ſubſequi debeat: non in ſcriptura, ſed in pronuntiatione. Sed quia literæ aut ſunt vocales, aut conſonantes: quærit primo de ordine vocalium dicens. ¶Quis eſt ordo in vocalibus? quia tamen vocales in ſyllabam coire non poſſunt, niſi diphthongo: reſpondet quod cum in diphthongon coeunt, quædam ſemper præponuntur, quædam ſemper poſtponuntur, quædam aliquando præponuntur, aliquando poſtponuntur. Cum enim apud latinos ſex in vſu diphthongi ſint. æ. au. ei. eu. yi. œ. facile colligitur. a.o.y. prępoſitiuas eſſe. i.u. poſtpoſitiuas. e. vero communem. nam in. ei. præponitur in. æ. poſtponitur. ¶Quid eſt diphthongus? Occaſione habita ex eo, quod diphthōgi meminit, quærit rurſus: Quid eſt diphtōgus? Cui reſpondet: eſt conglutinatio. i. cōſtricta quædam & ferruminata coniunctio duarum vocalium: nam tres, Quintiliano autore, nunquā poſſunt coire in ſermone græco, aut latino: cum tamē in Hiſpano frequenter coeant, quemadmodum alio loco probauimus. Quod ſi quis obiecerit has particulas quæ, quæro, væ, væcordia, in quibus priores ſyllabæ ternas habent vocales: dicimus in prioribus illis. u. non eſſe vocalem, ſed vocalem liquidam: in poſterioribus vero eſſe conſonantem. Quod. n. Horatius. in. j. carmi. dixit: nunc mare, nūc ſyluæ. vbi. u. ex ratione carminis vocalis eſt: dicimus factam eſſe illic ſolutionem vt. u. iam non pertineat ad diphthongon, quæ ſequitur: ſed per ſeipſam ſyllabam efficiat. Et ſubiungit deinde: In eadem ſyllaba ſuam vim retinentium. Quod ſi verum eſt, idque omnes grammatici antiqui & iuniores fatentur: ego non video cur tanta iniuria debeat fieri vocalibus illis, quæ exteruntur: vt omnino illas ſupprimamus. Quod ſi Quintil. & cum illo omnes, qui de orthographia ſcripſerunt, recte dixiſſe putantur, cum aiunt ſic ſcribendum eſſe, vt pronuntiamus: atque e diuerſo ſic pronuntiandum, vt ſcribimus: ego non intelligo quid ad rem pertineat diphthongos ſcribere, ſi proferendæ non ſunt: aut ſi in eadem ſyllaba ſuam vim retinent, cur ambæ ille vocales enuntiari non debeāt. Quod vero quidam dicunt: illud ſuam vim retinentium debere intelligi quantum ad ſyllabæ quantitatem: ridiculum eſt, cum vel ex ipſa diphthongi deriuatione facile appareat vtramque vocalem debere enuntiari. ¶Dicitur enim dipthongus, vt ſtatim ſubiūgit, a dis grçce, quod eſt bis latine, & pthongus ſonus: quaſi duplex ſonus. Sed quid ego hac de re ſentiā, in ſequēti erotemate declarabo. ¶Quot ſunt diphthongi? Sex diphtongi ſunt apud latinos. æ. au. ei. eu. yi. œ. quarum tres. ei. eu. yi. in dictionibus tantum græcis reperiuntur. Reliquæ tres. æ. au. œ. in græcis pariter & latinis. Sed quemadmodum vocales in dipthongis pronuntiari debeāt, ſignificauimus in hunc modū: vt in. æ. ei. œ. priores vocales ſupprimantur, ideſt, paululū quiddam

Quid eſt figura in litera? Eius deſcriptio certis lineamentis terminata: puta lōga, breuis, rotūda.

Quid eſt poteſtas in litera? Ipſa literæ pronuntiatio, ꝑpter quā & figurę & nomina ſunt inuēta.

Quid eſt cognatio in litera? Quædā affinitas, qua alia in aliam cōmutatur aut per interpretationē vt a lida. leda: aut per deriuationem. vt a tego. toga: aut per compoſitionem, vt ab amicus inimicus: aut per declinationem, vt a facio feci.

Quid eſt ordo in litera? Ratio demōſtrās quę præponi, quæ ſubſequi debeat in pronuntiatione.

Quotuplex eſt ordo in literis? Duplex, ſcilicet, in vocalibus & in conſonantibus.

Quis eſt ordo in vocalibus? Quod cum in diphthongon coeūt, quædam ſemper præponūtur, vt a.o.y. Quædā ſemper poſtponuntur: vt. i.u. Quædam aliquādo præponuntur, aliquando poſtponuntur. v.e.

Quid eſt diphthongus? Conglutinatio duarum vocalium in eadem ſyllaba ſuā vim retinentiū.

Vnde dicitur diphthongus? A dis, quod eſt bis: & phthongus, ſonus: quaſi duplex ſonus.

Quot ſunt diphthōgi, quibus vtuntur latini? Sex Ae. vbi ſupprimitur. a. & ꝑfert. e. vt muſæ. Au. vbi ꝑfertur. a. & rapitur. u. vt audio. Ei. vbi ſup-

atq; obſcurum ſonent, quo modo. Ouid.i.meta.dixit: ſupprimit extēplo vocem. ſequentes vero vocales plene enuntientur: in reliquis vero tribus. au. eu. yi. priores vocales enuntientur integre: ſequētes vero rapiātur.i. raptim proferātur, vt inter ſupprimere & rapere faciamus differentiā quantū adhunc pertinet locum: quod ſupprimere ſit minus quā rapere: quēadmodū & rapere minus eſt quā pronuntiare ſiue enuntiare ſiue proferre. Quod vero in yi. diphthongō, diximus vtrāq; vocalē in.i. longū ꝑferri: volebamus ſignificare, ꝙ cū.y. ſubtilis ſonus ſit nobis incognitus.i. vero latini omnib⁹ notus vtraq; vocalis in ſonū nobis cognitum confunderetur. ¶ Quis eſt ordo in conſonantibus? hæc quæſtio per quā vtilis eſt tū librarijs: tum incipiētibus primas literas in ſyllabam coniungere: tum deniq; ipſi pronūtiationi, cuius cauſa & libri ſcribūtur, & literas legimus. Librarijs inquam & reliquis ſcriptoribus, quod cum in fine linearum dictiōes longiuſculas diuidere neceſſe eſt, neſciunt quas cōſonātes in ſequentē lineā trāſferāt, quaſue relinquāt: in quem errorem ne Auguſtus Cæſar incurreret, cōſueuit lineas cum dictionibus finire: ſcribit.n. Tranquillus in vita illius his verbis: Notaui & in chirographo eius illa pręcipue non diuidere verba: nec em̄ ab extrema parte verſuū abundātes literas in alterū transfert, ſed ibidem ſtatim ſubijcit, circūducitq;. Hoc quoq; obſeruamus hodie fieri ab hebræis & pœnis, q̄d Suetonius dicit Auguſtum obſeruaſſe. Prodeſt etiā pueris illorumq; pædagogis, vt in ſyllabicādo ſciant quas cōſonantes præcedēti vocali, quas in ſequenti cōiungere debeāt. Confert quoq; ad ꝓnuntiationē, vt in proferendo ſciamus, quæ conſonans cui vocali adhæreat. Quod plures quā tres. Ponit primo huius negotij regulas quaſdā generales, deinde ſubiungit particulares. ¶ Prima igitur regula eſt. Quod in eadem ſyllaba nunquā pōt præcedere vocalē pluſquā tres cōſonantes. vt ſcribo. ſtratum. ſcrobs. nec rurſus pōt ſubſequi vocalē pluſquā totidē, vt ſtirps. Et ꝙ ſi ſequēs ſyllaba. ¶ Secūda regula eſt. Quod ſi in dictione plurium ſyllabarum ſequēs ſyllaba incipit a vocali, neceſſe eſt præcedentē in vocalē deſinere, vt deus. tuus. Ratio autē huius eſt, quia aut inter duas vocales nihil eſt medium, aut eſt vna conſonans, aut duę, aut plures: ſi nihil eſt medium, habet locum ſecunda regula. Si fuerit media vna tm̄ cōſonans, habet locū quarta regula: quoniā illa ſemper pertinet ad vocalē ſequentē, præterquā in dictiōibus cōpoſitis, vt ſtatim diſſeremus. Si vero plures fuerint conſonantes, aut pertinēt ad ſequentē ſyllabā omnes, vt ſcriptus. reſcribo: aut quædā etiā pertinēt ad præcedentē, vt forte perſcribo, quo in caſu habet locum tertia regula. Sed quando cōſonantes pertinent ad vocalē præcedentē, quādo ad ſequentē ſtatim explicabimus. Dicit tamen regulas ſuperiores eſſe veras in dictionibus ſimplicibus, quoniā in cōpoſitis cōſonātes erunt illius vocalis, cuius fuerant ante cōpoſitionem. vt inimicus cōponitur ex in & amicus, quāuis enim conſonans ſit in medio duarum vocalium, deberetq; ex ratione regulæ ſuperioris ad vocalē ſequentem pertinere: ex hac limitatione non pertinet niſi ad præcedentem. Eodem modo ſi fuerint plures conſonantes, vt reſto, reſcribo, quæ componuntur ex ſto & ſcribo cum hac præpoſitione, re, manifeſtum eſt omnes illas conſonantes medias pertinere ad ſequentes vocales. Quint. libr. j. Eſt etiam in diuidendis verbis obſeruatio mediam literam conſonantem priori an ſequenti adiungas ſyllabę. Aruſpex enim, quia a ſpectādo pars eius poſterior eſt. s. literā tertiæ dabimus, abſtemius, quia ex abſtinentia temeti compoſita vox eſt: primæ relinquetur. Sed videamus quando in dictionibus ſimplicibus conſonantes mediæ pertinent ad vocalem ſequentem, quando ad pręcedentem: qua de re huiuſmodi regulas dabimus in quibus etiam oſtendemus quæ conſonantes ante quas eſſe poſſunt in principio & in medio dictionum. ¶ B. poteſt. ante.d. poni. vt bdelium. abdera ante.l. vt blandus hybla. ante.r. vt breuis. fabrica. ante.s. vt abſyrtus. ¶ C. poteſt poni ante.l. vt clarus. amyclas. ante.m. vt pyracmon. ante.n. vt cnidos. aracne. ante.t. vt cteſiphon. doctus. ante.s. habet ſonum, qui nunc per.x. repreſentatur. ¶ D. poteſt poni ante.l. vt abodlas. ante.m. vt admetus. ante.n. vt cidnus. ante.r. vt draco. cedrus. ¶ F. poteſt. poni. ante l. vt flagellum. perflo. ante.r. vt frango refringo. ¶ G. poteſt poni ante.l. vt gladius. ægle, ante.m. vt agmen. ante.n. vt gnauus, ignis. ante.r. vt gratus pigritia. ¶ L. ante nullā conſonantē poni pōt, ſed ipſa poſtponitur. b.c.d.f.g.p.t. ¶ M. ante nullā conſonantē poteſt poni præterquā.n. vt mnemoſyne. amnis. ſomnus. ſolēnis. contemno. pro quo imperiti huius rationis.p. interiecta ſcribebant ſompnus. ſolēpnis. contempno. ¶ N. ante nullā conſonantem ponitur: ſed ipſa poſtponi poteſt alijs. ¶ P. poteſt poni ante.l. vt placeo duplico. ante.n. vt pneuma. ante.r. vt pratum. capra. ante.s. vt pſalmus. ante.t. ptolemęus. ¶ Q. ante nullam conſonantē poni poteſt, quia ipſa ſemper ponitur ante.u. liquidam. ¶ R. ante nullam conſonantem ponitur, ſed ipſam reliquæ præcedūt. ¶ S. poteſt poni ante.b. vt asbeſtos. ante.c. vt ſcribo, aſcra. ante.l. vt ſlatarius. ante.m. vt ſmaragdus. ante.p. vt ſpatium. aſpicis. ante.q. vt ſqualor. ante.t. vt ſtatus iſte. ¶ T. poteſt poni ante.l. vt tlepolemus. atlas. ante.m. vt tmolus. ante.n. vt ætna. ¶ X. ante nullam conſonantem poteſt poni.

primitur.e. & profertur.i. vt pęthei. Eu. vbi profertur e. & rapitur.u. vt pentheus. yi. vbi vtraq; vocalis in.i. lōgum ꝑfertur, vt harpyia. Oe. vbi ſupprimitur.o. & profertur.e. vt pœna.

Quis eſt ordo in conſonantibus? q̄d plures q̄ tres nō poſſunt præcedere vocalē, nec plures q̄ totidem ſuccedere. vt ſcrobs. ſtirps. Et q̄d ſi ſequēs ſyllaba incipiat a vocali, neceſſe eſt p̄cedentē in vocalē deſinere. Quodq; ſi p̄cedēs ſyllaba in cōſonantē deſinit, neceſſe eſt ſequentē a conſonāte incipere. Quodq; nō eſt neceſſe, ſi ſequēs ſyllaba a cōſonante incœperit, præcedentē quoq; in cōſonātē deſinere. Quę regulę ſunt veræ in dictionibus ſimplicibus, nō tamen in compoſitis.

¶ De erotematis Proſodiæ. Cap. iij.

QVid eſt proſodia? Sciētia demōſtrans quo accētu quęq; dictionis ſyllaba proferat̄.

DE proſodię erotematis. Secundum partitionem grammatices, qua ſuperius vſi ſumus, hæc eſt ſecūnda pars, in qua quęrit de Proſodia, & de ſyllaba, hoc eſt, materia, circa quam proſodia verſatur. ¶ Et principio quærit quid eſt proſodia? Scientia (inquit) demonſtrans quo accentu quæque dictionis ſyllaba proferatur. Nam in vnaquaq; dictione, vt paulopoſt dicemus, eſt vna ſyllaba, in qua eſt accentus prædominans acutus vel circūflexus, reliquæ omnes ꝓferūtur accētu graui.



¶ Vnde dicitur proſodia? Reſpondet, a pros præpoſitione græca, ꝙ eſt ad, & ode odes, quod interpretatur cantus, vt ſit verbum ex verbo accentus, quē latini, vt autor eſt Gell. tum voculationē, tū tenorē, tū tonum interpretati ſunt. Nam (quēadmodū ait Boetius in arte Muſica) poetarū carmē inter ſermonem & catilenā eſt: ac ſi velit dicere, ꝙ homo cū loquitur, & poeta cū in carmine quoſdā flexus facit, & muſicus cū cantus modulatur: omnes ſuo modo canunt. Igitur quia qui loquitur, quaſdā in dictionibus attollit voces: quaſdam deprimit, quaſdā circunflectit: quodāmodo videt̄ canere, & huiuſmodi modulatio eſt accētus, hoc eſt, quaſi cātus. ¶ Quid eſt ſyllaba? Ad diffinitionem Priſciani addit enuntiatā, & indiſtanter: & tollit, quod ille dixit, conſequēs. Ait enim: ſyllaba eſt cōprehēſio literarū conſequēs ſub vno accētu, & vno ſpiritu prolata. Cōprehēſio (inquit) literarū: nā ſi vna vocalis ſyllabā facit per ſeipſam: non appellabitur ꝓprie ſyllaba cū etymologia & diffinitio ſyllabæ nō conueniāt illi, quæ eſt: ſyllaba eſt cōprehēſio literarū. Enūtiata (inquit) quia ſyllabæ forma enūtiatio eſt, non ſcriptio: & (q̄d Priſcianus addit) cōſequens, magna ex parte explicat ſyllabæ diffinitionē, quia ſi literæ nō ſunt cōſequētes.i. nō poſſunt ſyllabicari, non erit ſyllaba prolata ſub vno accētu, & vno ſpiritu: quia vt diximus, quælibet ſyllaba habet vnū accentū, qui eſt forma illius ſyllabæ. Adiecim⁹ autē indiſtāter: quia omnes illæ literæ colligēdæ ſunt ſub vnū vocis ictum. ¶ Vnde dicitur ſyllaba? Et quia originē habet græcā: dicit ꝙ a ſyllabin græce, quod eſt cōprehendere latine, vt ſit quod ipſa diffinitio demōſtrat cōp̄hēſio literarū. ¶ Quot accidunt ſyllabæ? Quatuor eſſe reſpōdet ſyllabæ accidētias, quas enūerat: atq; iterum de ſingulis illarū quærit, & primo. Quid eſt tenor in ſyllaba? Diximus ſupra, quē accentū grāmaticorū vulgus appellat tum voculationē, tū tenorē, tū tonū a viris doctis fuiſſe vocatū: & reſpondet eſſe modū ſiue modulationē, quo ſyllaba eleuatur, cum profertur accentu acuto: aut deprimitur, cū ꝓfertur accētu graui: aut eleuat̄ & deprimit̄ cum ꝓfertur accētu circūflexo. Simul autē dixit: nō quod eodē tempore eleuatur & deprimitur, ſed quod prior pars durationis in ſyllaba eleuatur, poſterior vero deprimitur, & ita fit quaſi quidā flexus a ſurſum deorſum. ¶ Quot ſunt tenores? Quia dixit q̄d tonus eſſet, quærit rurſus de nūero partiū illi⁹. Reſpōdetq; eſſe tres: & noīatim exprimit, q̄d vnū quodq; illorū efficiat: ſed q̄a hoc negotiū ad quinti libri diſpoſitionē ptinet, q̄ hoc loco curſim tetigimus, in illū reijcienda ſunt: vbi copioſius diſputabūtur. ¶ Quid eſt ſpiritus in ſyllaba? Ex quatuor ſyllabæ accidētibus: ſpūs pertinet ad qualitatē: tenor & duratio ad quātitatē cōtinuā, nūerus literarū ad quātitatē diſcretā. Itaq; reſpōdet ſpiritū eſſe qualitatē, qua ſyllaba aſpere vel leniter ꝓfertur. Aſperū enim & lene quāquā ſunt differētiæ tāgibiliū, trāsferūtur tn̄ ad ſonos, q̄ peruenīūt ad aures demulcēdo, aut exaſperādo ſenſum audit⁹. ¶ Quid eſt tēpus in ſyllaba? Hic de lōgitudine duratiōis in ſyllaba quærit, quēadmodū de tenore interrogans de ſyllabæ profunditate quærebat: & q̄a pars maior quinti lib. eſt de hac re: hic tm̄ dicit eſſe durationem ſiue tractū ſiue extenſionē ſiue porrectionē in qua ſyllaba pronunciatur. ¶ Quotuplex eſt tēpus in ſyllaba? Quod eſt ſatis pueto nōdū in re ſcrupuloſa erudito, r̄ndet eſſe duo tēpora, breue & lōgū. lib. tn̄ quinto dicturi ſumus, alios iſta exq̄ſitius diſtinxiſſe in quinq; tēporū diuerſitates, hoc eſt vnū, vnū & ſemis, duo, duo & ſemis, tria. ¶ Quid eſt numerus in ſyllaba? Hic de quātitate ſyllabæ diſcreta q̄rit, hoc eſt, quot literis cōſtat. Nā quēadmodū litera indiuidua eſt, ita ſyllaba in literis diuidit̄. Itaq; r̄ndet ex ſyllabæ diffinitiōe eſſe cōprehēſionē certi nūeri literarū, ex q̄b⁹ ſyllaba cōſtituit̄. Et rurſus q̄rit de nūero. R̄ndetq; eſſe poſſe ſex cū plurimæ vt ſūt ſcrobs, ſtirps, pōt eſſe vna min⁹, vt trās. pōt eſſe quatuor. vt trā. pōt eſſe tres. vt tra. pōt eſſe duæ vt ra. vt minimū pōt eſſe vna. vt. a. ſed (vt ſupra memorauim⁹) tūc ꝓprie nō dicitur ſyllaba cū neq; definitio neq; etymologia ſyllabę illi cōueniat.

Vnde dicitur ꝓſodia? A pros, quod eſt ad, & ode cantus, quaſi accentus: hunc latini tum voculationem tum tenorē tum tonū interpretati ſunt.

Quid eſt ſyllaba? Cōprehēſio literarum enūtiata q̄ vno accentu & vno ſpiritu indiſtāter profert̄.

Vnde dicit̄ ſyllaba? A ſyllabin, q̄d eſt cōp̄hendere.

Quot accidunt ſyllabæ? Quatuor. tenor. ſpiritus tempus & literarum numerus.

Quid eſt tenor in ſyllaba? Modus, quo aut eleuat̄ aut deprimitur, aut eleuatur, ſimul & deprimit̄.

Quot ſunt tenores? Tres. Acutus. Grauis, & circunflexus. Acutus em̄ eſt, quo ſyllaba eleuatur. Grauis, quo ſyllaba deprimit̄, circunflexus quo ſyllaba partim eleuatur, partim deprimitur.

Quid eſt ſpiritus in ſyllaba? Qualitas quędā, quā aſpere vel leniter ſyllaba profertur.

Quid eſt tempus in ſyllaba? Duratio vel tract⁹, in quo ſyllaba pronuntiatur.

Quotuplex eſt tēpus in ſyllaba? Duplex: q̄a aut habet vnum tempus in quo profertur, & dicit̄ breuis: aut habet duo tempora, & dicitur longa.

Quid eſt numerus in ſyllaba? Cōprehenſio literarum ſyllabam conſtituentium.

Quot poſſunt eſſe literę in ſyllaba? Vt multū ſex. vt minimum vna. Sed tunc proprie non dicitur ſyllaba, cum plures literas non comprehendat.

De erotematis Etymologiæ. Cap. iiij.

QVid eſt etymologia? Sciētia oſtēdens verā dictionū originē cū reliquis accidētibus.

DE erotematis etymologiæ. cap. iiij. ¶ Quid eſt etymologia. Incipit ingredi de tertia grāmatices parte, hoc eſt de etymologia, q̄ circa dictiōes ſingulas verſat̄. etymologia præcipue q̄rit de origine dictionū vnde ſunt deductæ. vt an cælebs dicat̄, q̄a cæleſtis: eo q̄d onere grauiſſimo vacet (vt vult Gabinius) an ab [illegible] (ut putauit Modeſtus) q̄a cęlo Saturnus genitalia abſtulerit, hoc noīe appellatū qui vxore careat. ſed cōſiderat etiam de reliquis accidentibus ſingularū partiū orationis. vt ad dictionū ſubſtantiam pertineat. quid ſignificēt, & vnde dicantur: reliqua vero ſint illarū accidētia. Quomodo autem etymologia, quæ eſt accidens dictionis, demonſtret ſubſtantiam ipſam & accidentia illius, nihil ad grammaticum pertinet, qui pinguiori Minerua res huiuſmodi conſiderare debet.

Vnde dicitur etymologia? Ab etymon, quod eſt verũ: & logos, ſermo, quaſi veriloquiũ, qđ Cice. reformidans notationẽ appellat: hæc ab Ariſtotele ſymbolum, a quibuſdam originatio dicitur.

Quid eſt dictio? Minima pars orationis cõſtructę, ideſt in ordine compoſitæ.

Dictioni quot accidunt? Quatuor. Significatio. Etymologia. Figura. Ordo.

Quid eſt ſignificatio in dictione? Illud, quo breuiter oſtenditur, quid dictio ſignificet.

Quid eſt etymologia? Dixi eſſe ſcientiã, qua oſtenditur vera dictionum origo.

Quid eſt figura in dictiõe? Forma, qua dictio ſimplex a compoſita diſtinguitur.

Quid eſt ordo in dictione? Qualitas qua in oratione alia ſemper præponitur, alia ſemp poſtponitur, alia modo præponitur, modo poſtponitur.

Partes orationis quot ſunt? Octo. Nomen. Pronomen. Verbum. Participium. Præpoſitio. Aduerbium. Interiectio. Coniunctio.

Quot ſunt partes oratiõis declinabiles? Quatuor Nomen. Pronomen. Verbum, Participium.

Quot ſunt ptes oratiõis indeclinabiles. Quatuor Præpoſitio. Aduerbiũ, Interiectio, Coniunctio.

¶Vnde dicitur etymologia? ab etymon, quod ex græco interpretatur verũ, & logos, ſermo: quaſi ſit latine veriloquium. Hic locus ex Quintil. ſumptus eſt, qui li. i. inſtitutio. or. to. ait his verbis: etymologia, quæ verborũ originẽ inquirit, a Cice. dicta eſt notatio, quia nomen eius apud Ariſtotel. inuenitur ſymbolum, quod eſt nota: nam verbũ ex verbo ductũ. i. veriloquiũ ipſe Cicero, qui finxit, reformidat: ſunt qui vim potius intuiti originationem vocent. hæc Quintil. ¶Quid eſt dictio? quia etymologia circa dictiones verſatur, quærit quid eſt dictio: reſpondetq́ ex Priſcia. verbis in hũc modũ diffinientis: Dictio eſt pars minima orationis cõſtructæ. i. in ordine compoſitæ. Pars inquit Priſcia. quantũ ad totũ intelligendũ. i. totius ſenſus intellectũ: quia ſi dictio diuidatur, nõ ad totum intelligendum hæc fit diuiſio: vt ſi diuidas vires in vi & res, nihil partes illæ ſignificãt, quantũ ad totius rationem pertinet: & quemadmodum vna litera proprie non facit ſyllabã, cũ ſyllaba proprie ſit cõprehẽſio literarũ: ſic nec ſyllaba dictionem, cum debeat dictio conſtare ſyllabis: nec dictio orationẽ, quæ debet conſtare dictionibus, quæ ſunt partes orationis. Poteſt tamen vna litera facere nõ modo ſyllabã, ſed dictionẽ, & orationẽ, vt ſi dixeris. I in ſecunda imperatiui perſona ab hoc verbo eo, is, iui. ſed non in quantũ eſt litera, aut ſyllaba, aut dictio, ſed quatenus oratiõis habet vim. ¶Dictioni quot accidũt? Ac ſi dicat dictiõnis ſic in genere acceptæ quot ſunt accidẽtiæ? reſpõdetq́ eſſe quatuor, quas enumerat: & rurſus de ſingulis quærit, & primo de ſignificatiõe, quã dicit eſſe illud, quo breuiter oſtenditur, quid dictio ſignificet, hoc per diffinitionem maxime exprimitur: ſed quod ad grãmaticum ſpectat, ſatis eſt digito (vt aiunt) quid quæq́ dictio ſignificet oſtendere, quã partẽ aſſequuti ſumus in octo codicibus, quos de vocabulorũ ſignificatione partim ædidimus, partim ſunt ædendi. Quærit rurſus. ¶Quid eſt etymologia? Etymologia hic ꝓprie accipiť ꝓ illa ſcilicet grãmatices parte, q̃ oſtendit verã dictionũ originẽ: & tũc pars ſiue ſpecies eſt eius etymologiæ quã ſupra diffiniuimus, ad quã pertinet conſiderare non ſolũ dictionũ originẽ: ſed & ſignificationẽ & alias cuiuſq́ dictionis accidentias. ¶Quid eſt figura? Quãquam figura omnibus accidat orationis partib⁹ præcipue de illa diſſerem⁹ in capite Erotematũ nominis & verbi, quia numeroſior eſt illic figuræ diſputatio. ¶Quid eſt ordo? De ordine quoq́ pauca diximus libro i. nonnihil etiam dicẽdum eſt in fine huius tertij, cum de ſyntaxi agemus: nã totus liber quartus hac de re eſt. Dicit igitur quaſdam dictiones ſemper pręponi. vt nomen verbo, adiectiuo ſubſtantiuum, relatiuo antecedens, præpoſitio dictioni, quę per caſus declinať, verbũ aduerbio. Sed hic ordo nõ pro ſerie partiũ orõnis accipitur, ſed pro ordine quo in diſponendis clauſulę cuiuſq́ dictionibus vtimur: nam in ſerie orationis ſola præpoſitio & coniunctio aliquando prępponitur. vt ad, apud, &, at: aliquando poſtponitur vt tenus, verſus, q́, quoq́: aliquãdo præponitur & poſtponitur, vt contra, cum, ergo. itaq́. Interiectio & præponi & poſtponi poteſt, quia idcirco dicta eſt interiectio, quia interponitur reliquis partibus orationis, quarum ſeriem poteſt abrumpere. ¶Quot ſunt partes orationis? Quia dictio nihil aliud eſt, quam pars orationis, quærit de numero partium orationis, ac ſi velit dicere. quot ſunt genera dictionum, ex quibus veluti ex quibuſdam partibus integralibus oratio conſtruitur? Reſpondet autem eſſe octo: qui numerus Ariſtarcho primum placuit, quem deinde ſequuti ſunt græci & latini artis grammaticæ ſcriptores. Sed, quemadmodũ, lib. i. diximus, græci interiectionem aduerbio annumerant, articulum vero a pronomine diſtingũt, quẽ latini, quia non agnoſcũt, in pronomẽ reiecerũt. Fuerũt tamẽ qui pauciores orationis partes quam octo poſuerunt, fuerũt etiã qui plures: nã referẽte Quint. Ariſto. & Theod. verba modo & noĩa & coniunctiones tradiderũt, videlicet q̊ in verbis ſermonis formã in nominibus materiã, in cõiunctionibus autẽ eorũ complexũ indicauerũt. Dialectici cæteras orationis partes a nomine & verbo ſyncathegoremata vocant. i. cõſignificantia. paulatim deinde a philoſophis auctus eſt numerus. ¶Stoici nomini verbo & cõiunctioni pronomẽ & vocabulũ addiderũt, articulũ ꝓnomini annumerãtes. poſt adiectę ſunt præpoſitiões nominibus: appellatio deinde: & participiũ deinde mixtũ verbo. Sed (vt diximus) Ariſtarch⁹ octo partes orationis poſuit. Nomẽ. pronomẽ, articulũ, verbũ, participiũ, præpoſitionẽ, aduerbiũ, cõiunctionẽ. Palæmõ Vicẽtinus apud latinos item Octo. Nomẽ. Pronomẽ. Verbũ. Participiũ. Prępoſitionẽ. Aduerbiũ. Interiectionẽ. Coniunctionẽ. hunc ſequuti ſunt autores grãmaticæ, q poſt illũ fuere. Hic eſt ille Palæmon, qui interrogatus quo diſtaret gutta ab ſtilla: guttã (inquit) ſtat, ſtilla cadit, quiq́ dixit Verg. de ſe vaticinatum dixiſſe in buc. audiat hæc tantum, vel qui venit, ecce, Palæmõ. quippe multas in grãmatica enodaturus erat q̃ſtiones, quẽadmodũ ille iudex arbitrarius fuit inter Dametã & Menalcã diſceptãtes. Qui vocabulũ a noĩe diſtinxerũt, nouẽ faciũt, qui rurſus appellationẽ a vocabulo decẽ: vt nomẽ eſſet tãtũ id, qđ nos ꝓpriũ diximus, vt Cæſar, Põpeius: Vobabulũ, qđ ſignificat rẽ corporeã viſu tactuq́ manifeſtã, vt aqua, lapis. Appellatio, cui alterũ deeſt: vt cœlũ, aer. vł vtrũq́ vt De⁹. virt⁹. Fuerũt qui adijce



qui adijcerent aſſeuerationẽ. vt heu. Quidã attractionẽ. i. contractionẽ. i. cũ aliquid per multa trahitur, vt viritim. alij infinitũ, quod quidam nomen infinitũ, quidã verbũ infinitũ dixerunt. Sed nos appellationẽ & vocabulum ad nomen: aſſeuerationem ad interiectionem: attractionem ad aduerbium: infinitũ ad verbum reduximus. Gerundia vero & ſupina alias ab octo ſuperioribus poſuimus.

## ¶De erotematis Nominum. Cap. v.

Mvſa, quæ pars orationis eſt? Nomẽ. Quid eſt nomẽ? Pars orationis declinabilis corpus, aut rem proprie communiter ve ſignificãs.

Vnde dicitur nomen? Ab onoma græce, quod latine interpretatur nomen.

Quotuplex eſt nomẽ? Duplex. ſubſtãtiuũ, & adiectiuũ.

Quod eſt nomen ſubſtantiuũ? Quod ſubſtantiã vel quaſi ſubſtantiã ſignificat: vt homo, albedo.

Quod eſt nomẽ adiectiuum? qđ adiectũ ſubſtantiuo ſignificat in eo aliqđ accidẽs, vt homo bon⁹.

Muſa igitur quale nomẽ eſt? Subſtãtiuũ: ſignificat enĩ rẽ per ſe ſubſiſtentẽ, obnoxiãq́ accidentib⁹.

Nomini quot accidunt? Sex, qualitas, ſpecies, genus, numerus, figura, caſus cum declinatione.

Quid eſt qualitas in nomine? Accidẽs, per qđ ꝓpriũ nomẽ a cõmuni, ſiue appellatiuo diſtinguitť

¶De Erotematis nominum. Cap. v. ¶Muſa, quæ pars orationis eſt? Incipit de erotematis nominũ diſſerere: & cũ interroganti muſa, quæ pars orationis eſt? reſpõdiſſet nomẽ: ſubiecit rurſus, quid eſt nomẽ? reſpondetq́ iam non tanquã rudis in arte. vt. i. lib. nomen eſt quod declinatur per caſus, & nõ ſignificat cum tẽpore: ſed nomen eſt pars orationis declinabilis corpus, aut rem proprie cõiter ue ſignificãs. Hæc enĩ diffinitio dialectica eſt cõſtãs ex genere & generis differẽtijs. Declinabilis autẽ dixit ad differentiã indeclinabiliũ. Corpus aũt, aut rẽ dixit: vt ſub hac diffinitione cõprehendat vocabulum & appellationẽ. Proprie cõmuniter ue ſignificans, vt intelligamus nomen non tãtum dici de proprio: quod faciebãt, qui vocabulũ & appellationẽ a nomine diſtinguebãt. Corpus autem a re diſtinxit, perinde ac ſi corpus non ſit res: quemadmodũ & Iuriſcõſulti diſtingunt actionẽ in rem & in perſonã, quaſi perſona nõ ſit res: ſed hi rem accipiũt, ꝓ eo qđ quiſq́ poſidet. In diffinitione vero noĩs ꝓ re intelligim⁹ omne illud quod nõ eſt corp⁹: nã omnis res, aut eſt corporea, aut incorporea. res corporea dicitur corpus. res incorporea quia non habet nomẽ, appellatur nomine ſui generis: quod multis in locis fit, vt cum ſpecies caret nomine, generis nomen accipiat. Donatus in diffinitione adiecit cum caſu. Diome. cum caſu ſine tempore, vt diſtingueret nomen a verbo & participio. Priſcia. Paulo obſcurius, ſed tamen verbis idẽ ſignificantibus definiuit: nomen eſt pars orationis, quæ vnicuiq́ ſubiectorum corporum ſeu rerum communem, vel propriã qualitatem diſtribuit. ¶Vnde dicitur nomen? Et reſpondet ducere originẽ ex græco: illi enim onoma. atos. dicunt a quo detracta. o. priori fecimus nomen nominis. Priſcia. mauult a nemeo, quod eſt diſtribuo, deducere: quod ipſum verbum in diffinitione noĩs expreſſit: vel poteſt dici nomen (vt ait Seruius) ab eo quod res notas efficiat: vt ſit nomen, quaſi notamen media ſyllaba. (vt Diome. inquit) per ſyncopam ſubtracta. ¶Quotuplex eſt nomen? Inquirit de quadam differentia, quæ ad nominis diſtinctã cognitionem eſt neceſſaria: reſpõdetq́ eſſe duplex nomen ſubſtantiuũ & adiectiuũ, & ſubiungit: Subſtantiuũ eſſe, quod ſubſtantiã, vel quaſi ſubſtantiã ſignificat, vt homo. albedo. Adiectiuũ vero eſſe, quod adiectum ſubſtantiuo ſignificat in eo aliquod accidens, atq́ ideo adiectiuũ dicitur, quod adijci ſolet nominibus proprijs, aut appellatiuis ſubſtantiã ſignificantibus ad manifeſtandã eorũ qualitatem, vel quãtitatẽ, quæ augeri vel minui ſine ſubſtãtiæ cõſumptiõe poſſunt: vt bonus homo. arbor procerior, albedo intenſa, nigredo remiſſa. Vides quẽadmodũ puer iam dedignatus eſt reſpondere ex eo, qđ lib. i. didicit, Nomen ſubſtantiuũ eſſe, quod declinatur per vnum articulum, vel per duos: adiectiuũ vero quod per tres articulos, vel per tres diuerſas terminationes? neq́ enim propterea eſt nomẽ ſubſtantiuũ, vel adiectiuũ, quia illo vel illo modo declinatur. Nã quia adiectiuũ põt iũgi nominibus ſubſtãtiuis, quæ ſunt aut maſculina, aut fœminina, aut neutra, ideo eſt cõmune triũ generum: declinaturq́ vel per tres articulos, vel per tres diuerſas terminationes. ¶Muſa igitur quale nomen eſt? Reſpondetq́ eſſe ſubſtantiuũ: & ex eo, quod ſupra dixerat, cauſam reddit, cur ſit ſubſtãtiuũ: quia (inquit) ſignificat rem per ſe ſubſiſtentẽ, obnoxiãq́ accidentibus. vt muſa docta, pulchra, canora. ¶Nomini quot accidunt? Cum nominis accidentias alij aliter enumerauerint, reſpondet eſſe ſex accidentias ſiue obſeruationes nominis (vt ait Diome.) qui cũ Donato numerat inter eas cõparationem, ſilet ſpeciem. Priſcia. tollit cõparationẽ, & addit ſpeciem: qui qualitatem quaſi proprietatem quandã in nominis diffinitionẽ reiecit. ¶Quid eſt qualitas in nomine? Per qualitatem nominis voluerunt grãmatici ſignificare illud, per quod nomen propriũ diſtinguitur a cõmuni ſiue appellatiuo. Et rurſus quærenti, quid eſt nomen propriũ? reſpõdet eſſe, quod vni tantũ cõuenit. i. quo res indiuidua demõſtratur, denominaturq́, vt Caliope eſt nomẽ propriũ, quia eo deſignamus vnam ex nouem muſis. hoc eſt principẽ illã ſui chori. Sed eſt aduertendũ quatuor eſſe proprij noĩs ſpecies, Prænomẽ. nomen. cognomen. agnomẽ. Prænomẽ eſt, qđ præponiť nomini gẽtilicio, vel differentiæ cauſa: quod plures in eadem familia ab vno nomine vocabantur. vt. P. ſcipio. L. ſcipio. vel potius in ſignum nobilitatis, aut honoris. vt Horat. ij. ſermo. Quinte puta, aut Publi: gaudent prænomine molles. vnde & ſerui prænomina non habuerunt, vt colligimus ex Perſij carmine: hic dama eſt, nõ treſſis agaſo. & ſequitur: momento turbinis exit Marcus dama. hui Marco ſpondente recuſas credere tum nũmos? Quin potius male meritis de republica in notam ignominiæ (quamuis eſſent nobiles) detrahebãtur. vt M. manlio, qui capitolium defenderat, affectati regni crimine damnato conſtitutum, ne quis in illius familia Marci prænomen haberet. Scribuntur autem prænomina in compendium ſingulis, aut binis, aut ternis literis. ſingulis. ſi a vocali, aut ſimplici conſonante incipiant. vt A. pro aulus. C. pro Caius. D. pro decius. L. pro lucius. M. pro Marcus. P. pro Publius. Q. pro Quintus. T. pro Titus. Binis. vt Cn. pro Gneus. Sp. pro Spurius. Ternis, ſi a conſonante incipit prima prænominis ſyllaba, & in conſonantem deſinit. vt Sex, pro ſextus. Tul. pro Tullius. Quod fit differentiæ cauſa, ne ſi primas tantum literas poneremus, aliud poſſet intelligi. vt ſi pro Tullio. T. poneremus, quiſpiam legeret non Tullius, ſed Titus.

Quod eſt nomen proprium? Quod vni tantum conuenit, vt Calliope, vni ex nouem muſis.
Quod eſt nomen commune? Quod pluribus cõuenit, vt muſa, Calliopæ. Vraniæ. Clio.
Quid eſt ſpecies in nomine? Illud, quo primitiuũ nomen a deriuatiuo ſeparatur.
Species nominum quot ſunt? Duę, Primitiua, quę aliunde non trahitur, vt mons. Deriuatiua, quæ aliunde deriuatur. vt montanus a monte.
Muſa igitur cuius ſpeciei eſt? Deriuatiuæ ſpeciei, dicitur enim a moſo, quod eſt inquiro.
Deriuatiuorũ nominũ quot ſunt differẽtię? Nouẽ, Patronymicũ. Poſſeſſiuum. Denominatiuũ. Diminutiuum. Cõparatiuum. Superlatiuum, Verbale. Participiale. Aduerbiale.
Quod eſt nomen patronymicum? Quod ſignificat filium, vel filiam. nepotem, vel neptem, vel aliquem ex poſteris illius, a quo deriuatur:

¶ Nomen propriũ eſt vniuſcuiuſq; propriũ, vt Priſcia. inquit: addit Diome. eſſe gentilitiũ. i. qđ originem gẽtis, vel familiæ declarat: vt Portius. Cornel. Iulius. Et aduertẽdũ eſt nomẽ, qđ prius erat genus ad propriũ nomẽ & appellatiuũ, nunc eſſe nominis proprij ſpeciẽ. Cognomẽ eſt totius cognationis & familiæ cõmune. vt Scipio. Cicero. ſubiungiturq; ſemper gẽtilitijs nominibus. Agnomen eſt, quod aliquo euẽtu imponitur: vt Affricanus, Põticus. Iſauricus, qui Affricã. Pontũ. Iſauros deuicit, deq; eis triũphauit: vt ſi dixeris. P. Cornelius, Scipio Affricanus. P. ꝑnomen eſt ad CN. differentiã: ſiue ad nobilitatis inſigne mõſtrandũ. Cornelius nomen propriũ, ꝙ originẽ Corneliæ gentis oſtẽdit. Scipio cognomen, ꝙ in ea familia ſic omnes cognominabãtur, qđ in illo primo Scipione fuit agnomẽ, qui ſcipione. i. baculo innitebatur. Affricanus autẽ a deuicta Affrica. eodẽ modo. M. Portius Cato Cenſorius. M. tullius Cicero Arpinas, ſiue Orator. Eſtq; illud animaduertẽdũ noia propria aliqñ poni pro appellatiuis: & ediuerſo appellatiua pro ꝓprijs: vt Venus ꝓ venuſtate, aut libidine. Bacchus pro vino, & Cupido ꝓ illo Deo amorũ ꝑſide. Donat9. Fœlix. Macer. et fere nullũ eſt nomẽ ꝓpriũ qđ nõ fuerit aliqñ appellatiuũ: niſi qđ in pleriſq; originẽ neſcim9. Eſtq; hoc mirũ in Hebraico ſermõe oĩa noĩa ꝓpria eſſe appeltiua. cũ ꝑſertim antiqor ſit græco atq; latino. Ponũtur quoq; ꝑnoĩa ꝓ noibus ꝓprijs: & cognoĩa & agnomina pro ſe inuicẽ. ¶ Qđ eſt nomẽ cõe? Quærit de altero diuiſiõis mẽbro, qđ eſt nomẽ cõe: ꝙ alij appellatiuũ appellãt, dicitq; eſſe illud, qđ plurib9 cõuenit. i. de pluribus dicit. aut quẽadmõdũ dialectici dicunt de pluribus prædicatur: vt Muſa, quæ dicitur de qualibet ſororũ, cõe eſt calliopæ. vraniæ. clio. melpomenę. Homo cõe eſt Cæſari. Põpeio. Marcello. & reliquis indiuiduis ſub ſpecie humana cõtentis. ¶ Quid eſt ſpecies in noie? Inquirit de ſecunda nominis accidẽtia. i. de ſpecie: & primo quærit quid ſit ſpecies in noie: nã cum ſpecies multis modis dicatur, quãtũ ad grãmaticũ attinet: ſpecies in noie accipitur ꝓ illo, quo primitiuũ a deriuatiuo diſtinguit. ¶ Itaq; occaſione inde accepta quærit de numero, vt ſic dixerim, ſpecierũ: & dicit eſſe duas: primitiuã, & deriuatiuã: vt ſit primitiuũ, quæ nõ trahitur. i. deriuatur aliunde: vt mons, ſchola. Deriuatiua, quæ aliunde deriuatur: vt montanus a monte, ſcholaſticus. a ſchola. Sed cum nullũ ſit nomẽ nõ modo apud latinos, verũ etiam, vt Plato in cratylo deducit, apud græcos, quod non aliunde ducatur: dicimus tñ illud nomen eſſe primitiuũ, ſiue (vt Varro dicit) primigenium, cuius deriuatio non eſt in promptu, cum forte a Græco, vel Oſco, vel Opico, vel deniq; alterius linguæ, vel antiquioris, vel incognitæ verbo deriuetur. ¶ Muſa igitur cuius ſpeciei eſt? Muſa, aut primitiuum eſt, aut a moſo, quod eſt interrogo, vel inquiro deriuatur: vt ſint muſæ quaſi inquiſitrices rerum, aut inuentrices. ¶ Deriuatiuorum nominum. i. nominum quæ aliunde deriuantur, quot ſunt ſpecies, ſiue differentiæ, ſiue modi? Reſpondetq; eſſe nouem. Quas primo enumerat, deinde proſequitur de ſingulis earum. ¶ Quod eſt nomen patronymicum? Quærit de prima nominum deriuatiuorum ſpecie, quod eſt patronymicum: dictum, quia plerumque a nominibus patrum formatur? Reſpondetque eſſe illud, quod ſignificat filium, vel filiam. nepotem, vel neptem, vel aliquẽ ex poſteris (& vt ſic dicam) deſcendentibus ab illo: vnde nomen patronymicum formatur, vt æacides ſignificat filium æaci, hoc eſt Peleum. vel nepotem, hoc eſt Achillem: vel aliquem ex poſteris. vt Pyrrhum achillis filium. & Pyrrhum regem epirotarum, qui ab illo ducebat originem. Formãtur etiã patronymica a nominibus matrum: vt ab ilia Iliades Romulus. a maia Maiades Mercurius. a phyllira Phyllirides Chirõ. Ouid. xiiij. meta. Quas obice firmo clauſerat iliades. fit etiam a nominibus fratrũ. vt Verg. in buc. tũ Phaetõtiadas muſco circundat amaræ corticis. i. ſorores phaetontis. & Ouid. j. meta. mala tanta phoronidos vltra. i. Ius, quæ fuit ſoror phoronei: & a filijs. vt althea meleagris ab ibico dicta eſt: referente Diomed. fiunt præterea a nominibus principũ. vt Cecropidę, & Theſeidæ dicti ſunt Athenienſes a cecrope primo vrbis cõditore, & a Theſeo illorũ quoq; rege. Patronymica maſculina in nominibus primæ declinationis formantur a genitiuo. æ. mutata in. ades. vt æneas æneæ æneades. æ. maia. æ. maiades. ę. In nominibus ſecundę declinatiõis fiunt a genitiuo addita. des. vt eacus. eaci. eacides. ę. priamus. i. Priamides. Quę tñ in. eus. diphthongon terminãtur, cũ duplicem habeãt genitiuũ in. ei. alterũ ſolutas, & in ei diphthõgon alterũ: formãt ex ſe patronymicũ ab hoc ſecũdo genitiuo addita. des. vt prometheus, ꝓmethei, vel promethei promethides. æ. Theſeus, theſei, vel theſei. theſides, theſidę. Ouid. j. meta. inde promethides placidis epimethida dictis. & Verg. ij. Georg. premiaq; in gentes pagos & cõpita circũ theſidę poſuere. In nominibus tertiæ declinationis patronymica formantur a datiuo addita. des. vt neſtor. oris, ori. neſtorides. antenor antenoris. nori. rides. Verg. vj. æñ. tris antenoridas, cereri ſacrũ polybetẽ. Sed hæc regula nõ vſquequaq; vera eſt: nã autores aliquãdo addunt aliquid, aliquando detrahunt: vt ab atlas. atlantis atlanti. atlantiades. amphytrio. onis. oni. amphytrioniades. Oui. riſit atlantiades, & me mihi decipis, nęciadem falſis cecidiſſe ſub armis. Ab æneas quoque fecit Vergil. ænides. ix. æñ. id. ſit ſatis æneide teſtis impune Numanum. Idem quoque. ſcipiades fecit pro Scipionides. dicens. duo fulmina belli ſcipiadas: & Horat. ij. ſermo. virtus Scipiadæ, & mitis ſapientia Læli. & Ouid. deucalides pro deucalionides. declinanturq; omnia per primam nominis declinationem. Patronymica fœminina fiunt a patronymicis maſculinis ablata de. vt priamides. ę. priamis. idis. ęolides ęolidę. ęolis ęolidis.

nimogenium



vt Priamides filius, vel nepos, vel aliquis ex poſteris Priami.
Quod eſt nomẽ poſſeſſiuum? Quod cum genitiuo ſui principalis ſignificat aliquid ex his, quæ poſſidentur, vt Euãdrius enſis. ꝓ Euandri enſis.
Quod eſt nomen denominatiuum? Quod a nomine deriuatur, neque denominatur ab aliqua ſpeciali ſignificatione, vt a iuſtus. iuſtitia, a ſapiens. ſapientia.
Quod eſt nomen diminutiuum? Quod ſignificat diminutionem ſui principalis, vt a rege regul9.

Aliquando tamen aliter exeunt, vt ab æneades. æ. æneis. idis. a theſides. æ. theſeis. idis. Papi. lib. xij. Theba. viue precor, nec tu diuinã æneida tenta. & Iuue. vexatus toties rauci theſeide codri. declinanturq; per tertiam nominis declinationem. Repertuntur quoque nomina fœminina patronymica terminata in. ne. per primam nominis declinationem variata, vt nerine, filia nerei. adraſtine, filia adraſti. Acriſione, filia acriſij. Vergil. in buc. nerine galathea tymo mihi dulcior hyble. Patronymica nõ ſunt in vſu apud eos, qui in oratione ſoluta ſcribunt: ſed tantum apud poetas, & raro quidem a nominibus latinis: nam illa quæ videntur patronymica Iuſtinus, iuſti filius. albinus, albi fili9, longinus, longi filius, potius dicendum eſſe poſſeſſiua pro patronymicis, ſicut ediuerſo ponuntur patronymica pro poſſeſſiuis, vt Vergil. æneis. pro opere illo Verg. ſed de patronymicis alias diſſeretur pluribus. ¶ Qđ eſt nomen poſſeſſiuum? Secunda ſpecies nominum deriuatiuorũ eſt eorum, quę dicuntur a gręcis ctetica. a latinis poſſeſſiua dicta: vt diſcipulus ex Priſc. verbis reſpondit: ꝙ cum genitiuo principali. i. illius nominis vnde deriuatur, ſignificat aliqd ex ijs, quæ poſſidentur. Cum enim genitiuus poſſeſſionem plerũq; ſignificet, nomẽ, quod dicitur poſſeſſiuum ęquipollet genitiuo illi vnde deducitur, vt quod Vergilius. x. æneidos dixit: nam tibi tymbre caput Euandrius abſtulit enſis. perinde eſt, ac ſi dixiſſet Euandri enſis. Sunt etiam quædam nomina poſſeſsiuis ſimilia, hoc eſt, quæ cum non ſint poſſeſsiua, proprie tamen habent formam poſſeſsiuorum. vt Quincilianus. Iulian9. Gentilia quoq; poſſeſsiuis ſimilia ſunt, vt Romanus, Hiſpanus. Exeunt autem huiuſmodi poſſeſsiua ſiue gentilia in varias terminatiões. in. eus. penultima breui. vt æthereus. a. um. neſtoreus. a. um. In. æus. penultima. æ. diphthongo ſcripta. vt thebæus. a. um. achæus. a. um. actæus. a. um. quæ propria ſunt græcorum. In. ius. penultima breui. vt perſeius. a. um. phineius. a. um. In. ius penultima longa. vt dius. a. um. chius. a. um. phthius. a. um. quæ & ipſa propria ſunt græcorum. In. ous. quoque græca ſunt. vt argous. a. um. herous. a. um. myrtous. a. um. In. us. quacunque præcedente conſonante, vt arabus. a. um. lybicus. a. um. indus. a. um. Exeunt præterea nomina gentilia plerumque in. enſis. vt ab ithaca, ithacenſis. ab athenis, athenienſis. a carthagine, carthaginenſis. Exeunt & in. as. vt a ceſena ceſenas. atis. ab arpino arpinas. atis. a ſaſina ſaſinas. atis. Exeũt & in. er. is. e. vel. is. & e. vt cãpeſter. ſtris. ſtre. ſylueſter. ſtris. ſtre. equeſter. ſtris. ſtre. a cãpo. ſylua. equo. ¶ Qđ eſt nomẽ denominatiuum? Reſpondet ex Priſcia. verbis. Denominatiuũ nomẽ eſt, quod a nomine deriuatur. & quia patronymica & poſſeſsiua, de quibus ſupra diximus, diminutiua comparatiua & ſuperlatiua, de quibus infra dicendum eſt, a nomine deriuantur: poſſetque aliquis illa ratione ductus appellare denominatiua, ſubdit: Neq; denominatur ab aliqua ſpeciali ſignificatione. Nam patronymicum ex eo dicitur, ꝙ a nomine patris deriuatur: poſſeſsiuum ex eo, ꝙ ſignificat aliquid ex ijs quæ poſsidentur. Diminutiuum, ꝙ ſignificat diminutionem ſui principalis. Comparatiuum, quod cum intellectu poſitiui ſignificat magis aduerbium. Superlatiuum, qđ omnibus ſuperponitur. At vero denominatiuũ non ab aliqua huiuſmodi ſpeciali ſignificatione: ſed tantum a generali appellatur denominatiuum: quia (vt ſæpe diximus) quoties ſpecies nomen non habet, neceſſe eſt, vt a nomine generis appelletur. Exeunt itaque denominatiua. in. a. vt a iuſtus iuſtitia, a prudens. prudentia, a cautus. cautela. a cantus. cantilena. Exeunt in. o. vt a capite, capito capitonis. a naſo, naſo naſonis. a fronte, fronto. onis. Exeunt in. al. vt a ceruice. ceruical. a tribunal. a puteus puteal. In. il. vt a pugilus pugil. In. ium. vt a ſole ſolarium. a roſa. roſarium. In. etũ. vt oliuetum, ab oliua. coryletum, a corylo. In. bulum. vt a cunis, cunabulum. a veſta veſtibulum. In. ar. vt a lupa lupanar. a lacu lacunar. In. er. vt ab oleo. oleaſter. a pyro pyraſter. In. as. vt a bonus. itas. a probus. itas. In. es. vt ab equus eques. a pes pedes. In. is. vt a fides fidelis. a crudus crudelis. In. os. vt a lepus lepos. In. us. vt a tribus tribunus. In. ceus. cea. ceum, & in. cius. quę materiam ſignificant. vt triticeus, harundinaceus, cementicius, ex materia tritici. arundinis. cementi. In. eus. vt terreus. aureus. frondeus. arbuteus. ex materia terræ. auri. frondis, arbuti. In. oſus. habitionẽ ſiue copiam ſignificant. vt animoſus, ſaxoſus. ideſt habens animi vehementiam, & copiam ſaxorum. ¶ Quod eſt diminutiuum? Ex Priſc. propemodum verbis reſpondet, diminutiuum eſt, quod diminutionem ſui principalis ſiue primitiui demonſtrat. vt a rege regulus, a fratre fraterculus. Priſcia. addit abſolute. ad comparatiuorum differentiã; quia comparatiua aliquando minuunt vim primitiui: ſed non abſolute, ſed comparatiue. Exeunt diminutiua in varias terminationes: ſed plerumq; in. ulus. ula. ulum. vt a frater fraterculus. a ſoror ſororcula. a munus munuſculum. a bonus. bellus, bellulus bellula bellulum. a bimus, bimulus bimula bimulum. Exeunt aliquando in. io. vt ab homine homuncio. a ſene ſenecio. aliquando in. aſter. tra. trũ. q̃ proprie non ſunt diminutiua: ſed imitationẽ quandã ſignificantia, vt a pyro. raſter. a filia filiaſtra. a mẽta mentaſtrũ. Exeunt & in. olus ola olum. vt a ſergius ſergiolus. a corona corola. a pallio palliolũ. Aliquando in. ellus. a. um. vt a cane catelus. a puera puella, a ſcanno ſcabellum. a tener tenera tenerum, tenellus tenulla tenellum. Aliqñ in illus illa illum. vt a pugnus pugillus. ab horeſte hore ſtilla. a paruo puſillus puſilla puſillum. Aliquando in. eus. vt ab equo equuleus. Aliquando in. iſcus. vt a pan paniſcus. a petrus. iſcus. a. ſyro ſyriſcus: ſed hæc forma eſt a nominibus gręcis. Sunt quædam, quæ cum formam diminutiuorum habeant, diminutiua nõ ſunt. vt auunculus. i. cuniculus cuniculi. muſculus muſculi. pro neruoſa toroſitate. pediculus. i. cuculus. i. cicercula cicerculæ, nouacula nouaculæ. lenticula lenticulæ. acicula aciculæ. auricula auriculæ. mentula mentulæ. fidicula fidiculæ. cubiculum cubiculi. curriculum curriculi, vmbraculum vmbraculi. crepitaculum crepitaculi: quæ videntur deducta ab auo. cunno. mure. pede. cicere nouo. lente. acu. aure. mente. fide. cubili. curru. vmbra. cubitu.

Quod eſt nomen comparatiuum? Quod cum intellectu poſitiui, vel aliquo participe ſenſus poſitiui ſignificat magis aduerbium. vt iuſtior, magis iuſtus, inferior, magis infra.

Comparatiua vnde formantur? A nominibus adiectiuis, quæ poſſunt incrementum, diminutionemq; ſuſcipere. vt a bonus.a.um. melior. a doctus.a.um. doctior. Et a verbis. vt a detero, deterior. & ab aduerbijs, & præpoſitionibus, vt a pridem prior. ab vltra vlterior.

Comparatiua quomodo formantur? In nominibus adiectiuis ſecundæ declinationis, formãtur a genitiuo terminato in.i. addita.or. vt albus albi albior. In nominibus vero tertię declinationis, a datiuo addita.or. vt fortis forti fortior. A nominibus habentibus vocalem ante.is. vel.us. cõparatiua non formantur: ſed ſupplẽtur ex hoc aduerbio magis, & poſitiuo, vt tenuis, magis tenuis, arduus magis arduus.

¶Quod eſt nomen comparatiuum? Comparationem (vt ſupra memorauimus) Diomed. & Donatus in nominis accidentia numerant: nos autem pleroſque grammaticorum ſequuti comparationem in ſpeciei partes reiecimus illa perſuaſi ratione, quod non omnibus, ſed certi cuiuſdam generis & ſignificationis nominibus accidit comparatio. Cuius gradus cum ſint tres, hoc eſt, poſitiuus, comparatiuus, & ſuperlatiuus, omiſſo poſitiuo, hoc eſt, primo comparationis gradu, a quo tanquam a prima poſitione reliqui duo formantur, tria de quolibet illorum quærit. Primum, quæ ſint comparatiua, & ſuperlatiua. Secundum, a quibus nominibus deriuentur. Tertium, quomodo debeant formari. Cum quibus caſibus conſtruantur lib. iiij. dicturi ſumus. Igitur interroganti, quod eſt nomen comparatiuum, reſpondet, nõ quid eſt, ſed quid ſignificet dicens ex Priſciani verbis: Comparatiuum eſt, quod cum intellectu poſitiui.i. vltra illud, quod ſignificat nomen poſitiuum. aut aliquo participe ſenſus poſitiui.i. quacunq; alia parte orationis, quæ ponitur loco nominis poſitiui. puta verbo, participio, præpoſitiõe, aduerbio, a quibus (vt mox dicetur) comparatiua poſſunt deriuari. ſignificat aduerbium magis. vt fortior., magis fortis. Nam omnia comparatiua in magis & ſuũ poſitiuum reſolui poſſunt: præterquam ipſum magis, quod cum ſit comparatiui aduerbium, ab eo quod eſt maior, & maius, literarum facta mutatione, non poteſt in aliquid aliud reſolui. Quod vero Lauren. ait, comparatiua æque poſſe reſolui in plus, vehementius, & validius: vt fortior, plus fortis, vehementius fortis. validius fortis, non inficior: ſed ea ipſa rurſus in magis reſoluuntur. vt plus.i. multo magis. validius, magis valide. vehementius, magis vehementer. ipſum magis in aliud non poteſt: nam iſto modo nullus in reſoluendo terminus occurreret. Sed cum comparatiuus aliquid addere velit poſitiuo, quoties reperitur abſolutum (hoc eſt non comparatum) aut idem valet, quod poſitiuus, dicente Quintiliano.j. inſti. Vtimur vulgo comparatiuis pro poſitiuis, vt ſi quis ſe infirmiorem appellans non dixit pro minus, quam infirmus. Aut etiam minus ſignificat, quam poſitiuus: vt Priſcia. exponens illud Vergilij.j. æneidos: triſtior & lachrymis oculos ſuffuſa nitentes. triſtior (inquit) pro ex parte triſtis. Seruius pro triſtis tantum, hoc eſt, pro poſitiuo exponit. Neque aſſentior Vallæ, qui auidiuſcule reprehendit Seruium, & cum illo Varronem, Pliniumque dicẽtes, ſenior & iunior eſſe comparatiua per imminutionem: vt ſit ſenior nondum aut non ſatis ſenex: iunior non ſatis iuuenis: qui mihi rectius quam Valla ſentire videntur. Quoties namque non exprimitur is, ad quem fit comparatio, quemadmodum ſupra memorauimus, comparatiuũ minus ſignificat, quam poſitiuum, aut tantundem. vt Vergilius.vj. æneid, de Carone: Iam ſenior: ſed cruda Deo viridiſq; ſenectus. quid enim amplius deſideramus, cum ipſe Vergilius exponat, quid ſit ſenior ſubijciẽs: ſed cruda Deo viridiſque ſenectus, hoc eſt, non adulta, aut præceps, ſed viridis & cruda, hoc eſt, incipiens. Qđ vero Laurentius affert ex Ouido de triſtibus: ſoſpite ſic te ſit natus quoque ſoſpes, & olim imperium regat hoc cum ſeniore ſenex. Non videt homo auiditate carpendi cæcus ſignificationem hoc loco ſenioris augeri: quia fit comparatio ſenioris ad ſenem. Priſcianus autem, Seruius, Varro, & Plinius de abſoluto, non de comparato intelligebant. Eadem quoque ratione comparatiuus, vt mox dicetur, poteſt traſcendere ſuperlatiuum ſi illi ſuperponatur. vt ſi dixeris. Hector fuit fortiſſimus, ſed Achilles fortior. idem quoque dicendum eſt de eo, quod affert ex Quintil. de Iſocrate: eoque iam ſeniore, octauum enim & nonageſimum compleuit annum. manifeſtum eſt enim comparari Iſocratem iam ſeniorem ſibi ipſi ſeni. vt ſi dicat ſenex ad decem annos ſum futurus ſenior. Cicer. in fine.iij. offi. Vale mi Cicero tibique perſuade, te mihi eſſe chariſsimum: ſed multo fore chariorem, ſi talibus monumentis præceptiſque lætabere. ¶Comparatiua vnde formantur? reſpondetque non paſſim ab omnibus partibus orationis formari: ſed tantum a nominibus adiectiuis, quæ poſſunt incremẽtum diminutionemque ſuſcipere, aut quemadmodum aiunt Diomed. & Donatus, quæ qualitatẽ, aut quantitatem ſignificant. Nã quod ab ipſe ipſa ipſum, Plau. fecit ipſiſſimus. & in penulo: nullus me eſt penus penior. & qui a Nerone neronior, a lapide lapidior fecerunt, nimis licenter abuſi ſunt comparatiuo, & ſuperlatiuo. A participio futuri in.rus. ſiue in.dus. comparatiua & ſuperlatiua non formantur, niſi quod Plautus more ſuo in rudente finxit a periturus perituriſſime: cædo (inquit) ſis mihi talentum magnum argenti perituriſſime. Et quod iuniores dicunt reuerendiſſimus, & obſeruandiſſimus. Ex quo infertur, comparatiuum non poſſe formari a nominibus, quorum ſignificatio non poteſt creſcere, aut minui. qualia ſunt ingens, vnicus. ſummus. imus. omnipotens, quamquam Macrob. dixit omnipotentiſſimus. Nomina etiam numeralia, ſiue ſint diſtributiua, ſiue ordinem ſignificantia, vt primus, ſecundus, tertius. &c. non reperiuntur comparatiua neque ſuperlatiua. Sunt præterea quædam comparatiua, & ſuperlatiua, ſine poſitiuo. vt ocyor. ocyſſimus. ¶Comparatiua quomodo formantur? reſpondetque, quod cum nomina adiectiua ex quibus poſſunt comparatiua formari, aut ſint primę declinationis, & ſecundæ, aut etiam tertiæ. in illis prioribus formãtur a genitiuo terminato in.i. in poſterioribus a datiuo addita.or. A præpoſitione, aduerbio, & verbo nullam certam rationem ſequuntur.



Quod eſt ſuplatiuum nomẽ? Quod ad plures ſui generis comparatum, omnibus ſuperponitur: vel per ſe prolatum ſignificat quantum poſitiuum cũ hoc aduerbio valde: vt Plato græcorũ doctiſſimus, & Plato doctiſſimus.i. valde doctꝰ.

Superlatiua vnde formantur? Ab eiſdem nominibus adiectiuis, vnde formantur comparatiua.

Superlatiua quomodo formãtur? In nominibꝰ adiectiuis in.er. deſinẽtibus ſuperlatiua formantur addita.rimus. vt tener tenerrimus. pauper pauperrimus. Alias vero, aut poſitiua ſunt ſecundæ declinationis, aut tertiæ. Si ſecundæ declinationis, ſuplatiua formant̃ a gtõ terminato in.i. addita.s. & ſimꝰ. vt albus albi, albiſſimꝰ. Si tertię, formantur addita.ſimus tm̃ vt fortis. fortiſsimus.

Patiunt̃ iſtę regulę exceptionẽ? Nimirum patiunt̃: qñ & a verbis, & ab aduerbijs, & a præpoſitionibus aliqñ formant̃. Sed & a nominibꝰ irregularia quædã nõ legitime formant̃, de qbꝰ alias.

¶Quod eſt nomẽ ſuperlatiuũ? Quęrit rurſus tria eadẽ, quę de cõparatiuo. Reſpõdetq; primũ ex Priſ. verbis, Superlatiuũ eſſe, quod cõparatũ ad plures ſui generis. quia cõparatiuus etiam ad vnũ, & ad res diuerſorũ generũ poteſt cõparari. omnibus ſuperponitur.i. omnes in ſignificato ſuperlatiui tranſcẽdit. vt Plato gręcorũ longe doctiſſimus: plato enim cũ ſit gręcus ad reliquos omnes cõparatus omnibus ſuperponitur: neq; enim recte atq; latine diceretur: plato latinorum doctiſſimus, cum plato latinus nõ fuerit. At vero per cõparatiuũ recte dixeris grę ci doctiores ſunt latinis: & plato eloquẽtior Cicerone. & addit vel per ſe platũ.i. nõ facta cõparatione, ſed abſolute poſitum ſignificat quantum poſitiuum cũ hoc aduerbio valde, vt plato doctiſſimus.i. valde doctus. quod incpte a Priſcia. exponi Valla his verbis oſtẽdit: Quid (inqt) abſurdiꝰ, q̃ cũ exponamus cõparatiuũ per cõparatiuum: exponere ſuperlatiuum per poſitiuum? ſed queadmodũ hoc auidius, ita illud iuſtiſsime reprehẽdit, quod Priſcia. exponit: fortiſſimꝰ græcorũ fuit Achilles.i. ſuper omnes grecos fortis, eſſet ẽm ſuper ſe fortis Achilles, niſi ſubintelligatur relatiuũ diuerſitatis, hoc eſt, ſuper cæteros græcos, cũ ſit græcus. Itaq; infert exponendũ fuiſſe potius: Achilles fuit græcorũ maxime fortis. quãdo quidem fortior exponitur magis fortis: ſed de graduum cõparatione lib. iiij. qđ reliquũ eſt, dicturi ſumus. ¶Superlatiua vnde formãtur? ab eiſdẽ reſpõdet noibus adiectiuis, a quibus formant̃ cõparatiua, hoc eſt, ab ijs, q̃ incremẽtũ diminutionẽq; pñt recipere. ¶Superlatiua quo formant̃. Suplatiua queadmodũ formẽtur, ſatis explicite demõſtrat. Regulæ tñ ſuperiores, q̃ de cõparatiuis & ſuplatiuis traditę ſunt, patiunt̃ ex parte aliqñ exceptionẽ. vt in his. Bonus.a.ũ. a quo debuit eſſe bonior boniſsimꝰ. & dicimus, melior optimus. Malus.a.ũ. pro malior. ſsimus. dicimus. peior. ſsimus. Magnus.a.um. p magnior. iſſimus. dicimus maior. ximus. Paruus. a.um. pro paruior paruiſsimus. dicimus. minor. inimꝰ. Multus.a.ũ. p multior. iſſimus. dicimus. plus tm̃ genere neutro in ſingulari: & in plurali plures, & plura cõe triũ generũ in cõparatiuo: & in ſuperlatiuo, plurimus.a.ũ. Dexter dextera.ũ. qđ etiã per ſyncopã dexter. tra.ũ. dicitur, p dextrior. triſsimus, vel dexteriſsimus: dicimus dexterior dextimus. Saluſt. in iugur. Sylla cum equitatu apud extimos. Varro de hereſibus: a primo cõpito dextimã viam munit. Eadem quoq; rõne a ſiniſter.a.ũ. pro ſiniſtrior. iſsimus. dicimus ſiniſterior ſiniſtimus. Senex ſenis, cũ ſit ſubſtãtiuũ generis maſculini, fecit ex ſe cõparatiuũ tm̃ ſenior, queadmodũ & iuuenis. nior. pro iuuenior, neq; tñ dicimus ſeniſsimus, & iuueniſsimus. Nequã, cũ indeclinabile ſit, tñ ex proportiõe regularĩ formauit nequior nequiſsimus. Maturus.a.ũ. debuit formare ſuperlatiuũ maturiſsimus: & fecit maturrimus. vt Cicer. de ora. quippe qui omniũ maturrime ad cauſas publicas acceſſerim. quãquã idẽ in.v. ad Herenũ dixit: in ætate maturiſsima velint cõparare. Eadem quoq; rõne. vetus. formauit ſuperlatiuum veterrimus. pro veteriſsimus. Verg.ij.ęñ. ingẽs ara fuit, iuxtaq; veterrima laurus. quãquã videri poteſt eſſe deriuatũ ab eo, q antiquiores veter dicebãt. vt Ennius. cũ veter occubuit Priamus ſub Marte pelaſgo. Magnificꝰ, & reliqua huius formę a facio cõpoſita, qualia ſunt munificus. mirificus. maleficus. beneficus. a formatione aliorũ deſcẽdentia fecerũt cõparatiuũ in.entior. & ſuperlatiuũ in.entiſsimus. vt magnificus. magnificẽtior magnificẽtiſsimus. munificus, centior. cẽtiſsimus. mirificus mirificẽtior. mirificentiſsimus. maleficus. cẽtior. cẽtiſsimus. beneficus. cẽtior. cẽtiſsimus. Antiquiores tñ pportionẽ ſequuti magnificiſsimꝰ, & beneficiſsimus dicebãt. vt Cato de Prole, rege benefiſsimo. & Actius magnificiſsimo excellẽtiſsimoq; honore. & Teren. in phor. quid nam arbitrare neſcio, atqui mirificiſsimus. Maledicus quoq;, benedicus, veridicus in hũc modũ gradũs formãt maledicẽtior. cẽtiſsimus. benedicẽtior. cẽtiſsimꝰ. veridicẽtior. cẽtiſsimus. Beneuolus maleuolus ad ſuperiorẽ formã beneuolẽtior. tiſsimus. & maleuolẽtior. tiſsimus. faciũt. Vaniloquus. multiloquus. & ſimilia a loquor. eris. cõpoſita eodem modo mittũt cõparatiuũ & ſuperlatiuũ: vt Magniloquus. entior. entiſsimus. multiloquus. entior. entiſsimus. vaniloquus. entior. entiſsimus. Facilis. agilis. humilis. gracilis, ſimilis ſuperlatiuũ mittere in.limus. vt facilis. llimus. agilis. limus. humilis. llimus. gracilis. llimus. ſimilis. llimus. A verbis duo venerũt cõparatiua, & totidẽ ſuperlatiua. Quãquã ſunt, qui illa eadem a nominibus deriuare cõtendãt. a deter, quod in vſu nõ eſt, deterior. rrimus, quod a detero potius deriuatur, & a potis & pote potior. tiſsimꝰ, quod a potior. itis. magis deriuari videtur: cũ a ſignificatione potis & pote receſſerit. ¶Ab aduerbijs quoq; & prępoſitionibus formãtur cõparatiua, & ſuperlatiua. vt a penitus. nitior. tiſsimus. Apule. Socraticus in Harmag. Trahere (inqt) ſe in penitiorẽ partẽ domus. Plau. præterea in perſa: furtiuã adiectã ex arabia penitiſsima. quãquã poſſunt videri formata a nomine priſco penitus.a.um. quo Plau. in aſinaria eſt vſus: Age quæſo Hercule vſq; ex penitis faucibus. A pridem prior primus: nam ſuperlatiuũ eſſe hoc ex conſtructione intelligitur. dicimus enim primus omnium. Ab extra ... timus exterior extimus. ab intra. rior. intimus. a citra. rior. citimus. ab vltra. rior. vltimus. quamquam exterior. extimus. & extremus: a quo iterum comparatiuum fecit Apul. ... meta. dicens. ſi quid eſt tamen nouiſsimo extremius. poſſunt videri formata ab exter. era. erum. quo Vergil. eſt vſus. iiij. æñ. Et nos fas extera quęrere regna. & Papini. xj. Theba. Ne quis ſua pignora curæ exter honos. a citer.a.um, quo eſt vſus Cato, & Affranius: citerior citimus. Cicero. vj. de repu. ea minima, quę vltima

Quod eſt nomẽ verbale? Quod a verbo deriuatur vt ab amo,as.hic et hęc amabilis,et hoc amabile.

Quod eſt nomen participiale? Quod a participio deriuatur,vt a lectus,lector & lectio.

a cælo citima a terris luce lucebat aliena. A ſupra ſuperior.emus.ab infra.erior.infimus, q̃ & ipſa põt videri formata a ſuperus.a.um.& inferus infera inferum, quibus eſt vſus Liuius Andro. inferus an ſuperus tibi fer Deus funera Vlyſſes.nunc tãtum in plurali dicimus ſuperi ſuperorum , & inferi inferorum. Poſt quoque format ex ſe poſterior & poſtremus , quamquam videri poteſt deductum a poſterus poſtera poſterum. Ante format comparatiuum anterior,ſuperlatiuo caret: ſicut a ſene ſenior. Prope fecit comparatiuum proprior,& ſuperlatiuum proxim9. quod & ipſum ex ſe cõparatiuum fecit proximior. Vulp. ad edictũ. Si quis ꝓximior cognatus naſceretur.& Vege.proximior dextra ſit,quæ plagã poſſit inferre. A nuper Cic. fecit nuperrime ſcribẽs ad herẽ. quod nuperrime(inquit)dictũ eſt facile memoriæ mandatur.poteſt & ab eo quod nuperus nupera nuperum,quo Plau.vtitur in captiuis,deriuari: Recens (inquit ) captum homine nuperum & nouicium. Ocyor pro velocior non habet poſitiuum latinum , vnde formetur.ocyſsimus habet pro velociſsimus: deriuantur tamen ab ocys græce,quod velox interpretatur. Cõparatiua quoque & ſuperlatiua,non formantur a nominibus adiectiuis habentibus.i.vel.u.vocales ante.is. vel us.vt pius. arduus, quæ ſupplenda ſunt per aduerbia illa magis & valde. Antiquiores tamen pientior pientiſsimus dicebant: & ab egregius Iuue.dixit: Egregius cœnat,meliuſq; miſerrimus. pro egregijus.& Pacu.mulier egregiiſsima forma.& a ſtrenuus ſtrenuior fecit Plau.in epid.dicens: nam ſtrenuiori deterior ſi prædicat ſuas pugnas. & Lucil'. villicus ſtrenuior ſi euaſeris. Ab induſtrius quoque induſtrior. C. Gracchus in tuberonem: vt in me induſtrior ſis quam in te. & ab innoxius innoxior. Cato antiquiorem animum inducent eſſe quam inoxiorem. & a perpetuo perpetuior & perpetuiſsimus idem Cato fecit dicens: Idque perpetuius atque firmius repſit. & alio loco idem: fugit maxima flagella perpetuiſsimo curriculo. ¶Quod eſt nomẽ verbale? Verbalia noia ſub varijs formis exeũt a verbo. In.a. vt a cãdeo cãdela.a ſuadeo.ſuadela.a caueo cautela.ſiue ſit a cautus cauta cautum. In.e. vt a ſedeo ſedile.a cubo.cubile. In.o. vt a lateo latro. a lenio leno a palpo palpas palpo palponis. In.il.& in.ul,vt a vigilo vigilas vigil.a conſulo conſulis conſul. ab exulo exulas exul. a præſum præes præſul. In.bulum.vt a voco vocas vocabulum. a ſto ſtas ſtabulum.a paſco paſcis pabulum. In.culum.vt diuerto diuertis.diuerticulum. ab oro oras oraculum. a propugno propugnas propugnaculum. Alia exeunt in.mentum: vt ab induo induis indumentum. a munio munis munimentum.a fulcio fulcis fulcimentum. In. men. vt a foro foras foramen, a certo certas certamen.a nuo nuis.numen. Et ſunt huiuſmodi nomina pleruĩque poetica.vt ſolamen ſolaminis.munimẽ muniminis molimen moliminis.oblectamen oblectaminis. In.er.vt a rubeo rubes ruber.a macero macer. a lacero lacer. In.or.vt a coloro color. ab honoro honor.a laboro labor. In.ur. vt a murmuro murmur.ab auguro augur.a ſaturo ſatur. In.es.vt a tego tegis teges tegetis. a mergo mergis merges mergitis.a ſtruo ſtruis ſtrues ſtruis. In.bilis.quæ paſsionem ſignificant. vt ab amo amabilis. a lego legibilis. ab audio audibilis.i.quod poteſt amari,legi,audiri. Exeunt in.ilis.alijs conſonantibus præcedentibus. vt a doceo docilis.a ſentio.ſenſilis. Lucre.in.ij. Ex inſenſibili ne credas ſenſibile naſci. ab vtor. vtilis.i.qđ põt doceri ſentiri,& quo poſſumus vti.penetrabilis tamen actiue reperitur. Verg.j. Georgic. Penetrabile frigus adurat.&.xj.æneĩ. Aſpice num mage ſit noſtrum penetrabile telum. & Ouid.xv.meta. penetrabile fulmen. Idem tamen libro.xij.eiuſdem paſſiue dixit: nullo penetrabile telo. Greſſibilis,quod graditur, rationabilis actiue & paſſiue. Terribilis,quod terret,& quæ dialectici finxerunt riſibilis.hinnibilis. pro riſiuus.hinnitiuus & ſimilia.vt cruciabilis & diſſociabilis. In.os.vt a cuſtodio.is.cuſtos. dis.a do das dos dotis. In.us.vt a ſuperbio.is.ſuperbus. ab orbo.as.orbus.a parco.cis.parcus. In.bundus.ſignificant cum participio præſentis temporis & quadam nimietate,non( vt Priſcia.putauit) ſimilitudinem: vt vitabũdus valde vitans.moribũdus valde moriẽs. In.ax.vt a voro.ras.vorax.cis.a teneo.es.tenax.cis.a peto.is. petax.cis.a ſagio.gis. ſagax.cis. In.ex.vt a lateo.tes.latex.icis.a verto. tis. vertex.icis. In.ox.vt a voco.cas.vox.cis. In.ux.vt a luceo.ces.lux.a duco.cis.dux. In.nx. vt a cõiũgo cõiunx, ſunt qui malint cõiuxa coniugo.gas. In.rx.vt ab arceo.ces.arx.a mercor.aris.merx. ¶Quod eſt nomẽ participiale. Nomina participialia ſunt,quæ a.participijs, ſiue a verbis participialibus, quæ alij dicũt ſupina,formantur. Horum quædam terminantur in.io.fiuntq; ab vltimo ſupino.u.finali mutata in.i.& addita.o.vt a lectu lectio.ab auditu auditio.a viſu viſio.dicimus tamen a cubo.bas.bitum.bitu.non cubitio,ſed cubatio. Varro de origine linguæ latinæ.a cubatione( inquit )cubiculum eſt. a domo domas, domitum domitu, non domitio , ſed domatio : quia ( vt in ſupinis etiam diximus ) etiam domator a domatu deducitur. a lauo lauas lotum,non lotio,ſed lauatio ab alio ſupino, qđ eſt lauatum. Cicero ad Varronem: ante te certiorem faciam: vt lauatio parata ſit. a frico fricas.ictũ.ctu.frictio.ab eo quod eſt fricatũ fricatio. Celſus.libr. primo in ipſo quoq; itinere frequens frictio. Plini. libro. xxxiij. frictiones inhibeat oculorum. Colume. libr.vij.cum fricatio nihil profuit,ſcarificatione demitur. Eodem modo autore Valla a tonatu potius dicimus tonatio: quam a tonitu tonitio. a ſonatu ſonatio.potiuſquã a ſonitu ſonitio.a pręſtatu,præſtatio.potiuſquam a pręſtitu præſtitio. Quędam terminantur in.or.quæ formantur ab vltimo ſupino.u. finali mutata in.or.vt ab amatu amator,ab auditu auditor,& omnia ſignificant actionem,præter vnum vector,quod actionem & paſſionem ſignificat.cum videlicet,qui vehit,& qui vehitur. Lucan.in.iiij.vectoris patiẽs tumidum ſuperemicat amnem. Idem in.v. Cauſa timoris vectorem non noſſe tuum.vtrobique paſſiue. Martialis.poſuit actiuę. Per te,perque tuam vector laſciue puellam. & Seneca in Hercule furente: Tyrię per vndas vector Europæ nitet. Ab his rurſus formãtur fœminina nomina terminata in trix.tor.mutata in.trix.vt amator.atrix.creator.creatrix,altor.altrix. Ab eo,tñ qđ eſt nutritu nutritor, euphoniæ cauſa diximus nutrix,& non nutritrix. Propter incõſequentia quoq; literarum a nominibus terminatis in.ſor.formantes fœminina,t.interponimus, vt ab aſſeſſor.aſſeſtrix.a poſſeſſor. poſſeſtrix.a tonſor tonſtrix,ab expulſor.s.litera extrita expultrix. Affranius aſſeſtricem me ſibi adeſſe vocat. & Philo Hierony.interprete: da mihi ſedium tuarum aſſeſtricem ſapientiam. Martia.tonſtrix ſuburæ faucib9 ſedet primis: Sed iſta tonſtrix Amiane non tondet. Cice.v.tuſc.de philoſophia: indagatrix(inquit) virtutum,expultrixq; vitiorum. Sunt tamen quædam, a quibus nemo audeat formare fœmininum in trix,vt



Quod eſt nomẽ aduerbiale? Quod ab aduerbio deriuatur , vt a perendie perendinus,dina,dinũ.

Quid eſt genus in nomine? Illud,quo maſculinũ a fœminino diſtinguitur: & neutrum ab vtroq;.

Genera nominum quot ſunt? Septem, maſculinũ. fœmininum.neutrum.commune duorum,cõmune trium,dubium,promiſcuum.

Quod eſt nomen maſculinum? Quod declinatur cum hic , vt hic dominus,hic ſermo.

Quod eſt nomen fœmininum? Quod declinatur cum hæc,vt hæc muſa,hæc terra.

Quod eſt nomen neutrum? Quod declinatur cũ hoc,vt hoc templum,hoc regnum.

Quod eſt nomen commune duorum? Quod declinatur cum hic, & hæc: vt hic, & hæc ſacerdos , conuiua.

Quod eſt nomen commune trium? Quod declinatur cum hic,& hæc, & hoc: vt hic, & hæc & hoc prudens.fœlix.

Quod eſt nomẽ dubium? Quod declinatur cum hic vel hæc: vt hic vel hæc finis, hic vel hæc cortex.

Quod eſt nomẽ promiſcuũ? Quod cum articulo hic vel hæc ſignificat animalia vtriuſq; ſexus, vt hic miluus,hic mus,hęc aquila hęc dorcas.

Muſa igitur cuius generis eſt? Fœminini generis, declinatur enim cũ hoc articulo hęc. vt hęc muſa muſę. Da regulam generis. Nomen quod ſit in.a.finitum,dic muliebre.neq; enim ab ea excipitur muſa.

Quid eſt numerus in nomine? Incrementum quãtitatis ab vno vſque ad plura procedens.

a curſor curſtrix,a deriſor.deriſtrix.a morſor.morſtrix.a perſuaſor.auſtrix. Plautus.in bacchidib.ꝑbri perlecebræ,& perſuaſtrices.& ſimilia. In tilis.ſilis,& xilis. deſinentia in ſignificatiõe ſimilia ſunt participijs vnde formantur,vt fictilis,raſilis,nexilis.quod fictum,raſum,& nexum eſt. In.cius.quoque terminata eiuſdem prope ſunt ſignificationis cum participijs vnde formantur,vt ſcripticius.facticius. deditius,quod factum, ſcriptum, & deditum eſt. In.iuus. iuua. iuum. tum actionem, tum paſſionem ſignificant. vt actiuus quod agit. paſſiuus quod patitur. Indicatiuus quod indicat. inſiciuus non quod inſerit, ſed quod inſeritur. Horati9. in epo. vt gaudet inſitiua decerpens poma. ¶Quod eſt nomen aduerbiale? Aduerbialia dicuntur nomina non tãtum,quæ ab aduerbijs deriuantur,ſed etiam quæ a præpoſitionibus: quæ quoties caſualibus ſuis non apponuntur , aduerbia potius dicunt.vt ab hodie hodiern9.ab heri, heſternus.a cras craſtin9.a perẽdie perẽdin9.ab infra infernus.a ſupra ſupernus.ab extra externus. ¶Quid eſt genus in noie? gen9 in nomine aut naturale eſt,aut ab vſu, atq; autoritate deſcendit: naturale eſt earum rerum,q̃ ſexu diſtinguntur,hoc eſt,marium & fœminarum,quę ſunt in natura generatiõis principia: vnde ab his duobus genera dicta ſunt a generãdo,de quibus Priſc.dixit: Duo genera ſunt,quę ſola ratio naturæ nouit maſculinum,& fœmininum. Genus illud alterũ,qđ ab autoritate defluxit , nullum ſexum præſefert: ſed illud tantum ſequitur,quod vſus cõfirmauit. vt lapis,terra ,cum in natura nullius certi ſint ſexus, alterum maſculino , alterum fœminino genere vſus protulit. Ergo recte dixit genus in nomine eſſe notionem quandam: qua maſculinum a fœminino diſtinguitur, aut natura duce, aut vſu: & neutrum ab vtroque, nam ex illis duobus & ex hoc reliqua genera fiunt. ¶Genera nominũ quot ſũt? ad quinq; gña,q̃ lib.j.& ij.poſuit. duo reliqua adiecit dubium, & promiſcuũ. de quibus iterum ſingulatim quęrit. ¶Quid eſt nomẽ maſculinum? Non magis ſatiſfacit hoc loco, quam libro.j.nam (vt illic dicebamus) non propterea dominus eſt maſculini generis, quia declinatur cũ hic: ſed declinatur cum hic, quia eſt generis maſculini . ſed in hoc ſequitur vulgarem rationem: nam vera ratio erat, cur dominus ſit generis maſculini, aut quia reperitur coniunctus cum nominibus adiectiuis generis maſculini. aut ratione ſignificationis, quæ ad maſculos tantum pertinet, aut denique , quia ſecundæ eſt declinationis in.us. terminatum: ſed( vt in capite generis dictum eſt )illa ratio valet apud græcos plurimum, qui loquuntur per articulos, apud latinos nullius eſt momenti. ¶Quod eſt nomen dubiũ? Quia de dubijs ſiue incertis generibus in fine capitis, ꝙ de genere ſcripſimus, ſatis copioſe dictum eſt , nihil aliud hoc loco dicimus, quam ꝙ dubium genus differt a communi duorum in eo, ꝙ Dubium eſt, quo autores nulla ratione ducti,ſed ſola autoritate ſub alio genere vſi ſunt. Commune vero eſt, vbi viſu ſecernimus ſexum, quem vtrumq; ſub vna terminatione proferimus, vt hic & hęc homo, hic & hæc canis: in quo etiam ab epicæno differt, vt ſtatim dicemus. ¶Quod eſt nomẽ promiſcuũ? Quod græce epicœnum, latine interpretatur promiſcuum, ſiue confuſum: inter quod & commune hoc diſtat, ꝙ commune eſt , vbi viſu ſecernimus ſexum: epicœnum vero, vbi viſu non ſecernimus ſexum, & ſub vno articulo, quem videlicet firmauit autoritas, vterque ſexus intelligitur. Cum enim naturaliter non poſſimus in promiſcuis ſexum deprehendere, vocem illius ſexus ſequimur, quem vſus elegit: nam cum in natura ſit diſtinctus ſexus cuiuſque ſpeciei animaliũ perfectorũ, puta milui, aquilę: cũ nos alterũ ab altero diſtinguere nõ poſſemus, placuit in altero maſculinũ, in altero fœmininũ eligere: ita tñ vt ſub altero illorũ ſubintelligeremus alterũ. ¶Muſa igitur cuius generis eſt? Rñdetq; adhuc primo tanquã rudis in hac generis ratione: ſed iterum interrogatus affert regulam, quod muſa propterea eſt generis fœminini, quia terminatur in.a. potuiſſet etiam illam rationem ſiue regulam afferre, quod nomina fœminarũ, aut quaſi fœminarum generis ſunt fœminini. Cum igitur muſæ quaſi fœminæ dicantur genitę ex ioue & mnemoſyne , id eſt memoria, iuſte generis fœminini dicendum fuit eſſe muſa. ¶Quid eſt numerus in nomine? Reſpondet eſſe incrementum quantitatis, ſubaudi diſcretæ : procedens ab vno , qui numerus finitus eſt : ad plura procedens , quia ad infinita numero extenditur illius ſignificatio , ad quam infinitatem determinandam numeri ſunt inuenti, vt centum homines , mille homines : nam cum dixi tantum homines , nil definite loquutus ſum.

Numeri nominum quot ſunt? Duo, ſingularis, qui vnum ſignificat, vt homo. Pluralis, qui plura, vt homines,

Muſa igitur cuius numeri eſt? Singularis numeri, quia vnum ſignificat tantum.

Quid eſt figura in nomine? Illud, quo nomen ſimplex a compoſito diſtinguitur.

Figuræ nominum quot ſunt? Duæ, ſimplex, quæ nō pōt diuidi in partes ſignificatiuas eius, quod integrum ſignificabat. vt parens. Cōpoſita, quæ poteſt diuidi in partes ſignificatiuas eius, qd' ante compoſitionem ſignificabat: vt parricida.

Muſa igitur cuius figuræ eſt? Simplicis, nihil enim ſignificant. mu &. ſa. per ſe ſeparata.

Quid eſt caſus in nomine? Quidam gradus declinationis, per quos nomen inflectitur.

Caſus nominum quot ſunt? Septem. Nominatiu9, Genitiuus. Datiuus. Accuſatiuus. Vocatiuus, Ablatiuus. Effectiuus ſemper ablatiuo ſimilis.

¶ Numeri nominū quot ſunt? Duo (inquit) ſed vnius proprie numerus non dicitur: ſed quia principium eſt numerandi, & in ipſum reliqui numeri reſoluuntur, quodammodo numerus eſt: quemadmodum nominatiuus inter caſus numeratur, non ꝙ in declinatione ab alio cadat, ſed ꝙ ipſe principium eſt cadendi. Illud quoq; animaduertendum eſt, græcos tres numeros habere, ſingularem, qui ad vnum pertineat. dualem, qui ad duos. pluralem, qui ad plures quam duo. At vero latinus ſermo dualem nō habet: niſi tantum in his nominibus ambo ambę ambo, duo duę duo, quæ nō minus carent numero multitudinis, quam ſingulari. Sed quæ nomina ſingulari, quæ plurali numero careant, libro ſuperiori diſputauimus. Quid eſt figura in nomine? Figura in nomine dicitur a ſimilitudine figuræ quantitatis in corpore: nam quēadmodum corporis figura lineamentis protrahitur: ſic in nomine alia eſt figura quantitatis in ſimplici, alia in compoſito. Dicit ergo, quod figura in nomine eſt illud, quo ſimplex nomen a compoſito diſtinguitur. Deinde rurſus quærit. ¶ Figurę nominum quot ſunt? Reſpondet ex autoritate Donati, atq; Seruij cum Sergio, duas eſſe figuras in nomine ſimplicem, atq; compoſitam. Priſcia. græcos ſequutus addit etiam decompoſitā, hoc eſt, quę deriuatur a dictione iam compoſita: vt parricidium a parricida, magnanimitas a magnanimo. addit Priſcia. cauſam, cur decompoſita figura non ſit idem, quod compoſita: quoniam compoſita poteſt diuidi in partes, quæ per ſe aut integræ ſunt: aut ſi corruptæ, vnaquæq; illarum aliquid ſignificat: neq; rurſus ſimplex, quoniam a compoſita deriuatur. Magnanimitas vero parricidium & huiuſmodi non poſſunt diuidi in partes aliquid ſignificantes, nimitas. enim & cidium nihil per ſe ſignificāt. Sed hæc ratio Priſcia. atque græcorum quantum valeat contra Donati autoritatem, nemo eſt, qui non intelligat, ſi conſideret eandem eſſe rationem partium corruptarum cum in compoſitionem veniunt: parri enim & cida nihil magis per ſe ſignificant, quam cidium & nimitas. Vtcunq; tamen ſit, nos dicamus figuram compoſitam eſſe dictionum, quæ per ſe componuntur, aut deriuantur a dictionibus per ſe compoſitis. Dicit vero in partes ſignificatiuas eius, quod integrum ſignificat ideo quia parēs poteſt diuidi in partes ſignificatiuas hoc eſt in par & in. ens: ſed nō ſignificatiuas eius qd' integrum ſignificabat, quod eſt pater aut mater. Compoſita, quæ poteſt diuidi. &c. Quod intelligendum ſi compoſitio fiat ex duobus nominibus, aut ex nomine & verbo, aut ex alijs partibus orationis: præterquam ſi fiat compoſitio ex prępoſitione, quę plerumque ſignificationem mutat. vt ab emo perimo, a facio interficio. Componuntur autem nomina quatuor modis. Ex duobus integris, vt reſpub. ſuburbanus. Ex duobus corruptis: vt efficax, quod ab ex & facio. deriuatur. municeps, quod a manus, & capio. Ex integro & corrupto, vt ineptus, quod ab in & aptus componitur. inermis, quod ab in & armis. Ex corrupto & integro, vt omnipotens, ex omnis & potens nugigerulus, a nugis, & gerulus. Componuntur etiam ex pluribus, vt imperterritus, ex in & per & territus. Inexpugnabilis ex in & ex & pugnabilis. Sine præpoſitionibus raro fit trium dictionum compoſitio, atque (vt Quintilianus inquit) hoc latino ſermoni inconceſſum eſt: quamuis capſis Cicero dicit in libr. de perfecto oratore. compoſitum eſſe ex cape. & ſi vis. & ſolitaurilia ex ſue, oue. & tauro. dicente Varro. in ſecundo de re ruſti. Populus Rom. cum luſtratur ſolitaurilibus: circuaguntur verres, aries, taurus. Sed, vt Quintilianus ſubdit, hæc non tam ex tribus, quam ex particulis trium coeunt. Ex duobus nominatiuis cōpoſita ab vtraque parte declinantur: vt reſpublica reipublicæ. Ex recto & obliquo a parte nominatiui tantum, vt ſenatuſconſultum, ſenatuſconſulti. Præfectus prætorio præfecti prætorio. Alteruter, tametſi ex duobus rectis cōponatur a priori parte non inflectitur, itaq; dicimus alteruter. alterutrius. alterutri: & cur ita fiat, laborat Priſcianus. afferre cauſam. ¶ Quid eſt caſus in nomine? Et reſpondet eſſe quoſdam gradus declinationis, per quos nomen inflectitur. i. gradatim cadit. Priſcian9 dicit: Caſus eſt declinatio nominis, quæ maxime. i. plerumque fit in fine: nam & aliquando fit in medio. vt in dictionibus compoſitis quales ſunt pleruſq; pleraq; plerumq;, quilibet, cuiuſlibet, cuilibet. ¶ Caſus nominum quot ſunt? Et reſpondet eſſe ſeptem, nam & ſeptimum adiecimus contra communem doctrinam: propterea, quod autores plerumque illius meminerunt: & quod noſter Quintilia. grammaticum iubet inquirere, an ſit apud latinos vis quædam ſeptimi caſus. Nam ſubdit; cum dico haſta percuſſi, non vtor ablatiui natura. Laborat Priſcianus, & quidem iudicio meo fruſtra, probare non eſſe caſum ſeptimum apud latinos: idque præcipue illa ratione, quod nulla differentia vocis diſtet a ſexto: quæ ratio (ſi vera eſſet) neque ex diuerſitate ſignificationis potius, quam terminationis caſus diſtinguerētur: idem eſſet ablatiuus pluralis cum datiuo eiuſdem numeri, & vocatiuus cum nominatiuo: quia in terminatione ſemper ſibipſis ſimiles ſunt. Quod vero idem Priſcianus ait, neminem appellare ſeptimum caſum illum, cum quo conſtruitur comparatiuum: imo nullus autor eſt, qui ſeptimum caſum admittat, qui idem non dicat comparatiuum conſtrui cum ſeptimo caſu, nunquam vero cum ablatiuo. Ergo cum dixit ſemper ablatiuo ſimilis, intelligendum eſt in terminatione, non in ſignificatione: quoniam ſimile cum datiuo iunctum ſimilitudinem quantitatis & lineamentorum ſignificat.



Quare dicitur ntūs? Quia per illū nominamur. Rectus vero idē dicitur, quia aliunde nō cadit.

Quare dicitur gtūs? Quia per eum oſtendimus, cuius ſumus filij. vt Antonius Ioannis.

Quare dicitur datiuus? Quia in eo caſu ponimus illum, cui aliquid damus. vt do tibi pecunias.

Quare dicitur accuſatiuus? Quia in eo caſu ponimus illum, quem accuſamus, vt Pompeius accuſat Cæſarem.

Quare dicitur vocatiuus? Quia in eo caſu ponimus illum, quem vocamus, vt o Muſa mihi cauſas memora.

Quare dicitur ablatiuus? Quia in eo caſu ponimus illum, a quo aliquid auferimus, vt ego aufero a te libros.

Quare dicit̃ effectiu9? Quia in eo caſu ponim9 inſtrumētū, quo aliquid efficit̃, vt ego peto te ſaxo

Muſa igit̃ cui9 caſus eſt? Nominatiui, ſiue vocatiui, ſiue ablatiui: qa in his caſib9 declinādo reperit̃.

Quid eſt declinatio in noīe? Vocis variatio, quæ circa finē tm̄ oſtēditur, vt muſa muſæ muſam.

Declinationes nominum quot ſunt? Quinq;, Prima q̄ mittit genitiuū in. æ. diphthongon, vt muſa muſæ. Secunda, quæ mittit genitiuum in. i. vt dominus domini. Tertia, quę mittit genitiuum in. is. vt ſermo ſermonis. Quarta, quę mittit genitiuum in. us, vt ſenſus ſenſus. Quinta, quę mittit genitiuum in. ei, vt dies diei.

Muſa igit̃ quotę declinatiōis eſt? Primæ: mittit eñ genitiuum in. æ. diphthongon: vt muſa muſæ,

Quotuplex eſt nominum inflexio? Sexcuplex. Monoptota inflexio eſt, cum per omnes caſus nuſq; nomen variatur, vt nominatiuo ador. genitiuo ador datiuo ador. &c. Diptota inflexio ē, cum per duos caſus tantum nomen variatur. vt ſapho ſaphus. Triptota inflexio eſt, cum per tres caſus nomen variatur. vt templum templi templo. Tetraptota inflexio eſt, cum per quatuor caſus nomen variatur. vt Deus dei deo deum. Pētaptota inflexio eſt, cum per quinq; caſus nomē variatur. vt ſermo ſermonis ſermoni ſermonē a ſermone. Hexaptota inflexio eſt, cum per ſex caſus nomen variatur. vt vnus vnius vni vnū o vne ab vno.

Quare dicitur nominatiuus. Caſus omnes ſiue ab ſpeciali quadam illorum ſignificatione dicti ſunt, vt nominatiuus, quia per eum nominamur: vt ego vocor Antonius. cur non & factiuus, vel actiuus, cum per eum quid facimus, vel agimus? cur non paſſiuus, cum per eum patimur? ¶ Eodem modo genitiu9 dicitur, quia in eo caſu ponimus nomen genitoris: cur non poſſeſſiuus, cum eius ſignificatio communior ſit poſſeſſio? cur non & ſuperlatiuus, quandoquidē ſuperlatiuus gradus cum illo conſtruitur? Et eodem modo de reliquis pręter vocatiuum cuius ſignificatio ſemper habet vocādi vim. Nominatiu9 vocatur etiam Rectus, quia cū cæteri caſus ab illo cadant, vnde etiam obliqui dicuntur, ipſe etiam in prima ſua poſitiōe rectus ſubſiſtit. Vnde etiam improprie caſus nominatur, vt paulo ante memorauimus, cum de numero agebatur. Vocatiuum quoq; græci rectum appellant, & ſi nonnunquam a nominatiuo cadat. Genitiuus quoq; tum caſus patrius, tum paternus, tum gignēdi vocatur. P. nigidius teſte Gell. lib. xij. interrogandi caſum appellat, vt cuius? Datiuus eodem modo dandi caſus. & Accuſatiuus accuſandi caſus, quem etiam Diomedes incuſatiuum nominat. Vocatiuus etiam vocādi, & Ablatiuus etiā auferēdi caſus dicit̃. ¶ Effectiuū quoq; nouo nomine ad ſuperiorum ſimilitudinem nos primum appellauimus, cum ab alijs ſemper ſeptimus vocetur, vt ablatiuus ſextus latinus a Diomede vocatur. Et quamquam effectiuus alias habet ſignificationes, quam cum per inſtrumētum aliquid efficimus, nominatur tamen ab hac ſpeciali ſignificatione, quemadmodum de reliquis ſuperioribus dicebamus. Sunt, qui octauum caſum ponant: cum ſcilicet vtimur datiuo pro accuſatiuo & præpoſitione. vt Verg. It clamor cælo. i. in cælū. Illud quoq; eſt aduertendum nomina aptota dici, quæ tantū in nominatiuo caſu reperiuntur: vt Iupiter. fas. inſtar. ſed in illis caſus nominatiuo ſimiles etiam reperiuntur. vt in maſculinis & fœmininis vocatiuus. in neutris accuſatiuus & vocatiuus, vt hic Iupiter o Iupiter. hoc fas, accuſatiuo fas, vocatiuo o fas: & dicitur aptotum. ab. a. quod priuat & ptoſis caſus, quaſi reliquis caſibus carens. ¶ Quid eſt declinatio in nomine? Declinatio dicitur a declinādo, hoc eſt, diſcedendo. Diſcedunt enim atque declinant, vt diximus, reliqui caſus a recto, idq; fit per quoſdam veluti ſcalarū gradus: quæ declinatio fit in fine. ¶ Declinatiōes nominum quot ſunt? quinq;. Alij ſeptem declinationes fecerunt. Nam tertiam fecerunt ex nominibus, quæ mittunt genitiuum in. ius. & datiuum in. i. atque ex tertia noſtra fecerunt quartā, & rurſus ex quarta noſtra nominum maſculinorum & fœmininorum fecerunt quintam, & ex quinta fecerunt ſextam. Septimam vero fecerunt ex nominibus neutris in. u. terminatis, quæ nos per quartam nominum declinationem inflectimus. ¶ Muſa igitur quotæ declinationis eſt? Quoties de ordine quærimus, per quotus quota quotum interrogare debem9: de ſubſtantia vero per quis vel qui. Itaq; cum quærimus muſa quotæ declinationis eſt? reſponderi debet per nomen ordinale, quod eſt primus prima primum. Quod ſi quæreremus cuius declinationis eſt, rūdendū fuiſſet eius, q̄ mittit genitiuū in. æ. diphthongon. ¶ Quotuplex eſt nominū inflexio? De formis declinationum q̄rit, quot ſunt: & reſpondet ſex eſſe formas. Monoptotā, quæ pro omni caſu vna eadēq; terminatione fungitur, qua inflexione declinātur omnia nomina literarū: & nomina numerorū a tribus vſq; ad centū. Mille quoq; cū eſt adiectiuū pluraliter declinatū: nā cū eſt ſubſtātiuū hoc mille millis milli millia milliū millibus declinatur. hac quoq; forma declinātur noīa barbara, quæ ꝑ noſtrā declinatione inflecti nō poſſunt: in quibus ſola conſtructio facit caſuum diuerſitates, non articuli: cum latini illos non habeant.

¶ De erotematis Pronominum, Cap. vi.

EGo quę Pars orationis eſt? Pronomē. Quid eſt ꝓnomē? Pars orationis declinabilis, ꝙ pro nomine ꝓprio cuiuſq; accipitur, perſonaſq; finitas recipit, vt ego, tu, ille.

Vnde dicitur pronomen? A pro præpoſitione, & nomen: quia pro eo ponitur in oratione.

Pronomini quot accidunt? Sex. Species Genꝰ. Numerus. Figura. Perſona. Caſus cū Declinatiōe.

Species pronominum quot ſunt? Duę, ſicut in nomine. Primitiua, vt ego, Deriuatiua, vt meus.

Quot ſunt ꝓnomina primitiua? Octo, ego. tu. ſui hic. iſte. ille. ipſe, is,

Quot ſunt pronomina deriuatiua? Septem meus, tuus. ſuus. noſter. veſter. noſtras. veſtras.

Ego igitur cuius ſpeciei eſt? Primitiuę nō enim aliū de trahitur, quāquam græce dicitur ego. Fac ex eo deriuatiuum, meus mea meum.

Genera pronominū quot ſunt? Quatuor. Maſculinum, vt meus. Fœmininum, vt mea. Neutrū, vt meum. Commune trium, vt ego. noſtras.

Numeri pronominum quot ſunt? Duo ſicut in nomine, ſingularis, vt ego. pluralis vt nos.

Figurę pronominum quot ſunt? Duę, ſicut in nomine: Simplex. vt hic hęc hoc. Cōpoſita, vt iſthic iſthæc, iſthoc.

Quot modis cūponūtur ꝓnomina? Quatuor. Primo cū nominibus, vt eiuſmodi. huiuſmodi. Secūdo, cum altero ꝓnomine; vt iſthic, iſthęc, iſthoc,

EGo quæ pars orationis eſt? Reſpondetq; ex Priſcia. diffinitione, pronomen eſt pars orationis: adiecit tamen declinabilis ad differētiam partium indeclinabilium: quæ pro nomine proprio cuiuſq; accipitur. Non tamē (vt ait Ser. in artem Donati) pronomina ideo dicuntur eſſe nomina, quia nominum funguntur officio: quoniam & ſi nominum vim exprimunt, non tamen plene exprimunt. vnde in pronominum diffinitione Diomedes & Donatus pene aduerbium adiecerunt dicentes: Pronomen eſt pars orationis, quæ pro nomine proprio poſita idem, tantundemq; pene ſignificat, perſonaſq; finitas recipit. Sed nō omnia pronomina perſonas finitas recipiunt, vt mox dicemus: quare Diomedes & Donatus non dixerunt ſimpliciter perſonas finitas recipit, ſed adiecerunt in pronoīs diffinitione, perſonaſq; finitas interdum recipit. vt ego. tu. ille. hæc tria pronomina (vt ait. Ser.) perſonas finitas tantum recipiunt, quia ad præſentem perſonam referuntur, quamquam ille variat, vt ſtatim dicemus. ¶ Vnde dicitur pronomen? Origo pronominis ſatis expreſſa eſt in diffinitione illius. ¶ Pronomini quot accidunt? Reſpondet ex Priſc. ſentētia ſex eſſe pronominis accidentias: quas enumerat. Diomedes & Donatus adiecerunt ſuperioribus qualitatem, & ſubſtulerunt ſpeciē. Diomedes etiam adiecit ordinem. Quintil. in pronomine & omnes grāmatici antiquiores perſonam poſuerunt. Ea triplex erat. finita, infinita. minus quā finita. Finita eſt, quæ notat certum numerum, & geſtum dirigit ad certam perſonam. vt ego. tu. Infinita, quæ certam non recipit perſonam, ſed cuilibet poteſt aptari, qualia ſunt illa ſeptem, quę illi inter pronomina, nos inter nomina ponimus quis. talis. qualis. tantus. quantus. totus. quotus. Nomina enim (quemadmodum & tertię verborum perſonę) infinita ſunt: cum nulla in eis certa finiatur perſona: niſi pronomini finito adiuncta. Minus quā finita eſt, quę certis & incertis perſonis aptari poteſt: qualia ſunt illa, ſui. hic, ille. iſte. ipſe. is. Pronomina autem poſſeſſiua & infinita & minus quam finita eſſe poſſunt. ¶ Pronominū ſpecies duæ ſunt ſicut in nomine. Primitiua & deriuatiua: & enūmerat pronomina primitiua, quæ dicit eſſe octo: & rurſus deriuatiua, quæ dicit eſſe ſeptem, vt ſint omnia quindecim, cum alij duo & viginti, Diomed. aliquanto plura poſuerit. ¶ Ego igitur cuius ſpeciei eſt? Ex ſuperiori enumeratione, reſpōdet eſſe primitiuæ, cū tamen videatur ex gręco ſermone deriuatū. Sed, quēadmodum diximus paulo ante, cū de ſpecie nominū agebamus, cū in prōptu nō habemus vnde nomē vel quęcunq; alia dictio deriuetur, dicimus eſſe primitiuā. Fac ex eo deriuatiuū: & facit, meus mea meum. fac rurſus: noſter noſtra noſtrum. fac adhuc: noſtras noſtratis. ¶ Genera pronominum quot ſunt? Et reſpondet eſſe quatuor, quod inductiōe probat: nā aut habent tres articulos, vt hic, & hęc, & hoc. noſtras. & ſic ſunt cōmunia trium generū: aut habēt tres diuerſas terminationes, vt meus mea meum, & ſic primę reſpōdet genus maſculinū, ſecūdę fœmininū, tertię neutrū: aut illorū ſignificatio cōmunis eſt tribus generibus, vt ego. tu. ſui. ¶ Numeri pronominum quot ſunt? Omnia repetenda ſunt ex ijs, quæ diximus, cum de numero nominū diſſerebamus. ¶ Figurę pronominum quot ſunt? Et dicit eſſe duas, ſicut in nomine, ſimplicem, & cōpoſitā: & ſubdit modos quatuor cōpoſitionis ꝓnominū. Cum noīe, vt huiuſmodi. huiuſcemodi, ꝙ Priſc. nominibus annumerat. Cū altero ꝓnomine. vt iſthic ab iſte & hic: ſed aduertendū hanc cōpoſitionē non fieri niſi ꝑ noīatiuū, accuſatiuū, & ablatiuū ſingulares, & per noīatiuū, & accuſatiuū plurales tantum generis neutri. vt iſthic iſthęc iſthoc. iſthunc. iſthanc. iſthoc. ab iſthoc. iſthac. iſthoc. Plurali nominatiuo iſthęc accuſatiuo iſthæc, quæ ꝑ aſpirationem non eſſe ſcribenda miror placuiſſe Priſciano. Cum prępoſitione quoq; pronomen cōponit per anaſtrophē: hoc eſt inuerſionē pronominis & ꝓpoſitionis: ea fit tantū in caſu, cui ſeruit hęc prępoſitio cum, ex qua cōponuntur tria tantum pronomina trium perſonarum, hoc eſt, mecum. nobiſcum. tecum. vobiſcū, ſecum. in vtroque numero. ¶ Cum quis, vel qui etiam, quod ipſum inter pronomina antiquiores numerabant, vt quicum quibuſcum. Componuntur quoque cum aduerbio, ſiue ſyllabicis adiectionibus. vt idem, quod ab is & demum facta vtriuſque finis abſciſione, vt ſit idem, quaſi iterum is. In neutro quoque geminatur cōpoſitio, dicimuſq; identidem, quod magis videatur aduerbio cedere, vt ſignificet idem quod ſæpe. Cicero [illegible] repub. hæc ego admirans, referebam tamen oculos ad terram identidem. Idem in libro quarto tuſculanarum quæſtionum: ſcindens dolore identidem intonſas comas. Eccum. eccam, ellum. ellam, eccos. eccas, ellos. ellas. Priſcianus, & Sergius in Donati artem pronomina eſſe dicunt ab ecce, & is. ea. id. & ille. illa. illud. compoſita, quæ tamen Laurentius in aduerbia reſoluit. Ex eo quod dixit, aut ſyllabicis adiectionibus,



Tertio cū ꝓpoſitiōe. vt mecū tecū. Quarto cū aduerbijs, aut ſyllabicis adiectionibus. vt egomet.

Quot ſunt adiectiones ſyllabicę? Quatuor, met. te. ce. pte, vt egomet. tute. hicce. meapte.

Perſonæ pronominū quot ſunt? Tres. prima, quæ de ſe loquitur, Secunda, ad quam prima loquitur. Tertia, de qua prima loquitur,

Quot ſunt pronomina primæ perſonæ? Vnum tantum, Nominatiuo ego. Genitiuo. mei.

Quot ſūt ꝓnoīa ſcd̄ę ꝑſonę? Itē vnū. Nīō tu. Gtō tui. cū oībꝰ vocatiuis noīm, ꝓnoīm, & ꝑticipiorū.

Quot ſunt ꝓnomina tertiæ ꝑſonæ? Reliqua tredecim cū omnibus nominibus, & participijs.

Caſus pronominū quot ſunt? Septē, ſicut in nomine, carēt tamē vocatiuo omnia pronomina præter quā tu. meus, a, um. noſter a. um. noſtras, atis, caret etiam nominatiuo, cū vctō Genitiuo ſui.

Declinationes ꝓnominum quot ſunt? Quatuor. Prima, ꝙ mittit genitiuū in, i, vt ego mei. tu, tui. Gtō ſui Secunda, quæ mittit gtm̄ in, ius, vt hic huius. iſte iſtius, ille illius ipſe ipſius, is eius. Tertia, quæ mittit gntm̄ in, i. æ. i. vt meus. a. um, mei meæ. mei, tuꝰ. a. um. tui tuę tui. ſuus. a. uū. ſui ſuæ. ſui. noſter, a. um, noſtri. æ. noſtri. veſter. a. um. veſtri veſtrę veſtri, Quarta, quę mittit genitiuum in, is. vt noſtras noſtratis. veſtras veſtratis.

¶ De erotematis verborum. Cap. vij.

AMo, ꝙ Pars orōnis eſt? Verbū. Quid eſt verbū? pars orōnis declinabilis, cū modis & temporibꝰ, ſine caſu, agēdi vel patiēdi ſignificatiua.

Vnde dicit̄ verbū? A verbero, as. quia verberato aere orō ꝓfertur, quę ſine verbo eſſe non poteſt.

Verbo quot accidūt? Octo. Genꝰ. Modus. Tēpus Numerus. Perſona. Species, Figura. Cōiugatio.

quærit rurſus, quot ſunt huiuſmodi ſyllabæ? dicitq; eſſe quatuor. met. te. ce. pte. ¶ Met, iūgitur pronomini primæ perſonæ per oēs caſus. vt egomet, meimet, mihimet, memet, a memet, eodē modo in plurali. Cū pro nomine vero ſecundæ perſonę tm̄ iūgitur obliquis ſingularibus, & omnibus caſibus pluralis dicimuſq; tuimet, tibimet, temet, a temet. & eodē mō in plurali. In ntō ſingulari nō dicimꝰ tumet, ne videatur coincidere cū tertia ꝑſona ſingulari pn̄tis indicatiui huius verbi tumeo. es. tumet. ¶ Dicimus tn̄ pro tumet, tute. te ſyllaba breui adiecta. aut tutemet. Lucr. in. j. Accipe præterea, ꝙ corpora tute neceſſe eſt. Idē in eodē: tutemet a nobis iā quouis tēpore vatū. Iūgitur quoq; met tertiæ perſonæ triptoto. ſuimet, ſibimet. ſemet. a ſemet. ¶ Pte. quoq; iūgitur abltō tm̄ quinque ꝓnominū poſſeſſiuorū mea. tua. ſua. noſtra. vr̄a. Dicimuſque meapte tuapte. ſuapte noſtrapte. veſtrapte. Cice. in. j. de finibus bonorū: qua vos doceat, & ad ſe alliciat ſuapte natura. Et idē. iij. de ꝑfecto oratore. P. Craſſum ſuapte interfectū manu. Idē etiā maſculino genere ꝓtulit in. j. tuſc. quæſt. Suopte, inquit, nutu, & ſuopondere ad pares angulos ferantur. ¶ Ce. particula tantū additur caſibus illorū ꝓnominū hic, ille. cum in. s. literā terminantur. vt huiuſce. hiſce. hoſce haſce. illiuſce. Veteres tn̄ hicce. hocce. illice illuce. dicebāt. qd̄ vſus reformidat. At vero Priſc. ex his particulis non fieri cōpoſitionē aſſeuerat. cū per ſe et ſeparatę nihil ſignificēt: ꝙ ratio, ſi vera eſt, neq; ex præpoſitionibus inſeparabilibus poſſet fieri cōpoſitio, quoniā nuſquam niſi in cōpoſitione reperiūtur: quod nemo vnquā, ſed nec ipſe Priſc. dixit. Quid? qd̄ eodē Priſc. teſte additæ ſignificant aliquid ne putentur (vt ille dicit) eſſe ꝓnominū porrectiones, ſiue extēſiones. vt qd̄ affert ex Teren. in adelph. egomet rapui. intelligitur ego, & nō alius. ac ſi dixiſſet ego ipſe. Quæ igitur partes orationis ſunt dicet aliquis? Ego aduerbia inſeparabilia dicerē, quēadmodū particulas illas re, cō, ſe, dis. di, an, ꝓpoſitiones inſeparabiles. ¶ Perſonæ pronominū quot ſunt? Reſpōdetque eſſe tres: & quid proprietatis quęlibet habeat, ſubiūgit dicēs: Prima perſona eſt, quę de ſe loquitur. Hæc ratio nō placet Priſc. ſed dicit Prima perſona eſt, cū ipſa quæ loquitur, de ſe ꝓnūtiat: qa videlicet pōt prima perſona nihil de ſe loqui, ſed de ſecunda ꝑſona, vel tertia: eſſetque dubitatio. Itaq; videtur Priſ. facere differētiā inter loqui & ꝓnūtiare de ſe. Eſt loqui de ſe, vt aliquid de ſe ipſo dicere: ꝓnūtiare de ſe eſt ex ꝑſona ſua aliqd de ſe, vel de alijs dicere. Qd̄ ſi in hoc vlla differentia eſt, magis exprimeret per has prępoſitiōes de & ex, quā per verba loquor & pronuntio, vt loquor & pronuntio de me, ſit habere ſermonem de me. loquor & pronuntio ex me, ſit habere ſermonem in perſona mea, vel de me, vel de te, vel de alijs. ¶ Quot ſunt pronomina primæ perſonæ? Et reſpondet eſſe vnum tantum Ego, idque in ſingulari tantum. Nam in plurali conceptionem facit aliarum perſonarum ſecundarum, quando ad ipſas præſentes loquimur. vt ego & vos faciamus. Tertiarum qn̄ ad ſcd̄am, & alios vel ꝑſentes, vel abſentes ſibi adiūgit. vt ego & vos & illi fecimꝰ. ¶ Eodē quoq; mō dicit eſſe vnū tm̄ ꝓnomē ſcd̄ę ꝑſonę, ſed in vtroq; nūero, ſed adijcit oēs vocatiuos noīm & reliquorū pronominū cū participijs. ¶ Caſus ꝓnominū quot ſunt? Dicitq; eſſe ſeptē, niſi qd̄ caret vctō oīa preterq; tu. meus. noſter. noſtras. & quēadmodū paulo ante diximus, ntō ego, & vt lib. primo dictū eſt, ntō ſuus ſua ſuū. ſed illa nō proprie, ſed figurate. ¶ Declinationes pronominū quot ſunt? Et oſtēdit per exēpla eſſe quatuor. Nam per primam declinantur tria. ego. tu. ſui. Per ſecundam quinque, hic. iſte. ille. ipſe. is. Per tertiam quinque meus. tuus. ſuus. noſter. veſter. Per quartam duo, noſtras veſtras.

DE verbo. Amo quæ pars orationis eſt? Reſpondetque, eſt verbū; dicitque eſſe partē orationis declinabilē ad differentiam partiū indeclinabiliū: cū modis, ad differentiam nominis, & participij. & tēporibus, ad differentiā nominis. ſine caſu, ad differentiā participij, agendi vel patiendi ſignificatiua. Donatus addit. aut neutrum ſignificans propter verbum impersonale, quod proprie neque actionem neque paſſionem ſignificat. ¶ Vnde dicitur verbum? Dicitque a verbero. beras. deriuari, quia verberato aere oratio profertur. quod licet omnibus orationis partibus accidat: tn̄ pręcipue in hac dictione quaſi proprietius accipit: qua frequētius vtimur in orōne, atque in cuius vi reliquę oratiōis partes ſignificāt. Vnde & in illiꝰ diffinitiōe Diom. adiecit ꝓcipua, dicēs. Verbū eſt pars orōnis ꝓcipua ſine caſu. ¶ Verbo quot accidūt? Dicitq; octo eſſe verbi accidētias, quas enumerat. Deinde q̄rit, rn̄detq; de ſingulis illarū.

¶ Genera verborum quot ſunt? Genus in verbo alij ſignificationem verbi appellant: vt enim in nominibus ſunt genera, quibus exploratur ſexus: ita in verbo genus eſt, quo ſignificatur vtrum actiuum ſit, an paſsiuum. Sunt autem quinque genera verborũ. loquimur autẽ de verbis integris: nam reperiuntur quædam verba defectiua quorundã prædictorum accidentium, quę reduci non poſſunt ad vnum quoddam ex his quinque generibus, quod fit (vt Priſcian. ait) vel naturæ neceſſitate, vel fortuna & caſu, vel differentiæ cauſa: naturæ neceſsitate, vt pluo. ſereno. quæ verba cum ſimilibus, cum ad ſolam pertineant naturam, quantum ad ſermonem noſtrum attinet, defectiua ſunt niſi fiat proſopopeia. i. perſonæ fictio. Fortuna & caſu, aut quia inuſitata ſunt, aut quia turpia & inconcinna. Inuſitata: vt quia a faris & fare & daris vel dare, non habeamus for. & dor. Inconcinna & turpia, quod a metuo non habeamus participia metutus & metuturus. Differẽtię cauſa, vt facio. dico. duco. fero in ſecũda perſona ſingulari imperatiui dice duce. face. fere non diximus, ne coincideret cũ obliquis caſibus quorundam nominum. ¶ Quod eſt verbum actiuũ? quod deſinit in. o. ſubaudi in prima verbi poſitione, & habet paſsiuũ in. or. Quid autem dicendum eſt de hoc verbo. do. quod, vt paulo ante dicebamus, non habet in voce paſsiua dor? Diximꝰ hoc verbum eſſe mancum, non repugnante ſignificatione, ſed vſu, nuſquam enim apud autores lectũ eſt dor. ergo quãtum ad rationem ſignificatiõis actiuũ eſt. Idẽ quoq; de facio facis dicẽdũ eſt, quod non miſit paſsiuũ in. or. ſuppletur tamẽ ab alio verbo quod eſt fio fis. ¶ Quod eſt verbum paſsiuũ? quod deſinit in. or. & habet actiuũ in. o. Inuenimus tamẽ aliqua in voce atq; ſignificatione paſsiua, quæ nuſquã reperiuntur in actiua, vt cõſternor, pro exanimor. Ouid. ij. meta. conſternantur equi. atq; idem. xij. conſternatique timores. & Liuius. xxviij. ab vrbe condi. cõſternati e cornibꝰ in mediam aciem ſeſe intulerant. nuſquã tamen legimus conſterno. conſternas. Eiuſdem propę ſignificationis reperitur in voce & ſignificatione paſsiua tãtum linquor animo. vt Sue. in vita Cęſaris: niſi quod extremo tẽpore linqui animo ſolebat. nemo tamen diceret animus linquit me. aut ego linquo te animo. ¶ Quod eſt verbum neutrum? Huius generis ſignificatio latiſsime patet. aliud namq; actionem ſignificat. vt ambulo. curro. aliud paſsionem. vt vapulo. exulo. aliud in quo nec agentis, nec patientis ſignificatio dignoſcitur. vt ſedeo. ſudo. algeo. eſurio: quamquã, quod ad grammaticum attinet, hęc potius actionem ſignificare dicendum eſt. hęc quidam ſupina, alij abſolutiua, nonnulli depoſitiua appellant. ¶ Quod eſt verbum deponens? Deponens verbum dicitur (vt ait Diomedes) vel per antiphraſim, hoc eſt, econtrario: quia verbum. r. litera finitum deponere eam non poteſt: vel quia cum omnia verba deponentia apud antiquiores communia eſſent, alteram, id eſt, paſsiuam ſignificationem depoſuerunt. vt loquor loqueris. ſequor ſequeris. ¶ Quod eſt verbum commune? Verbum commune dicitur, quod ſub vna voce actiuam & paſsiuam ſignificationem habet: quemadmodum & nomen commune dicitur, quod duo aut tria genera ſub vna voce complectitur. Imperſonalis verborum ſignificatio in actiuam paſsiuamque vocem refertur. ¶ Modi verborum quot ſunt? Modus in verbo, quem Quintilianus appellat qualitatem, eſt inclinatio varios animi affectus demonſtrans. hi ſunt quinque Indicatiuus, quem alij finitiuum, alij diffinitiuum, alij pronuntiatiuum appellant. Imperatiuus, qui & percontatiuus. Optatiuus. Subiunctiuus, qui & coniunctiuus. & adiunctiuus ab alijs dicitur, Infinitiuus, qui & imperſonatiuus dicitur, quia perſonas diffinitas non habet, dicitur & perpetuus, quia finem non habet. ¶ Quis eſt indicatiuus modus? Quo indicamus (inquit) ſiue oſtendimus, ſiue pronuntiamus aliquid fieri ſine vlla alterius modi inclinatione: vnde & finitiuus a Diomede dicitur, quod quaſi finita & ſimplici vtimur expoſitione, cum per ipſum mentis ſenſa depromimus. ¶ Quis eſt imperatiuus modus? Quo imperamus (inquit) aliquid fieri. plerumque autem & per eum precamur. vnde ab Ariſtote. deprecatiuus dicitur. vt Vergilius: muſa mihi cauſas memora. neque enim tam imperat, quam precatur. habet & alias complures ſignificationes, vt alibi diximus. ¶ Quis eſt optatiuus? Hunc modum vſurpamus cum precibus aliquid a dijs expoſcimus (vt inquit Diomedes) vnde optandi aduerbijs illum adiungimus. vt videlicet & vtinam, & o. & oſi. in ſermone Hiſpano mutuamur a Pœnis oxala, quod interpretatur Deus velit. Deus faciat. Reperitur etiam ſine aduerbio optandi, vt Lucanus in primo: dũ viſa ſecundent, & fibris ſit nulla fides. ¶ Quis eſt ſubiunctiuus? Subiunctiuus, qui & dubitatiuus dicitur, ideo dictus eſt: quod per ſe non exprimit ſenſum, niſi alteri verbo iungatur alterum. quod fit media coniunctione, vt ſi audiueris, legam. Cum amaueris, docebo.

Genera verborum quot ſunt? Quinq;. Actiuum, Paſsiuum, Neutrum. Commune. Deponens.

Quod eſt verbum actiuũ? Quod deſinit in. o. & habet paſsiuũ in or, vt amo. amas. amor amaris.

Quod eſt verbũ paſsiuũ? Quod deſinit in. or. & habet actiuum in. o. vt amor. amaris, ab amo. as.

Quod eſt verbum neutrum? quod deſinit in. o. et non habet paſsiuum in. or. vt ſeruio. is.

Quod eſt verbum deponens? Quod deſinit in. or. & tamen habet actiui ſignificationem, vt loquor loqueris.

Quod eſt verbum commune? Quod deſinit in. or. & habet actiui & paſsiui ſignificationem, vt amplector amplecteris.

Amo igitur quod verbum eſt? Actiuum.

Modi verborum quot ſunt? Quinqne Indicatiuus, Imperatiuus. Optatiuus. Subiunctiuus. Infinitiuus.

Quis eſt indicatiuus modus? Quo indicamus aliquid fieri. vt ego amo. tu amas. ille amat.

Quis eſt imperatiuus modus? Quo imperamus vel prohibemus, vel exhortamur, aut permittimus aliquid fieri, vt o Antoni lege, ne legas.

Quis eſt optatiuus modus? Quo optamus aliquid fieri, vt vtinam ego legerem.

Quis eſt ſubiunctiuus modus? Qui indiget altero verbo, vt perfectum ſenſum ſignificet, vt ſi legeris, audiam.



¶ Quis eſt infinitiuus? Qui caret (inquit) numeris & perſonis. Hoc & imperſonale verbũ habet. Indiget verbo alterius modi. hoc & ſubiũctiuus habet, ſed vtrumq; ſimul ſolus infinitiuus. His quinq; ſuperioribus modis quidã adiecerunt ſextũ, quẽ appellauerũt promiſſiuum. vt ego amabo, ego docebo. ſed hunc indicatiui futurũ nos fecimus. Quidã imperſonalẽ modũ coniungunt, vt ſint modi ſeptẽ, ſed nos (vt diximus) in actiuã paſsiuãq; vocẽ hunc modũ reduximꝰ. Adhuc alij cõmendatiuũ ab imperatiuo ſeparant: quoniam per imperatiui præſens ſiue inſtans, vt confeſtim aliquid fiat, imperamus: quẽ ideo imperatiuũ dixerũt. Per futurum vero tempus, vt aliquid in perpetuũ & ad multa tẽpora fiat, cõmẽdamus. atq; ideo hunc quaſi diuerſum a ſuperioribus modũ mãdatiuũ appellauerũt. Fuerunt adhuc, qui cõiũctiuũ ab ſubiũctiuo ſepararẽt, vt eſſent modi nouẽ. Adhuc alij adhortatiuũ ab imperatiuo ſeparãt. Gerundia quoq; & ſupina ibi modos eſſe dicũt. Sed nos quinario modorũ numero cõtenti fuimus, ad quos reliqui ſunt reducti: niſi ꝙ gerũdia & ſupina nõ recuſamus ab octo partibus orationis ſeparare. ¶ Tẽpora verborũ quot ſunt? Tẽpus in verbo (vt inquit Diome) eſt viciſſitudo rerum triformi mutabilitate cõprehenſa. Cũ vero tempus (vt philoſophi dicunt) indiuiduum ſit, nos illud in partes diuidimus, ſed non tã ipſum tempus, quam actiões noſtras per tempora diuidẽtes: ea, quãtum ad nos attinet, tria ſunt. Preſens. ꝙ a quibuſdã inſtãs appellatur. Preteritũ & Futurũ, qđ a nõnullis (vt ſupra dictũ eſt) promiſſiuus dicitur modus, qđ alij infinitiuũ tẽpus appellãt, quia incertũ ſit. Qđ duplex quoq; eſt, iperfectũ alterũ, & alterũ pfectũ. de quo alibi plura diximꝰ. ¶ Preteritũ adhuc in triplici differẽtia eſt. Imperfectũ, perfectũ, & pluſq; perfectũ. ¶ Præteritũ imperfectũ, qđ inchoatiuũ alij dicunt, eſt per qđ ſignificamus nos aliquid in tẽpore preterito incœpiſſe, nec perfeciſſe tamẽ. vt ego amabã. ¶ Præteritũ perfectũ eſt, per quod ſignificamus nos aliquid in tẽpore præterito incœpiſſe, atq; perfeciſſe. vt ego amaui. ¶ Pluſquã perfectũ omnes antiqui & iuniores grãmatici videntur mihi non recte diffiniuiſſe. dicunt enim eſſe cũ tẽpus tampridem exactum demõſtramus, ita vt per præteritũ perfectum rem factam breui, aut non multo tẽpore ante oſtendamus. per pluſquã perfectũ vero illud quod iam longo tempore inueteratum eſt. Quæ ratio, ſi vera eſt, non poſſemus latine atq; grãmatice dicere, quod in ipſo ſtatim ſacrarũ literarum initio ſcriptũ eſt: In principio creauit Deus cælum & terrã. & quod ſequitur: dixit Deus, fiat lux: & facta eſt lux. qua actione nulla prior, nulla antiquior eſt. Sed neq; rurſus diceremus recte, cum tu veniſti, ego iam legerã, quod de re paulo ante facta dici poſſe, nemo eſt adeo ſtupidus, qui non confiteatur. Sed hæc duo tempora non eo modo cenſentur, quo iſti putãt, ſed illo potius, quod pręteritum pluſquã perfectũ præterito perfecto comparatũ antiquius eſt. ſiue id in multo, ſiue in paruo tempore exacto ſit. atq; ideo adiecimus inueteraſſe citra præteritum perfectũ, vt ſi dixerim, ego legerã, cum tu veniſti. dico te veniſſe poſt id tempus, quo ego legi. ſic Ouid. j. met. Sic modo quę fuerat rudis, & ſine imagine tellus, induit ignotas hominum conuerſa figuras. qđ ſi præteritum pluſquã perfectũ præterito perfecto nõ comparetur, nihil aliud quã ipſum præteritũ perfectum ſignificat. vt Ouid. legerat huius amor titulum nomenq; libelli. id eſt legit. Sed indicatiuus & optatiuus cum ſubiunctiuo habent omnia quinq; tempora, quoniam per illa omnia poſſumus indicare, quid facimus, fecimus, aut facturi ſumus. cuius eſt per omnia ſimilis ſubiunctiuus. Imperatiuus duo tantum habet tempora, inſtans & futurũ: ſed in ſingulari primam non admittit perſonã. Abſurdũ nãq; eſſet quẽquã ſibi imperare, cũ prõptus ſua ſponte ſit, imo vltro facere, quod vult. externæ vero perſonæ imperio indigẽt, niſi figurate, quaſi ad alium loquens, in ſecũda perſona ſeipſum proferat. vt Iuue. tecũ prius ergo voluta hæc. in plurali vero etiam primã adhibet, quia cum imperat, ſe quoq; ad idẽ miniſteriũ vocat. Sed eſt animaduertendũ, quod per imperatiui præſens imperamus aliquid e veſtigio fieri, vt puer lege, id eſt fac vt ſtatim legas. Per futurũ vero imperamus aliquid in poſterũ faciendum, atq; (vt ita dicam) in perpetuũ. Eſt quoq; eadem differentia inter futurum imperatiui & aliorũ modorum futura. quod hæc in differenter futurũ tempus ſignificant, quod eſt per aduerbia diſtinguendum. vt ego legam mox. cras. perendie. die quarti, die quinti, die proximi. Imperatiui vero futurum non ſignificat, vt confeſtim aliquid fiat: ſed (vt diximus) ſemper impoſterum faciendum eſſe. vt ſi vis eſſe doctus, legito libros. id eſt fac vt ſemper legas libros, quod poſsis commode facere. neque opus eſt adiungere aliquid, quo temporis diuturnitatem illam exprimamus. Inuenitur tamen apud antiquiores futurum pro præſenti. vt Teren. in heauton. loquitor paucula. & idem in adelphis. de te largitor puer. pro eo quod eſt loquere. largire. quos Vergilius antiquitatis amator ſequutus dixit. v. æneid. Primus equum phaleris inſignem victor habeto. & paulopoſt: Tertius argolica hac galea contentus abito. pro eo quod eſt habeat. & abeat. In voce paſsiua plurale futuri temporis huiuſmodi reperitur, idque apud antiquiores tantum in legibus & fœderibus, quæ fiunt, & promulgantur. vt ſic dixerim ad perpetuam rei memoriam. Optatiuus quinque tempora habet, vt alibi diximus, quamquam fuit tempus, quo putamus tria tantum habere tempora.

Quis eſt infinitiuus modus? Qui caret numeris & pſonis, & indiget verbo alterius modi, vt aliquid determinatum ſignificet, vt cupio legere.

Amo igitur cuius modi eſt? Indicatiui modi.

Tẽpora verborũ quot ſunt? Sex. Præſens, Pręteritũ impfectũ, Pręteritũ pfectum, Pręteritũ pluſq; pfectũ. Futurũ impfectũ. & Futurũ perfectum.

Quod eſt tẽpus præſens? Quo aliquid in pręſentiarum fieri oſtendimus. vt ego lego.

Quod eſt pręteritũ imperfectũ? Quo oſtẽdimus qđ aliqđ fiebat, ſed nõ fuit pfectũ. vt ego legebã.

Quod eſt pręteritũ perfectũ? Quo oſtẽdimus aliquid iã factum, atq; perfectum eſſe. vt ego legi.

Quod eſt pręteritũ pluſq; perfectũ? Quo oſtendimus id quod factum eſt, inueteraſſe citra pręteritum perfectũ, vt ego legerã antequã tu veniſti.

Qđ eſt futurũ impfectũ? Quo oſtẽdimus, aut promittimꝰ, nos aliqđ inchoaturos. vt ego legã cras.

Quod eſt futurum perfectum? Quo oſtẽdimus, aut promittimus, quod ad certum tẽpus aliquid erit a nobis factum. vt ad horam legero.

Amo igitur cuius temporis eſt? Præſentis tēporis.

Numeri verborum quot ſunt? Duo ſicut in nomine. Singularis, qui de vno loquitur. vt ego amo. Pluralis, qui de pluribus loquit̃. vt nos amam9.

Amo igitur cuius numeri eſt? Singularis numeri.

Perſonæ verborū quot ſunt? Tres. Prima, q̃ de ſe ſola, vl' de ſe cū alijs loquit̃. vt ego amo. nos amamus. Scd̃a, ad quā ſolā, vel cū alijs prima loquit̃; vt tu amas, vos amatis. Tertia, de qua ſola, vl' de q̃bus prima loquit̃, vt Cicero legit. hoies legūt.

Species verborū quot ſunt? Duæ, ſicut in nomine, Primitiua, vt lego legis. Deriuatiua, vt lectito. as.

Deriuatiuorū verborum formę quot ſunt? Septē Inchoatiua. Meditatiua. Deſideratiua. Freq̄ntatiua. Diminutiua. Denominatiua. Aduerbialia.

Quę dicuntur inchoatiua? quę Laurētius dicit cōtinuum incrementum paſſionis innatæ ſignificare: fiuntq; tantum a verbis neutris abſolutis ſecundę coniugationis formanturq; a ſecūda perſona præſentis indicatiui modi addita. co. vt a tepeo pes. tepeſco. is. ideſt, in horas magis tepeſio.

Quæ dicuntur verba meditatiua? quæ Laurētius appellat deſideratiua; fiuntque ab vltimo ſupino addita. rio. hæc fere, ab edo. is. eſu eſurio. a cœno. nas. atu. cœnaturio. a pario is. partu. parturio. a meio. is. mictu. micturio. a caco cacas cacatu, cacaturio. ab emo. is emptu. empturio,

¶Sunt, qui ab optatiuo præſens tempus excludant, quoniā futura ſunt quæ optamus. Sed dicet quiſpiam quomodo poſſumus pręterita optare? Ad quod dicendū, quod non ſolū futura optare poſſumus: verū etiā plerūq; optamus nos aliquid feciſſe, qd̃ tn̄ nō fecimus: vt vtinā ego legiſſem. Infinitiuus ęque tria tēpora habet, pręſens, pręteritū & futurū. Vſurpatur tn̄ plerūq; pręſens infinitiui, pro pręterito imperfecto indicatiui: quo genere dicēdi plerūq; vtuntur hiſtorici. Saluſt. equitare, curſu cū ęqualib9 certare: & cū omnis anteiret, omnib9 tn̄ charus eſſe. pro equitabat, certabat. erat. ¶Numeri verborum quot ſunt? Duo (inquit) ſicut in noie. Fuerūt tn̄, qui in tertia perſona plurali pręteriti perfecti indicatiui modi dualē numerū a plurali diſtinxerūt in illis duab9 vocibus Amauerūt vel amauere, vt amauerūt ſit ad plures, amauere ad duo tm̄ referendū. Sed (vt Quint. refert) apud noſtrorū neminē hęc obſeruatio reperit̃: cū ecōtrario Vergil'. j. ęn. dixerit. Deuenere locos, vbi nūc ingētia cernis. Et idem in. ij. cōticuere oēs, intentiq; ora tenebant. & Ouid. xiij. meta. Cōſedere duces, & vulgi ſtante corona. hi aperte nos docent, nihil horū ad duos pertinere. ¶Perſonę verborū quot ſūt? Tres (inquit) & repetēdū eſt hoc loco id, quod de perſona in capite ſuperiori diximus: cū de perſonis pronois agebat̃. Illud tm̄ addimus, qd̃ Diomed. ait perſonā eſſe rationabilē ſubſtātiam, qd̃ ꝓprie in prima & ſcd̃a perſona reperit̃: niſi fiat proſopopeia. ¶Species verborum quot ſunt? Duę (inquit) ſicut in noie. Primitiua & deriuatiua. Deriuatorum rurſus ſeptem dicit eſſe formas: quas Diome. & Donatus ad verbi referunt qualitatem. Alij ad genus ſiue ſignificationem. Deinde quærit, reſpondetque de ſingulis ſeptem verborum formis. ¶Quæ dicuntur inchoatiua? Omnes grammatici, qui vnquam fuere ante Laurentium Vallam, appellauerunt verba inchoatiua, q̃ in. ſco. deſinunt: qualia ſunt frigeſco. tepeſco. albeſco, dixeruntq; inchoationē quandā ſignificare, qd̃ eſſe falſum validiſsimis rōnib9 cōuincit. Quin poti9 hæc verba incrementū paſsionis innatæ ſignificare videtur: quā ſignificāt verba a quibus deriuātur. vt ęgreſco. i. magis magiſq; ęgerſio. albeſco. nigreſco. i. in dies magis magiſq; albeo, & nigreo: & (velut ipſe exponit) albeſio & nigreſio. Hęc verba alij ante Laurentiū dixerūt a verbis neutralibus tantū deriuari. Nos autē adiecimus a verbis neutris, nō quidē omnibus, ſed tantū ſecūdę cōiugationis: nā ab alijs cōiugationibus deducta, non tā inchoatiua, quā inchoatiuorū ſimilia eſſe dicenda ſunt. vt illa labaſco. cis. integraſco. cis. & ab hio hias. hiſco hiſcis. a cōcupio. pis. cōcupiſco. cis. Sūt pręterea huius formę verba, quorū primitiua in vſu nō ſunt. vt herbeſco herbeſcis. ſylueſco. ſcis. ligneſco ligneſcis. iuueneſco iuueneſcis, & ſimilia, quę poſſunt videri a nominib9 herba. ſylua. ligno. igne. iuuene poti9, quā ab herbeo herbes. ſylueo. ues. ligneo lignes. igneo. es. iuueneo. ues. deriuata. Nā verba huius formę certis regulis cōſtant: quarū vna ſi defuerit, inchoatiua, ſiue (vt Laurētius mauult) augmētatiua non erunt. Prima eſt quod in. ſco. deſināt. Deinde quod a ſecūda perſona pręſentis indicatiui modi verborū neutraliū ſecundę cōiugationis paſsionē innatam ſignificantiū formētur. Pręterea quod deficiant in pręterito perfecto indicatiui modi, & in reliquis tēporibus, quę formantur ab eo, quodq; per tertiā verborū cōiugationem declinentur. ¶Quę dicuntur meditatiua? Secūda verborum forma eſt meditatiua, quę Laurētius, & quidē recte, deſideratiua, ſiue optatiua eſſe dicit: neq; enim eſurire, eſt meditari comedendū eſſe, quod ad intellectū pertinet: ſed cupere ſeu optare, quod eſt opus partis apetitiuę. Formātur autē ab vltimo ſupino addita. rio. reperiturq; hęc verborū forma in paucis verbis: apud antiquiores fortaſſe in plurib9: ſed quorū ego memini in his fere. ab edo edis. eſum eſu. eſurio. is. a cœno. as. atum. atu. aturio. a pario. is. partū partu. parturio. a meio. is. mictū, mictu. urio. a caco. as. atum cacatu cacaturio. ab emo. is. emptū emptu. empturio. i. cupio, ſiue libido mihi inceſsit edere. cœnare. parere. meiere. cacare. emere. Iuue. eſurit intactā paridi niſi vēdat agauē. Mart. xj. epigra. cœnaturit Vacerra, nō cacaturit. Iuue. noctibus hic ponunt lecticas micturiunt hic. Verg. in buc. nunc omnis parturit arbos. Varro. ij. de re ruſt. te empturientē in cāpos macros adducūt crebro pedes. Ex quibus exēplis facile colligitur, inter meditatiua & formę perfectę, ſiue abſolutę verba illā eſſe differentiā, quod abſoluta actū, meditatiua effectū mētis non meditationē ſignificāt. vt Liuius: qd̃ diu parturiuit anim9 veſter, aliqñ pariat. & illud pſalmographi: Ecce parturit iniuſtitiā, cōcepit dolorem, & peperit iniquitatē. ergo parturire eſt cupere a partu liberari, parere, illud ipſum, qd̃ cōceptū eſt: qdq; cupim9 parere, in lucē edere. Dicturio. a dico. is. dictu Macro. vj. ſatur. vſus eſt: quid duces (inquit) & milites: q̃ fortiter a ſe facta ſemp dicturiūt? Idē libr. j. ne vltra te dicturientē tardē. & Apuleius. a nubo. is. nuptu nupturio. Sine vlla vnquam magia iam olim nupturiiſſe. Inter ſcaturio ſcaturis, quod videtur huius formę verbū eſſe, & ſcateo ſcates, a quo deriuari



Quæ dicuntur deſideratiua? Quæ Laurentius nō mentis affectum, ſed actum corporis ſignificare dicit. Sunt vero quam rariſſima, vt viſo, viſis, laceſſo. is, faceſſo. is, capeſſo. is.

Quæ dicuntur frequentatiua? Quæ aſſiduam in agendo vim habere ſignificāt. Fiuntq; ab vltimo ſupino. u. mutata in. o. vt a curro curris curſū, curſo curſas. a duco ducis ductu. ducto ductas. Animaduertendum tamen eſt in verbis primæ coniugationis ſupina, a quibus formantur frequētatiua, mutare a penultimā ſupini in. i. breuem. vt ab impero imperas imperatu, imperito imperitas. Dicimus tn̄ ab ago agis. actito actitas, & agito. tas. a dico dicis. dicto dictas, & dictito. tas.

Quæ dicuntur diminutiua? Quæ a ſuo principali diminutionem ſignificant. vt a garrio garris, garrulo garrulas. a ſorbeo ſorbes. ſorbillo ſorbillas. a caluo caluis, cauillor cauillaris.

videtur, nulla talis differētia reperitur: idem namq; eſt ſcaturio, & ſcateo. declinantur autem huiuſmodi formæ verba omnia per quartam verborum coniugationem. ¶Quæ dicuntur deſideratiua? Tertia verborum forma eſt eorum, quę dicuntur deſideratiua. Laurentius tamen non affectum mentis, deſideriūq; hęc verba ſignificare dicit: ſed actū corporis. Nā quod Priſc. affert illud Vergil'. in. viij. nam memini heſionæ viſentem regna ſororis Laomedontiadem Priamum. exponitque viſentem pro cupientem videre, omnino ratione caret. Nam ſi viſere cupere videre eſt, ſemp Priamus ſororē Heſionam viſebat, poſtea quam ablata fuit: nec minus cum erat in Troia, quam cum (vt illam videret) profectus eſt Salaminam. Ergo viſere, non cupere videre, ſed ire ad videndū ſignificat. quod ſi viſo, cupio videre ſignificaret, nunquam Cicero. ad atticum ſcripſiſſet: cupio Alexandriam, reliquamq; egyptū viſere. ſed viſo Alexandriam, reliquamque Aegyptum. Vſurpantur tamen hæc verba pro ipſorum primitiuis. vt laceſſo, pro eo ad lacerandum, vel lacero. faceſſo. eo ad faciendum, vel facio. Vergil'. iiij. æneid. ocyus omnes imperio læti parent, ac iuſſa faceſſunt. Reperitur tamen pro eo, quod eſt recedere, vel ire ad recedendum. Cice. j. de legibus: paulisper faceſſant rogemus. Reperitur etiam faceſſo, pro prohibeo. Cice. in verrem: ne innocenti periculum faceſſeris. Idem quoque in eodem: cum audiuiſſent ei negotium faceſſitum. Capeſſo. is. pro capio, vel eo ad capiendum. Vergil' j. æneid. mihi iuſſa capeſſere fas eſt. Cicer. j. tuſcu. is animus ſuperiora capeſſat neceſſe eſt. accerſo. is. vel arceſſo literis in uerſis. pro eo ad vocandum. Teren. in Andria: obſtetricem accerſo. ſed cum omnia huius formæ verba ſint tertiæ coniugationis, & in. ſo. deſinant, hoc reperitur etiam in. io. terminatum, declinatumque per quartam coniugationem. vt Cicero de claris orato: accerſiuiſti ex vrbe ea, quæ domi eſt ſemper habita doctrina. Et actuum cap. x. Mitte in Ioppē, & accerſi Simonem quendam. Ex quibus exemplis colligimus verum, aut vero proximum eſſe, quod Valla ſuſpicatur, prædictarum formarum verba ab antiquiſſimis aliter fuiſſe appellatā, quām a grammaticis iunioribus nunc dicuntur: & illorum nomina ſic fuiſſe inuerſa, vt pro meditatiuis dixerint inchoatiua, pro deſideratiuis meditatiua. pro actum corporis ſignificantibus deſideratiua. Sed quę nos ex eo, quod ſignificant, nouo nomine dicimus augmentatiua, Laurentius opinatur ab antiquioribus fuiſſe meditatiua appellata, ex illa reconditiore ſignificatione, qua meditor ſignificat exerceri, vt apud Iuuena. ſtatua meditatur pręlia luſca. & alibi Marmorea meditatus pręlia villa. vt ſit caleſco. quaſi exerceor calore. frigeſco exerceor frigore, & ſimilia eodem modo. ¶Quæ dicuntur frequentatiua? Frequentatiua verborum forma, quam Diomedes iteratiuam appellat, eſt quæ aſſiduam vel potius frequentem in agendo vim habet. vnde & appellationem habet, quoniam frequenter agendo iterat affectum. formantur autem ab vltimo ſupino. u. finali mutata in. o. declināturque per primā cōiugationē. vt a curro curris curſu. curſo curſas. a quo eſt occurſo occurſas. ideſt, frequenter occurro. Vergil'. in buc. occurſare capro cornu ferit ille, caueto. A duco ducis ductu. ducto ductas. ideſt, frequenter duco. Saluſtius. in catilina: L. ſylla exercitum, quem in Aſia ductauerat. A mergo mergis merſum. merſo merſas, ideſt, frequenter mergere. Vergilius. j. Georgic. fluuio merſare ſalubri. Eſt & frequentatiuum a frequentatiuo curſito curſitas. Horatius. ij. ſermo. veluti ſuccinctus curſitat hoſpes. In verbis tamen primæ coniugationis mittentibus ſupinum in. atum. fiunt frequentatiua a penultima in. i. breuem mutata. vt ab impero imperas imperatu imperito imperitas. Horatius. j. ſermo. Olim qui ſummis legionibus imperitarunt. A volo volas volatu. volito volitas. a rogo rogas rogatu, rogito rogitas. ab ago agis actu. non dicimus acto actas, ſed actito actitas. Marti. cogis me Titus actitare cauſas. dicimus etiam ab ago agis in alia ſignificatione agito agitas. Vergilius. ij. Georg. ipſe dies agitat feſtos, fuſuſque per herbam. a dico dicis dictu. dicto dictas. quod eſt alio ſcribente dicere. Iuuena. celſo dictare parate. dictito dictitas, quod videtur eſſe frequentatiuum a frequentatiuo, eſt frequenter dicere. Horatius. ij. epiſtola: dictitet Albano muſas in monte loquutas. A quęro quęris. debuit eſſe quęſito quæſitas penultima longa, ſed dicimus quęrito quęritas. eadem breui. A ſcribo ſcribis ſcriptu. ſcriptito ſcriptitas. A ſcio ſcis ſciui ſcitu. ſcitor. ſcitaris & ſciſcitor ſciſcitaris. A noſco noſcis noui notu. noto notas. noſcito noſcitas. A cogo cogis coegi coactu, non coacto coactas, ſed cogito cogitas. dicimus. Et a ſequor ſequeris ſequutu. non ſequutor ſequutaris. ſed ſector ſectaris formatur. ¶Quę dicuntur diminutiua? Eſt quinta verborum forma eorum, quæ dicuntur diminutiua: eo quod ſignificant diminutionem a ſuo principali, vnde deriuantur: vt a ſorbeo ſorbes. ſorbilo. ſorbilas, quaſi minutim ſorbere. a garrio garris. garrullo garrulas. a caluo caluis. cauillo cauillas, & cauillor cauillaris. Sunt pręterea quædam diminutiuorum formam habentia ſine origine formæ perfectę. vt pitiſſo pitiſſas. pro minutim bibere. vacillo vacillas. pro eo quod eſt alterno motu fluctuare. Teren. in heau. pitiſſando modo mihi, quid vini aſſumpſit. Cicero. de cla. ora. cum ex eo toto corpore vacillante quęſiuit, quis loqueretur e linthre. huius ordinis videtur mihi eſſe verba illa, quæ paulo ante frequentatiua eſſe diximus. vt dormito dormitas. ſcriptito ſcriptitas: quod eſt, non profunde dormire, aut plene ſcribere, ſed per interualla id facere ſignificant: vt ſit dormitare, minus quam dormire, ſcriptitare minus quam ſcribere, ut illud; dormitauerunt omnes, & dormierunt.

¶Quæ dicũtur denominatiua? Sexta verborum forma eſt eorum, quæ dicuntur denominatiua: eo quod a noibus deriuant. vt a patre patriſſo. iſſas. a græco græciſſo. iſſas. & græcor. aris. ab attico atticiſſo. ciſſas: quę verba imitationē quandā ſignificant. Dicimus quoq; a pabulo pabulor. aris. a frumēto frumentor. ris. a ligno lignor. aris. ab aqua aquor. aris. pro eo quod eſt ire quæſitum pabulũ. frumentũ. ligna. aquam. Liui. xxv. ab vrbe condita: lignatũ pabulatũq; ꝓgreſſos exciperet. & Gel. lib. xvi. noct. Atti. ea figura eſt captant, qua lignant, pabulant & aquantur. Liui. xxij. tertiā partē militũ frumentatũ dimiſit. Dicimus quoque a rure ruſticor. aris. Cic. ij. de ora. Læliũ ſemp fere cũ Scipiōe ſolitũ ruſticari. pro quo antiquiores ruro. ras. & ruror. aris. dicebāt. a philoſophia. philoſophor. aris. a poeta poetor. aris. q̄ duo poſteriora ſignificāt dare operā philoſophię, et poeticæ. ¶Quæ dicunt aduerbialia? Septima verborũ deriuatorũ forma eſt eorũ, q̄ dicuntur aduerbialia: eo q̄d ab aduerbijs deriuātur. vt a perēdie perēdino. as. q̄d eſt in diē tertiā differre. a cras. craſtino. as. ab intra. intro. as. ¶Amo igitur cuius ſpeciei eſt? Primitiuæ (inq̄t) neq; em̄ habet, vñ deriuetur. ſed tēperamentũ adieci, q̄d ego ſciā: fieri em̄ pōt, vt originē habeat vñ dicatur. Sed neq; format ex ſe inchoatiuũ, vt iſti dicũt, amaſco. aſcis. neq; deſideratiuũ amaſſo. ſſis. nec meditatiuũ amaturio amaturis. neq; frequētatiuum amito. as. Figuræ verborũ quot ſũt? Duæ (inquit) quēadmodum in noīe. Simplex vt amo. as. clamo. as. cōpoſita, vt deamo. as. declamo. as. Cōponunt aũt verba quatuor modis, ſicut & nomē. Ex duob9 integris, vt ex amo. as. deamo. as. ex de & amo amas. ex integro & corrupto. vt diligo. gis. ex di. & lego. gis. aut ex corrupto & integro. vt alligo. as. ex ad & ligo. gas. aut ex duobus corruptis. vt officio. ex ob & facio. cis. Cōponũtur em̄ verba frequēter cum prępoſitiōibus: ſed nō nũquā cum noibus, vt tepefacio a tepidus & facio. verſificor. a verſus. & facio. belligero. a bellũ & gero. Cōponunt etiā ex præpoſitione, noīe, & verbo. ut perterrefacio. cis. a p. & terrore, & facio. ex duabus præpoſitionibus & verbo, vt recōpēſo. as. recōdo. is. Sed quēadmodũ in cōpoſitione corrũpant, in fine li. ſuperioris dictũ eſt. ¶Coniugationes verborum quot ſunt? Antiquiores grāmatici fere oēs tm̄ ponebāt cōiugationes tres, ſed tertiā rurſus diuiſerunt in breuē ſiue correptā. & in longā ſiue productā. Nos autē iuniores ſequuti grāmaticos, q̄a nihil referebat, quatuor cōiugatiōes poſuimus. Cōiugatio eſt cōſequēs verborũ declinatio. dicta, q; vna eadēq; rōne declinatiōis plurima cōiugātur verba. vt ad ſimilitudinē amo. as. oīa verba primæ cōiugatiōis. Hæc a græcis ſyzigia dicit. ¶Prima, q̄ ſecundā perſonā. Iā puer non reſpōdet ex eo q̄d li. i. didicit: prima cōiugatio eſt, quę habet. a. productā ante. re. in infinitiuo, quod ex ipſa pronuntiatione, atque accentu poterat intelligere: ſed ex eo quod iam lib. v. audiuit ſecundā perſonā pręſentis indicatiui modi primæ coniugationis in numero ſingulari in. as. longam terminari. Secundæ, vero in. es ęque longam. Tertiæ, in. is. breuem. Quartæ, in. is. longam: quæ ratio, & ſicadem eſt cum ſuperiori, hic reſpondit quaſi prouectus ex Diome. Donati. Phocæ Priſcia. omniumq; antiquorum verbis, qui ex ſecunda perſona indicatiui colligunt diuerſitatem cōiugationum: illic vero quaſi rudis didicit rem ex eo, quod erat intellectu facillimum.

Quæ dicuntur denominatiua? Quæ a nomine deriuātur, vt a patre patriſſo. as. a græco. græciſſo. as. & græcor. aris. a frumento, frumentor. aris. a pabulo. pabulor. aris. a rure, ruſticor. aris.

Quæ dicuntur aduerbialia? Quę ab aduerbio deriuantur. vt a perendie, perēdino. as. a ſupra ſupero. as. ab intra, intro intras.

Amo igitur cuius ſpeciei eſt? Primitiuę ſpeciei. Nō enĩ habet, quod ego ſciam, vnde poſſit deriuari.

Figuræ verborũ quot ſunt? Duæ ſicut in nomine. Simplex, vt amo. as. Cōpoſita, vt deamo, as.

Amo igitur cuius figuræ eſt? Simplicis figuræ. Nō em̄ pōt diuidi in partes ſignificatiuas eius, quod integrum ante compoſitionē, ſignificabat.

Coniugationes verborũ quot ſunt? Quatuor. Prima, quę ſcd̄am perſonā ſingularē pręſentis indicatiui modi mittit in. as. productam in voce actiua. Et in. aris, l. are. in voce paſſiua. vt amo. as. lętor. aris vel. are. Secũda, q̄ eandē ſcd̄am perſonā mittit in. es productam in voce actiua, & in. eris. l. ere. i voce paſſiua. vt doceo. es. medeor eris. vl. ere. Tertia, q̄ eādē ſcd̄am pſonā mittit in, is. correptā in voce actiua, & in eris. vel ere. penultima correpta in voce paſſiua. vt lego. is. loq̄r. eris vel ere. Quarta, q̄ eādē ſcd̄am pſonā mittit ĩ, is. productā in voce actiua. & in, iris. l. ire penultima producta in voce paſſiua. vt audio. is. audior. iris. vl. ire.

¶De erotematis Participiorũ. Cap. viij.

AMās q̄ pars orōnis eſt? Participiũ. Quid eſt participiũ? Pars orationis declinabilis, quę ꝓ verbo accipitur, ex quo deriuatur: genus & caſus habēs ad ſimilitudinē nominis, & accidentia verbi ſine diſcretione modorum & perſonarũ.

Vnde dicit participiũ? Quaſi particapiũ: q̄a partē accipit a nomine, partē a verbo, partē ab vtroq;.

Participio quot accidũt? Sex genus. temp9. ſignificatio. figura, numerus. caſus cum declinatione.

¶De participio. Cap. viij.

AMans, quæ pars orationis eſt. Deinde reſpondet, participium eſſe partē oratiōis declinabilem, ad differētiā indeclinabiliũ. Quæ pro verbo accipitur ex quo deriuatur: nā verborũ ſignificatiōes habet, atq; ꝓ verbo ponitur: ſed ab eo differt, quoniā genus & caſus habet ad ſimilitudinē noīs, a quo rurſus differt: quia accidētia verbi habet modos & perſonas, quibus participiũ caret. ¶Vnde dicit participium? ab eo reſpondet, quod duarum partium, quæ ſunt principes in oratione, hęc eſt nominis & verbi partem capiat, & participet: vt ſit participium, quemadmodum cum Seruio dicit Sergius, quaſi particapiũ. Accipit enim (vt diximus) a noie gn̄a & caſus: & a verbo tp̄a & ſignificatiōes: ab vtroq; numerũ et figurā. ¶Participio quot accidunt? Sex (inquit) duo, quæ diximus accepiſſe a noie. i. genus & caſus. Duo quoq;, quę a verbo, hoc eſt tēpus & ſignificatio. Duo pręterea, quæ ab vtroq;, hoc eſt, figura & numer9.

Genera



¶Genera participiorum quot ſunt? Quatuor eſſe dicit genera participiorũ. maſculinũ eorum, quæ terminātur in. us. vt amaturus, amatus, amandus, fœmininũ eorum, quæ terminantur in. a. vt amatura. amata, amanda. Neutrũ eorũ, quę terminātur in. um. vt amaturũ, amatũ, amandũ. Cōmune trium eorũ, quę terminātur in. ns. vt hic, & hæc, & hoc amans, hic, & hæc, & hoc docens. Reperiũtur tñ participia in. ns. terminata in genere maſculino, quaſi ſubſtātiue poſita ex eo, quod in illis ſubintelligitur nomē ſubſtātiuũ generis maſculini. vt hic oriens. hic occidēs. vbi intelligitur ſol. Verg. v. ęñ. & me ſęuus equis oriēs afflauit anhelis. aliquādo tamen ipſum ſubſtantiuum exprimitur. dicimuſq; ab oriente ſole, ad occidentē ſolē. rudēs, quia intelligitur funis. torrens, quia fluuius generis quoq; ſunt maſculini. profluens, & confluens, quia ſubintelligitur aqua, gn̄is ſunt fœminini. Liuius. i. ab vrbe condita: pueros. in profluentē aquā mitti. Cęſar in cōmentarijs: cum ad profluentem moſæ & rheni conueniſſent. & Iuſtinus in trogi epitome: pars quædam in confluente Danubij & Sabij cōſedit. Eſt autem profluens in ea parte fluminis, qua eſt violentior aquæ vena, confluens vero qua duo flumina iunguntur. Quam Ptolemæi interpres ſciſsionem fluminis appellat. Continens quoque pro terra, quæ non eſt inſula, etiam generis fœminini, quia ſubintelligitur terra. Pli. lib. vi. alymnũ a proxima continēte abeſt ſeptem mille centũ quinquaginta paſſus. Conſonās quoq; pro litera, quę non eſt vocalis hoc genere profertur Animans tum genere maſculino reperit. vt Horati9. ij. ſer. ſed hic ſtilus haud petet vltra quēquā animantē. tum fœminino. vt Cicer. in. i. de legibus: Nam cum cæteras animātes abieciſſet ad paſtũ. Reperitur quoque genere neutro, ſed in plurali tantum animantia. Serpens fœminino reperitur. Iuue. Et mouiſſe caput viſa eſt argentea ſerpēs. Verg. ij. ęñ. maſculinũ protulit, dicēs: ſerpēs cōplexus vterque. Pręgnās quoq;, quod participij formā habet ſine origine verbi rōne ſignificationis tātũ gn̄is eſt fœminini. In neutro gn̄e participia reperiũtur quaſi ſubſtātiua. vt antecedēs. cōſequēs. decens. cōueniēs. ¶Tempora participiorũ quot ſunt? Tria inquit. ſed animaduertēdũ eſt quod nō ex omni verbo omnia tēpora naſcũtur, quēadmodum ſtatim de ſignificationibus participiorũ dicemus. Illud quoque eſt cōſiderādũ, q̄d licet latini nō habeāt participia pręteriti imperfecti tēporis & pluſquā pfecti, inueniũtur tñ pro illis participia pręteriti poſita. vt apud Verg. i. ęñ. Et qua vectus abbas & qua grādæuus alethes. q̄d Serui9. ꝓ vehebatur exponit. ¶Significatiōes participiorũ quot ſunt? Duę inquit, actiua & paſsiua. Sed q̄ participia ſignificent actionem, quę paſsionē ſubiũgit dicēs, Q̄ a verbis actiuis & neutris non quidē omnibus, ſed quæ ſignificāt actionē, participia præſentis & futuri in. rus. ſignificāt actionē. vt amās, qui amat. amaturus, qui amabit. ſeruiēs, qui ſeruit. ſeruiturus, qui ſeruiet. A verbis paſsiuis, vel paſsionē ſignificātibus, qualia ſunt. exulo. vapulo. caleo. ardeo. participia omnia ſignificāt paſsionē. vt amatus, quē amauit quiſpiā, amādus, qui amabitur. vapulās, qui verberatur. vapulaturus, qui verberabitur. exulās, qui mittitur in exiliũ. exulaturus, qui mittetur. Quin. in. i. Adde, q̄d vapulātibus multa dictu deformia. Cice. in. ij. tuſcu. quęſt. Thelamonē pulſum patria exulantē, atque egentē. Iuſtinus in epito. trogi: illę quaſi in perpetuũ cũ viris exulaturæ. ¶A verbis deponētibus quatuor veniũt participia, ſed pn̄tis, pteriti & futuri in. rus. actionē ſignificant. futuri vero in dus paſsionē. q̄d quia Alexādrini nō recipiebāt, autoritate probādũ eſt: a loquor, loquēdus. Hor. iiij. car. prelia cōiugibus loquēda: a ſequor, ſequēdus. Oui. in epiſt. phyllidis: nō tibi ſic dices phylli ſequēdus erā. ab inficior, inficiandus. idē in epla deianiræ: Decolor & factis inficiāda tuis. a patior, patiēdus. Idem in. iij. de arte, multaque tyroni nō patiēda feret. ab imitor, imitandus. Idē in epiſtola phed. arcus & arma tuę tibi ſunt imitanda Dianę. a fateor, fatēdus. Ouid. in. i. de triſtibus: Sunt tñ euentu dura fatēda meo. & ab illius compoſito pfiteor, profitēdus. Idē in. i. de arte: nec ſpecies Veneris ſemper pfitēda rogāti. a tueor, tuēdus. Idē in. iij. de arte. Huic equites illi ſigna tuēda dedit. A modulor modulādus. Hora. in. ij. epiſto. fidibus modulāda latinis. & fere ab omnibus verbis deponētibus, quæ cum accuſatiuo conſtruuntur, paſſim reperies huiuſmodi participia. Sunt etiam ex deponentibus quæ cum alijs caſibus conſtruuntur. vt ab vtor, vtendus. Geil. libro. vij. Qui iumentũ alio duxerat, quam quo vtendũ acceperat. Et in digeſt. titu. de acquirenda poſſeſſione. l. Si quis rem vtendā dederat. ſed hoc verbum etiā cũ accuſatiuo cōſtrui poteſt, vt apud Cicer. ij. de orat. ſi ęrarij corpus vtimur ad belli adiumenta, & ornamenta pacis. & Gell. lib. xviij. quas voces non poſſemus vti. Quid? quod & actiuũ reperitur. vt apud Neuiũ: quia ſupellex multa, quę nō vtitur, emitur. Eodē modo a veſcor legimus veſcēdus, quia Pli. li. viij. dixit caprinũ iecur ſi veſcatur. ab eo quod eſt veſco veſcis. & a fungor, fungendus. quia Terē. in adel. dixit: ęſchinus tuus neque boni neque liberalis functus eſt officiũ viri. & quod Plau. in trinummo etiam actiue protulit, dicens: vt munus fungas tuum. Quod ſi dixerit quiſpiam hęc verba olim fuiſſe cōmunia atque inde prouenſſe hæc participia futuri in dus. ego non inficior: ſed illud dico, quod aut nullum eſt, verbum deponens: aut ſi quod eſt, quod deponens dicatur: ſi cũ accuſatiuo cōſtruitur poſſe habere participiũ futuri in. dus, quod paſſionē ſignificet. Participium quoque pręteriti aliquādo ſignificat paſſionem illa ratione, quod olim cōmunia fuerũt. vt a comitor comitaris comitatus. Verg. i. ęñ. ipſe vno graditur comitatus achate. ab imitor, imitatus. Ouid. ix. meta. nec abeſt imitata voluptas.

Genera participiorũ quot ſunt? Quatuor. maſculinũ. vt amatus. fœmininũ, vt amata. neutrũ, vt amatũ, cōmune triũ, vt hic & hæc & hoc amās.

Amans igitur cuius generis eſt? Commune triũ.

Tp̄a participiorũ quot ſũt? Tria pręſens vt amans. pręteritũ vt amatus. futurũ vt amatur9, amand9.

Amans igitur cuius tēporis eſt? Præſentis tēporis.

Significationes participiorum quot ſunt? Duæ, actiua vt amans. paſsiua, vt amatus.

Quę participia ſignificant actionē? A verbis actiuis & neutris actionē ſignificantibus, actionē ſignificāt participia præſentis & futuri in. rus. vt amās, amaturus. ſeruiēs. turus. A verbis paſsiuis vel neutris paſsiuis, vl neutris paſſionē ſignificātibus participia oīa ſignificāt paſſionē, vt amatus, amādus. vapulās, vapulaturus. A verbis deponētibus participia pn̄tis & pteriti & futuri in rus. ſignificant actionē. futuri vero in, dus. paſſionē. vt loquēs. loquutus. loquuturus, loquēdus.

¶A verbis cõmunibus quatuor veniũt participia, præſentis & futuri in rus, quæ ſignificant actionem, & præteriti, quod ſignificat actionem & paſſionem. & futuri in. dus. quod paſſionem: vt criminans, qui accuſat: criminaturus, qui accuſabit: criminatus qui accuſauit, & qui accuſatus eſt: criminandus, qui accuſabitur. Reperitur quoq; nonnunquã a verbis neutris participium in dus. vt a careo. carendus. Ouid. in epiſto. penelopes: virque mihi dempto fine carendus abeſt. & ab imperſonalibus. vt a pudet, pudẽdus, vt Ouid. in epiſto. Deianiræ: huic victor victo nempe pudendus eras. a piget. pigendus. Cicero. de cla. ora. ad miſericordiã inducitur ad pudendum ad pigendum. a facio. is. faciendus. non fiendus dicitur. A verbis quoque neutris abſolutis, vt a reuiuiſco. Plinius. lib. vij. ſimilis de aſſeruandis corporibus hominum ac reuiuiſcendis promiſſa, pro reuicturis. ¶Eſt ne hoc ſemper verũ? propemodũ id quidem. i. quaſi & fere verum eſt: facit tamen exceptionem dicẽs, quod a verbis actiuis & neutris participia præteriti aliquando ſignificant actionem. Vt ab arguo arguis quod eſt actiuum, argutus arguta. argutũ. i. acute arguens & inueſtigans. inde argutiæ dictæ ſunt ingenij cautelæ. & argutor argutaris argute loqui. Adultus adulta adultum, qui adoleuit, ab adoleſco adoleſcis. quod eſt neutrum. Auſus. a. um. qui audet, ab audeo audes: quod etiam paſſiue acceptũ reperitur. Mart. hoc tibi pro meritis & talibus imprecor auſis. & ab eo compoſitum inauſus. ſa. ſum. Idem. nil intentatum, Seltus nil linquit inauſum. Aſſuetus aſſueta aſſuetũ. ab aſſueſco. is. qui aſſueuit, & quod aſſuetum eſt paſſiue: & eodem modo conſuetus, qui conſueuit, & quod eſt conſuetum. Cautus cauta cautum. i. qui cauet, & quod cautum eſt. Cõſideratus, qui conſiderat, & quod eſt conſideratum. Inſuetus, qui inſueuit, & quod eſt inſuetum. Circunſpectus, qui circunſpicit, & quod circunſpectum eſt. Contentus, qui continet: & quod cõtinetur. Caſſus, qui caret tantum: nam a verbis neutris huiuſmodi participia actionem tantum ſignificant: quẽadmodum ab actiuis actionem & paſſionẽ. Cœnatus, qui cœnauit. Diſertus, qui diſſerit: quod a ſuo ſimplici alterum. s. expunxit, vnde & prima breuis reperitur. Defectus, qui deficit. Mart. Dulcia deffecta modulatur carmina lingua. Q uint. Deffecta labore ſenectꝰ Diſceſſus, qui diſceſſit: quemadmodum occaſus, qui occidit: & obitus, qui obijt. Cecilius: cuſtodibus diſceſſis multi interficerent. Lucillius: quæ horis ſublata duabus omnia ſunt ſole occaſſo ductoq;. Liuius Andro. cupidius miſerulo obito. ſic Claudius quadrigarius ab intereo interitus fecit, acriter (inquit) commiſſa pugna multis interitis. A ſeneſco ſeneſcis. Saluſtius fecit ſenectus ſenecta ſenectum: omnibus (inquit) quibus ſenecto corpore animus militaris erat. Decretus decreta decretum, qui decreuit, a decreſco decreſcis. Liuius Androni. nocte dieq; decretum & auctum. Excretus, quoque qui excreuit. Exoletus, qui exoleuit, & adultus eſt: aut, quemadmodum Feſtus ait, qui adoleſcere deſijt. Verg. iij. Georgic. multi iam excretos prohibent a matribꝰ hædos. & Mart. ſtat exoletus ſuggeritq; ructanti. Euaſus, qui euaſit. Liuius. xxij. ab vrbe condita. exercitum (inquit) cęſum ſeque euaſum eſſe. Falſus, qui fallit, & quod falſum eſt: hoc eſt deceptum. Vergil. j. Georgic. ſolem quis dicere falſum audeat. i. fallentem. Fluxus, quod fluit: vnde & veſtes fluxas & ætatem fluxam ſenectutem dicimus. Iuratus, qui iurauit: & iniuratus qui non iurauit. Iuue. quamuis iurato metuam tibi credere teſti. Gellius libro. vij. atq; iureiurando ſatiſfacto iniurati abijſſent. Ignotus, qui ignouit, hoc eſt, ignorauit. Q uint: ne quis tamen erret ignotus, non eſt filij mei nouerca. Profuſus, qui profundit. Saluſtius: alieni appetens, ſui profuſus. Paſſus pro patens, ſiue quod patet. Vergil. j. ęneidos: crinibus illiades paſſis peplumque ferebant. Placitus, qui placet. Idem. ij. Georgicorum: placitam paci nutritor oliuam. i. placentem. Pranſus, qui prandit. Horatius in poetria: nec pranſę lamię viuum puerum extrahat aluo. Potus, qui potauit. i. bibit. Terent. in Ecyra: cum virgine vna cubuerit plus potus. Scitus ſcita ſcitum, qui ſcit & ſapit. Ouidius. ix. metamorph. Neſſus adit, membriſque valens, ſcituſq; vadorum. Sparſus ſparſa ſparſum. ideſt qui ſpargit. Vergilius. iiij. Georgicorum: prius hauſtus ſparſus aquarum, pro ſpargens. Tacitus tacita tacitum, qui tacet. Vergilius. ij. tacitæ per amica ſilentia lunę, hoc eſt tacentis. alias tacitus quod tacetur. Idem in. vi. quis te magne Cato tacitum, aut te Coſſe relinquat. Titubatus. ideſt qui titubat. Idem in. v. ęneidos: veſtigia preſſo haud tenui titubata ſolo. pro titubantia. Exoſus & peroſus actionem ſemper ſignificant, quemadmodum & ſuum ſimplex oſus: itaq; cum accuſatiuo conſtruuntur.

A verbis communibus participia præſentis & futuri in. rus, ſignificant actionem, Præteriti actionem & paſsionem. Futuri in dus tantum paſſionem, vt criminans criminaturus, criminatus, criminandus.

Eſt ne hoc ſemper verũ? Propemodum id quidẽ, niſi quod a verbis actiuis & neutris participia præteriti ſignificant nonnunquam actionem, vt

Argutus. a. ũ. ab arguo. is.
Auſus. a. ũ. ab audeo. es.
Adultꝰ. a. ũ. ab adoleſco. is.
Aſſuetus aſſueta aſſuetũ ab aſſueſco. is.
Cautus, a. um. a caueo. es.
Caſſus. a. um. a careo. res.
Circunſpectꝰ. a. um. a circunſpicio. is.
Cõſuetus. a, um. a cõſueſco, conſueſcis.
Conſideratus. a. um. a cõſidero. as.
Contẽtus contenta. um. a contineo. es.
Cœnatus. a. ũ. a cœno. as.
Decretus. a. ũ. decreſco. is.
Defectus. a um. deficio. is.
Diſceſſus. a. ũ. a diſcedo. is.
Diſertꝰ. a. um. a diſſero is.
Excretꝰ. a. ũ. ab excreſco
Exoletus. a. exoletũ. ab exoleſco. is.
Euaſus. a. ũ. ab euado. is.
Falſus. a. um. a fallo. is.
Fluxus. a. um. a fluo. is.
Iuratus. a. um. a iuro. as.
Ignotꝰ. a, ũ. ab ignoſco. is.
Oſus. a. um. ab. odi. ſti.
Paſſus. a. um. a pateo. tes.
Placitus. a. ũ. a placeo. es.
Potus. a. um a poto. as.
Prãſus. a. ũ. a prãdeo. es.
Profuſus pfuſu, a. um. a profundo. is.
Scitus. ta. tum. a ſcio. cis.
Sparſus. a. ũ. a ſpargo. is.
Tacitus. a. ũ. a taceo. es.
Titubatus. ta. tum. a titubo titubas.



¶Reperiuntur quoque. Cum a verbis actiuis participia præſentis temporis ex idiomate ſermonis latini ſemper ſignificent actionem: aliquando ad imitationem gręcorum reperiuntur ſignificare paſſionem, vt voluẽs pro eo quod voluitur. Vergil. . Georg. tardaque eleuſinę matris voluentia plauſtra. i. quę voluuntur. Idem. j. ęñ. Olim voluentibus annis. Volutans. i. quod volutatur. Idem in. iij. genibuſque volutans hærebat: pro volutatus. Q uaſſans pro quaſſatus. Idẽ. j. Georg. ſiliqua quaſſante legumen. & Apul. ij. met. tunc illa capite quaſſanti abi (inquit) fatue. Idem in. iij. quaſſanti capite, ac demuſſata contumelia. Plautus in aſinaria: quaſſanti capite incedit. Inuehens. pro inuectus. Q uadrigarius apud Gellium. lib. ij. Ei conſuli pater proconſul obuiam in equo vehens venit. pro vectus. Inuehens quoque pro inuectus. Cice. in. ij. philippica: in te inuehens queſtus eſt. Idem in. iij. in me abſentem inuehens. Intolerãs etiam pro intolerabilis poſuit Neuꝰ apud Gelliũ. lib. xviij. curis (inquit) intolerãtibus. Præcipitans quoq; pro præcipitatus. Verg. vi. æñ. Præcipitãs traxi mecũ. i. p̃cipitatus, qđ Diom. fruſtra dicit eſſe figuratũ, vt intelligat me. Nam ſi in carmine id poterat ex licentia poetica fieri: vt accuſatiuus ille in perſona patiẽti ſubiceretur, quomodo poterit excuſari Cicer. qui in. ij. de ora. dixit: in amne præcipitãte nõ poſſumus. pro præcipiti ſiue præcipitato? Sed potius dicẽdum eſt, pręcipito eſſe verbũ neutrum paſſiuũ quale exulo, vt in ſequẽti libro dicet, cũ de verbis neutris quartę ſpeciei agemus. Atq; eodem modo de vibro dicendũ vibrans pro vibratus. Verg. ij. æñ. linguis vibrantibus ora ſibi lambebant. ¶Figuræ Participiorum quot ſunt? Duę (inquit) autoritate Donati, Simplex & compoſita: & ſi Priſc. cõtendat nullum eſſe participium compoſitæ figurę: quia participiũ per ſe non componitur, ſed compoſitionem verbi ſequitur. ¶Numeri participiorũ quot ſunt? Numeri participiorum duo ſunt, quẽadmodũ in nomine, pronomine, & verbo. Caſus vero ſeptẽ: quẽadmodum in nomine, & pronomine. ¶Declinationes vero ad nomẽ referũtur, vt ſint tres: quia nullũ eſt participiũ quartæ, & quintę declinationis noĩm. Cõpoſita vero ab iens, quẽadmodũ & ipſum mittũt gnt̃m in eũtis, vt rediẽs. euntis. præteriens prętereũtis. iniens ineuntis. Sunt vero quędam noĩa participijs ſimilia vt tunicatꝰ, galeatus. togatus: quędam rurſus ſine verbi origine. vt innocens. indoctus.

Reperiũt quoq; participia p̃ſentis tẽporis a verbis actiuis ſignificãtia paſſionẽ, vt voluens. volutãs quaſſans præcipitans, pro eo qđ voluit, volutatur. quaſſatur. præcipitatur. Et qđ dicitur euidẽs negotium. i. quod videtur, & perſpicuum eſt.

Amãs igit̃ cuius ſignificatiõis ẽ? Actiuæ ſignatiõis

Figuræ participiorum quot ſunt? Duæ. Simplex. vt amãs. Cõpoſita vt adamans. Q uanquã ſunt qui dicant, quia participium per ſe nõ cõponitur, non eſſe compoſitę, ſed decõpoſitæ figuræ,

Amans igitur cuius figuræ eſt? Simplicis figuræ.

Numeri participiorum quot ſunt? Duo ſicut in nomine, Singularis, vt amãs. Pluralis, vt amantes.

Amãs igitur cuius numeri eſt? Singularis numeri.

Caſus participiorũ quot ſunt? Septẽ ſicut in noĩe.

Amans igitur cuius caſus eſt? Nominatiui caſus.

Declinationes participiorũ quot ſunt? tres. Nã participia præteriti & futuri tã in rus. q̃ in. dus. declinãtur p primã & ſecũdã nominis declinationẽ. Pręſentis vero per tertiã, niſi q̃ iẽs participiũ ab eo. is, mittit gt̃m in eũtis cũ cõpoſitis. vt iens. euntis. abiens, abeũtis. Ambiẽs, tamẽ facit ambiẽtis.

Amãs igitur quotæ declinatiõis eſt? Tertię noĩs.

## ¶De erotematis Præpoſitionum. Cap. ix.

AD, quæ pars orationis eſt? Prępoſitio. Q uid eſt præpoſitio? Pars orationis indeclinabilis, q̃ alijs partibus orationis præponitur, aut per compoſitionem aut per appoſitionem.

Vnde dicitur præpoſitio? Ab eo, q̃ alijs partibus orationis præponitur Nam cõtra naturã præpoſitiõis eſt, q̃ poſtponatur. vt cum. tenus. verſus.

Prępoſitiõi quot accidunt? Tria. figura. ordo. caſus.

Figurę præpoſitionũ quot ſunt? Duæ. ſimplex. vt abs. circum. Compoſita. vt circum circa. abſque.

Ad igitur cuius figuræ eſt? Simplicis figuræ: quia non poteſt diuidi in partes ſignificatiuas.

AD, quæ pars oratiõis eſt? Poſtea quã de partibus orationis declinabilibus differuit, accedit ad indeclinabiles, inter quas a præpoſitione incipit. Nam quẽadmodũ in partibus declinabilibus a noĩe orſi ſumus, ita in indeclinabilibus a prępoſitiõe, propter eã affinitatẽ, quam habet cũ noĩe: cui appoſita ius ſibi dictionis defendit. Deinde ponit diffinitionẽ p̃poſitiõis dicens: Q đ eſt pars orõnis. i. vna ex octo partibus oratiõis. Indeclinabilis ad differẽtiã partiũ declinabiliũ: q̃ alijs partibus oratiõis præponit̃: aut p cõpoſitionẽ, vt pduellis. indoctꝰ. aut per appoſitionẽ, vt per vicos, in [illegible]. ¶Vnde dicit̃ præpoſitio? Suũ atq; p̃priũ eſt prępoſitiõis pręponi, atq; inde ſibi nomẽ vſurpauit [illegible] contra naturã ſuã præpoſtere ponit̃, vnde & accẽtũ mutat, quẽadmodũ lib. v. dicturi ſumus. vt in his [illegible]tiõibus tecũ, pubetenus. ¶Prępoſitiõi quot accidũt? Tria (inquit) figura, ordo, caſus. ¶Figurę præpo[illegible]ionũ duę ſunt ſicut in noĩe. Simplex, vt ab. abs. circũ. Cõpoſita vt abſq;, ex abs & q; cõiũctiõe, & circũcirca, ex circũ & circa prępoſitiõibus. Cõſiderãdũ tñ eſſe præpoſitiões, q̃ nũq; reperiunt̃ niſi in cõpoſitiõe, & ſunt ſex. cõ. re. ſe. an. di. dis. vt cõduco. reduco. ſeduco. anquiro. diuido. diſtraho. Sũt quoq;, q̃ nũquã in cõpoſitione reperiuntur, vt apud, iuxta. pone. penes. Sunt quę cõponi & apponi poſſunt. vt ad. ante. per. in. Cõponunt̃ autẽ præpoſitiones cũ noibus, vt perbonus. iniuſtus. deformis. Cũ pronominibus, vt mecũ tecũ. ſecũ. nobiſcũ. vobiſcũ. Cũ verbis, vt adamo. deamo. dedoceo. Cũ participijs, vt indoctus, plectus. Cũ aduerbijs, vt ppulchre, iniuſte. Cũ cõiũctiõibꝰ. vt abſq;. Cũ alijs p̃poſitiõibus, vt circũ circa. Illud quoq; hoc loco eſt annotandũ, qđ Q uint. libr. j. ſcribit, quęri ſolere in ſcribẽdo prępoſitiones ſonũ quẽ iunctæ efficiunt, an quẽ ſeparatę obſeruare cõueniat. Nam cum dico obtineo ſecundã. b. literã ratio poſcit, aures magis audiunt. p: atq; hęc potiſſimum fuit ratio, cur prępoſitiones in compoſitione corrumperentur.

¶Quotuplex eſt ordo? Accidit etiam præpoſitioni ordo:& ſi,quemadmodum diximus,proprium illius ſit ſemper debere præponi. Quæ veniunt in compoſitionem ſemper præponuntur illis dictionib9, cum quibus cōponuntur. Poteſt etiam præponi alteri præpoſitioni iam compoſitę,vt perterritus imperterritus,extricabilis inextricabilis. Cū vero pronominibus poſtpoſita eſt,nō dicitur proprie cū illis cōponi,ſicut nec tenus cum hac,quamquā videtur in vnam dictionem vtraque particula coaleſcere. vt hactenus aruorum cultus ,& ſydera cæli. Per appoſitionem accidit præpoſitiōi ordo:quoniam ſunt,quæ ſemper præponuntur. vt ad in. vt eo ad vrbem. perueni in vrbē. Sunt, quæ ſemper poſtponuntur. vt tenus. verſus. dicimus enim capulo tenus, & nō tenus capulo,dicimus quoque , eo vrbem verſus, & nō verſus vrbē. Sunt, quæ præponi,& poſtponi poſſunt:vt cum, quæ ſemper præponitur ablatiuo nominum, pronominū,& participiorum,præterquā ablatiuis triū pronominum,& huius nois quis vel qui, quod ipſum pleriq; pronominib9 annumerāt.dicimuſq;. mecū.tecū.ſecū.nobiſcū.vobiſcū. quocū.quacum.quicū.quibuſcū.& non ecōtrario.Sed hac prępoſitionis inuerſione neceſſario vtimur in proſa oratione,nedū in carmine , in reliquis huius ordinis præpoſitionibus hac præpoſtera immutatione vti non poſſum9, niſi tantū in carmine.vt Verg.j.ęn.errabant acti fatis maria omnia circū. Idē in.v. immiſſis Vulcanus habenis trāſtra per & remos. atq; iterū in.iiij. Te propter libycæ gētes numadumq; tyranni odere:infenſi tyrij te propter eundē.Cū vero ꝑpoſitiones ponunt̄ mediæ inter relatiuū & antecedēs,aut adiectiuū & ſubſtantiuū, illis vti poſſumus indifferenter in proſa & in verſu, vt quamobrē. quas ob res,quemadmodū,quē in modū.bonas ad artes.multis in locis:quāquā illa,queādmodū, & quāobrē, coniunctiones poſſunt videri,ſicut quapropter,eapropter,idcirco.¶Caſus prępoſitionū quot ſunt? Tres, inquit. Nam cum alij duos tantum poſuerint caſus præpoſitioni accidere , nos genitiuū adiecimus: propterea quod hęc præpoſitio tenus reperitur genitiuo in numero tm̄ plurali poſtpoſita. Verg.iij. Geor:& crurū tenus a mēto palearia pēdent.Idem in.x.exterrent freta,cui laterum tenus hiſpida nāti. Quintil. qui hæc non vocibus ſibi nota atque nominibus auriū tenus in vſum lingua præceperit. Curtius: pauci hoſtiū tenus exacti penetrauere ad portū, Apule.j.florido.aquila cum ſe nubiū tenus altiſſime ſublimauit.Ouid.tn̄ cū ablatiuo plurali iunxit in.xiiij.meta.atque iterū in.xv. dicēs:pectoribuſque tenus. Pridie quoq; gtō reperitur coniunctū.vt pridie illius diei. & in digeſtis titulo de teſtamentis.l. qua ætate.Si teſtamētū pridie calendarū fecerit.reperitur etiā pridie cum accuſatiuo iunctū.vt Cicer. ad atticū. pridie compitalia.& in digeſtis.titulo de diuortijs.l.fructus.Nā ſi mulier pridie vindemias doti dederit, poteſt tamen pridie aduerbiū eſſe ea ratione,qua Serui.dicit eſſe aduerbium. Nos tamen recte præpoſitionibus annumeramus,ſiquidem caſibus apponūtur,quemadmodum econtrario præpoſitiones aduerbia fiunt ſi caſualibus non ſint appoſitę. Quodq; de pridie diximus , de poſtridie quoque dicendum eſt poſtridie iduum,& poſtridie idus,poſtridie calendarum,& poſtridie calendas.Liuius.lib.vi. poſtridie idus rebus diuinis ſuperſederi iuſſum. ¶Prępoſitiōes accuſatiuo deſeruiētes quot ſunt? Cū antiquiores grāmatici omnes dicant eſſe triginta,nos octo adiecimus:quas illi inter aduerbia numerāt,nos inter prępoſitiones poſuimus,quoniam caſibus inueniūtur appoſitæ.Hę ſunt propius,proxime.pridie. poſtridie. procul.verſus.verſum,& ab eo cōpoſitū aduerſum:de quibus ſuo loco dicemus.¶Ad.prępoſitio tam in compoſitiōe,quā in appoſitiōe reperitur,ſignificatque prope ſemper ꝓximitatē.vt adſum , prope ſum. ad vrbem eo.ideſt accedo.Nā Diom.atque Dona.teſtibus:ad vrbē venire, aut ire eſt ad vrbē accedere, etiā ſi non ingrediaris in vrbē:venire eſt intrare.Ad villā cōfero me,recte dicitur,queādmodū & in villā cōfero me:ſed nō ęque poſſum9 dicere in Catonē cōfero me,queādmodū ad Catonē confero me.nā cū dicimus cōtuli me.nō licet p in.ſed per.ad.addere alterā perſonā.Ad plerūq; gtō nois alicuius Dei iūgit, vbi tēplū,vel ędē ſubintelligimus.Liui.lib.j.ab vrbe. ad Murtiæ ( inquit) datę ſedes latinis.ſub audi ad ędē Veneris,quę murtia dicta eſt.Terē.vbi ad Dianæ Veneris,abito ad dexteram. Hor.j.ſermo.vētum erat ad Veſtę.Cice.in epi.ad atticū: Senatus ad Appolinis datus eſt.Porphiriō in illud Hora.ventū erat ad veſtę:ſubaudiendū,inquit,ædē,vel aliquid tale.amant enim eclypſim in relatione ſu: ſacra loca.ſic denique Teren.ait.vbi ad dianę Veneris.Sic deniq; nos hodie in Claudij,vel Telluris dicimus:nec addimus templum aut ędē.Hæc Porphyriō,cui Acrō aſtipulatur. ¶Apud, nunquā niſi per appoſitionem reperitur, ſignificatque in loco ſiue perſona,autore Feſto , vt apud forum.ideſt in foro,apud Platonem.ideſt in platone.vel in loco vbi eſt Pla.Ad vero ſignificat ad locum,& ad perſonā.vt eo ad forum. eo ad Anto. Aliquando etiam reperitur ad.pro apud.Vergi. prima quod ad Troiam pro charis geſſerat argis.Ante reperitur in compoſitione.& appoſitione,idemque & vtrobique ſignificat,vt Vergil.iiij.ęn.quę quibus anteferam? Idem in.j.quis ante ora patrum Troię ſub menibus altis. Reperitur etiam ſine caſu pro aduerbio ante appoſitū.vt Verg.in buc.ante leues ergo paſcentur in ęthere cerui. Aduerſum, pro eo quod eſt contra vel erga. vt Teren.in andri. idque ad uerſum te gratum fuiſſe,habeo gratiam.Componuntur ex ad & verſus,vel verſum, quoniam vtrumque reperitur , vt ſuo loco dicemus. Compoſitum vero cū ex,aduerbio cedit.vt idem in phormio.ei loco ex aduerſum tonſtrina erat quędam,

Quotuplex eſt ordo præpoſitionū? Triplex.præpoſitiuus,poſtpoſitiuus,communis.

Quis eſt ordo præpoſitiuus? Qui prępoſitionem in conſtructione ſemper debere præponi oſtendit,vt ad.ab.

Quis eſt ordo poſtpoſitiuus? Qui prępoſitionem in conſtructione ſemper debere poſtponi oſtendit,vt tenus.verſus,

Quis eſt ordo communis? Qui prępoſitionem in conſtructione modo præponi, modo poſtponi debere oſtendit.vt cum.per.propter.

Ad igitur cuius ordinis eſt? Præpoſitiui: quia ſemper in conſtructione pręponitur.

Caſus prępoſitionum quot ſunt? Tres. Accuſatiu9 & ablatiuus,& nonnunquam Genitiuus.

Præpoſitiones genitiuo deſeruientes quot ſunt? Tres Pridie,poſtridie.tenus.

Præpoſitiones accuſatiuo deſeruientes quot ſunt? xxx,octo.Ad,apud,ante,aduerſus.aduerſum,



¶Cis.citra.Inter.cis.& citra nulla penitus differentia eſt:niſi quod antiquiores , vt autor eſt Gell. libr. xi. Has tres particulas.intra.citra.vltra.quibus certi locorum fines demonſtrantur, ſingularibus apud veteres ſyllabis appellabantur.in.cis.vls. quę quoniam paruo exiguoque ſonitu obſcurius promebantur: addita eſt his tribus eadem ſyllaba,& quod dicebatur cis tyberim.& vls tyberim.dici ceptum eſt. citra tyberim,& vltra tyberim.hæc Gell.Componitur hæc præpoſitio.cis.dicimuſque Gallia Ciſalpina.i.quę citra alpes eſt. Citra nūquā cōponitur , vtraque tamen ſeparata apponitur nominibus fluminum,aut montiū,aut denique alicuius rei,cuius ſit traiectio paulo difficilior. vt cis rhenū,citra rhenū.cis taurū mōtē,citra taurū mōtem.Extēditur eius ſignificatio etiā ad tēpus.vt citra calendas.cis natale Chriſtianum.Reperitur etiā citra pro ſine apud Iureconſultos maxime vt in digeſtis titul.de diuortijs.l.quoties.Citra voluntatem (inquit )filiæ ſtipulari.& in titul. de donationibus.l.in ædibus citra corporis dationē.¶Circiter ad tempus tantū pertinere Priſcia. dicit: vt apud Horat.j.epiſto.Octauam circiter horam dum redit.poteſt etiā autore Valla ad numerū locūque pertinere, vt circiter mille equites. circiter decem mille homines ; aſſ[er]itque Caſſij heminæ verba dicentis:lapidem quadratū circiter in media arce iunctū cādelis. vbi circiter aduerbiū eſt,locūq; ſignificat. ¶Circū,circa, ꝓ eo qđ eſt in circuitu loci.Sed circū reperit̄ in cōpoſitione cū noīe,vt circū foranus. cū verbo, vt circūfero.cū participio,vt circūciſ9.cū aduerbio,vt circūſcripte. Cōponit̄ etiā cū circa teſte Donato,dicimuſq; ex circū,& circa,circūcirca.Ipſum vero circa rurſus componitur cum quo, fitque coniunctio quocirca. Verg.j.ęn.quo circa capere ante dolis & cingere flāma. Componitur quoq; cum id.a.finali mutata in.o, dicimuſque idcirco , quæ eſt coniunctio æque cauſalis.Circum reperitur poſitum aduerbialiter.vt apud Verg.iiij.æn.Anna vides toto properari littore circū.¶Contra,& cōpoſita & appoſita reperit̄.Cōponit̄ enim cum nomine,vt cōtrouerſia.cū verbo,vt controuerto.cū participio,vt controuerſus.cū aduerbio, vt controuerſim.Gerg.in eſt & non:Sin controuerſim diſſenſio ſubijciet non.per appoſitionē cōſtruit̄ cū accuſatiuo. Verg.viij.ęn.contra Neptunū & venerē contraque Mineruā. Reperitur quoque aduerbialiter poſitū.Idē in.j.Sic Venus,& Veneris contra ſic filius orſus. pro e diuerſo. ¶Erga ſemper affectus proximitatem ſignificat.Cice.in epi.ego omni officio,ac potius pietate erga te. Semel tamē reperi ſignificare loci propinquitatem in digeſt.titu.de verborū ſignificatiōe.l.ſtatuę.¶Extra compoſita eſt ab.ex.&.tra. ſyllaba,quæ in aliarū prępoſitionū compoſitionem quoque venit. Reperitur in compoſitione. vt extra ordinarius:& in appoſitione,vt apud Teren.in phor.extra vnā aniculā.& Iuue.extantē extra pocula capū.& pro aduerbio poſita,vt apud Perſi.pinge duos angues:pueri locus eſt ſacer,extra meite.¶Inter,intra,eodem modo fiūt ab in,quo propter a pro.ſubter a ſub.extra ab ex.citra a cis.Inuenitur inter in compoſitione cū nomine,vt internuntius.cū verbo,vt interpono.cum aduerbio,vt interdiu.& ſignificat tam in compoſitione quā in appoſitione duo extrema,inter quæ fit vel eſt aliquid.Verg.xj.conuerſique oculos inter ſe atq; ora ferebant. hoc eſt qđ alter alterū intuebatur,vt ſi dicas : inter prodigū & auarū media eſt liberalitas,dicis qđ inter illa duo extrema certis interuallis diſtātia media ē liberalitas. ¶Intra vero ſignificat fere idē qđ in aliqua re:vt intra domū.i.in domo.intra calēdas.i.in calēdis. intra oppidum.i. in oppido:ſic enim exponit A.Gell.libr.xj.vbi multa de vi huius præpoſitionis intra diſſeruit. Sed forſaſſe adhuc arctius ſignificat intra:vt in Cice.pro Seſtio: Anthiocū maiores noſtri intra mōtē Taurū regnare iuſſerunt.i.in locis,qui finibus mōtis tauri claudūtur.& ſi non omnibus,certe quibuſdam, vt ego ſum intra domū.i.in aliqua parte,quę clauditur terminis domus.¶Infra ab in prępoſitiōe,queādmodū inter & intra,deriuatur.Sed intra ad numerū & ſpaciū refertur,vt intra viginti dies,nō infra viginti dies. intra cubiculū,nō infra cubiculū.Infra ad locū & dignitatē,vt infra tectū. & qđ Teren.in.eu.dixit : ego te eſſe infra omnes infimos puto.Denique infra habet relatiuū ſupra,intra vero habet extra.Sed intra nō pōt eſſe aduerbiū:ꝓ quo vtimur intro & intus.Infra vero aduerbiū eſſe pōt, vt ego ſedeo infra , tu ſupra. Iuxta præpoſitio eſt,& idē ſignificat qđ ꝓpe.Reperitur etiā aduerbiū ꝓ eo qđ eſt ſimiliter. vt Liui9.ab vrbe condi. libro.vj. parere atque imperare iuxta paratos.Saluſt.in catili.eorū ego vitā mortēque iuxta æſtimo.quoniā de vtraq; ſiletur.& alio loco:iuxta bonos & malos libidinoſe interficere. ¶Ob.reperit̄ in cōpoſitiōe,ſignificatq; cōtra vel circa, vt obuius. obuio.obuiam.obābulo. In appoſitiōe aliqñ ſignificat ꝓpter cauſale. Verg.j.ęn.cūctus ob Italiā terrarū clauditur orbis. Aliqñ ꝓ eo qđ eſt ꝓ. Idē.iiij. Geor. haud quaquā ob meritū.¶Pone,ab omnibus grāmaticis inter prępoſitiōes accuſatiui numerat̄.Ego aūt ( niſi ſemel )nō memini me legere pone niſi pro aduerbio poſitū. Vergil.ij.æn.Pars cætera pontū pone legit.Idē in eodē:pone ſubit cōiux.& Geor.iiij. Superas veniebat ad aures pone ſequēs.Luca.in.j. patriaq; a ſede reuulſos pone ſequi.i.retro.Pliñ.libro.iiij.natura.hiſto. Pone eos montes,vltraque aquilonem gens fœlix.¶Per in cōpoſitione pro valde plerūque accipit̄, cū omnibus poſitiuis, illorūque aduerbijs. vt perpulcher.perpulchre.perfacetus.cete.perdoctus,cte.Nōnunquā ſignificat in malum,vt periurus, perfidus, pertinax.peruerſus,perfuga.Sæpe accipitur quaſi per mediū:vt perlucidus , perſpicu9,perfluo.is.perpluo.is.Aliquādo ſignificat ad finē deducere:vt perficio,peruigilo,perlego.In appoſitione aliqñ ſignificat inter.vt Verg.in.j.Geor.circum perque duas in morem fluminis arctos. Significat etiam per locum & tempus:vt per forum,per viam,per noctem,per diem.Significat etiam per cauſam , vt per virtutem fio laudabilis.Eſt aliquando obteſtantis,vt Verg.in.iiij.æñ.Per ego has lachrymas,dextrāque tuā te oro.¶Prope, Propius,Proxime,præpoſitiones ſemper repertuntur appoſitæ.Vergil.vij.æñ. Eſt ingens gelidum lucus prope Ceritis amnē.Cice.in philipicis:nec propius vrbem millia paſſuum ducenta.Cęſar in commen.partem inſulæ,quæ propius ſolis occaſum.Nam cum datiuo potius aduerbium eſſe putādum eſt.vt Sil.lib.j. puni.propiuſque fuere periclo.& Verg.in.viij.Propiuſque periclo it metus.Cicer.pro milone.Proxime deos acceſſit clodius.Et in digeſtis titu.de ſer.pre.vrb.l.Si propius ędes tuas.Et in eadem.l.Seruitutes, & quę in cliuos propius ianuam meam facere poſſum.Saluſt.in iugur.Ea loca,quę proxime carthaginem numidia appellatur.& paulo poſt:proxime Hiſpaniam Mauri ſunt.& Cice.ad atticum: officium meum putaui exercitum habere proxime hoſtem.Et Cęſar in cōmēta.Proxime tñ Ateguā,vt ad flumē ſint.& Gellius.libr.xiiij.Quercum vidit proxime viam. Reperitur quoque prope in eadem ſignificatione aduerbium.Terentius in Andria:prope adeſt,cum alieno more viuendum eſt mihi. Reperitur & compoſitū

cis,citra.circiter.circū.circa.cōtra.erga.extra. inter. intra,infra.iuxta.ob,pone.per.ꝓpe.ꝓpius. ꝓxime.

ex prope & modus Propemodũ pro quaſi.Cice.de perfe.orato.de ſyllabis propemodum dinumerandis & dimetiendis.¶ Pridie, & poſtridie diximus poſſe conſtrui cũ genitiuo.Conſtruuntur etiam cum accuſatiuo,vt paulo ante probauimus.¶ Procul,quoque tum præpoſitio reperitur huius ordinis,vt apud Plinium in fine noni lib.hiſto.natur. Pauliſippum villa eſt campaniæ, haud procul Neapolim. Curtius quoque procul vrbem dixit.tum aduerbium,vt Iuuen. Procul ite profani,clamatur. ¶ Poſt, in compoſitione reperitur, vt poſthumus. Poſtpono, poſtea,poſthac:& in appoſitione.Vergil.iij. Georgic.poſt montẽ oppoſitum.Reperitur quoque pro aduerbio poſitum. vt idem in primo æn.poſt mihi nõ ſimili pœna cõmiſſa luetis.Idem in buc.proſpexit tamẽ,& longo poſt tẽpore venit.vbi Ser.dicit poſt antiquos etiã cum ablatiuo iunxiſſe. ¶ Penes non reperitur in compoſitione.In appoſitione ſignificat dominium,ac poteſtatem. Nam inter Apud & Penes ( autore Feſto) illa eſt differentia: quod (vt ſupramemorauimus )apud perſonam,& locum ſignificat, penes perſonam , & dominium, vt ſi dixerim,penes me eſt liber, ſignificat,quod & habeo in poteſtate mea librum , & meus eſt. Quod ſi dixero, apud me eſt liber: eſt,quod habeo illum domi, etiam ſi non ſit meus.¶ Præter in compoſitione reperitur, vt præterlabor, præteruehor , præterfluo : ſignificatque ſemper prope. In appoſitione vero magis ſignificat extra accipere,vt ſi dicas: omnes ſapiunt,aut ſapere volunt prę ter Hiſpanos.¶ Propter,eodem modo componitur a pro interpoſita.p.quo præter a præ. In compoſitione nuſquam reperitur. In appoſitione tum cauſalis eſt, vt Vergilius.iiij.æñ.te propter libycæ gentes numadumque tyranni odere,infenſi tyrij te propter eundem. tum pro eo quod eſt prope accipitur,vt Vergil. in buc. propter aquæ riuum viridi procumbit in vlua.quod Ser.exponit pro iuxta.& iij.Georgic.propter aquã tardus ingens vbi flexib⁹ errat Mincius. &.ix.æñ. Atheſim ſeu propter amœnũ. Reperitur quoque præter propter præpoſitio ex duabus præpoſitionibus compoſita. vt Ennius apud A.gellium. Imus huc,hinc,illuc: cum illuc ventũ eſt,ire illinc libet. Incerte errat animus, præterpropter vitam viuitur. Quid vero præterpropter in eo loco ſignificet,nec ipſe Gellius auſus eſt exponere. Præter pro ſine in ablatiuo. Saluſt.in catil.præter rerũ capitaliũ condẽnatis. Priſc.lib.viij. ¶ Supra in compoſitione non reperitur. in appoſitione ſignificat in parte ſuperiori. Verg.iij.æñ.Olli cæruleus ſupra caput aſtitit imber. In eadem quoque ſignificatione reperitur pro aduerbio poſitum.Saluſt.in iugur.pauca ſupra repetam. ¶ Secundũ in appoſitione ſemper reperitur, ſignificatque aliquando iuxta. Verg.iij.Georg.dulcibus illa quidem illecebris, aut plena ſecundum flumina.& in digeſtis de via pub.l.ædiles. Eas quæ ſecundũ ciuitates ſunt vias. Aliquando ſignificat poſt.Quint.in gladia.Nam quod vnum mihi fortuna ſecundum patrem videbatur paraſſe præſidiũ.Cice.proxime autem & ſecundũ deos hoïes hominibus maxime eſſe vtiles poſſunt. accipitur etiam pro eo quod eſt pro.vt Gell.lib.v.Sin vero ſecundum te iudicatum erit. & lib.xiij. Tunc illi vnde petitur,credere, & ſecundũ eum iudicare.In eo vero quod dicimus,ſecundũ Tho. ſecundũ Cice.ſecundum pro iuxta accipitur. ¶ Secus p̄poſitio pro iuxta raro inuenitur apud autores: in ſacris literis ſæpe, quale eſt illud Pſal.primi:Et erit tanquã lignũ quod plantatũ eſt ſecus decurſus aquarũ. aduerbialiter vero poſitum ſecus ſignificat aliter. Perſius:non ſecus ac ſi oculo rubricã dirigat vno. Verg.lib.xij.haud ſecus accẽſo gliſcit violẽtia turno. Trans reperitur in cõpoſitione freq̃uẽter, vt trãſtyberinus. trãſalpinus,trãſcribo.traduco.In appoſitione quoque Vergil.iij.Georg.Illas ducit amor trans gargara,trãſq; ſonantem Aſcaniũ.¶ Vltra non reperitur in cõpoſitione.In appoſitione vero ſignificat contrarium eius, quod eſt citra,nam citra eſt ante locum:vltra eſt poſt locum ,intra vero eſt in loco. Iuue. vltra Sauromatas fugere hinc libet.Reperitur etiã pro aduerbio poſitum,vt apud Cenſorinũ: nil vltra facies. ¶ Vſque prępoſitio non videtur multis:quia ſine alia præpoſitione nunquã reperitur:vnde vtrique caſui adiungitur, pro qualitate præpoſitionis illius,cui fuerit copulata:vnde Sergius ait nouo quodam modo ſibi ſemper adiungere aliam præpoſitionem. Verg.xj.Protei Menelaus adusque columnas exultat. Nam ſi cõiũcta ſit iam non aduerbium erit,ſed potius habet naturam ſuã.¶ Verſus & verſum, ſolus Valla inter præpoſitiones numerauit,ſemperque contra naturam ſuam poſtponuntur.Saluſtius in Iugur, quem locum Aegyptum verſus imperij finem habuere Carthaginenſes.Cicero de diuinatione: quæ cum exercitu luſtrato Aretium verſus caſtra mouiſſet , dicimus quoque deorſum verſus, vel deorſum verſum , quoquo verſus,& quoquo verſum,nam ſic verſus & verſum dicimus , ſicut aduerſus.& aduerſum. ¶ Præpoſitiones ablatiuo deſeruientes quot ſunt? Quindecim ſunt pręp oſitiones ablatiuo deſeruiẽtes. quarũ. A.ab. abs tam in compoſitione quam in appoſitione reperiuntur,ablationemque ſignificant. In appoſitione vero ſignificant tum ablationem, vt rapio a te libros:tum locum, vt diſcedo a te : tum tempus, vt a meridie te expecto:tum ordinem,vt tertius ab Hercule:tum verbis paſſiuis iunguntur cum perſona agente vel faciente.vt a me amaris. Vtimur tamen præpoſitione.ab.cum dictionibus incipientibus a vocali exili vel aſpirata.vt ab Antonio.ab homine. Vtimur vero.a.cũ incipientibus a conſonante.a Bruto.a Catone.a Decio. Cũ incipientib⁹ tñ vel ab.i.cõſonãte,vel ab.l.vel.ab.r.plerũque apponimus ab.vt Vergilius in bucco.ab Ioue principium muſæ,Iouis omnia plena.Et ibidem:hinc tibi quæ ſemper vicino ab limite ſepes. Idem.xj.pacem Troiano ab rege petendum. Cum incipientibus præterea a. q.t.nonnunquam apponimus abs.Vt Teren.in.adelphis.abs quiuis homine beneficium accipere. & Hector ille Næuij. apud Cicero.letus ſum laudari me abs te pater laudato viro. ¶ Abſque quod ab abs,& que particula cõponitur, ſignificatque idem quod præter, ſiue ſine: vt abſque iniuria, abſque metu. ¶ Cum, nunquã niſi appoſita reperitur , quia illius loco componitur con. ſignificat vero cum præpoſitio quandam veluti comitantiam.vt ego cum Antonio miſimus tibi libros cum pecunijs. neque iungitur nomini ſignificanti inſtrumentum,quo aliquid fit.vt nunc vulgo loquuntur, percuſsit illum cum gladio , ſcribit cum calamo: in quo loquendi genere non ablatiui,ſed effectiui natura vtimur. quemadmodum,cum de ſeptimo caſu loquebamur, explicitum eſt .Cõponitur autem,vt paulo ante diximus,cum ablatiuis illis trium pronominum, ego tu ſui.¶ Coram, non componitur. In appoſitione præſentiam perſonarum ſignificat: vt coram iudice, coram teſtibus. Reperitur frequentius aduerbialiter poſitum. vt Vergilius.primo.æneid.

pridie,poſtridie.,pcul.poſt.penes.pręter. ,ppter, ſupra.ſcd̃m.ſecus.trans.vſque.vltra.verſus.verſũ.
Præpoſitiones ablatiuo caſui deſeruientes quot ſunt? Quindecim. A.ab.abs.abſque.cum.coram.



Coram quem quæritis adſum.& in eodem: Poſtquam introgreſſi, & corã data copia fandi.¶ Clam non venit in compoſitionem.In appoſitione habet contrariam ſignificationem ei,quæ eſt coram, & ei quę palam. Teren.in Andria:nec clam te eſt,quam illi nunc vtręque res inutiles. Inuenitur etiam pro aduerbio poſita,vt Vergilius.j.ęñ.Clam ferro incautum ſuperat ſecurus amorum. ¶ De,plerumque in compoſitionem venit,atque aliquando auget. vt deamo.demereor.i. valde amo. valde mereor.Aliquãdo minuit. vt dedoceo, deſpero. Significat aliqñ deorſum. vt deſpicio,deſcendo. In appoſitione tum localis eſt,vt de villa venio,tum memoratiua. vt de re ſubtiliſſima diſputo, tum ablatiua, vt Cato.de re ruſt. de domino bono colono bonoque ædificatore melius emetur. Cicer. in epiſtolis: emi domũ de Craſſo. ¶ E.Ex. tã in compoſitione , quam in appoſitione inueniuntur,atque aliquando augent , vt eluceo, edoceo.i.valde luceo, valde doceo. Aliquãdo minuunt.vt enodis,ſine nodo.exlex,ſine lege. Aliquãdo ſignificant extra.vt emitto,extra mitto.effundo, extra fundo.In appoſitione cum dictionibus a vocali incipientibus ſemper ponimus ex.Cum incipientibus a conſonante.tum.ex. tum.e.apponimus:vt ex vrbe,ex domo,vel e domo.Cum incipientibus tamẽ ab.r.ſemper ponimus.e. vt e regione.e.re mea. In compoſitione vero cum incipientibus a vocali dicimus. ex.vt exaudio.exhæredo.Cum incipientibus a conſonante partim componitur.e. vt ebullio. edico.egero.eludo.emano.enato.euito.partim ex.vt excindo,expromo.expiro.extimeſco. partim.x.mutatur in conſonantem,vt effundo,efficio.In appoſitione tum localis eſt.vt venio ex vrbe. tum temporalis, vt ex anno ſperiori ſcribo.tum materiæ apponitur:vt annul⁹ ex auro, domus ex latere. Ponitur etiam teſte Valla pro eo quod eſt pro.vt e republica.i.pro republica. ¶ Quintil. ſaluos eſſe eos magis e republica ſit: quam puniri.i.pro reipu.vtilitate. Dicimus præterea hic poteſt ex tẽpore orationem habere.i.impræmeditatus & ex improuiſo.ſic Perſi⁹ inquit:ex tẽpore viuis. Laborat e dolore, vel ex dolore renũ, vel laborat e renibus. Dicimus quoque ex ſententia hoc mihi euenit. i. vt ego cupiebã.¶ Præ in cõpoſitione & appoſitiõe accipitur pro ante.vt præcedo. prępono,prę oculis, præconſpectu. Inuenitur quoque in compoſitione pro valde, vt prædiues.prædulcis.prædurus. pręclarus, præcelſus. Inuenitur & pro ab. Teren.in eu. præ amore hunc excluſit foras.i.ex parte amoris. Inuenitur aliquando comparatiue. vt idem in eodem : hic ego illũ cõtempſi præ me,pro ad comparationem mei. Prę me fero,prę te fers,prę ſe fert, eſt ipſa ſtatim fronte qualem opinionem de aliqua re habeas confiteri Cice.in epiſtolis.prę te fers perſpectum mihi quidem,ſed tamen dulcem & optatum amorem.¶ Quintilianus: fiduciam igitur prę ſe ferat orator. ¶ Pro.in cõpoſitione & appoſitione complures habere ſignificationes Gellius.libro.x.colligit. Aliquãdo namque accipitur pro ante vt pro roſtris, procuria, prouideo, proſpicio. Saluſtius.in catili,quod ni maturaſſet pro curia ſignum ſocijs dare. Terentius:tibi proſpexi & ſtulticiæ tuę. Aliqñ pro in.vt pro muro.Saluſt.in iugurtha: Pro muro dies noctesque agitare.i.in muro , aut pro defenſione muri. Dicimus quoque pro patre habeo te.i.loco patris.proconſul,loco conſulis prouincię præfectus.¶ Palam ſemper apponitur, differtque a Coram,quod hoc ad perſonas,illud ad omnia pertinet:vel potius,vt dicit Vulpianus in libr.digeſtorum titul.qui eſt de verborum ſignificatione.l. Palam eſt coram pluribus ,coram etiam vno præſente, vnde Donatus pro exemplo poſuit palam omnibus. Reperitur etiam aduerbialiter poſitum. Terentius in eunuch. ſi falſum aut fictum cõtinuo palam eſt. ¶ Sine,nunquã in compoſitione reperitur:nam quod quidam dicunt ſyncerus dictus quaſi ſine cera, refelluntur a Valla,cum potius a ſyn præpoſitione græca compoſitum ſit.In appoſitione valet quantum abſque. Vergilius.iij. Georgicorum:te ſine nil altum mẽs inchoat.¶ Tenus, quam poſtpoſitiuam eſſe diximus contra naturam præpoſitionum, conſtruique in plurali cum genitiuo. Apuleius.ix. metamorph. Coſtas oſſium tenus renudati. Cicero ad Cælium. Illi rumores Cumarum tenus caluerunt. & Vergilius.iij. Georgicorum: crurum tenus a mento palearia pendent. Ouidius.tamen. xv. metamorph. pectoribuſque tenus dixit, & iterum in.xiij. Firmicus in prooemio.Matth.de ſtatu(inquit)corporis brachia humeris tenus diſſoluta ceciderunt. ſignificatque vſque ad.Seruius vero apud Vergilium dicit eſſe aduerbium: Feſtus, quod ſignificat finem , vt cum dicimus hactenus. In ſingulari ſemper poſtponitur ablatiuo. Idem in.ij. æneidos. capulo tenus abdidit enſem. Idem.in.iij.pube tenus poſtrema immani corpore piſtrix. ¶ Pręp oſitiones vtrique caſui deſeruientes quot ſunt? Quatuor ſunt huius ordinis præpoſitiones. In.ſub.ſuper.ſubter.¶ In. cum ſignificat ad locum vel contra locum,accuſatiuo apponitur. vt Vergilius.in.vj.Itur in antiquam ſyluam. Idem.in.ix. ibant in Eurialum.Et cum affectum ſignificat.vt Cicer.quæ fuit pietas in omnis ſuos. quando vero ponitur pro in loco, iungitur oblatiuo, vt in domo. in vrbe. In. compoſitione præter ſignificationes ſuperiores aliquando auget, vt inſignis. aliquando minuit, vt infamis. Sub quoque cum pro ante ponitur , vel per, accuſatiuum ſibi adiungi vult: vt Vergilius.j. Georgicorum:ſub ipſum arcturum tenui ſat erit ſuſpendere ſulco. Idem in.iij. ſub lucem exportant calathis. pro ante arcturum, & ante lucem. Ablatiuum vero deſiderat cum pro in loco ponitur. Vergilius.viij.æneidos:arma ſub aduerſa poſuit radiantia quercu. & in. vj. Ibant obſcuri ſola ſub nocte per vmbram. In compoſitione modo minuit, vt ſubluſtris. ſubrideo.Modo locum inferiorem deſignat, vt ſubeo ſuburbanus.¶ Super & Subter componuntur, vt ſuperpono ſubterlabor. In appoſitione autem differunt tantum poſitione. Nam ſuper partem ſuperiorem: ſubter, inferiorem , atque ſine interuallo ſignificat. vt ſuper aquas natat , ſubtus aquas vrinatur, ſuper lapidem ſedeo. ſubter terram iacet. Econtrario differunt Sub & ſupra , vt ſub cælo eſt terra. ſupra terram ignis. Cum ablatiuo quoque conſtruuntur, quando ponuntur pro ablatiui præpoſitione. Vergilius.j.æneidos: Multa ſuper priamo rogitans, ſuper hectore multa. pro de Priamo , de hectore. ¶ Præpoſitiones inſeparabiles. Præpoſitiones,quemadmodum ſupra diximus, aut ſeparabiles ſunt, aut inſeparabiles. Sed de ſeparabilibus dictum eſt, nunc incipit de inſeparabilibus differere: dicitque eſſe numero ſex. ſcilicet.¶ An, quæ valet circum. vt amburo amburis. ambio ambis. Ex an atque vro & eo.amplector.amputo amputas, anquiro anquiris. anſanctus anſancta anſanctum.¶ Con, quæ tantum valet, quantum ſimul & cum alijs, vt concors, compono, conquiro.¶ Dis,di, quæ ſeparationem ſigni

clam,de,e,ex,pro,præ,palam,ſine,tenus.
Præpoſitiones accuſatiuo , vel ablatiuo deſeruiẽtes quot ſunt? Quatuor.in.ſub.ſuper.ſubter.
Præpoſitiones inſeparabiles,hoc eſt, quæ nunquã niſi in compoſitione reperiũtur, quot ſunt? Sex.

ficant,differunt tamen:quoniam dis componitur cum dictionibus,quæ incipiunt a.c.vt diſcutio diſcutis, vel.p.vt diſputo diſputas,vel.q.vt diſquiro diſquiris.vel.ſ.vt diſſuo.is.vel.t.vt diſturbo.as.vel ab.i.cōſonante,vt diſiūgo.is.Cū incipiētibus ab.f.euphonię cauſa.s.mutatur in.f.vt a dis & fundo.is.diffundo.dis. ¶Di.vero cōponitur cū dictionibꝰ incipiētibꝰ a quacūq; alia cōſonāte:vt diduco.cis.digero.ris.diluo.is.diminuo.is.vel ab.r.vt dirimo.is.vel.u.conſonante.vt diuello.is. ¶Re aliquando ſignificat retro,vt reſpicio.cis.reuertor.tris. Aliquando ſignificat iterum.vt repeto.tis.requiro.ris.Aliquādo vertit ſignificationem in contrarium.vt recludo.dis.id quod eſt clauſum aperio.regelo.las.quod eſt gelatū liquefacio.recingo.is.retego.gis.reſero.as.¶Se.q̄ valet ſeorſū.vt ſeduco.cis.ſeparo.as.ſeiungo.gis.ſecerno.nis.

¶De Aduerbijs.Cap.X.

VBi quæ pars orationis eſt? Secunda pars ex indeclinabilibus eſt aduerbiū: quæ ſic deſiderat verbo ſubiungi,quēadmodū præpoſitio caſualibꝰ præponi.Diffinitur autē: Aduerbium eſt vna ex octo partibus orationis, quæ addita verbo, vnde & adiectiuum verbi dicitur,eius ſignificationem complet.Nam cum dico Antonius legit: nondum ſatis plane dixi,niſi adiecero qualiter legit:hoc eſt bene vel male.Nam eo modo ſe habent aduerbia verbis,quo adiectiua nominibus ſubſtantiuis adiuncta.vt prudens homo prudenter facit.bonus homo benefacit.Sed modus ille determinandi verbū, aut complet augetq; verbi ſignificationem,vt faciam ſatis,valde,nimium,iam.Aut mutat.i.in totum tollit.vt non faciam,nequaquam legam,minime audiā. Aut minuit,aliquidq; ex verbi ſignificatione remittit,vt parum facit,tepide legit,frigide audit. ¶Vnde dicitur aduerbium? Reſpondet aduerbiū ab eo dici,quod in illius diffinitiōe eſt expreſſum.hoc eſt,quod verbo ſemper adiungi deſiderat. Sed adiecit fere,quoniam & nominibus adiectiuis nonnunquam adiungitur,atque participijs adhuc frequētius,ipſaque tamquam verba modificatur:vt valde bonus,nimis doctus,ſatis facetus,vehementer iratus.¶Species aduerbiorum quot ſunt? Aduerbia,aut a ſe naſcuntur,vt nuper,ſępe:aut aliunde deriuantur.Idque fit,vel a nomine proprio:vt a Tullio tulliane,vel ab appellatiuo.vt ab oſtio oſtiatim:vel a pronoīe:vt meatim,vel tuatim:a meus & tuus.vel a verbo:vt a curro curſim.vel a nomine & verbo,vt a pede & tento pedetentim.vel a participio vt ab amans amanter,vel ab altero aduerbio,vt a nuper nuperrime.a ſæpe ſæpius & ſæpiſſime.aut a præpoſitione.vt ab inter interim.Exeūt autem aduerbia in varias terminationes,quemadmodum inueſtigare volenti,facile apparebit. ¶Figuræ aduerbiorum quot ſunt? Duæ(inquit)ſicut in nomine.Simplex,vt diu.Compoſita, vt interdiu. Eccum vero Valla contra Priſcianum,Sergiumque contendit,non eſſe compoſitum ex ecce & eum.vt ſit eccum,id eſt,ecce eum:vel potius ecce hunc.ſed ex ecce & hic.vt ſit eccum,id eſt,ecce hic,ſubaudi de quo loquebamur:nam ſi eccum in ecce eum reſolueretur,cum Terentius ait,eccum Parmenonem,quid ſibi volebat? an,quod iſti dicunt,ecce eum, aut ecce hunc Parmenonem, quod purgata mente nemo auderet dicere? ¶Significationes aduerbiorum quot ſunt? Complures ſunt aduerbiorum ſignificationes:ſed illas omnes ad paucas ſpecies reduximus. Quarum prima eſt aduerbiorum,quæ ex nominibus numeralibus deducuntur.vt ſemel,qđ vna(vt ſic dixerim)vice fit.bis duabē.eodē mō ter.quater.quinquies.ſexies.ſepties.octies.nouies.decies.vndecies.duodecies. tredecies. quatuordecies.quindecies.ſexdecies.ſeptemdecies.duodeuicies.vndeuicies.vicies vicies ſemel,vel ſemel & vicies vicies bis, vel bis & vicies.vicies ter,vel ter & vicies.vicies quater,vel quater & vicies.vicies quinquies,vel quinquies & vicies.vicies ſexies,vel ſexies & vicies.vicies ſepties,vel ſepties & vicies.vicies octies,vel octies & vicies.vel duo de tricies.vicies nouies,vel nouies & vicies,vel vndetricies.tricies.quadragies.q̄nquagies.ſexagies.ſeptuagies.octogies.nonagies.Cēties.ducēties.trecēties.quadringenties.quingenties.ſexcenties.ſeptingenties.octingenties.nōingenties,vel nōgenties. Millies.bis millies.ter millies.quater millies.quinquies millies.ſexies millies.ſepties millies.octies millies.nouies millies.decies millies.vicies millies.tricies millies.quadragies millies.quinquagies millies.Et eadem ratione coniungēdo aduerbia aduerbijs,quēadmodum numeros numeris adiūgere cōſueuimus.Pro eo quod vulgo dicitur cuento,latine dicimus decies centū millia.Pro eo qđ dos cuentos.vicies centū millia.Pro tribus,tricies centū millia. Pro quatuor,quadragies cētū millia.Pro quinq;,quinquagies cētū millia.Pro ſex,ſexagies cētū millia.Pro ſeptē,ſeptuagies cētū millia. Pro octo,octogies cētū millia. Pro nouē,nonagies cētū millia.Pro decē,cēties cētū millia.Pro vndecim,cēties,decies cētū millia.Pro viginti,ducēties cētū millia.Pro triginta,tricēcies cētū millia. Pro quadraginta, quadringenties centum millia. Pro quinquaginta, quingenties centum millia. Pro ſexaginta,ſexcenties centum millia. Pro ſeptuaginta, ſeptingenties centum millia. Pro octoginta,octingenties centum millia.Pro nonaginta,noningenties,vel nongenties centum millia.Pro centum,millies centum millia. Pro ducenties, bis millies centum millia. Pro tercenties, ter millies centum millia. Et eodē modo de reliquis q̄ ſequūtur.Quę numerandi ratio ex eo prouenit,qđ antiquiores autore Plinio.xxxiij.naturalis hiſtoriæ,non numerabant niſi ad centum milia:deinde numerum illum per aduer-

An.Con.Dis.Di.Re.Se.

Ad igitur cui caſui deſeruit? Accuſatiuo:quoniam tali caſui appoſita ſemper reperitur.

## ¶De erotematis Aduerbiorum. Caput decimum.

VBi quæ pars orationis eſt? Aduerbiū. Quid eſt aduerbium? Pars orationis indeclinabilis, quæ addita verbo ſignificationem eius aut complet,aut mutat,aut minuit:vt Iam faciam,nō faciam,parum faciam.

Vnde dicitur aduerbiū? Quaſi ad verbū:quoniā verbo ſemper fere adiungi deſiderat.

Species aduerbiorū quot ſunt? Duæ ſicut in noīe. Primitiua,vt nuper.Deriuatiua,vt nuperrime.

Vbi cuius ſpeciei eſt? Primitiuę:neq; enim habet aliquid,vnde deriuetur,quod ſit antiquius.

Figuræ aduerbiorum quot ſunt? Duæ ſicut in nomine.Simplex vt ecce.Compoſita vt eccum.

Vbi igitur cuius figuræ eſt? Simplicis figurę:neq; enim poteſt diuidi in partes ſignificatiuas.

Significationes aduerbiorū quot ſunt? Innumeræ. Nūeralis,vt ſemel,bis,ter,quater,q̄nq̄es,ſexies,



bia repetebant,vt ſupra docuimus.Sed de his in editione vltima introductionum plura diximus.¶Temporalis.Aduerbia tēporalia,aut ſunt temporis pręſentis,aut pręteriti,aut futuri.Pręſentis ſiue inſtantis eſt nunc,diei pręſentis hodie,proxime præteriti eſt heri:& deinceps nudius tertius,nudius quartus,nec amplius hæc ratio procedit,quanquam Plautus poetica,vel potius ſua licentia dixit nudius quintus,nudius ſextus,nudius ſeptimus.& deinceps. Cicero quoque in.v.philippica. Recordamini,qui dies nudius tertius decimus fuerit.& paulo poſt iterum. Philelphus quoque in quadam ep̄la dicere auſus eſt nudiꝰ decimꝰ ſeptimus.Hęc enim aut aduerbia ſunt,aut aduerbialiter poſita.De die proxime futuro dicimus cras,poſtea perendie.die quarti,die quinti,die ſexti,die ſeptimi,& deīceps:nā & hæc aduerbia eſſe A.Gellius eſt autor,qui ſcribit die quarti,die quinti,die ſexti,& ſimilia pro aduerbijs copulate poni,& ſubdit:hoc igitur intererit:quod die quarto de præterito dicimus.die quartæ vel die quarti de futuro.Eodem quoque modo dicendum eſſe putat die priſtini pro pridie.die craſtini pro cras.die perendini pro perendie. De tempore vero præſenti proximo ſiue illud ſit pręteritum,ſiue futurum modo,iam,dudum,vt modo feci,modo faciam.iam feci,iam faciam.dudum feci,dudum faciam. Vergilius ſecundo æneidos:iamdudum ſumite pœnas.Iuuenalis in.iij.dudum vigilantibus orbis. Hoc de præterito,illud de futuro:ſignificatque autore Valla ſpatium horæ vnius,aut paulo plus minus ve,ꝓ qualitate rei,de qua loquimur.De futuro quoque præſenti proximo dicimus:ſtatim,mox,continuo,illico.Nuper vero paucis diebus ante. Pridem & iampridem paucis menſibus.Olim & quondam de tempore a pręſenti remoto,ſiue illud ſit præſens ſiue futurum:aliquando de tempore indifferenti:De præterito Horatiꝰ:olim truncus eram ficulnus inutile lignum. Cicero in catilinam:fuit iſta quondam in hac repu.virtus.de futuro. Vergilius primo æneidos:certe hinc Romanos olim voluentibus annis.Et ſi dicas:veniet quondam illa dies,de tempore indifferenti.Vergilius quinto æneidos:quod tumidis ſummerſum tunditur olim.Idem ſecundo ęneidos:quondam etiam victis redit in præcordia virtus. Eodem quoque modo aliquando:vt aliquando factum fuit,aliquando fiet. Sunt & alia complura aduerbia temporis.vt ſemper.nunquam.ſæpe.raro. ¶Localis. Aduerbia quoque loci complura ſunt:ſed nunc tantum de diſcretis dicendum eſt,cum communia paſſim reperiantur. Itaque aduerbia localia in quadruplici ſunt differentia:nam aut ſunt in loco,aut de loco,aut ad locum,aut per locum. Vbi & vbinā quærit de loco in quo.vt vbi eſt Antonius. Vnde,quærit de loco a quo.vt vnde veniſti? Quo & quorſum,quærit de loco ad quem,vt quo is? Qua,querit de loco per quem,vt qua iturus es? Significātia locum in quo.Hic,vbi ego ſum.Ponitur etiam pro illic.Vergilius primo æneidos:hic illius arma,hic currus fuit.pro illic.Ponitur etiam pro tunc aduerbio temporis.Iuuen.hic tunc Vmbritius:quando artibus(inquit)honeſtis. Iſthic,hoc eſt,vbi tu es.Vergilius ſecundo æneidos:patet iſthic ianua lœto. Illic,vbi aliquis eſt.Iuue.viuat Arturius illic & Catullus.Vbi,quando grauatur,ſignificat in quo loco relatiue.Vergilius primo ęneidos:ſęuus vbi æacidę telo iacet Hector.Reſponſiue quoque grauatur.vt Vbi eſt Cęſar interrogāti,ſi dixeris vbi Pompeius:in primo ſyllaba finalis acuitur:in ſecundo grauatur.Eodem modo dicimus Sicubi,pro ſi in aliquo loco.Necubi,pro ne ī aliquo loco.Alicubi,ꝓ in aliquo loco. Vbiuis.vbiq;,vbilibet,vbiubi,vbicunque,ꝓ in quocunque loco.Ibi pro in eo loco.Ibidem pro in eo ipſo loco. Alibi pro in alio loco.Inibi,pro in eodē loco.Vſquā pro aliquo in loco.Nuſquam pro nullo in loco.Intus pro in parte interiori. Foris pro in parte exteriori.Supra pro in parte ſuperiori.Infra pro in parte inferiori. ¶Nomina vrbiū & oppidorum propria,ſi ſunt primę & ſecundæ declinationis ſingularia,ponuntur in genitiuo aduerbialiter,vt Romæ,ꝓ in vrbe Roma.Tarēti,pro in oppido Tarento.Si vero ſunt tertię declinationis,aut pluralia,ponuntur in abltō.vt carthagine.pro in vrbe carthagine.Vergilius quarto æneidos:tyria carthagine qui nunc expectat.Quanquā Seruius in locum illum Verg.dicit:nomina huiuſmodi locorum cum aduerbialiter ponuntur:non in ablatiuo,ſed in datiuo debere poni.Ait enim his verbis:tyria carthagine pro carthagini.& pro aduerbio in loco,de loco poſuit.Plaut.in prologo caſſinę:Ego aio hoc fieri in græcia & carthagini.Idem in ciſtella.fuere Sicyoni iam diu Dionyſia.Apuleius in libris floridorum ſemper carthagini,nūquā carthagine ponit aduerbialiter.ſic Hora. Romę tybur amē ventoſus tybure Romam.Idem quoque dicendum eſt de pluraliter declinatis.vt Piſis.fundis.trallibus,hoc eſt,in illis vrbibus. Sed in his nihil refert cum datiuus in terminatione ſimilis ablatiuo ſit.Ad ſimilitudinē ſuperioru ponuntur aduerbialiter illa togæ.i.in pace,militiæ.i.in bello.domi.i.in domo.ruri.i.in rure.veſperi.i.in veſpere.luci pro in die. Quđ ſi hęc in ablatiuo reperiantur,aut aduerbia non ſunt,aut ablatiuus pro datiuo ponitur.vt Hora.i.epiſto.quinque dies tibi pollicitus me rure futurum.Significātia locum ad quem:Huc.i.ad hunc locum in quo ego ſum.Iſthuc.i.ad iſtū locū ī quo tu es.Illuc.i.ad locū in quo aliquis eſt.Siquo.i.ſi aliquē locū.Ne quo.i.ne ad aliquē locū.Aliquo.i.ad aliquē locū.Alio.i.ad aliū locū.Vtroque.i.ad vtrumque locum. Quoquo quocūq;,quolibet,quouis.i.ad quemcunque locum.Eo.i.ad eum locum.Eodem.i.ad ipſum eundem locū.Intro.i.ad partem alicuius loci interiorem.Foras.i.ad partem loci exteriorem.Surſum.i.ad partem loci ſuperiorē.Deorſum.i.ad partem inferiorem.Siniſtrorſum.i.ad ſiniſtram partem.Dextrorſum.i.ad dexterā. Horſum.i.ad aliquem locum.Nomina quoque vrbium & oppidorum propria ponuntur aduerbialiter in accuſatiuo.vt Romam.i.ad vrbem Romam.Tarentum.Hiſpalim.piſas.fundos.hoc eſt ad illas vrbes. Significantia locū per quem.Hac,id eſt,per locum vbi ego ſum.Iſthac.i.per locum vbi tu es. Illac,id eſt,per locum vbi aliquis eſt. Siqua,id eſt,ſi per aliquem locum Ne qua,id eſt,ne per aliquem locum.Alia,id eſt,per alium locum. Quauis,qualibet,quacunque,id eſt,per quancunque partem.Vtraque,id eſt,per vtramque partē. Ea,id eſt,per eū locū.Eadem,id eſt,per eundem locum.Intus,id eſt,per locum interiorē.Foris,id eſt,ꝑ locū exteriorē.Noīa quoq; vrbiū & oppidorū ꝓpria pōuntur in abltō.vt Roma.i.per vrbē Romam.tarento.hiſpali.piſis.fundis.trallibus.per illas vrbes.Significantia locū a quo. Hinc.i.ab eo loco,vbi ego ſū.Iſtinc.i.ab eo loco vbi tu es.Illinc,id eſt,ab eo loco vbi aliquis eſt.Sicūde.i.ſi ab aliq̄ loco.Necūde.i.ne ab aliq̄ loco Aliūde.i.ab alio loco.Vtrinq;.i.ab vtroq; loco.Vndiq;.vndelibet.vndeuis.vñunde.vndecunq;,ꝓ ex quacūq; parte ſiue loco.Inde.i.ab eo loco.Indidē.i.ab eodē ipſo loco.Intus.i.a loco interiori. Foris.i.a loco exteriori.Superne.i.a loco ſuperiori.Inferne.i.a loco inferiori.Cęlitus.i.a cęlo

Temporalis,vt hodie,cras,perendie,heri,nuper.

Localis,vt hic,iſthic,illic,Huc,iſthuc,illuc.

Negatiua,vt non,haud,minime,nullatenus.

Nomina quoque vrbium & oppidorum ponuntur in ablatiuo aduerbialiter. vt Roma.i. ab vrbe Roma. Eodē modo Tarēto. Hiſpali. Piſis. Fundis. Trallibus.i. ab illis vrbibus. Reperitur tamen ſæpe apud autores huiuſmodi nominibus vrbium proprijs adiuncta præpoſitio. vt Cicero in Verrē: Ea die verres ad Meſſanam venit. Saluſt. in iugurtha: ad cirtham oppidum iter conſtituunt. Item in catilina: nam Brutus ab Roma aberat. Liuius. viij. ab vrbe condita: & ab lauinio venerant antiqua auxilia. Econtrario, cum nominibus regionum & prouinciarum prępoſitiones addi debeant: aliquando ab autoribus detrahūtur. Vergilius. j. æneidos: Italiam fato profugus lauinaque venit. i. ad Italiam ſocijs & rege recepto tendere. ¶Negatiua. Sunt aduerbia etiā negandi, per q̄ aliq̄d negamꝰ. vt nō. q̄d imperatiuo iūgi nō pōt. ſed alijs modis. vt nō lego. haud amo. minime doceo. nullatenꝰ audio. ¶Ne, particula potiꝰ eſt dehortatiua. vt Verg. iij. ęn. tu ne cędemalis, ſed cōtra audētior ito. Sed ī carmine iungit hæc p̄ticula imperatiuo & optatiuo. in proſa orōne aut optatiuo. vt Terē. i phor. q̄d vtinā ne phormiōi id ſuadere in mētē incidiſſet. Aut ſubiūctiuo. vt ſi dixeris: oro te, ne facias. ſed tūc cōiūctione ſt, & accipit̄ p̄ eo q̄d eſt vt nō. ¶Affirmatiua. Aduerbia affirmādi ſunt, p̄ q̄ aliq̄d affirmamus. vt etiā cū pro aduerbio cōſentientis accipitur. vt eſt in digeſtis titul. de verborū oblig. & reſponderit etiā. quid ni? nā & quid ni interrogatiue prolatum aduerbiū eſt affirmandi, exponiturq;. i. cur non? profecto. nimirū. nempe, certe, & ijs ſimilia. ¶Demonſtratiua. Demonſtrandi aduerbia ſunt, quibus aliquid quaſi digito indicamꝰ. vt en. ecce. q̄ nominatiuo & accuſatiuo iungi p̄nt. Verg. j. ęneid. En Priamus ſunt hic etiam ſua præmia laudi. Item in buc. En quatuor aras, ecce duas tibi daphin, duoq; altaria phoebo. Teren. in eunu. ecce autē alter, qui ſi occeperit amare. nam alter, non alterū eo loco eſſe legendum Donatus pręcipit. Plau. in bacchidibꝰ: opus ne erit tibi aduocato triſti, & iracūdo? ecce me. Hē. magis eſt poeticū affectui deſeruiens atq; admirationi. ¶Optatiua. Optandi aduerbia ſunt, q̄ optatiuo modo iūgi poſſunt. vt Verg. in buc. o tantum libeat mecum tibi ſordida rura. Si, idem. vj. æn. Si nunc ſe nobis ille aureus arbore ramus. Vt Hor. ij. ſer. Iupiter vt pereat poſitū rubigine telum. Vtinam. Vergil. j. æn. Atq; vtinam rex ipſe noto compulſus eodem afforet Aeneas. Iūgimus etiam hęc, vt o ſi. o vtinā. Ouid. in epiſt. Penelopes: o vtinā tunc cū Lacedæmona claſſe petebat. Perſius: o ſi ebuliat patrui præclarū funus, & o ſi argenti crepet mihi ſeria. ¶Ordinatiua. Ordinādi aduerbia ſunt, quibus medijs plura ordinamus. vt cōtinuo. Verg. vj. æn. cōtinuo auditæ voces, vagitus. Deinde. idē in eodem: proxima deinde tenent mœſti loca. Deinceps. Cice. iiij. tuſc. q. vt deinceps qui accubarēt, canerēt ad tibiam. ¶Interrogatiua, quibus interrogamus. vt cur. Iuue. cur deſiderio bibulæ ſertorius ardet? Quare. Mar. nec poſſum dicere quare. ideſt quāobrem, & quapropter. Nūquid, & nū. Ouid. in epi. ſapphus. nūquid vbi aſpecta eſt ſtudioſæ litera dextræ. ¶Dubitatiua, quibꝰ ſignificamꝰ nos dubitare. vt fors. Verg. xj. æn. Fors vt vota facit cumulataq; altaria donis. pro forte & fortaſſe, forſam. forſitā. forſit. Hora. j. ſer. quia non vt forſit honorem iure mihi inuideat. ¶Vocatiua, quibus aliquē vocamus. vt o regina nouam cui condere Iupiter vrbem. neq; enim articulus eſt, quoniā ſexum non demonſtrat. Heus, quod vocantis ſimul & hortantis eſt. vt idem in eodē: ac prior heus (inquit) iuuenes mōſtrate. Oho vocantis quoq; eſt, ſed magis poeticum. ¶Diſcretiua, quibus diſcernimꝰ & ſeparamus. vt ſeorſum. ſeorſis. Verg. Ineſt & non, pariter nonnunquā, ſæpe ſeorſis. Diuiſim. ſeparatim. ſigillatim. diſtincte. bifariam. trifariam. multifariā. ¶Cōgregatiua, quibus multa in vnū cōgregamus. vt ſimul. vna. pariter, quæ temporis & loci ſunt. ¶Iuratiua. Sunt & aduerbia iurādi. vt Hercule. me hercle, mehercule. ideſt per Herculem. vel ita me Hercules amet. Caſtor, mecaſtor. ideſt per Caſtorem. vel ita me caſtor amet. & ſic mediusfidius, ideſt, per Iouis filium. ¶Hortatiua. Exortādi aduerbia ſunt. eia. Horat. j. ſermo. eia quid ſatis? Age. agite, agedum. ſed per age vnum exortamur, per agite plures. per agedum vnum & plures. Quintil. agedum ſi videtur, extra portas proſpicite. dicimus quoq; coniunctim. eia age. Vergilius. in. iiij. æneidos: Eia age rumpe moras. ¶Intenſiua. Intenſiua ſunt, quibus intenſe, ac nimium aliquid fieri, aut eſſe ſignificamus. vt valde. penitus. omnino. vehementer. funditus. ¶Remiſſiua Sunt his contraria, per quæ aliquid fieri remiſſe & frigide dicitur, vt ſenſim. paulatim. pedetentim. frigide, tepide. ¶Diminutiua. vt clam. clanculum, & quæ ab adiectiuis diminutiuis fiunt. vt a bellus belle. ab argutulus argutule. a molliculus mollicule. ¶Comparatiua, quæ a comparatiuis deriuantur. vt a maior magis. a melior melius. a fortis fortius. Superlatiua. quæ a ſuperlatiuis deriuantur. vt ab optimus optime. a maximus maxime. a fortiſsimus fortiſſime. ¶Similitudinis aduerbia ſunt, quaſi. ceu. velut. veluti. ſicut. ſicuti. vt. vti. Hæc etiam coniunctionum vim habent cauſalium, vt poſtea dicemus ſuo loco. ¶Quantitatis aduerbia ſunt multum. parum. nimis. ¶Qualitatis aduerbia latiſsime patent: nā & ab omnibus fere noībꝰ adiectiuis ducūtur. vt a bonus bone. a malus male, & a participijs, vt a docto docte. ab amante amanter. ¶Sunt multę aliæ aduerbiorum ſignificationes: vt quæ dicitur Attractiua, quæ (vt ſupra memorauimus) autore Quintilian. a quibuſdam pars orationis diſtincta ab alijs partibus ponitur, vt viritim, per ſingulos viros, oppidatim, per ſingula oppida. municipatim, per ſingula municipia.

Affirmatiua, vt etiam. profecto. nimirum.
Demonſtratiua, vt. en, ecce.
Optatiua, vt. o. ſi. vt. vtinam.
Ordinatiua, vt continuo. deinde. deinceps.
Interrogatiua. vt cur? quare? quāobrem? nūquid?
Dubitatiua. vt fors, forte. fortaſſe. forſan. forſitan.
Vocatiua. vt. o. heus. oho.
Diſcretiua, vt ſeorſum. diuiſim. bifariam.
Congregatiua, vt ſimul. vna pariter.
Iuratiua, vt ædepol. me Hercule. mecaſtor.
Hortatiua. vt eia. age. agedum, agite.
Intenſiua. vt valde. penitus. vehementer.
Remiſſiua. vt ſenſim. paulatim. pedetentim.
Diminutiua, vt belle. argutule. clanculum.
Comparatiua, vt magis. melius. fortius.
Sperlatiua. vt maxime. optime. fortiſſime.
Similitudinis, vt ceu. ſicut. tanquam.
Quantitatis, vt multum. parum. minimum.
Qualitatis. vt bene. docte. ſapienter.
Vbi igitur cuius ſignificationis eſt? Localis.



De interiectione. Cap̄. xj. Interiectionem (quēadmodum ſupra memorauimus) gręci inter aduerbij ſignificationes annumerant: quia hęc quoque: ſicut & aduerbium, verbo adiungitur aut expreſſo, aut ſubintellecto. vt ſi dicas: papę quid video, vel ſi p̄ ſe dicas: papę ſubauditur miror, vel aliud verbū, q̄d admirationē ſignificet. Latini vero interiectionē ab aduerbio ſepararūt: aut quia videtur in ſe ſe affectū habere verbi, & plenā motus animi ſignificationē, etiā ſi nō addatur verbū: vel quia cum articulis careāt, voluerūt æquare cū græcis partes orationis: vt hac vna ratione octo eſſent apud noſtros, quēadmodū & apud illos. Dicit igitur partes diffinitionis explicās: interiectionē eſſe vnā ex octo partibꝰ oratiōis. Sed quia ex illis quatuor ſunt declinabiles, & quatuor indeclinabiles: dicit vnā eſſe ex quatuor indeclinabilibus ſignificantē affectū. i. paſſionē: in quo (vt diximus) latini eā ab aduerbio differre voluerūt. Quod vero addit voce incōdita, hoc etiā illam aduerbio ſe iūgit: quoniā per exclamationē quādā & vocē incōditā. i. prope inarticulatā profertur. Interiectio autē ideo eſt appellata, quod ſeriem orationis rūpens interijcitur: & cum aliquo mentis affectu profertur. vt Verg. j. æn. nauibus infandum amiſſis vnius ob iram prodimur. Ordo enim erat nos prodimur nauibꝰ amiſſis ob irā vnius Iunonis, ſed cū exclamatione interiecit Infandū, quaſi dicat, pro ſcelus indignum. Habet igitur interiectio varias ſignificationes. ¶Lugētis Terē. in eu. cū inducit Dorum lugentem. hei. hoi. dicit. heu quoque & hei, quę dolentis diximus, etiā lugentis ſunt. ¶Dolētis. Verg. li. j. hei mihi qualis erat. Idē in. x. o dolor, atq; decus magnum. Idē in buc. ah ſilice innuda cōnixa reliquit. ¶Timētis. Terē. in and. hei vereor ne q̄d Andria apportet mali. Idē in eadem. hei metui a Chriſide. Vergil. in buc. ah ne te frigora lædant, ah tibi ne teneras glacies ſecet aſpera plantas. ¶Exultātis. Terē. in heautō. vah ergo mea Antiphila. Idē in adel. oh lachrimo p̄ gaudio. ¶Admirātis. Ter. i eu. papę facie honeſta. & iterū. papæ noua figura oris. Idem in and. vah cōſiliū callidū. ¶Exclamātis. Luc. p̄ ſi remeaſſet in vrbem. Teren. in and. vah perij: hoc malum integraſcit. & illud ex euangel. vah qui deſtruis templum dei. ¶Ridentis. Terent. in and. ha ha he. mirum vero. Idē in Eunu. ha ha ha. defeſſa iam miſera ſum te ridendo. ¶Deridentis. Terent. in and. hui tam cito (ridiculum. Idē in eu hui mihi illam tu laudas. ¶Silētis. Teren. in. Eu. au ne comparandus hic quidem ad illum eſt. Idem in eodem: au obſecro mea Pythias. ſi. quod eſt ſilentis apud Terētium. apud Plau. ſt. legitur. ¶Laudantis. Mart. effecte, grauiter, cito, nequiter, euge beate. & illud ex pſalmo: Qui dicunt mihi euge euge. ¶Vitantis. Teren. in Eu. apageſis, ego formidoloſus. Idem in eadem: apagete. ¶Vocantis. Ouidius. ecquis io ſylue crudelius, inquit, amauit. Terent. in adel. oh qui vocare. ¶Deprehendentis. Terent. in. An. at at hoc illud eſt, hinc illæ lachrymę. Idē in Eu. at at data hercle verba. ¶De coniunctione. Cap̄. xij.

¶De erotematis interiectionum. Cap̄. xj.

HEu, quę pars orationis eſt? Interiectio. Quid eſt interiectio? Pars orationis indeclinabilis affectum mētis incondita voce ſignificans.
Vnde dicitur interiectio? Ab interijciendo; eo q̄d alijs partibus orationis interijcitur.
Interiectioni quot accidunt? Sola ſignificatio.
¶Significatiōes interiectionū quot ſūt? Plures.
Lugētis, vt heu. hoi. hei, Dolentis, vt hei. ah.
Timentis, vt hei. ah. Silentis. vt au. ſi. ſt.
Exl'tātis, vt euax vah. oh. Laudantis. vt euge.
Admirātis, vt papę. vah. Vitātis. vt apage. eſis. ete.
Exclamātis. vt pro. vah. Deprehendētis. vt at at.
Ridentis, vt ha. ha. he. Vocantis, vt io. oh.
Deridētis, vt hui. Heu cuiꝰ ſiḡnationis eſt? lugentis.

¶De erotematis Coniunctionū. Cap̄. xij.

ET, quę pars orationis eſt? Coniunctio. Quid eſt cōiunctio? Pars orationis indeclinabilis connectens, ordinanſque ſententiam.
Vnde dicitur coniunctio? Ab eo quod cōiūgat, & orationi pro vinculo interponatur.
Coniunctioni quot accidunt? Tria. Figura. Ordo. Poteſtas, ſiue Species, ſiue Significatio.
Figuræ coniūctionis quot ſunt? Duæ ſicut in nomine. Simplex. vt at. &. Cōpoſita, vt atq;. etem.
Et, cuius figuræ eſt? Simplicis figuræ.
Ordo coniunctionis quotuplex eſt? Triplex. quædā enim ſemper præponūtur. vt et. ac at aſt. aut. vel. nec. ne. neq;. Quędam ſemper poſtponuntur. vt q;, ne. ue. quidē, quoq;. autem. vero. enim. Quędam modo pręponuntur. modo poſtponūtur. vt atq;. igitur. itaq;. quoniam, quia. etſi.
Et, cuius ordinis eſt? Præpoſitiui.
Poteſtates coniunctionis quot ſunt? Complures.
Copulatiua, quę ſenſum & verba cōiungit. vt et, q;. atq;. quoq;. autem. vero. quidem.
Diſiunctiua, quæ quāuis dictiones coniungit, ſenſum tamē diſiūctū habet. vt aut. vel. ve. ſiue. ſeu.
Subdiſiūctiua eſt, quę voce diſiuncta vtrūq; adeſſe ſignificat, vel ſimul, vel diſcrete. vt Alexander ſiue Paris dormit, vel legit tota die.

VLtima ex quatuor indeclinabilibus oratiōis partibꝰ eſt cōiūctio: cuius p̄priū eſt diuerſas oratiōis partes cōiūgere. Itaq; diffinitur: Cōiūctio eſt pars oratiōis indeclinabilis cōnectēs, ordināſq; ſententiā. Cōnectēs inquā, q̄n ſimul res aliquas ineſſe ſignificat. vt Aeneas pius & fortis. vl' cōnectēs verba, & diſiungēs ſentētiā. vt Aeneas bonꝰ, vel malus. Ordinās, q̄n alterū ſequitur ad alterū. vt ſi currit, mouetur: ex his manifeſtū eſt vnde cōiūctio dicitur. ¶Cōiūctioni quot accidūt? Priſc. dicit tria. figura, ordo. ſpecies, quā alij poteſtatē, alij ſignificationē appellāt. ¶Figuræ coniunctionis quot ſunt? Duæ reſpondet ſicut in nomine. ¶Ordo cōiūctionis quotuplex eſt? triplex inquit. Deinde membra diuiſionis explicat. ¶Poteſtates coniunctionis quot ſunt? Et quia non habent certum numerum, dicit eſſe complures: & enumerat quaſdam ex ijs, quæ ſunt magis notæ. hoc eſt copulatiuam. diſiunctiuam. ſubdiſiunctiuam. cauſalem. collectiuam. dubitatiuam. aduerſatiuam. approbatiuam completiuam.

Cauſalis, quæ cauſam continuationis explanat, vt quoniam, nam, namque, enim, vt.
Collectiua, ſiue illatiua, quę ſuperiora colligit, vt igitur, ergo, itaq;, quare, quapropter, quamobrem.
Dubitatiua, quæ dubitationem aliquam cum interrogatione ſignificat, vt an, ne, necne.
Aduerſatiua, quæ aduerſam ſententiam ſequenti aut pręcedenti monſtrat, vt licet, quamquã, quãuis, etſi, ſaltem.
Approbatiua, quæ rem aliquam approbat. vt ſi, ſiquidem, quando, quandoquidem, quidem.
Completiua, quę ornatus cauſa, aut metri neceſſitate ponitur. vt quidem, enim, nam, nãq;, vero.
Cauſalis rurſus diuiditur in continuatiuã, ſubcontinuatiuam, adiunctiuam, effectiuam.
Continuatiua eſt, quæ continuationẽ, & cõſequentiam rerum ſignificat: vt ſi, cum, dum, vbi.

¶Cauſalis rurſus diuiditur in continuatiuã, ſubcõtinuatiuã, adiunctiuã, & effectiuã. De quibus ſingulis oſtendit, & quę ſint ſubiungens exemplum cuiuſque. Sed quia coniunctiones ſub eadem voce inueniuntur diuerſarum poteſtatũ, ſiue ſignificationũ, viſum eſt de ſingulis aliquid dicere. Idque ſecundũ ordinę alphabetarium, quo facilius volenti inquirere occurrant. Ac, igitur reperitur copulatiua: vt bonus ac ſapiens. Reperitur etiam poſita pro quam. vt Vergil. Ac ſecus ac iuſſi faciunt. Saluſtius in iugurtha: caſtra mouebat iuxta, ac ſi hoſtis adeſſet. At, pro ſaltem aduerſatiua eſt. Verg. vi. æñ. At ramũ hunc agnoſcas. Eſt etiam exclamãtis aduerbium. vt Hor. in epo. at o deorum quicquid in cælo regis terras. Verg. ij. At tibi pro ſcelere exclamat, pro talibus auſis. Aſt e diuerſo copulatiua. Verg. i. æñ. Aſt, ego, quæ diuũ incedo regina Iouiſque. ſed tantum poetice, quoniam. s. recipit. at, vt cum breuis eſſet, produceretur. Atque copulatiua eſt. Verg. i. æñ. Atque equidem memini teucrum ſidona venire. Reperitur etiam poſita pro quã. Terẽ. in phormione, ne ſimili vtamur fortuna, atq; vſi ſumus. Atqui, inter collectiuas ponitur a Priſc. Teren. in Eunu. Atqui ita opus eſt. An, dubitatiua ſimul eſt, & interrogatiua. Verg. i. æñ. An phebi ſoror, an nimpharum ſanguinis vna. Idem. iij. eloquar, an ſileam? Inter an & aut Quintilia. hoc diſtare putat: quod per aut non poſſumus interrogare, per an poſſumus. Aut diſiunctiua eſt. Iuue. aut dic, aut accipe calcem. Vergil. ij. æñ. aut terebrare cauas vteri, & tentare latebras. Reperitur etiam copulatiua pro &. Autem, reperitur copulatiua. vt Abraam genuit Iſaac, Iſaac autem genuit Iacob, Iacob autem genuit Iudam. reperitur etiam completiua. Cum, reperitur cauſalis ſimul, & adiunctiua. Verg. in buc. cum faciam vitulam pro frugibus, ipſe venito. Dum, quoque cauſalis ſiue adiunctiua reperitur. Verg. multa quoque & bello paſſus dum conderet vrbem. Ergo, collectiua, ſiue illatiua, ſiue rationalis. Lucanus: ergo pari voto geſſiſti bella iuuentus. reperitur etiam completiua. Terent. mihi ne? tibi ergo. Enim, cauſalis reperitur frequenter, ſed & completiua. Verg. i. æñ. Progeniem ſed enim Troiano a ſanguine duci audierat. Idem in eodem: hic tibi fabor. n. quando hæc te cura remordet. Sed cum eſt cauſalis ſemper poſtponitur: præpoſita vero ſemper ponitur completiue ſequente vero, vel non ſequente. Terentius in adel. enim non ſinam. Idem in Andria: enim vero Daue nihil loci eſt ſegniciæ. Equidem, reperitur approbatiua. Vergilius: Non equidem inuideo, miror magis vndique totis. Idem. xij. ęneidos: equidem merui, nec deprecor, inquit. poteſt etiam poni completiue. Et, ponitur copulatiue, vt Aeneas pius & fortis. Ponitur etiam cauſalis pro quia. Quintilianus libro primo: Harum verba effingere imitando conabitur puer: & natura tenaciſſimi ſumus eorum, quæ rudibus annis percipimus. Reperitur etiam completiua, cum pręponitur ſibi ipſi, vt Aeneas & pius & fortis fuit. Primum enim & abundat, ſed ponitur ornatus cauſa: quod & de reliquis copulatiuis & diſiunctiuis dici poteſt. Etſi, aduerſatiua eſt, cui reſpondet tamen. Cicero in oratione pro milone: Et ſi vereor iudices ne turpe ſit. & ſequitur: tamen hæc noui iudicij noua forma. Etiamſi, aduerſatiua eſt, quemadmodum tametſi, quibus æquę reſpondet tamen. Igitur, itaque, idcirco collectiuæ, ſiue illatiuæ, ſiue rationales ſunt. Cicero pro ligario: habes igitur, quod eſt accuſatori maxime optandum confitentem reum. Idem in eodem: itaque quo me vertam neſcio. ex ſuperius namque dictis hæc inferuntur. alias completiuę ſunt. Imo, illatiua quoque eſt ſed e diuerſo: vt Teren. dictum puta, imo aliud. Ne, dubitatiua ſimul & interrogatiua eſt. Verg. i. æneidos: qui teneant, nam inculta videt, homines ne, ferę ne. Idem in. xi. iuſticiæ ne prius mirer, belli ne laborum. Dicimus etiam nonne pro an non. Vergil. in buc. nonne fuit ſatius triſtes amarillidis iras, atque ſuperba pati faſtidia: nonne menalcam? Iungitur etiam abſciſſa per compoſitionem cum alijs partibus orationis. Vergilius. iij. æneidos: pyrrhin connubia ſeruas? pro pyrrhine ſeruas connubia. Idem in. x. Omnipotens genitor tanton me crimine dignum duxiſti? pro tantone. Inuenitur etiam ne approbatiua, quod eſt quando nec dubitatiue, nec interrogatiue ponitur, vt Horatius. ij. ſermo. clarus erit fortis, iuſtus, ſapiens, ne etiam rex. Idem in eodem: o ſeri ſtudiorum, quine putetis. Reperitur quoque ne cauſalis. & Neu a ne & ve compoſita. Vergilius. ij. æneidos: ne recipi portis, aut duci in mœnia poſſet, neu populum antiqua ſub religione tueri. Necne quoque pro an non, dubitatiue ſimul & interrogatiue ponitur. Cicer. pro Flacco: vtrum vultis prætori flacco licuiſſe, necne? Nec, & neque, copulatiuæ ſunt per abnegationem, vt ſi dixeris: Antonius non legit, neque lecturus eſt, aut nec lecturus eſt. Nam, & namque cauſales ſunt. Vergilius. æole. namque tibi diuum pater, atque hominum rex. Reperiuntur etiam completiuæ, vt idem in. v. heu quia nam tanti cinxerunt æthera nymbi. Quam, reperitur electiue poſita. Terent. in and. quæ inhoneſte hic voluit diuitias parare, quam honeſte in patria pauper viuere. Quamuis, & quamquam aduerſatiuæ ſunt, quibus reſpondet tamen, quod aliquando ſubintelligitur. vt Vergilius ſecundo. æneidos: quamquam animus meminiſſe horret, luctuque refugit, incipiam ſubandi tamen. Quę, copulatiua eſt, ponitur etiã nonnunquam completiue. Vergilius. v. ęn. dixitque, & pręlia voce diremit. Quia, ſubcontinuatiua eſt, reperitur autem in ſacris literis frequenter pro vel adiunctiua ſiue cauſali. Quidem, a Priſc. inter completiuas ponitur, quod multis teſtimonijs confirmat. itaque miror tantam auiditatem fuiſſe Hierony. Paulum apoſtolum reprehendendi. Tractans enim verba illius, quę ſunt ſcripta ad Coloſſenſes: Nemo vos ſuperet in humilitate mentis. Illud (inquit) quod crebro diximus, & ſi imperitus ſermone, non tamẽ ſciẽtia.



Subcõtinuatiua eſt, quæ cauſam cõtinuationis oſtendit cum eſſentia rerum; vt quoniam, quia.
Adiunctiua eſt, quę verbis ſubiunctiuis adiſigitur, vt ſi, vt cum, vbi, quãdo.
Effectiua eſt, quæ reddit cauſam effectus, vt enim, namq;.
Et, cuius poteſtatis eſt? Copulatiuæ.

¶De partibus orationis, quę alię pro alijs: & pro ſe inuicẽ ponuntur. Cap. xiij.

QVę partes oratiõis alię pro alijs ponuntur? Omnes fere, quẽadmodũ quę ſequũtur.
Nomen pro participio. vt ſibilus, pro ſibilans.
Nomen pro aduerbio, vt recens pro recenter.
Nomen ꝓ interiectione. vt infandũ voce incõdita.
Nomen pro cõiunctione, vt quare, quamobrem.
Pronomen ꝓ nomine ꝓprio. vt ego ꝓ Antonius.
Pronomen pro aduerbio. vt hoc pro huc.
Pronomen ꝓ coniunctione vt ideo ꝓ propterea.
Verbũ pro noĩe. vt amare ꝓ amore. viuere ꝓ vita.
Verbum pro aduerbio. vt amabo, ſodes.

nequaquã Paulũ de humilitate: ſed de conſcientię veritate dixiſſe etiã nunc approbamus. & quod Apoſtolus in eadem epiſtola ſubdit: Quæ ſunt rationẽ quidẽ habẽtia ſapientię. hoc ait loco quidẽ coniunctio ſuperflua eſt, quod in pleriſque locis propter imperitiam artis grãmaticę apoſtolum feciſſe reperimus: neque enim ſequitur ſed, vel alia cõiunctio, quę ſolet, vbi quidem poſitũ fuerat, reſpondere: nã quidem plerumque aduerſatiua reperitur. Hæc Hierony. Quin, teſte Priſc. ponitur collectiue ſiue illatiue. Vergil. x. ęñ. quin occidit vna ſarpedon mea progenies. ponitur etiam pro cur nõ præſenti indicatiui iuncta, & ſemper interrogatiue. vt Perſius: quin damus id ſuperis de magna quod dare lance. Vergil. in buc. quin aliquid ſaltem viminibus, mollique paras detexere iunco? vtrobique pro cur non. ponitur & pro quod non cum ſubiunctiuo. Idem in. iij. æñ. hic tibi ne qua moræ fuerint diſpendia tanti quin adeas vatem. ¶Si, adiunctiua eſt cũ verbo ſubiũctiuo adiuncta, vt ſi legeris, eris doctus. eſt etiam ſi cauſalis ſiue continuatiua. vt ſi ſtertit, dormit. ſi ambulat, mouetur. ¶Eſt quoque approbatiua cum indicatiuo iũcta. Vergil. i. æñ. ſi quid vſquã iuſtitię eſt, & mẽs ſibi cõſcia recti. Idem in. ij. Dij, ſi qua eſt cælo pietas, quæ talia curet. Reperitur etiã abnegatiua. Verg. x. æñ. Tu nunc ſtares immanis truncus in armis. eſſet par ætas: & idẽ ſi robur ab annis. Eſt aũt coniunctio abnegatiua, quæ verbis coniuncta poſſe fieri rem oſtendit, ſed propter cauſam aliquam, ne fiat impediri, vt feciſſem ſi potuiſſem. Saltem aduerſatiua eſt. Vergil. iiij. æñ. ſaltem ſi qua mihi de te ſuſcepta fuiſſet. Sed, & Sedenim copulatiuę ſunt ex aduerſo. Verg. i. æñ. progeniẽ, ſedenim Troiano a ſanguine duci. Seu & ſiue diſiunctiuæ ſunt. Vergil. ij. æñ. ſiue errore viæ, ſeu tempeſtatibus acti. Reperiũtur etiã ſubdiſiunctiuæ, vt ſi dixeris: alexander, ſiue paris: atrides, ſeu agamẽnon. Tamen aduerſatiua eſt, reſpondens illis etſi. tametſi, quamuis, quamquam. Cicero pro milone, & ſi vereor iudices. deinde ſequitur: tamen hæc noui iudicij noua forma. &c. Reperitur etiam complectiua cum ſuperiori aduerſatiuæ non reſpondet: vt apud Papinium. xi. thebai. me miſeram vinces: tamen hęc prius arma neceſſe eſt experiare domi. Tametſi aduerſatiua eſt, quemadmodum eius ſimplex & ſi. Tum copulatiua eſt, iungitque res pares cum ſuccedit alteri tum: cum vero ſuccedit coniunctioni cum, iungit aliquid quod maius eſt. vt Laurentius diligentiſſime colligit. Ve & vel, diſiũctiuę ſunt. Reperitur etiã vel ſubdiſiunctiua ſimul. vt Terẽ. in Eunu. vel rex ſemper maximas mihi gratias agere. pro etiam poſuit. Reperitur & ſubdiſiunctiua diſcrete. vt ſi dixeris: Toto die vel dormit, vel legit. Vero, copulatiua ſiue diſtributiua eſt, quia diſtribuit diuerſas res diuerſis perſonis, vt Aeneas fuit pius, Vlyſſes vero callid9. Reperitur etiã completiua. Vt, cauſalis eſt: vt ſi dixeris: Venio, vt legam: exerceo te, vt ſis ſanus. Reperitur & adiunctiua. Vt Terentius: ſi eſt (inquit) patruę, vt Antipho culpam in ſe admiſerit.

DE partibus orationis, quę alię pro alijs: & pro ſe inuicem ponuntur. Cap. xiij. Solet turbare hoc plerumque grammaticę artis ignaros, quod eandem particulam ſub diuerſis partibus orationis reperiunt. Itaque cum ſingulatim de octo partibus orationis diſputatum ſit, hoc in loco inducit caput, in quo oſtendit, quemadmodum particulę quędam orationis ponuntur pro alijs, quam in prima poſitione fuerant: atque rurſus, quędam ponuntur pro ſeipſis inuicem, vt nomen pro nomine, pronomen pro pronomine. &c. ¶ Nomen igitur pro participio poſitum reperitur; vt apud Vergilium ſecundo æneidos: ſibila lambebant linguis vibrantibus ora. vbi Seruius. dicit ſibila poni pro ſibilantia, nam participium eſt. Idem primo Georgicorum. coruſca fulmina molitur dextra: quod eodem modo pro coruſcantia exponit. ¶ Nomen pro aduerbio. vt recens pro recenter. Vergilius. iij. Georgic: ſole recens orto, aut noctem ducentibus aſtris. Saluſtius. coria recens detracta veluti glutino adherebant. Gellius. lib. xi. recens natis notum & familiarem victum offert. Vergilius. ij. Georgic. Flos apprima tenax, pro apprime. & in eodem: denſa ſere. pro denſe. & in. iij. aſper acerba ſonans, pro acerbe. ¶ Nomen pro interiectione. Vergilius. i. ęneidos: nauibus infandum amiſſis vnius ob iram. neque enim aduerbium tantum eſt hoc in loco infandum pro infande: ſed quia cum affectu mentis profert incondita voce, interiectio eſt. hoc enim tantum interiectio ab aduerbio diſtat: quẽadmodũ ſuis locis diximus. ¶ Nomen pro coniunctione, vt quare, quæ ex quis & res componitur, quamobrem, quapropter ex nomine & præpoſitione. ¶ Pronomen pro nomine proprio, ſemper. n. pronomen ſic ponitur, vt ex illius diffinitione manifeſtum eſt: ſed ſuus. a. um. plerumque pro proprius. a. um. reperitur, vt ſuum eſt hominis ridere. i. proprium. ¶ Pronomen pro aduerbio. Vergil. viij. æn. hoc tunc ignipotens cęlo deſcendit ab alto. vbi Seruius inquit: hoc pro huc poſuit ſecundum antiquum morem. nam antea hoc aduerbium loci fuit, nunc aboleuit ſicut illo pro illuc. ¶ Pronomen pro coniunctiõe, vt ideo, quę ab id & eo componitur, propterea, quæ ex propter & ea: quapropter, quæ ex qua & propter. ¶ Verbum pro nomine. Teren. in eunu. extrema linea amare nonnihil eſt. pro amoris. Perſius, noſtrum iſtud viuere triſte. pro vita triſtis. ¶ Verbum pro aduerbio. Mar. dic inquis rogo Marce, dic amabo. nã aduerbium blandientis eſt: quemadmodum & ſodes, quo frequenter vtuntur poetæ comici.

¶Verbum pro interiectione,vt age pro eia. Verg.iiij.æñ.verũq; cõiunxit dicens: eia age rũpe moras. Idẽ in.j.quare agite o iuuenes. ¶Verbum pro coniunctione Luca.in.vij. omnia maiorum vertamus buſta licebit.pro quamuis.Mar.laxior hexaphoro tua ſit lectica licebit.Ouid.j.meta.placeat ſibi quiſque licebit. Hora.j.ſer.licebit ille repotia natales alioſue dierũ. De licet pro quãuis,vbique ſe offerũt exẽpla. ¶Participium pro nomine,de hoc abunde ſumus dicturi libro in ſequenti,cum diſputabimus quot modis participium tranſit in vim nominis. ¶Participium ꝓ aduerbio.Verg.vi.æñ. ac belua Lernę horrendum ſtridens.pro horrendę. ¶Præpoſitio pro aduerbio. Verg.i.æñ.poſtquam introgreſſi,& coram data copia fandi. Iuue. Fient iſta palam.imo( quemadmodũ ſępe diximus)quoties præpoſitio nõ iungitur caſibus,aduerbium eſt ¶Prępoſitio pro interiectiõe,vt pro , cum circunflectitᷣ,quæ( vt ait Priſcia.) interiectionis loco ponitur. Saluſt. in catil:Pro deum atq; hominũ fidẽ. Vergil. iiij. pro Iuppiter ibit hic ,ait. Idem in buc.a ſilice in nuda connixa reliquit, vbi Seruius. (inquit) ad hoc pertinet præmiſſa dolentis interiectio. Sunt,quia ſpiratiõem in fine addant differentię cauſa. ¶Præpoſitio pro cõiunctiõe,vt ꝓpterea, quapropter. ¶Aduerbium pro nomine.vt Mart. luſiſtis,ſatis eſt. & ſi dixeris:ſatis eſt mihi diuitiarum. Vergil.vij.æñ.terrorum & fraudis abunde eſt. ¶Aduerbium pro coniunctione. Idem.j.ęñ. hic tibi fabor enim, quando hæc te cura remordet. ¶Coniunctio pro aduerbio, vt cum pro quando. Imo frequenter aduerbium & coniunctio ſibi cedunt:ita vt non facile quibuſdam in locis diſcernere poſsis cõiunctio, an aduerbium ſit aliqua particula oratiõis. ¶Coniunctio pro interiectione. Hora.ij. ſer. vt pereat poſitum rubigine telũ.niſi enim interiectiue proferas vt, frigidiuſcule dixeris: quod alias erit concitatiſſimum. ¶Quæ partes orationis. Nomen ponitur pro nomine,vt Dardanus pro dardanius,hoc eſt primitiuũ pro deriuatiuo. Verg.iiij.æñ. hauriat hũc oculis ignem crudelis ab alto Dardanus.i. Aeneas Dardanius.& eodem modo per reliqua nominis accidentia. ¶Verbum pro verbo, vt populo ꝓ populor. Verg.iiij.æñ.Ac velut ingentẽ formicę farris aceruũ cum populãt. Proper.lib.iij.hic olim ignaros luctus populauit achiuos.pro eo quod eſt populantur & populati ſunt: nã pplo in ſermonis latini vſu frequenti nõ eſt:ſed populor,multa quoque alia verba huiuſmodi reperiuntur,quæ Nonius ex antiquorum vſu diligentiſsime collegit. ¶Participiũ pro participio,vt Saluſt. alieni appetens , ſui profuſus. pro profundens:nam participium eſt loco nominis poſitum. ¶Præpoſitio pro præpoſitione.vt Verg.ix.æñ. Ibat in Eurialũ.pro cõtra. Idem.j. Georg.ſub ipſum arcturum tenui ſat erit ſuſpendere ſulco. Quod Ser.exponit pro circa. Aduerbium pro aduerbio. Vergil.j.ænei.Hic illius arma,hic currus fuit.pro illic. Et hic aduerbium loci pro aduerbio temporis. Idem in eodem.Conſtitit hic,arcumque manu , celereſq; ſagitas.hic poſuit pro tunc. Et notandum aduerbia loci plerumq; poni pro aduerbijs temporis: ſed non e contrario aduerbia tẽporis ꝓ aduerbijs loci. ¶Cõiunctio ꝓ cõiunctiõe.vt Terẽ.in phor.ne ſimili vtamur fortuna, atq; vſi ſumus. atq; poſuit ꝓ quã.

Verbum pro interiectione,vt age agite.
Verbum pro coniunctione,vt licet licebit.
Participium pro nomine,vt ſapiens diligens.
Participiũ pro aduerbio,vt horrendũ pro horrẽdę
Prępoſitio pro aduerbio,vt coram palam,
Præpoſitio pro interiectione.vt pro.a.
Præpoſitio ꝓ cõiunctione,vt ꝓpterea quapropter,
Aduerbium pro nomine.vt ſatis eſt, abunde eſt,
Aduerbiũ ꝓ coniunctione,vt quando pro quoniã
Coniunctio pro aduerbio,vt cum pro quando.
Coniunctio pro interiectione.vt at.
Quæ partes orationis ponũtur inuicẽ pro ſeipſis?
Oẽs fere,Nomẽ ꝓ noĩe,vt dardanꝰ ꝓ dardaniꝰ.
Verbum pro verbo,vt populo pro populor.
Participiũ pro participio, vt profuſus pro ꝓfundẽs
Præpoſitio pro præpoſitione.vt in pro contra.
Aduerbiũ ꝓ aduerbio.vt hic loci.ꝓ tunc temporis.
Coniunctio pro coniunctione.vt vel pro et.

## ¶De ſyntaxi & orõnis conſtructione. Cap.xiiij.

QVid eſt ſyntaxis? Scientia, qua bona cõſtructio a mala dignoſcitur.

Vnde dicitur ſyntaxis? A ſyn quod eſt con. & tatto ordino,a quo eſt taxis,quaſi Coordinatio.

Quid eſt conſtructio? Congrua dictionum ordinatio,cõgruã perfectamq; ſentẽtiã demõſtrãs.

Quid eſt oratio? Vt Scaurus diffinit, ore miſſa.& per dictiones ordinata pronuntiatio.

Quotuplex eſt oratio? Quadruplex. Perfecta,q̃ perfectũ ſenſum in animo auditoris generat,vt ego amo deũ. Imperfecta,quæ imꝑfectũ ſenſum in animo auditoris generat,vt ſi deũ amaueris. Finita , in qua verbũ finitũ ponitᷣ, vt ego amo. Infinita,in qua verbũ infinitũ ponitᷣ,vt me amare.

DE ſyntaxi.Cap.xiiij. ¶Cum tres libri ſuperiores circa ſingulas orationis partes verſati ſint:liber ſequens cum breui commate huius libri tertij,totus eſt de conſtructione, quæ græce ſyntaxis dicitur. Itaque primo dicit,quid ſit ſyntaxis.& vnde dicitur, quid conſtructio,quid oratio. Deinde orationem diuidit in quatuor formas,hoc eſt,perfectã.imperfectam,finitã infinitam:quæ omnia quoniam plana ſunt,ad difficiliora properemꝰ. ¶Quid eſt figura conſtructiõis? Quemadmodũ( inquit Seruius in.v.æñ.)inter barbariſmum & lexin,hoc eſt,latinam eloquutionẽ & perfectam metaplaſmus eſt, qui vno ſermone fit ratione vitioſus: ita inter ſolœciſmum & ſchema.i. perfectam ſermonum connexionem figura eſt , quę fit contextu ſermonum ratione vitioſa. Ergo metaplaſmus( inquit)& figura media ſunt:& diſcernuntur peritia & imperitia.Sed de barbariſmo. & ſolœcimo.de lexi & ſchematis. atque metaplaſmo ſuo loco dicetur:nunc de figura,quomodo a Seruio accipitur figura ſyntaxeos( hoc eſt conſtructionis ) agendum eſt. Dicit igitur figuram conſtructionis eſſe modum dicendi nouatum, hoc eſt,a naturali & conſueto ſermone mutatum,ac perinde vitioſum,niſi aliqua ratione excuſetur,qui quidem modus verſatur circa grammaticas conſtructiones : hoc eſt in contextu partium orationis.



¶Quotuplex eſt figura cõſtructionis? Multo plures ſunt figuræ conſtructionis, quam octo : ſed reliquis in alium locum relictis de his,quæ frequentius in vſu reperiuntur, diſſerit:quas enumerat. ¶Euocatio,quæ græce eccleſis vocatur,fit quoties nomen tertię perſonæ reducitur ad primã,vel ad ſecũdã. Improprietas autẽ in hoc eſt,quod cũ dico ego Antonius lego. Antonius quod alias eſt nomen tertiæ perſonæ , ſic cedit pronomini primæ perſonæ,quod verbũ huic non illi redditur. Excuſatur autẽ hæc improprietas , quoniã verbũ ſemper digniori reſpõdere debet. Prima namq; ꝑſona ordine naturę dignior eſt ſecũda. & ſecũda tertia. ¶Appoſitio,quę ꝓſthesis græce dicitur,eſt immediata duorum ſubſtantiuorũ coniunctio.& ponit exemplũ ex primo æñ.miratur molem æneas magalia quondã. Improprietas autẽ in hoc eſt,quod duo ſubſtantiua ſine cõiunctione eſſe nõ poſſunt in oratione: ſed excuſatur vitiũ,qđ dictio appoſita ſic iũgitur apponenti,quaſi adiectiuũ qđ aliquid in ſubſtãtiuo determinat & exponit. ¶Prolepſis, quę latine interpretatur præſumptio eſt( vt a Donato atq; Diomede diffinitᷣ)præſumptio rerũ ordine ſequutarũ, & vterque ponit exẽplũ ex Verg.xij. æñ. Interea reges, ingẽti mole Latinꝰ. Quadriiugo inuehitur curru.& ſequitur.bigis it Turnus in albis. hinc pater Aeneas Romanæ ſtirpis origo, & iuxta Aſcaniꝰ magnę ſpes altera Romæ ꝓcedunt caſtris.Sed,quẽadmodũ Priſc. lib. xvij.qui eſt de cõſtructiõe dicit,ſi in cõſtructione diuiduorũ per ꝓlepſim præponitur verbũ plurale ad vtrũq; ſequens licet nominatiuũ anteferre. vt aquilæ euolauerunt hæc ab oriente,illa ab occidẽte:ſin ad ea, quę diuidũtur verba ſingulariter conſequãtur, genitiuũ oportebit pręponi pluralem diuidendo. vt aquilarũ altera volauit ab oriente,altera ab occidente. Excuſatur autẽ, quia verbũ ſiue præpoſitũ ſiue cõſequens iure exigit ſibi nominatiuum. Eſt & prolepſis implicita quale eſt illđ apoſtoli:alter alteriꝰ onera portate.intelligitur enim quod alter portet onus alterius,& alter alteriꝰ. Simile eſt illud Verg.ij.æñ.alterum in alterius mactatos ſanguine cernã.hoc eſt Anchiſen in aſcanij et Aſcanij in anchiſen: & creuſam in aſcanij & aſcaniũ in creuſę &c. Eſt quoq; aliud prolepſis genus:cũ id qđ poſterius accidit,ante tẽpus aſcribitur:quale eſt illud Verg.lauinaq; venit litora. Lauiniũ enim quemadmodum Diomedes & Seruius dicunt,nondum erat,quo tẽpore ęneas Italiam venit, & apud Saluſtium. montem ſacrum & auentinũ inſedit:qui mons ob hoc quod illum plæbs inſederat , poſtea ſacer dictus eſt. ¶Syllepſis,quæ latine interp.cõceptio,a Donato & Diomed.diffinitur ſic:Syllepſis eſt diſsimilium ac diuerſarum clauſularũ per vnũ verbũ cõglutinata conceptio, vt Verg.j.æñ.hic illius arma,hic currus fuit. Idem in buc.ſunt nobis mitia poma,caſtaneæ molles,& preſſi copia lactis. Eſt etiã ſyllepſis quoties fit adductio indignioris ad dignius,quod tribus modis cõtingit.genere,numero,& perſona. Genere,vt maſculinũ cõcipiat fœmininũ & neutrũ.fœmininũ cõcipiat neutrũ. Numero, vt pluralis cõcipiat ſingularẽ. Perſona,vt prima cõcipiat ſcđam & tertiã,ſecunda uero tertiã. Quod vero dicit in cõceptiõe requiri copulatiuã cõiunctionẽ,vel.cũ.prępoſitionẽ,intelligendũ eſt cũ prępoſitio ( quẽadmodũ ait Iuriſcõſultus )ponitur pro &.vt ſi dicas tu cũ Antonio legitis,ꝓ eo quod tu & Antonius. Tale eſt illud Verg.j.ęñ. Remo cũ fratre Quirinus iura dabũt.pro eo qđ remus & frater. In illo vero qđ Horat. dixit: tu qđ ego & populus mecũ deſideret audi,nulla eſt figura, nedũ perſonarũ cõceptio, quẽadmodũ e diuerſo nimis licenter,atq; haud ſcio an tollerabiliter dictũ ſit, quod legimus in euangelio Hieronymo interprete : pater tuus & ego dolẽtes quęrebamus te:nã & ſi numerorum & perſonarũ cõceptio recte facta eſt, ordo tñ illarum eſt inuerſus,qui debuit eſſe ego & pater tuus dolentes quærebamus te. Quod ſi Hebraici ſermonis idioma illud tolerare põt,græcus tñ atq; latinus reformidat:de quo in prologo huius operis plura diximus. ¶Zeugma,quæ latine interpretatur iugatio,ſiue iunctura,ſiue adiũctio eſt , quẽadmodũ Donatus atq; Diomed.diffiniũt vnius verbi cõcluſio diuerſis clauſulis apte cõiũcta.addit Diome.cũ duo,aut cõplura ad vnã partẽ oratiõis iungẽda referunᷣ.fit autẽ ꝑ zeugma variatio perſonarũ. vt ego lego & tu & Cicero.nũerorũ, vt Romani pugnãt & Hanibal.perſonarũ vt illud apl'i:hebræi ſunt & ego. Huius aũt figuræ cõuerſio tribus locis poni põt, aut ẽm ponitur vnũ verbũ,ad qđ ſequẽtes ſenſus cõferãtur. vt vicit pudorẽ libido.timorẽ audacia.rationẽ amentia.aut cũ in medio ſenſuũ loco poſitũ reperitur,vt apud Verg.iij.æñ.troiugena interpres diuũ,qui numina phœbi,qui tripodas clarij lauros, qui ſydera ſentis & volucrũ linguas, & præpetis omnia pẽnę.ſentis enim verbũ tã primis quã vltimis iungitur.ob id meſozeugma.i.zeugma a medio noĩatur.aut cũ vno verbo ſenſus claudũtur.quale eſt illud Ciceronis in catilinã.nihil te nocturnũ pręſidiũ palatij:nihil vrbis vigiliæ: nihil timor populi: nihil cõcurſus bonorũ omnium:nihil hic munitiſſimus ſenatus habẽdi locus:nihil horũ ora vultuſq; mouerũt:ſenſus ſuperiores cõcluſit vno verbo mouerunt,& inde hypozeugma dicitur:hoc eſt zeugma ab inferiori.

Quid eſt figura conſtructionis? Eſt aliqua ratione nouatus dicendi modus, qui circa grammaticas conſtructiones verſatur.

Euocatio eſt reductio tertię perſonę ad primam vel ſecundã.vt ego Antonius lego.tu Ioãnes audis. Et requirunᷣ quatuor in euocatione. ꝑſona euocans. perſona euocata. remotio copulæ. & verbum conueniens cum perſona euocante.

Appoſitio,eſt immediata duorũ ſubſtãtiuorũ cõiũctio,quorũ alterũ exponit alterũ,vt miratur molem æneas magalia quondã. Et requirunᷣ duo in appoſitiõe. dictio apponẽs. & dictio appoſita.

Prolepſis eſt attributio proprietatis totiin ſuas partes diuiſo.vt Interea reges ingẽti mole latinꝰ &c. Et requiruntur quinq; in prolepſi, hoc eſt totũ. partes,diſtributio partium,ꝓprietas. & ordo.

Syllepſis eſt diuerſarũ dictionũ ſub pl'ali ꝓprietate cõceptio. vt Ego & tu docti legimꝰ.& reqrunᷣ quinq; in ſyllepſi, hoc eſt,dictio cõcipiens. dictio cõcepta copulatiua coniunctio,vel p̄poſitio cũ. verbum vel nomẽ adiectiuum numeri pluralis. ꝓprietas cõcordans cum dictione concipiente.

Zeugma eſt vnius ꝓprietatis ad diuerſas clauſulas facta redditio.vt ego & tu & Cicero ſcribit.& requirunᷣ tria,hoc eſt plura ſubſtantiua, copula,ꝓprietas, quæ cõueniat cũ propriori ſubſtantiuo.

¶Antiptoſis dicitur ab anti, quod eſt pro. & ptoſis, caſus: vnde & Diomed. atque Donatus dicunt ſolœciſmum eſſe per caſuum immutationem: cum vero ſubeſt ratio aliqua, figura eſt, quæ latiſſime patet. Atque omiſſis quæ Marcellus colligit ex vario autorum vſu nominatiuus ponitur pro genitiuo. Verg. v. æñ. Creſſa genus pholoe, gemini circum vbera nati. i. generis Cretenſis. Gell. lib. xviij. Ariſtotelis (inquit) libri ſunt omne genus elegantiæ referti. id eſt omnis generis. Et in digeſtis titulo de fundo inſtructo eadem ratione ponitur accuſatiuus pro genitiuo, niſi forte & nominatiuus eſt. in. l. cuius initium eſt quæſitum: Supellecticarios (inquit) & cæteros id genus ſeruos. pro eius generis. Liuius quoque apud Priſcia. Quãdo duo (inquit) conſules eius anni alter morbo alter ferro periſſet, ſuffectum conſulẽ negabant comicia habere poſſe. duo ordinarij conſules dixit, pro duorũ conſulum ordinariorum: nam, quemadmodum diximus in prolepſi, ſi ad ea quæ diuiduntur, verba ſingulariter conſequãtur, genitiuum oportet præponi pluralem diuidendo. Nominatiuus quoque ponitur pro vocatiuo. Verg. j. æñ. gnate meæ vires mea magna potentia ſolus. Plinius. lib. vij. natura. hiſto. ſalue primus omnium parens patriæ appellate. Nominatiuus pro ablatiuo. Cicero in lælio, quid enim indigens Affricanus mei. ꝓ in quo, & illud ex euangelio: Si quid aliquẽ defraudo, reddo quadruplum. pro in aliquo. Genitiuus pro nominatiuo. Cicero in. j. de diuinatione: cum illius diei venit in mẽtem.

Antiptoſis eſt caſus ꝓ caſu poſitio ſub aliqua proprietate. vt vrbem quã ſtatuo veſtra eſt. & requiruntur tria, hoc eſt, vnum ſubiectũ, vna proprietas, & ꝙ ponatur caſus pro caſu.

Syntheſis eſt attributio proprietatis vni vel pluribus copulatis; quod fit nõ gratia vocis, ſed ſignificati. vt pars in fruſtra ſecant, & requirunt tria: hoc eſt vnum ſubiectum, vel plura copulata; ꝓprietas: & attributio proprietatis concordãs cũ ſignificato & non cum voce.

Synecdoche eſt attributio partis ad totũ ſub proprietate verbi vel participij, vel nominis adiectiui. vt expleri mẽtem nequit, nuda genu nodoq; ſinus collecta fluentes. Et requiruntur tria, hoc eſt, totum, ꝓprietas, & pars in accuſatiuo poſita.

pro ille dies, quod exemplum inter idomata ſermonis latini Diomedes Poſuit. Idem quoque Cicero in verrẽ: ita velim mihi deos propicios, vt cum illius mihi temporis venit in mentem. pro illud tempus. Valla aliquod ſubſtantiuum in his clauſulis ſubintelligendum eſſe opinatur, puta condicio, aut ſtatus, aut fortuna. Genitiuus pro nominatiuo vel accuſatiuo ex figura græca. Terentius: quot illic hominum litigant. pro quot homines. Idem: dij boni boni quid porto. pro quod bonum Horat. j. ſermo. ille repotia natales, alios ve dierum. pro alios dies. Genitiuus pro ablatiuo. Cicero ad herenium: oratoris officium eſt ijs de rebus poſſe dicere, quo ad eius fieri poterit. i. ab eo. Datiuus pro accuſatiuo & præpoſitione. Verg. j. æñ. inferretq; deos latio. i. in latium. & in eodem: venturum excidio Lybiæ. i. in excidium. Accuſatiuus pro nominatiuo. Verg. j. æñ. vrbem quam ſtatuo veſtra eſt. pro vrbs. Vocatiuus pro nominatiuo, ſeptimus caſus pro genitiuo. Verg. j. æñ. ſunt mihi bis ſeptem præſtanti corpore nymphæ. pro præſtantis corporis. Plinius. libro. vij. natural. hiſto. gẽtem ſylueſtrem ſtridoris horrendi, hirtis corporibus, oculis glaucis, dentibus caninis. Alia ratione Plautus in caſſina poſuit ſeptimum caſum pro genitiuo: habet (inquit) gladium, ſed duos: quibus altero te occiſurum ait, altero villicum: quibus dixit pro quorum.

¶Syntheſis græce latine interpretatur compoſitio: quæ quoties fit, ſolœciſmus eſt, niſi aliqua ratione excuſetur. vt Verg. j. æñ. pars in fruſtra ſecant, veribuſque trementia figunt. pars poſuit pro alij. Hora. iactamus, iampridem omnis te Roma beatum. omnis Roma poſuit pro omnes Romani. Terentius in adelphis. aperite aliquis actutum oſtiũ, pro aliqui ex vobis aperiant. Apuleius. iij. floridorũ: ingens hoim frequentia conuenere. pro homines frequentes. ¶Synecdoche græce interpr. comprehenſio: & eſt quoties id, quod eſt partis, datur toti: vt niger capillos. pro eo quod eſt habens capillos nigros. Dicit autem poſſe fieri per verbum ſubaudi neutrum, aut paſſiuum. Verg. iij. Georg. micat auribus & tremit artus. Idem primo æneidos: expleri mentem nequit. i. non habet mentem expletam, Idem quinto, flauaque caput nectentur oliua. Per participium, Vergilius. j. æñ. nodoque ſinus collecta fluentes. hoc eſt habens ſinus fluentes collectos. Per nomen adiectiuum, vt idem in eodem: nuda genu. i. habens genu nudum. Horatius in carmine: quam notam duxit viuens videri, cætera fuluus. hæc figura quamquam poetis tantũ ſit permiſſa, vtimur aliqñ illa: & hiſtorici, qui nonnunquã in genere dicẽdi poetas imitantur. Liuius. xxij. ab vrbe. At vero Hannibal ipſe dum murum incautus ſubit. aduerſum femur tragula ictus cecidit. Pomponius mella de Britannis: vltro (inquit) corpora infecti. Idem alio loco: Sermatæ totum brachati corpus, & niſi qua vident, ora tecti. Apuleius primo metamorphoſeos: tremore (inquit) viſcera quatior.

¶FINIS TERTII LIBRI.

LIber quartus. Quemadmodum libro ſuperiori dictum eſt, præceptiuæ grammaticæ partes ſunt quatuor. Orthographia, quæ de litera. Proſodia, quæ de ſyllaba. Etymologia, quæ de dictione. Syntaxis, quæ de octo partium orationis conſtructione diſputat. De litera pauca in eodem libro tetigimus: quia eius conſideratio per ſingulas fere dictiones ſpargitur, atque ex libris, ques de vocabulorum ſignificatione partim ædidimus, partim æditurí ſumus, petenda eſt: quandoquidem ſingularia ſub generalibus præceptis comprehendi non poſſunt. De ſyllaba copioſius libro in ſequenti diſſeretur. De etymologia parte illa, quæ circa ſingularium dictionum accidentia verſatur, tribus libris ſuperioribus per omnia fere diſputatum eſt. Nam deriuationes ſignificationesq; ad memoratos vocabulorum libros refertur. De quarta grammatices parte, quam græci ſyntaxin, nos partium orationis ordinem, ſiue conſtructionem vocamus, in hoc quarto libro diſputabimus. Reſumentes in primis, quod de combinatione adiectiui cũ ſubſtantiuo, relatiui cũ antecedente, nominatiui cũ verbo primo libro ſcriptũ eſt, quodq; in fine libri



fine libri ſuperioris de figura cõſtructionis diximus. Igitur primũ præceptũ conſtructionis id, qđ libro primo diximus, propemodum naturale eſt, quod adiectiuum & ſubſtantiuum in tribus conueniunt, in genere, numero. & caſu. Quod ſi adiectiuum cum ſubſtãtiuo in illis tribus nõ cõueniret, ſolœciſmus eſſet manifeſtarius: niſi aliqua ratione vitium illud excuſaretur: vt Cicero ad atticum: Solius enim meum peccatum corrigi non poteſt. Idem pro murena: ex tuo ipſius animo coniecturam aperis. Idem in piſonem: Dico mea vnius opera rẽpublicam liberatam. & illud ex euãgelio Lucæ: tuam ipſius animam pertranſibit gladius. Excuſatur autem hoc vitium, quod genitiui illi ſolius. ipſius. vnius ad genitiuos ſubſtantiuos referuntur, qui receſſerunt ab vſu: in quorum locum ſubſtituta ſunt pronomina poſſeſsiua, quemadmodum libro primo diximꝰ. Et infra, cum de conſtructione verborum imperſonalium intereſt & refert dicturi ſumus, agetur: nam quod Cicero in tertio de oratore dixit: voluntati veſtræ omnium parui. non poteſt eadem neceſſitate excuſari: cum potuiſſet dicere voluntati veſtrum omnium parui. Illud vix tollerabile, quod Ouidius in epiſtola œnones ſcripſit: & fleſti, & noſtros vidiſti fientis ocellos. nam & noſtros poſuit ꝓ meos, & meos pro mis. Flẽtis vero, quem genitiuum eſſe ex ſyllabæ quantitate deprehenditur, non ad vocem ſed ad ſignificationem retulit. Quod ſi poſt illa pronomina poſſeſsiua, quæ pro ſubſtantiuorum genitiuis ponuntur, alterum ſubſtantiuum ſequatur in genitiuo, intollerabilis erit conſtructio: quale eſt illud Boetij in primo de conſolatione: ſolantur mœſti nunc mea fata ſenis. & illud ex. iij. libro regũ: tulit filiũ meũ de latere meo ancillæ tuæ dormiẽtis. & illud quoq; Pauli apoſtoli in prima epiſtola ad Corinth. Salutatio manu mea Pauli. niſi forte ſit appoſitio duorum ſubſtantiuorum. pro mis ſenis. mis ancillæ. mis Pauli. neque enim potuit dici mis ſenis. meæ ancillæ. mei Pauli: quia error eſſet ſimilis illi, cuius merito Valla Priſcianum refellit dicentem. mei Priſciani eges. tui Priſciani egeo. ſignificabat enim idem, quod meo Priſciano eges. tuo priſciano egeo. non me priſciano eges. te priſciano egeo. Ablatiui preterea numeri ſingularis horum nominum ſiue participiorum præſens abſens iũguntur cum ablatiuis pluralibus quorundam ſubſtãtiuorum, vt apud Terentium in eunucho: neſcio quid profecto abſente nobis turbatum eſt domi. pro abſentibus nobis. Plaut. in amphy. neque nobis præſente aliquis qſquã niſi ſeruꝰ. Põponius attellanarũ ſcriptor: qđ enim apđ forũ præſente teſtibꝰ mihi vẽdidit. ꝓ præſentibꝰ teſtibꝰ: Neuiꝰ: volumꝰ dona dare p̃ſẽte oĩbus. ꝓ præſẽtibus oĩbus. Actius: eſt res aliqua, q̃ præſente his prius natura inſciit. pro præſentibus his. Preterquã autoritate poteſt excuſari hoc vitium illa rõne Marcelli, qui putat has dictiões abſente præſente formæ eſſe monoptotæ. Genera quoq; & numeri cõfundũtur, cum non ad vocem, ſed ad rem adiectiuum refertur. vt Vergil. ij. æneidos: pars arduus altis puluerulentus equis. Idem in. iiij. pars grandia trudunt obnixe frumenta humeris. & Horatius in primo ſermo. legati miſſi magnis de rebus vterq;. & Ouid. de remedio. vtraq; formoſæ me iudice ſunt venerãdæ. Idem in epiſtola œnones. Miſcuimus lachrymas mœſtus vterq; ſuas. Huc etiam pertinet illud Vergi. xij. æneidos: dant ſonitum ſpumoſi amnes, & in equora currunt, quiſq; ſuum populatus iter. Idem in eodem: pro ſe quiſque viri ſumma nituntur opum vi. & illud Liuij: auſi ſumus cum parentibus certare, quæ quæ ciuitas ſuis. Gerundium quoque adiectiuum genitiui ſingularis poſſe iungi cum ſubſtantiuo plurali ſuo loco dicemus. Conſtruuntur etiam inter ſe genera diuerſa. vt Verg dulce ſatis humor depulſis arbutus hædis. & quod ſequitur: Triſte lupus ſtabulis, maturis frugibus imber. vbi dulce & triſte diuerſis generibus copulantur. Illud quoque Lucan. in primo: hinc leges, & plebiſcita coactæ. Relatiuũ. Duplex eſt relatiuum, alterum ſubſtantiæ alterum accidentis. Relatiuum ſubſtantiæ eſt, quod refert antecedens ſubſtantiuum. qualia ſunt, qui, quæ, quod. ſuus, ſua, ſuum, & alia pronomina relatiua, quæ dicuntur identitatis. Sunt & alia relatiua, q̃ dicuntur diuerſitatis; vt alius, alter, reliquus. cæter cætera cæterum: ſi cæter vſpiã reperiatur. Relatiuum accidẽtis eſt, quod refert antecedens adiectiuum, cuiuſmodi ſunt qualis, quantus, quotus, cuias. Relatiuum accidentis cum antecedente debet conuenire, ſi non ſequatur alterum ſubſtantiuum, cum quo iungi poſſit. vt ſi dicas: miſi tibi libros mendoſos, quales mihi dederas. Quod ſi alterum ſubſtantiuum ſequatur, cum illo debet conuenire. vt eſt animal varium, qualis eſt mulier. eſt templum magnũ, quantus eſt mons. Horat. tñ in epodo ſingulari exemplo relatiuum accidentis antecedenti retulit dicens: Sed incitat me pectus, mammæ putres æquina quales vbera. Relatiuum vero ſubſtantiæ cum antecedente debet in genere & in numero conuenire, vt ego amo, qui doceo. Si tamen quis, vel qui inter duo ponatur ſubſtantiua, vtrique illorum referri poteſt. vt ſi dixeris: eſt animal, quod appellant orygen. vel quem appellant orygen. Si tamen ſubſtantiuum, quod ſequitur, nomen eſt proprium: relatiuum illi debet reſpondere, vt Saluſtius in catilina: eſt locus in carcere, quod tullianum appellatur. & Liuiꝰ: anxur fuit, quæ nũc ſunt terracinæ. & Paulus in epiſtola ad galatas Hieronymo interprete: ſemini tuo qui eſt Chriſtus. Vergilius primo æneidos: eſt locus heſperiam graij cognomine dicunt. vbi Seruius notat debere ſubintelligi, quam, & nullo modo quem. Solœciſmum tamen fecit Ennius apud Diomedem cum inquit: Quis tu es mulier, qui me inſueto nuncupaſti nomine? qui dixit pro quæ. Sed quemadmodum hoc vitium intolerabile eſt, ita illud excuſari poteſt, quod Boetius de conſolatione ſcribit: nihil imbecilius homine, quos morſus muſcularum necat. nam cum homo indeffinite ſignificet, retulit ad ſingulos, qui ſub ſpecie humana continentur. Illud quoque Saluſtij in Catilina: interea ſeruitia repudiabat, cuius initio ad eum magna copia concurrebat. cuius dixit pro quorum: excuſari poteſt, quod ſeruitia pro ſeruis ſingulari numero caret: quod ſi haberet, ita dixiſſet ſeruitium pro ſeruis, ſicut iuuentutem pro iuuenibus: ſed hoc in ſingulari dicimus, illud tantum in plurali. vel potius dixit cuius ſubſtantiue in genere neutro pro cuius rei, quale eſt illud Terentij in eunucho: qui habet ſalem, quod in te eſt. i. quæ res. Ad rem quoque non ad vocem refertur quandoque relatiuum. vt apud Terentium in andria: laudare omnes fortunas meas, qui haberem gnatum tali ingenio præditum. meas dixit pro mis ea ratione, qua ſupra diximus in pronominibus poſſeſſiuis ſubintelligi genitiuos illos, quorum in locum ſucceſſerant. Ergo pro laudabant omnes fortunas meas. i. mis, qui haberem gnatum, & cætera. Econtrario idem in eodem: Si quiſquam eſt, qui placere ſe ſtudeat bonis quamplurimis, in his poeta nomen profitetur ſuum. excuſatur vitium, quod quiſpiam ad plures pertinet. Nominatiuus & verbum. Solœciſmi quoq; fiunt contra hoc præceptum: ſed excuſantur aliqua: vna ex figuris, de quibus in fine libri ſuperioris dictum eſt.

Liber quartus de conſtructione, quemadmodum omne verbum perſonale ante ſe cum nominatiuo conſtruitur, ita poſt ſe varios ca[ſus] recip[it]. [Q]uam rem nunc aggredimur ab illo potiſſimum facientes initium: Quod verba partim [ſun]t per[ſon]alia: partim imperſonalia. Itaque perſonale & imperſonale duo prima genera ſunt verbo[rum] [...] med. atque Donatus partim ad ſignificationem verborum, partim ad modos verbum imper[ſonale] [...] nt. Illi namque ad quinque genera verborum, ſiue

## ❡ Liber Quartus de conſtructione octo partium oratiõis. Cap. primũ de conſtructione verborum actiuorum.

Verba partim ſunt perſonalia, partim imperſonalia.
Perſonalia ſunt, quæ habent numeros & perſonas.
Imperſonalia, quæ carent numeris & perſonis, de quib⁹ poſtea dicemus. Perſonalia rurſus in quinq; genera diuiduntur. Actiuum. Paſſiuum. Neutrum. Deponens. Commune.
Actiuum verbum eſt illud, quod deſinit in o. & habet paſſiuum in. or. & exigit ante ſe nominatiuũ in perſona agenti vel facienti & accuſatiuum in perſona patienti. Eius complures ſunt ſpecies,

ſignificationes addunt ſextum, quod ap[pel]lant imperſonale: & ad quinq; modos ſextum quem æque vocant imperſonalem. Nos tamẽ qui ſignificationem in quinq; genera & modos in numerũ quinariũ diuidimus, prima diuiſione verbũ in perſonale & in impſonale partimur: vt ſit illud perſonale, cuius tempora per numeros & perſonas explicantur: imperſonale, cuius tempora numeris & perſonis carent. Differt autem ab infinitiuo modo, qui æque numeris & perſonis caret: quod infinitiuus verbum alterius modi deſiderat, numeroſq; & perſonas habet, ſed implicitas: imperſonale non indiget verbo alterius modi: quin potius ipſum libere per omnes modos ſpargitur. Sed verbi imperſonalis conſideratione in alium locum reiecta verbũ perſonale in quinq; genera (vt dialectici dicunt) ſubalterna diuidimus. actiuum. paſſiuum. neutrum. deponens. cõmune. de quibus ſingulatim differentes dicimus: Actiuum verbũ eſſe illud, quod in. o. deſinit, habetq; paſſiuum in. or. Hæc diffinitio non oĩa, ſed pleraq; huius generis verba complectitur: nã audeo. es. volo. vis. facio. cis. do. das. actiua eſſe nemo dubitat: quę tñ in voce paſſiua non habent audeor. volor. facior. dor. Illa quoq; defectiua odi odiſti. noui nouiſti. memini. niſti. cœpi cœpiſti. inter actiua proprie numeranda ſunt: quando quidem cum accuſatiuo conſtruuntur, quæ tamen neq; voce actiuam in. o. neq; paſſiuam in. or. habent. Et exigit ante ſe nominatiuũ. hoc cõmune eſt omnibus verbis perſonalibus. Pro perſona agenti, vel facienti. hoc proprium eſt verbi actiui vel neutri actionem ſignificantis: nam reliqua verborum genera poſſunt etiam paſsionem ſignificare, exiguntq; ante ſe nominatiuum ꝓ perſona patienti. vt exulo. as. lætor. aris. criminor. aris. Accuſatiuum in perſona patienti: hoc etiam communi & deponenti comune eſt, niſi quod omnia actiua poſſunt conſtrui cum accuſatiuo: non tñ omnia, ſed quędã cõia & deponentia. Quod vero dixit in pſona agẽti, vel facienti, nõ omnino ſe dictum eſt. Nã differentia illa inter agere, & facere, qua vtitur Ariſt. in. vi. æthicorũ &. ix. metaphyſicorum. nõ ſolum a philoſophis, verũ etiã a ſtudioſis linguæ latinæ obſeruatur. vt Facere ſit rerum in materiam exteriorẽ tranſeuntiũ. vt feci domũ. feci librũ. feci opus. Agere vero eſt rerũ immanẽtiũ. vt ago fortiter. ago prudenter. ago orationem. Ego hoc loco non poſſim ſatis mirari, quę dementia grãmaticos ceperit partim iuniores: partim etiam quoſdam ex antiquioribus, vt verbum actiuum diffiniant, quod poteſt conſtrui cum accuſatiuo noĩm ſignificantiũ animal rationale: neq; enim aliã ob cauſã illos hoc ſcripſiſſe arbitror, niſi vt difficultatem augerẽt ijs in rebus, in quibus nulla erat difficultas. Nã quid ꝑ deũ immortalem obſecro te ad grammaticũ rei literariæ præſertim adhuc rudẽ ſcire attinet: quid ſit tranſire in animal rationale, quid in animal irrationale? aut ſi dicere poſſumus ego exerceo terrã. tu ſeminas agrũ. ille comedit panem: cur (etiam ſi rerum natura non patiatur) non poſſumus dicere, ego aro mulierẽ. tu ſeminas filios. ille comedit puerum. atq; in voce paſsiua ego aror, quemadmodum apud Ouid. ij. metam. tellus dicit: totoq; exerceor anno. pro aror. ſicut Verg. i. geor. exercetq; frequens tellurem, atq; imperat aruis. & quod Paulus ad thimotheũ. cap. iiij. ſcribit: Ego enim iam delibor. Quod ſi ſeminor a patre: comedor a lamia, & ſimilia dicere non poſſumus, quoniam illud dici poſſe rerum natura non patitur: at licebit dicere ego non aror, non ſeminor, non comedor: ſed nec arari, neque ſeminari, neque comedi poſſum. neq; illud dici poſſet: aſinus cantipes volat. bos alatus diſputat. vulpes arguta cauillatur. & non intelligunt homines perditi aliud eſſe grammatice loqui: aliud verum a falſo diſtinguere, quod proprium eſt dialecticæ. Part. ſtulticia ſunt, qui rem neq; philoſophis quidẽ oibus perfectã conantur ad grammaticem transferre, quo miſerorum ſimpliciumque puerorũ ingenia vexent, & torqueant in re, quæ nihil ad illos pertineat. Aiũt naq; verba illa metuo. timeo formido, & quæ ad ſenſus exteriores, interioreſq; ptineant: qualia ſunt. video. audio. tango: intelligo. ſentio. conſtrui cũ noĩatiuo in perſona patienti & cum accuſatiuo in perſona agenti, vel facienti. vt ſi dixeris ego video lapidem, quia lapis ſenſum videndi moueat, ideirco agere putandus ſit. Hoc eſt ſimplicitatem puerilem erudire? an nugis, vel poti⁹ nebulis quibuſdã inuoluere? Aut cum dicitur ego video lapidẽ, quõmodo puer intelliget lapidis ſpeciem oculos meos mouere: cũ etiam inter philoſophos ſint, qui dicant viſionẽ per radiorum ex oculis emiſsionem fieri? Eadem ratione pauca admodũ verba eſſent, q̃ nõ haberent ſignificationẽ inuerſã: vt in voce actiua perſona agens, vel faciens ſit in actõ: atque e diuerſo patiens in noĩatiuo cũ præſertim philoſophi dicant: q; oĩe agens agendo patitur: hoc eũ modo, qui aliquid amat, ab illo patitur: cũ amor, vt phyſici dicũt, affectus, vel (vt iuniores dicũt) paſsio ſit. Sed hoc non magis ad grãmaticũ pertinet, quã verũ a falſo diſtinguere, cũ hoc ad dialecticũ, vt diximus, illud ad philoſophũ ptineat. Eius, hoc eſt verbi actiui, cõplures ſũt ſpecies ſiue gradus ſiue ordines, ſunt enim ſex. Nam cum ſit verbi actiui propriũ poſſe cum actõ conſtrui, aut conſtruitur tantum cũ actõ: aut cum accuſatiuo & genitiuo, vel datiuo, vel altero actõ, vel ſeptimo caſu: vel ablatiuo cũ ꝓpoſitione. a. vel ab. Ex quo fit, vt verbi actiui ſex ſint ſpecies. Species aũt nõ eo modo accipimus, quo grãmatici, qui in ſingulis ptibus oronis ponũt ſpeciẽ ꝓ illa forma, qua primitiuũ a deriuatiuo diſtinguitur: ſed quo dialectici, qui gñri ſupponũt ſpecies: vt cũ ſint quinq; gña verborũ, quodlibet genus rurſum diuidat in ſpecies



❡ Prima igitur verborum ſpecies eſt, quæ poſt ſe conſtruuntur cum accuſatiuo tãtum: vt amo vxorem, doceo filios. Nõ quod vllum ſit verbum, quod præter accuſatiuum non poſſit alios quoque caſus recipere: ſed quod plerũque accuſatiuo contentum ſit. vt ego amo vxorem voluptati amore quodam ſingulari. doceo tibi filios grammaticam tanti, quanti alius dialecticam. Atque e contrario nullum verbum eſt, quod nõ poſſit abſolutum reperiri. vt Ouidius: prima mihi nutrix æole dixit amas. neque enim expſſit,

❡ Prima ſpecies verborum actiuorum eſt, quæ poſt ſe conſtruuntur cum accuſatiuo tantum. Qualia ſunt.

Amo. as. aui por amar cõ paſſiõ. vt Pater amat filiũ.
Redamo redamas redamaui. por amar en retorno vt Ego redamo amantem me.
Deamo. as. aui. por mucho, y con aficion amar, vt Terentius: deamo te.
Adamo. as. aui. por amar como enamorado. vt Mater filium amat, quaſi adamet.
Diligo diligis dilexi. por amar con razon y electiõ. vt Ego diligo res honeſtas.
Colo colis colui. por amar al mayor en dignidad. vt ego colo principes terræ.
Colo. is. por labrar afeytar, o morar. vt Colo agros. colo faciem. colo domum.
Traho trahis traxi. por lleuar, o traer por fuerça. vt Trahe me poſt te.
Duco ducis duxi. por lleuar, o traer guiando. Terẽtius: Duc me ad illam.
Deduco deducis. por acompañar a otro deſde ſu caſa. vt Deduc me in forum.
Reduco reducis. por acõpañar a otro haſta ſu caſa vt Reduc me domum.
Deduco deducis. por ehar las naues al agua. Vergilius: Deducunt ſocij naues.
Subduco. ucis. por ſacar las naues del agua. Vergilius: Subducite naues.
Ago agis. por lleuar delante de ſi. vt Capellas ꝓtinus ago.
Ago agis. por lleuar la beſtia caualgango. vt Ago mulas.

quẽ amaret. Poſuimus enim in qualibet ſpecie pauca verba: illa præcipue, in quibus aliqua differentia eſt: nam reliqua a lexico illo noſtro diffuſiori repetẽda ſunt. ❡ Amo amas. Inter amo. as. redamo. as. deamo. as. adamo. as. diligo. is. colo. is. hoc intereſt: qđ Amare eſt vehemẽter, atq; effectu quodam cæco, & immoderato aliquid amore proſequi. ❡ Redamare vero eſt repenſionem in amore facere. vt Apuleius in libro de philoſophia: nec reciprocari queant, vt ament, qui redamantur. ❡ Deamare eſt adhuc vehemẽtius & pluſquã amare. vt Terentius in Heauton. deamo te (inquit) ſyre. ❡ Adamare eſt idipſum facere: ſed laſciuiori quodã atq; amatorio modo. Quam differentia, vel Quintiliani verbis oſtenditur in declamatione ꝓ vxore: Matres (inquit) liberos ſuos tanquam adamarint amant. & quomodo id fiat ſubiungit: videbis oculos nũquam a facie vultuque deflectere, comere caput, habitumque componere & quæ ſequũtur. Cicero tamen in epiſtola ad Curionem ꝓ amare tantum poſuiſſe videtur, cum ſcribit: quarum laudum gloriã adamaris. ❡ Diligere vero rationem quandam, atque electionem præ ſe fert. Vt diligere ſit opus rationis: amare vero eius partis irrationalis, qua concupiſcimus. Vnde & in ſacris literis frequentior eſt vſus dilectionis quã amoris: quod huic paſſio: illi vero ratio ſubeſt. Cice. in epiſtola ad Brutum: L. Clodius valde me diligit, vel emphaticoterõ, id eſt, expreſſius valde me amat. Idem alio loco. Dolobellam antea diligebam, nunc etiã amo. Atque adhuc alio in loco. Sic igitur facies: & me amabis, aut quo ſum contentus diliges. ❡ Colere eſt ſuperiores gradu, aut dignitate cum obſeruantia quadam amare: quam differentiam diſticho illo Martialis oſtendit: Vis te ſexte coli: volebã amare. Sed ſi te colo Sexte, nõ amabo. Nam omiſſo ſenſu turpiori, in quo plerique volunt videri ingenioſi, hoc vult poeta ſignificare: cum amicitia teſte Ariſtotele non poſſit eſſe niſi inter equales, o ſexte tu vis coli tanquam ab amico inferiori. Ego videbam amare te tanquam æqualem: ſed ſi colo te quaſi maiorem amicum, nõ amabo te: quia iam non eſt æqualis ea ratione qua vis a me coli & obſeruari. ❡ Colo colis colui, præter eam ſignificationẽ, quã ſupra memorauimus, ſignificat etiam exercere, vel adornare: vnde & agricolas & colonos dicimus, qui colunt agros. & faciem colere fœminæ dicuntur. Eſt etiam colere habitare. vt apud Vergiliũ in buc. Pallas, quas condidit, arces ipſa colat. & Iuu. nos colimus vrbem tenui tibicine fultam. ❡ Traho. is. traxi. eſt violenter raptare. Ducere vero eſt ijs, quę ſponte ſequuntur, quaſi ductum exhibere. Quã differentiam Seneca in epiſtola. cxiij. ad Lucillum oſtendit dicens. fata volentem ducunt, nolentem trahunt. ❡ A duco pręterea compoſita deduco & reduco, pręter generalem ſignificationem, ſignificant etiam ſpecialiter comitatus officiũ alicui pręſtare. Horatius pri. ſerm. in triuijs occurrã, deducam Martial. dum te proſequor, & domum reduco. Inter deducere quoque nauem, & ſubducere nauẽ eſt differentia: quod deducere, eſt ex nauali in aquã immittere. Ver iiij. æñ. deducunt ſocij naues. Idem in quarto: & littore celſas deducunt toto naues. Liuius. xxiij. ab vrbe condita: nauibus longis ad Caralis ſubductis. & paulo poſt, nauibus longis deductis. Vergil. primo æneidos: vrbẽ, quã ſtatuo, veſtra eſt: ſubducite naues. ❡ Agere quoq; oues, boues capras eſt quaſi ante ſe cogendo impellere. Ouidius primo metamorpho. hac agit, vt paſtor per deuia rura capellas. Vergilius in buco. en ipſe capellas protinus æger ago, hanc etiam vix tityre duco. Nam caprã illã, quæ partu ſoluta erat, deducebat, id eſt, ſe illi ducem exhibebat, vix q; illũ ſequi poterat: reliquas agebat. Eſt etiã agere equũ, aſinũ, mulã illos tergo inſidẽdo moderari. vt in epigrãmate illo Mart. quo pleraſq; huius verbi ſignificatiões cõplexus eſt poeta: Semper agis cauſas, & res agis Attale ſemper. Eſt, non eſt, quod agas, Attale ſemper agis. Si res & cauſæ deſunt, agis Attale mulas. Attale ne quid agas deſit, agas animam. Sed quemadmodum ducere, & trahere, & agere dicimus illa, quæ non ſuſtinemus noſtro corpore: ita illa portare, baiulare, gerere dicimus, quæ nobiſcum, & in aliqua corporis parte habemus.

Vehere autem ea tantum, quæ humeris, aut capite portamus: ſic equus vehit ſeſſorem. nauis nautam. & illud Ouidij pri. meta. fuluos vehit vnda leones & Vergi. vi. æñ. Hi quos vehit vnda ſepulti. Quæ vehuntur, dicuntur etiam portari. ferri. baiulari. Verg. pri. ęñ. Portãtur auari pygmalconis opes pelago. ſed qđ manu portatur, non recte dicitur vehi. ¶ Inchoo inchoas ſemper cum acto conſtruitur. vnde Diomedes inter idiomata incuſatiui illud poſuit. Verg. iij. geor. te ſine nil altum mens inchoat. Idem. vj. æñ. nocturnas inchoat aras. Hinc Georgius Merula iure Galeotũ Martium preceptorẽ meũ refellit, quod in titulo cuiuſdam operis ſui ſcripſit, liber inchoat primus. ¶ Incipio & ſi cũ acto conſtrui poteſt, recte forſan poſſis dicere: liber primus incipit, ſed rectius profecto: liber primus incipitur. ¶ Ineo inis. autore Valla, cũ in hac ſignificatione accipitũr: nũquã niſi de rebus maximi momenti dici ſolet. vt ineo pacẽ, ſocietatem: ſed non ita poſſis dicere ineo prãdium, ineo conuiuium. Huius quoque verbi participium præſentis poſitum abſolute ſine accuſatiui conſtructione maioribus reb9 adhibetur. vt ineunte vere. ineunte pueritia. nõ autem recte poſſis dicere, ineunte die. ineunte dormitione: ſed potius incipiente. ¶ Diſco. cis. Diſcere eſt eorũ, quæ ignoramus cognitiõem aſſequi. Martia. diſce quod ignoras marſi, doctiq; pedonis. ¶ Ediſcere eſt illa, quæ dicim9 memoriæ mandare. Cice. pri. de orato. exercẽda eſt memoria, ediſcendis ad verbum quã pluri mis. ¶ Dediſcere eſt illa, quæ edidicimus obliuiſci. Idem in. ij. eiuſdem: ob eamque cauſã dediſceret ediſcendo iuuentus noſtra. ¶ Oppugno. gnas. oppugnare & impugnare eſt pugnando aliquem locum aggredi. Verg. v. æñ. ille velut celſam oppugnat qui molib9 vrbẽ. ¶ Propugnare eſt oppugnantibus repugnare: vnde & turrium propugnacula dicta ſunt. ¶ Expugnare eſt oppugnando capere. Ex quo interpretis error, vel potius librariorum conuincitur, qui in pſalmo pro: ſæpe impugnauerunt me, vel oppugnauerunt me a iuuentute mea, ſcripſerunt: ſæpe expugnauerunt me a iuuentute mea. Nam ſi expugnauerunt, id eſt, pugnando cœperũt prophetam: quomodo nõ potuerunt illi præualere? eſſe autem librariorũ, non interpretis, errorem ex eo ſuſpicari poſſumus: quod in pſalmo. xxxiij. differentiã obſeruauit dicens: Iudica dñe nocentes me, expugna impugnantes me. ¶ Capio. is. cœpi, eſt capere, vel accipere ſponte, vel non ſpõte: vt magnam cœpi moleſtiam. magnum cœpi dolorem. accepi vulnus in prælio. accepi pecunias in bello. ¶ Sumere eſt tantum ſponte. Valeri9 maximus: non coactus enſem accipere: ſed ſua ſponte ſumere videtur. Dicimus præterea reciproce capio voluptatẽ: & voluptas capit me. Cice. in epiſto. magnã cœpi ex tuis literis voluptatem. Idem: me ſumma cœpit voluptas. ¶ Paco. as. pacare, eſt pacem victis imponere: atque leges illis dare. Verg. in buc. pacatũque reget patrij virtutibus orbem. ¶ Placare eſt ab indignatione ad lenitatem reducere. Verg. ij. ęneid. ſanguine placaſtis ventos & virgine cæſa. ¶ Pacificare, tum placare, tum pacẽ facere ſignificat. Catullus: Hoſtia cæleſtes pacificaſſet heros. Sillius lib. xv. pacificãs diuos. Saluſt. in Iugurtha: metellus initio iugurtha pacificante præſidiũ impoſuerat. Iuſtinus li. vi. pacificari cum altero ſtatuit. ¶ Laſſo. as. laſſare eſt propemodum fatigare, & pertinet tantum ad animata. Iuuenalis: & laſſata viris nondum ſatiata receſſit. Laxare vero eſt, quod erat contractum explicare: & pertinet ad inanimata. Lucan9. in. v. totoſque rudentes laxauere ſinus. Eadem differentia eſt inter laſſus & laxus: quoniam laſſus eſt labore fatigatus: laxus vero fluxus atque ſolutus: Terentius: laſſus ſum, ſed non defatigatus. Vergilius primo æneidos: & pmere & laxas ſciret dare iuſſus habenas. ¶ Abdico. as. abdicare eſt expellere filium a bonis, dum viuit pater: aut quomodolibet aliquid alienare. Terentius: generũ abdicat. Exhæredare vero eſt poſt mortem illud idem facere. Martialis: exhæredauit te philomuſe pater. Dicimus quoque abdicauit ſe conſulatu, abdicauit ſe magiſtratu: pro eo quod vulgo dicitur, reſignauit conſulatum & magiſtratum.

Veho vehis vexi. por lleuar, o traer encima de ſi, vt Vehe me humeris.

Porto portas portaui. por lleuar, o traer en ſu cuerpo, vt Porto pecunias.

Fero fers, Gero geris. Baiulo baiulas. por aquello meſmo. vt Fero libros. &c.

Inchoo inchoas inchoaui. por comẽçar. Vergil. Nil altum mens inchoat.

Incipio incipis. por comẽçar como quiera. vt Incipio legere. & Incipio rem arduam.

Ineo inis iniui. por comẽçar alguña coſa notable, vt Ineo amicitiam tecum.

Diſco diſcis didici. por aprender algo de nueuo, vt Diſco prima elementa.

Ediſco. cis. edidici. por deprender algo de coro. vt Edidici Vergilium.

Dediſco. cis. dici. por oluidarlo deprendido. vt Dedicit pacem.

Oppugno. as. aui. por cõbatir algun lugar. vt Oppugnauit oppidum.

Impugno. as. aui por aqllo meſmo. vt Impugnauit hoſtes.

Propugno. nas. aui. por defenderlo combatido. vt Propugnauit vrbem.

Expugno. as. aui. por tomar por combate. vt Expugnauit arcem.

Capio capis. por tomar queriendo, o no queriẽdo, vt Cœpi voluptatem. cœpi moleſtiam.

Summo, is, ſumpſi. por tomar por nueſtra volũtad vt Sumpſi negotium.

Paco. as. aui. por apaziguar a los vencidos. vt Scipio pacauit Lybiam.

Placo. as. aui. por amãſar al ayrado. vt Ego placaui illũ.

Pacifico. as. aui. por aquello meſmo, o hazer paz.

Laſſo. as. aui. por fatigar lo q̃ tiene anima. vt Ego laſſabo hominem,

Laxo. as. aui. por afloxar lo apretado. vt Ego laxabo vincula.

Abdico. cas. caui. por deſheredar al hijo en vida. vt Terentius generum abdicat.

Exhæredo. as. aui. por deſheredar lo en la muerte. vt Exhęredauit filium.



¶ Secunda verborum actiuorum ſpecies. Impleo. es. Verg. primo ęneidos. implẽtur veteris bacchi pinguiſque ferinę. Lucanus in primo: implentur valido tyrone cohortes. ¶ Accuſo. as. Verba, quæ ad accuſationem ptinent, huius ordinis ſunt. vt accuſauit Appiũ dolobella repetundarũ, vel crimine repetundarũ. & poſtulauit etiam illum repetundarum, vel repetundarum crimine, & de repetundis. & Cõuincit illũ ambitus, vel de ãbitu, & Dãnatus vtriuſq; criminis, vel vtroq; crimine. ¶ Incuſo incuſas ad hũc ordinem non pertinebat, ſed interpoſitum eſt. vt differentia inter illud, & accuſo denotetur: ne putet quiſpiam, idem vtrumq; verbum ſignificare: ſed neq; cum eiuſdem caſibus conſtrui debere. Inſimulo quoque accuſo. Plautus in Amphytrione: atque inſimulabit eam probri. Idem in eodem: neq; me perpetiar probri falſo inſimulatam. ¶ Emo. is. verba pretium ſignificantia non conſtruuntur paſſim cum genitiuo & ablatiuo: ſed, quemadmodum ſtatim diſturus eſt, cum genitiuo quorundam nominum, & cum aliorum ablatiuo. vt Plautus: Quãti eã emit? Reſpõdetq; alter, vili. Hora. quanti emptæ? paruo, quãti ergo? octuſſibus. Leuitici tamen. xxxvij. quanto valere poteſt, tanto æſtimabitur. ex quo regula illa grammaticorum exceptionem habet: aiunt namque eodem caſu reſpõdendum nobis eſſe, quo interrogamur: nam interrogamur per genitiuum, & reſpondemus per ablatiuum. Teren. quid agas, niſi te vt redimas, quantũ queas minimo: & ſi nequeas paulo, at quanti queas. Iuu. balnea ſexcentis, & pluris portic9 empta. Paro paras. pro comparo comparas. Lucanus in primo: magnoq; æterna parantur regna deis. Iuu. flos Aſię ante ipſum pretio maiore paratus. Sto ſtas, pro conſto conſtas. Verg. lib. x. haud illi ſtabunt ęneia paruo hoſpitia. Martia. conſtatura fuit megalenſis purpura centum. Iuu. tanti partus equæ, quanti veneficia conſtat. Cicer: in verrem. tantidem ęſtimaſſe, quanti ſacerdotem. Iuuen. quanticuque domus conſtet. ¶ Animaduertendũ eſt. Hęc annotatio ex libro. iij. elegãtiarum Laurẽtij Valenſis tranſlata eſt, qui hoc præceptum a ſe primum fuiſſe excogitatũ gloriatur. ſcribit enim hos duos genitiuos tanti & quanti ſubſtantiuos in neutro genere cum illorũ cõpoſitis tantidem quantidẽ, quãtilibet, quãticunq;, & duos genitiuos comparatiuorũ pluris & minoris adiungi his verbis emo, vẽdo æſtimo, & reliquis pretium aut ęſtimationem ſignificantibus, cum reliquis vero nominibus non poſſe conſtrui. Neque enim poſſis recte dicere: vendit hic auri patriam, ſed cum Verg. vi. ęñ. auro. & in pri. eiuſdem: exanimumq; auro corpus vẽdebat Achilles. Recte tñ dixeris emi librum tãti quanti tu, & minoris quam Antonius, & pluris quã Cęſar. Neque licet his genitiuis adiungere ſubſtantiuum, niſi in ablatiuum conuerteris: vt tanto pretio emi, quãto tu vẽdiſti: & minori pretio emi, quã Cęſar. & maiori ꝑtio quã Antonins. & quãtolibet pretio vel quãtouis pretio emeris librũ, numerabo pecunias bibliopolæ. Iuuen. quanto metiris pretio, q; ni tibi deditus eſſem. Valerius maxi. magno vbique pretio virtus ęſtimatur. Tantodem tñ pretio non dicimus, quia datiuo & ablatiuo caret tantundem. Itaque non licet exponere quanti emiſti, ſubaudi pretij, ſed quãti, id eſt, quanto pretio, tanti, id eſt, tanto pretio. Fallit enim hoc etiam in loco regula grammaticorum, q; oportet exponens & expoſitũ eiuſdem eſſe caſus. Neque ſolum in verbis huius ſpeciei ſeruit hæc regula: ſed in alijs omnibus pretium quocunq; modo ſignificantibus. vt veneo venis, quod eſt neutrum paſſiuũ, vt mercor. aris. quod eſt deponens. Liuius. xlviij. ab vrbe: mancipia minora annis viginti, quæ poſt proximum luſtrũ decẽ milibus æris, aut pluris veniſſent: ea quoq; decẽ tanto, pluris quanti eſſent, ęſtimarentur. Cicero in epiſt. in licitatione prius ponã, quã illud minoris veneat. Ver. ij. ęñ. magno mercentur Atridæ. Alia quoque verba, quorũ actus mercede fiunt, etiam hoc modo conſtruuntur. vt doceo doces. Iuuen. chryſogonus quanti doceat, vel Pollio quanti. Plin xxxv. naturał. hiſtorię: neminem (inquit) minoris docuit. Ago agis. Iuuen. atq; ideo pluris quam coſſus agebat. Licentius dixit Plin. li. viij. naturał. hiſto. tanti perire potuiſti: atq; etiam hodie minoris. pro tanti pretio & minori periculo. Contra hanc tamen Laurentij precęptionem ſtat quorundam ſcriptorũ autoritas: ſed Valla de vſu frequentiori ſemper loquitur. Ver. in priapeia: non aſſis faciunt, eũtq; recta. & Catullus: omnes vnius ęſtimemus aſſis. facio enim & ęſtimo pretium ſignificant, quę tamen genitiuo aſſis iunguntur. Illa quoq; paruifacio. paruipendo. floccifacio. floccipendo, nihilifacio. nihilipendo. naucifacio. naucipendo, & quod Apuleius primo metamor. ſcribit. iſtud quidem, quod polliceris æqui boniq; facio, contra. Vallæ precęptionem dicta eſſe videntur. ¶ Tertia verborum actiuorum ſpecies eſt eorum, quę dicuntur acquiſitiua.

¶ Secunda verborum actiuorum ſpecies eſt, quæ præter accuſatiuum conſtruuntur etiam cum genitiuo, vel ablatiuo. vt impleo granarium frumenti, vel frumento. Qualia ſunt hæc.

Impleo. es. Repleo. es. Compleo. es, por hinchir alguna coſa.

Accuſo. as. por acuſar en iuyzio o fuera. vt accuſabo te criminis, vel crimine.

Incuſo. as. por reprehendiẽdo quexarſe de alguno vt Hic incuſat matrem.

Poſtulo. as. por demandar en iuyzio. vt Poſtulabo te apud iudicem homicidij, vel homicidio.

Damno damnas. por condenar, o obligar. Vergi. Damnabis tu quoq; votis, vel votorum.

Emo, redimo, paro, comparo. por comprar. vt Emi librum tanti, vel tanto pretio.

Vendo venundo diſtraho, por vender. vt Vendidi pluris & maiori pretio.

Aeſtimo. taxo. as. appretio. as. por apreciar, o taſſar, vt Aeſtimo centum aureis, vel quanti tu.

Animaduertendum eſt, q; verba pretium ſignificãtia conſtruuntur cum abltõ pretium denotante præterq; cum his genitiuis tanti, quanti. pluris. maioris. minoris. tantidem quantidem, quãtiuis. quantilibet. & quod Vergilius dixit: non aſſis faciunt. & Catullus Veronenſis: Omnes vnius æſtimemus aſſis.

¶ Tertia verborum actiuorum ſpecies eſt, quę preter accuſatiuum conſtruuntur etiã cum datiuo. Qualia ſunt hæc.

¶ Do das,etiam cum accuſatiuo & duobus datiuis conſtrui poteſt,vt do tibi pecunias dono,do tibi veſtē
pignori.exempla ſunt Diomedis in idiomate conſtructionis huius verbi.Dicimus preterea do tibi fidē,
ſicut habeo tibi fidem,ſed dare fidem,eſt fidem obligare:habere fidem,eſt credere. Dicimus quoq; do ti
bi pœnas.i.perſoluo:ſicut pendo tibi pœnas:& do tibi verba,id eſt,decipio te.Dicimus etiam,do tibi lite
ras,ſignificatque dare, non vt illas legas:ſed vt ad aliū ꝑferas,qui legat:vnde & actm̄ cū prepoſitione ad
adiūgimus;vt do tibi lr̄as ad Antoniū:tibi,vt
ꝑferas: ad Ātoniū,vt legat. Saluſt. Vulturno
lr̄as ad Catilinam dat.Sed dare(vt dicit) eſt
quomodocūq;.Donare vō eſt dare gratis,cū
huius ordinis eſt.vt dono tibi coronam. Si
vero eſt quintę ſpeciei,ſignificat(vt ait Val
la)facere id premij,aut beneuolentiæ gratia.
Cicero pro Archia poeta: Sylla cum Gallos
& Hiſpanos ciuitate donaſſet.videlicet in prę
mium meritorum. Plautus in aulularia:Dij
immortales quot & quantis me donatis gau
dijs.quod eſt magis beneuolentiæ,quam me
riti. Ver.v.ęn.ſergeſtum æneas promiſſo mu
nere donat.& in eodem:hoc iuuenem egregiū
prętanti munere donat. hic quoq; in meriti
pręmiū munus donatur. ¶ Dedo dedis,ſeipſū
alicuius fidei atq; autoritate tradere. Vnde
& obſides dicūtur dedere ſe victori: & inde
deditio & ſerui dedititij.i.qui ſe miſericordiæ
victoris dediderunt. ¶ Præpono.is.vt ego prę
pono Demoſtheni Ciceronem. præfero Ho-
mero Vergilium.ante pono callimacho Oui-
diū. ¶ Commodo.as. Inter commodo .as. &
mutuo.as.hoc intereſſe conſtat:quod accom-
modamus res,quæ eędem numero reddendæ
ſunt.vt libros.veſtes.argēti phialas.gemmas.
mutuamus vero res,quæ eædem numero red
dendę nō ſunt,ſed tantū in ſpecie:vt frumentū.
vinum. pecunias. Nemo.n. hæc acciperet mu-
tuo ea lege,vt illa ipſa redderet. Sed quemad
modum dicimus ego mutuo tibi pecunias:
ita etiam tu mutuaris a me pecunias. Reperi-
tur quoq; commodo tantum pro do.vt apd'
Luca.in pri.nec cōmodat inuidiam fortuna
ſuam. Reperitur & neutrū ſecundæ ſpeciei ꝑ
eo,quod eſt proſum. Apuleius in .ij. florido.
beneficio multis commodaſti,& exemplo om
nibus profuiſti.ſic e diuerſo incommodo.das.
pro noceo.Idem pro magia.ne quid eo nomi-
ne ſuis incōmodaret. Teren. in Andria:magis
vt incōmodet mihi: quā vt obſequatur gna-
to. ¶ Loco locas. Inter loco.as.& conduco.cis.
hoc diſtat: ꝙ locare eſt mercede aliquid ali-
cui vtendum tradere.vt domum.ſeruum. iu
mentum.agrū.conducere eſt illa eadem merce
de accipere. ¶ Suadeo.es.inter ſuadere & per-
ſuadere illa eſt differentia: ꝙ ſuadere eſt ra-
tionibus,& autoritate aliquem exhortari,vt
aliquid faciat:quemadmodū diſſuadere eſt, ne aliquid faciat:perſuadere vero eſt impetrare,vt illlud ipſū
quod ſuademus,efficiatur. ¶ Dico.is.inter dicere & loqui, illam differētiam nōnulli eſſe voluerūt:vt dica
mus ea,quę ex arte ꝓferimus.loquamur vero natura. ¶ Edico tū qd' a dico eſt cōpoſitū ad magiſtratus
ꝑtinet.vñ dicūtur Edicta prætorū:& illud ex euangelio: Exijt edictum a Cęſare Augu. ¶ Indicere vero eſt
cum quadam ſolennitate denunciando imperare. Horatius primo ſermo.ventri indico bellū. ¶ Credo.is.
eſt commodare alicui,vel mutuare non poſitis pignoribus,ſed tantū fide obligata:cuius contrariū eſt de
beo debes: vnde ab hoc debitores,ab illo creditores ſunt appellati. Credo vero neutrū ſecūdi ordinis,eſt
alicui fidem habere:nā credo in deū & ſimilia inuſitatum eſt in ſermone latino. ¶ Cōmēdo.as.notę ſignifi-
cationis verbum actiuū eſt huius ſpeciei.vt Mart.peccat,qui cōmēdandū ſe putat eſſe ſuis. At vero cōme
dare apud aliquem,eſt illū laudare:vt ego te apud principes noſtros commendaui.Oui.v.faſto.illa datos
faſces cōmendat.i.cōmendabiles facit.In eadem prope ſignificatione reperitur cōmitto.is.cū duobus ver
bis ſupioribus,hoc eſt,credo & cōmēdo.vt apđ Verg.i.ge.debita qua ſulcis cōmittas ſemina.Reperitur
quoq;,ꝑ eo quod in pugnā inducere.Mart.victores cōmitte Ven9.Luca.in.i.exiguū dn̄s cōmiſſit aſyllū.
Cōmitto vero abſolutū ſequēte clauſula cū.vt.coniūctione,peccare ſignificat.Cic.ij.de orat.neq; cōmittā,
vt ineptū me eſſe iudices. ¶ Conſulo.is.lui.huius ſpeciei eſſe pōt.vt ego cōſului tibi vtilitatē.i. vtile cōſi
liū tibi dedi.Conſulere vero aliquē,hoc eſt, primę ſpecie,eſt cōſiliū ab illo petere.vt Verg.vij.ęn̄.lucoſq;
ſub alta conſulit albunea.Cōſulo tibi.i.cū eſt neutrū ſecūdi ordinis accipitur ꝑ eo quod eſt ꝓuideo.Oui.
in ep̄la penelo.ſed bene cōſuluit caſto deus ęquus amori.Cōſulo boni neutrū eſt ſecundę ſpeciei. Quint.
inſtitutionū orat li.j.Cōſul(inquit)a cōſulendo dicitur,vel a iudicādo;nā hoc cōſulere veteres vocarunt

¶ Do das,dedi. por dar como quiera, vt Do tibi pecunias,libros.

Dono donas donaui.por dar gracioſo, y de balde, vt Dono tibi veſtes.

Dedo dedis dedidi.por darſe aſſi meſmo.vt Hoſtes dedunt ſe victori.

Præpono præponis. Præfero præfers. Antepono. is.por preferir.vt Præpono te Homero.

Commodo.das.por preſtar lo meſmo que ſe torna, vt Commodo tibi equum.

Mutuo.as.aui.por preſtar lo q̄ ſe torna en eſpecie, vt Mutuo tibi nummos.

Loco.cas.caui.por dar algo por alquiler.vt Tu locaſti mihi domum,mulam.

Conduco.is.xi.por tomar algo por alquiler.vt Tu conduxiſti a me tabernam.

Suadeo.des.ſi.por induzir y traer por razones, vt Ego ſuaſi tibi honeſta.

Perſuadeo.des.aſi.por induzir con effecto .vt Ego perſuaſi tibi turpia.

Dico. is.xi.por dezir,o hablar artificioſamente. vt Tu dixiſti mihi ſententiam.

Edico.is xi.por mandar como juez,o principe. vt Prætor edixit omnibus legem.

Indico.is xi.por denunciar con ſolennidad.vt Romani indixerūt Veijs bellum.

Credo.dis.didi.por preſtar,o confiar,vt Tu credidiſti decoctori nummos.

Commendo.as.aui.por encomendar.vt Rogo cōmendes regi hominem.

Cōmitto.tis.por cometer,o encomēdar,o cōfiar, vt Committe mihi hæc.

Conſulo.is.lui.por conſejar algo a alguno.vt Conſule filio vtilia.



Vnde adhuc manet illud:rogat boni cōſulas.i.bonum iudices.Pli.lib.viij.Queſo,vt legētes boni conſu
lant.Plautus in truculento:quicquid autem erit boni conſulas.Verg.in priapeia:quāuis pauca domus con
ſule poma boni.Ouidi.primo de ponto:ad me peruenit,conſuluitque boni.Idem in.v.eiuſdē: tu tamen hæc
quæſo conſule miſſa boni.Cato apud Gelliū lib.ix.noctium atticarum:ea fieri bonis bono genere natis bo
ni conſulitis.Seneca in epiſtol.Hāc coqui,ac piſtoris moram boni conſulo.Apuleius,vij.meta.quod a me
retēta cuſtoditaq; non fueris, optimi cōſule.
¶ Facio facis.Huius ordinis verbū notam ha
bet ſignificatiōem: & ꝙ ab ago agis differat,
ſupra memorauimus. Dicimus quoque fa-
cio te certiorem & non certum: pro eo quod
in libris digeſtorum certioro & certifico le-
gimus.Nam quod Ver.iij.æn̄.dicit: Anchiſen
facio certum.neceſſitate carminis excuſari po
teſt:quod ſi diceret certiorem,fuiſſet ſyllaba
breuis inter duas longas. Facio præterea pro
æſtimo,quod cum gtō poſſit conſtrui, paulo
ante diximus. Reperitur etiam neutrum ſecū
di ordinis. vt benefacio tibi. male facis mihi.
niſi mauis male & bn̄ aduerbia eſſe pro nomi
nibus poſita.vnde eſt,bene fit,male fit.Repe
ritur & abſolutum,pro eo quod eſt conuenio.
Ouid.in epiſtola Hypſiphiles:Medeæ faciūt
ad ſcelus omne manus.& in epiſtola ſaphus:
non facit ad lachrymas barbitos vlla meas.&
Horat.mecū facietia iura. ¶ Quarta verborū
actiuorū ſpecies eſt.Doceo & dedoceo.Hora.
ij.car.populūq; falſis dedoceret vti.Cicero.i.
de finibus: geometriā diſcere maluiſſet,quā
illā dedocere. ¶ Moneo mones.Terent.in And.
habeo pro illa re,qd illum moneā probe.Ad-
moneo(quod ab illo componitur) cum geni
tiuo potius poſt accuſatiuum principalē con
ſtruitur. Tibul.lib.ij. admonuit dominæ de-
ſeruitque Venus.Ouidius tertio de ponto:
quid ab ijs ipſis admonere te mei.Idē.xv.me-
tamorphoſeos:quod poſſit equorum admo-
nuiſſe. ¶ Oro oras.vt oro te rē honeſtā.dicim9
quoque oro a te rem honeſtam.Verg.xi.æn̄.
ipſum obteſtemur,veniāque oremus ab ipſo.
Gellius lib.xvi.orauit a ſuis amiciſſimis im-
penſe. ¶ Rogo.as.Hora.ij.car.otium diuos ro-
gat in patenti prenſus ægæo. Verg.lib.viij.ſan-
ctum mihi numen Arma rogo genitrix nato.
Poſſumus etiam dicere rogo a te. Plaut9.qua
confidentia rogare tu a me argentum audes?
Interrogo quoque eodē modo poſſe cōſtrui,
quo ſuum ſimplex,dubium nō eſt. ¶ Flagito
.as.Horat.ij.car.nec potentē amicum largiora
flagito.Oui.primo de amato.quod de amā-
tore mi flagitet ante ſuum. ¶ Poſco.cis. Vergi.
iiij.æn̄.tu modo poſce deos veniam.Idē in.xi.
pacem te poſcimus omnes. ¶ Poſtulo.as.quod
proprie eſt pro tribunali & non alibi petere.
vt inquit Iureconſultus in titulo de damno
infecto.l.cuius initium eſt dies.Cum ablati-
uo & præpoſitione .a. iungit pſalmographus
dicens,interprete Hiero.Poſtula a me & dabo
tibi gentes. ¶ Peto.is. apud Cice. fere ſemper
hoc modo conſtruitur. ¶ Induo.is.Ver.ij.æn̄.
androgei galeam,clypeique inſigne decorū
induitur.Conſtruitur etiam cum datiuo. Idē
xi.æn̄.harū vnam iuueni ſupremum mœſtus
honorem induit:& cum ſeptimo caſu.vt idē
in eodem:indutoſque iubet truncos hoſtili-
bus armis.Eodem modo veſtio.Verg.ij.geor.quæq; ſuo viridi ſemper ſe gramine veſtit. ¶ Exuo quoque
eodem modo conſtruitur,& quæ ſunt ſimilis ſignificationis.Exigo te pecuniam & a te dici poteſt.Cæci-
lius apud Gell.libro.xiiij.Ego illud mun9 nihilo exigor portorium.Metellus numidicus apud eundē.ſo-
cios ad ſenatū quæſtū flētes veniſſe ſeſe maximas pecunias exactos eſſe.ſed ex figura græca dictū eſſe Gell.
affirmat.Illi em̄ exigo te argentū dicūt.Hiero.in Iouinianū primo: noli mirari.ſi inter titillationes carnis,
& incentiua vitiorum angelorum vitam non exigimur:ſed docemur. & paulo infra: maioris gratiæ eſt
offerre quod non debeas: quam reddere quod exigeris. ¶ Quinta verborum actiuorum ſpecies eſt. Do-
no.as.aui.De conſtructione huius verbi in tertia ſpecie verborum actiuorum diximus.

Facio.cis.feci.por hazer lo que paſſa en materia de fuera.vt Feci tibi opus.

¶ Quarta vborū actiuorū ſpecies eſt,q̄ ꝑter actm̄ principalē cōſtruuntur cum altero actō minus principali. Qualia ſunt,quæ ſequuntur.

Doceo.es.cui.por enſeñar.vt Tu docuiſti me grāmaticam,& dialecticam.

Dedoceo,ces.por demōſtrar ſer falſo lo enſeñado. vt Ego dedoceo te vitia.

Moneo,nes.por amoneſtar acōſejando. vt tu Monuiſti me iuſta.

Admoneo.es.por traer algo a la memoria de otro. vt Ego admonui te vtilia.

Oro oras.raui.por rogar al mayor.vt Miſeri orant principes veniam.

Rogo rogas.por rogar al ygual.vt Amicus rogat amicum opes.

Interrogo.gas.gaui.por preguntar. vt Interrogas me quæſtionem arduam.

Flagito.tas.aui.por demandar con importunidad. vt Flagito te libros.

Poſco,cis. popoſci.por demandar lo honeſto.vt Poſco te rem honeſtam.

Poſtulo.las.laui.por demandar requiriendo en iuyzio.vt Poſtulo te pecunias.

Peto.tis.tiui.por demandar rogando.vt Peto te rē factu facilem.

Induo.is. Veſto.is. por veſtir. vt Veſtiā te. Induā te diploidem.

Exuo.is.exui.Spolio.as.aui por deſpojar.vt Exuā & ſpoliabo te veſtem.

Cingo.gis.xi. Accingo.gis.xi. Succigo gis.xi.por ceñir.vt Cinxiſti me enſem.

Calcio.as.por calçar. vt Calciabo te ſoleas,cothurnos,calceos.

Excalcio,as.por deſcalçar. vt Excalciabo te omnia, quæ alius calciauit.

¶ Quinta ſpecies verborū actiuorū eſt quę pręter actm̄ cōſtruūtur cū ablatiuo ſine præpoſitione, vel potius cum effectiuo. Qualia ſunt hæc.

Dono.as.aui. por dar inſignias de honra. vt Ego donabo te corona laurea.

¶Spolio.as. Ver.vi.æñ. Poſtquã illum vita victor ſpoliauit Achiles. ¶Satio.as. & Saturo.as. differũt teſte Valla. ꝙ ſatiare ad omnes ſenſus pertinet: ſaturare ad ſolum guſtum: vt ego ſatiabo te ſpectaculis, & ſaturabo te pane. ¶Onero.as. onerauí. Cice. in epiſto. homines nequiſſimi quibus te onerarunt mendacijs. ¶Exonero.as. Ouidius. in triſti. attamen hanc odns exonerare fugam. ¶Peto.is. pro eo, quod eſt percutio. Verg. in buco. malo me galatea petit laſciua puella. ¶Afficio.is. verbum eſt in hac conſtructione frequentiſſimum apud oratores. vt Cicero in epiſtolis: Magno me dolore affeciſſent literę tuę. i. magnum mihi dolorem feciſſent literæ tuæ. ¶Muto.as.aui. pro eo quod eſt aliã rẽ alia permutare. Verg. primo geor. chaoniam pingui glandem mutauit ariſta. Horat. diruit, ædificat, mutat quadrata rotundis. Perſius: mercibus hic Italis mutat ſub ſole cadẽti rugoſum piper, & palẽtis grana cymini. ¶Priuo.as. Cicero in epiſto. graui teſte priuatus ſum patre ſuo viro clariſſimo. ¶Leuo.as. pro eo qđ ſubleuo ſiue alleuo. Ver. Ego hoc te faſce leuabo. ¶Sexta ſpecies verborum actiuorum eſt. Audio audis audiui actiuũ huius ſpeciei eſt ſermonem alterius intelligendi gratia percipere. vt audiui ex te, vel a te, vel de te. Audio primæ ſpeciei eſt vocem tantum audire, ſiue animalis, ſiue alterius rei ſonum. Exaudio eiuſdẽ ordinis eſt, quod audio facere. Audio, vel inaudio tibi neutrum ſecundi ordinis pro eo, qđ eſt obedio: quod ex ob & audio componitur. Plautus in captiuis duobus: cum dicto haud audiebat, facto nunc lædat licet. frequentiꝰ tñ in hac ſignificatione reperitur ab illo participium præſentis tẽporis. Plautus in Amphyt. ego ſum Iouis dicto audiens. Cice. in philippicis: vt audiens eſſet huic ordini. Idem pro rege Deiotaro: aut qui dicto audientes in tanta regnõ fuiſſent. & in lege illa vulgata duodecim tabularum filium minus dicto audientem licebat abdicare. Inaudio quoꝗ; pro obedio huius ordinis reperitur. Affranius apđ Marcellũ: nouis dictis quæſo, ne ille inaudiat. Male audio, cũ eſt abſolutum, hoc eſt, neutrũ quinti ordinis ſignificat infamari. Cice. ij. de ora. Opimius conſularis, quia adoleſcentulus male audiſſet. Idem p Marc. Cęlio: vicinũ eius mulieris miraris male audiſſe. Idẽ. v. tuſ. ſed aliud moleſtius, quod male audiebat. Terent. vulgus mulierum, qđ male audit. Oui. v. de triſtibus: Indolui, nec tã mea qđ fortuna male audit. Martia gentibus in Lybicis vxor tua Galle male audit. ¶Abſtineo, es. & cõtineo, es. verba ſunt huius ordinis, differunt tñ autore Valla, ꝙ abſtinere eſt ab aliena, vel exteriori re. vt abſtineo me ab iiuria, abſtineo me a muneribus. ¶Continere vero eſt a proprijs voluptatibus, vt cõtineo me a libidine, a coitu, a cibo. Cice. Qđ beneficiũ eſt, ſi te abſtinueris ab alieno ſcelere. & Lucil. manus abſtinere a muliere melius eſt. Cõſtruitur etiã figuratę cum gtõ, vel potius ex idiomatis græci imitatione, vt Horat. mox vbi luſit, ſatis abſtineto dixit irarũ. Verg. præpoſitionẽ ab ſuppreſsit. vij. æñ dicens: Abſtinuit tactu pater, auerſaꝗ; refugit. ¶Accipio.is. quo differat a ſumo.is. diximus in prima ſpecie actiuorum. ¶Recipio.pis. præter alias ſignificatiões, quas habet, cum eſt neutrum ſecundi ordinis, ſignificat promittere, quo verbo Cicero frequenter vtitur in epiſtolis maxime. ¶Suſcipio.is. eſt aliquid in curã atque fidem ſuam accipere. ¶Eripio.is. & reliqua verba ſeparationem ſignificantia huius ordinis ſunt. Verg. ij. æñ. teque his ait, eripe flammis. & in eodem: eripui fateor, leto me & vincula rupi. nam vtrobiꝗ; ſubintelligitur ab, vel ex, quæ eiuſdem eſt ſignificationis. ¶Amoueo.es. idem eſt, quod aufero aufers, atꝗ; vtrumque huius ordinis. Admoueo.es tertiæ eſt ſpeciei contrariæ ſignificationis: vt admoue tibi manum, amoueo a te manum. ¶Auerto.is. eodem modo differt ab aduerto, vt aduerte oculos ad me. i. conuerte ad me. auerte oculos a me, id eſt, remoue. Eodem modo differunt aduerſus & auerſus: ꝙ aduerſus eſt faciem oſtendens ex oppoſito, auerſus terga vertens, aut oculos ab aliqua re declinans. vt Vergilius primo æneidos: Diua ſolo fixos oculos auerſa tenebat.

Spolio.as.aui. por deſpoiar de alguna coſa. vt Tu me ſpoliaſti exuuijs.

Satio.as.aui. Saturo.ras. por hartar. vt Ego te ſatiaui cibo, & ſaturaui pane.

Onero.as. por cargar. Exonero.as. por deſcargar. vt Ego exonero te faſce.

Peto.is. pro Percutio.is. por herir. vt Malo me Galatea petit.

Afficio.is.feci. pro eo quod eſt in bonum ſiue malum aliquid facere.

Afficio te voluptate. yo te hago plazer. Afficio te muneribus. yo te hago beneficios.

Afficio te moleſtia. yo te hago peſar. Afficio te iniuria. yo te iniurio.

Muto.as.aui. por trocar vna coſa con otra. vt Mutauit glandem ariſta.

Priuo as.aui. por priuar o quitar algo. vt Tu me priuaſti multis bonis.

Leuo.as.aui. Subleuo as.aui: por aliuiar. vt Ego hoc te faſce leuabo, vel ſubleuabo.

¶Sexta verborum actiuorum ſpecies eſt, quę preter actũm conſtruuntur etiam cum ablatiuo, & præpoſitione a vel ab. Qualia ſunt.

Abſtineo abſtines por ſe refrenar đlas iniurias. vt Ego abſtineo me ab iniuria.

Contineo contines. por ſe refrenar delos deleytes. vt Fac contineas te a voluptate.

Accipio. pis. accepi. por recebir como quiera. vt Accepi a te commoda & incommoda.

Suſcipio.pis. por tomar a ſu cargo. vt Omnia tua negocia ſuſcipio a te.

Recipio recipis. por reſcebir o recobrar. vt Ego recepi a te libros omnes.

Eripio eripis. por librar, o arrebatar. vt Tu eripis me a malis: & ego a te pecunias.

Amoueo amoues. por quitar de alguna coſa. vt Amoue obſecro a me manum.

Aufero aufers por aquello meſmo. vt Aufer a me opprobrium, & contemptum.

Auerto auertis auerti. por boluerſe de alguna coſa. vt Auerte oculos a vanitate.



De verbis paſſiuis cap. ij. Quemadmodum verbum actiuum diffiniuimus paſſiuo dicentes: Actiuum eſſe quod in.o. deſinit, & habet paſſiuum in.or. Ita nunc e diuerſo Paſſiuũ diffinimus, Qđ in.or. deſinit & habet actiuum in.o. in quo differt a deponenti & communi, quæ non habent actiuum in.o. Et exigit ante ſe nominatiuum pro perſona patienti, in quo differt ab actiuo, quod exigit nominatiuum pro perſona agenti, vel facienti & ablatiuum cum præpoſitione.a.vel.ab. vel datiuum per perſona agenti, vel facienti: in quo differt a deponente. nam commune eodem modo conſtruitur, quo verbum paſſiuum. vt deus amatur a me, vel mihi. Eius, hoc eſt verbi paſſiui, tot ſunt ſpecies, quot diximus eſſe in verbo actiuo. Sunt enim ſex, quemadmodum ex ſuperiori cap. colligi poteſt. ¶Sed animaduertendũ eſt. duo notanda eſſe dicit, primum, ꝙ cum verbum actiuum paſſiuo mutare volumus, accuſatiuum perſonę patientis in nominatiuum: & nominatiuum perſonæ agentis vel facientis in ablatiuum cum prępoſitione.a.vel ab. vel datiuũ vertere debemus. Caſus vero ille, cum quo verbum actiuum poſt accuſatiuum principalem conſtruitur, mutari non debet: id quod per omnes ſpecies obſeruandum eſt. vt in ſecũda Impleo granarium frumenti, vel frumento: granarium impletur a me frumenti, vel frumẽto. Verg. primo æneid. implentur veteris bacchi pinguiſꝗ; feriniæ. Alterum (quod notandum eſſe dicit) eſt: quod verba reciproca, & quæ dicuntur vocatiua in paſſiua reciprocantur, hoc eſt, poſt ſe conſtruuntur cum eodem caſu, cum quo ante ſe conſtruebantur. vt Horat. pri. carmi. Scriberis vario fortis & hoſtiũ victor. Habeor indoctus prædicor ignauꝰ; dicor ſapiens: vocor Antonius: nuncupor Nebriſſenſis: dicor grammaticus. Non eſt hoc in loco diſſimulandum, quod Seruius annotabit in illud Ver. vij. æneid. Optato cõduntur tybridis alueo: eſſe quædam verba, quę nulla ratione mutantur ex voce paſſiua in actiuam: vt ſacerdotes creari: virgines capi, vñ & capere dicebantur, quoniam a pontifice de manu patris non minores decem annis capiebantur: neque enim dici poſſet, quod pontifex illas capiebat. Eodem modo dicit Seruius, condi proprie illos, qui ſibi ſtatuunt ciuitatem. conduntur ergo tybridis alueo, dixit Verg. i. ſedẽ ſtabilem locarit. Pari ratione dicimus ego linquor animo pro exanimor, qui loquendi modus frequens eſt apud Pli. Non tamen recte dixerimus, animus linquet me. Eodem modo conſterno animo, pro eo quod eſt terreor. vt apud Saluſt. Equi ſine terroribus conſternantur: & Ouid. ij. meta. conſternãtur equi. nõ tamen dici poſſet, ꝙ aliquis conſternat equos. dicimus quoque ex numero noſtrorum militum decem ſunt deſiderati in prœlio. i. mortui ſunt & defuerunt. Cęſar in commentarijs: deſiderati ſunt eo die ſagittarij circiter [illegible]enti, non tamen recte diceretur: nos deſiderauimus ducentos ſagittarios. Dicimus preterea interdico tibi aqua & igni, non aquam & ignem. At in voce paſſiua dicimus aqua & ignis interdicitur tibi a me. dicimus quoque aqua & igni interdicitur tibi, a me autem vix dici poſſet: quia interdicitur eſt imperſonale ab hoc verbo neutro interdico. Cic. de ſenectute: male rem gerentibus bonis interdici ſolet. Apul. in iij. floridorũ datiuum vocis actiuę in nominatiuum paſſiuæ conuertit, cũ ſcribit: diues ille cibo interdicatur, & in digeſt. ti. de curatore furioſi. l. pri. Lege (inquit) duodecim tabularum prodigus interdicitur & ibidem mulier, quę luxurioſe viuit, bonis interdici põt. Datiuum quoque in nominatiuum vertit Hora. in poetria dicens: Ego cur acquirere pauca (ſi poſſum) inuideor? Idẽ alio in loco: hec ego procurare & idoneus imperor. Eadẽ quoque ratione dicimus in actiua, ego iubeo tibi, & in paſſiua, tu iuberis a me: & ego ſum iuſſus a te. Dicimus preterea mutuo tibi pecunias: fœnero tibi nummos. In voce tñ paſſiua non dicimus pecuniæ mutuantur tibi a me, aut nũmi fœnerantur tibi a me: ſed tu mutuaris a me pecunias: & fœneraris a me nummos. Dicimus etiam ego delector te: ſed tu delectaris a me non dicitur: ſed tãtum delectaris. mutuo: fœneror delecto actiua ſunt: mutuor. fœneror. delector deponentia. multa nãꝗ; (vt diximus ſupra) verba ſunt actiua deſinentia in.o. quæ non hñt paſſiuũ in.or. ¶De verbis Neutris. Cap. iij. Ponit imprimis verbi neutri diffinitionem dicẽs: Qđ verbum neutrũ eſt, quod deſinit in.o. ad differentiam paſſiui, deponentis, & communis: & non habet paſſiuum in.or. ad differentiã verbi actiui: quẽ tñ caſũ ante ſe & poſt ſe regat, non dicit: ſed adde tu, ꝙ verba neutra ſignificãtia actionẽ exigunt ante ſe nominatiuũ pro perſona agente, vel faciente. vt ego ſeruio: quę vero paſſionem illam, aut idiopathiã. i. paſſionem innatã, exigũt ante ſe nominatiuum pro perſona patienti. vt ego vapulo, ego frigeo. poſt ſe vero cum oĩbus obliquis poteſt conſtrui, aut abſolutũ eſt. Hoc loco repetendum eſt, quod ſupra cum de verbi actiui diffinitiõe agebatur, diximus: proprium eſſe verbi actiui cum accuſatiuo conſtrui, atꝗ; habere paſſiuum in.or. eſſe tamen verba, quę & ſi cũ accuſatiuo in voce actiua cõſtruãtur, nõ tamen habent paſſiuam in.or, itaque partim actiua, partim neutra eſſe dicendum.

¶De verbis Paſſiuis. Cap. ij.

Paſſiuum verbum eſt illud, qđ deſinit in.or. & habet actiuũ in.o. & exigit ante ſe nominatiuũ ꝑ perſona patienti, & ablatiuum cum præpoſitione.a.vel.ab. vel datiuum pro perſona agenti, vel faciẽti. vt Deus amatur a me vel mihi. Eiꝰ tot ſunt ſpecies, quod diximus eſſe in verbo actiuo. Sed animaduertendum eſt, ꝙ cum mutamus verbũ actiuũ in paſſiuum, caſus cum quo verbum conſtruitur poſt accuſatiuum principalem non mutatur: vt Impleo granariũ frumẽti, vel frumẽto. granariũ implet̃ a me frumẽti l. to. do tibi pecunias, pecuniæ dant̃ tibi a me. Doceo te grãmaticã. tu doceris a me grãmaticã. Dono te corona. tu donaris a me corona. Audio ex te grãmaticam. Grammatica auditur a me ex te.

Animaduertendum eſt quoꝗ; verba reciproca, & q̃ dñr vocatiua qualia ſunt ſcribor. habeor. iudicor. ꝑdicor. agnoſcor dicor. vocor. nominor. appellor. nuncupor & ſimilia conſtrui poſt ſe cum eodem caſu, cum quo ante conſtruuntur. vt ſcribor fortis, vocor Antonius.

¶De verbis Neutris. Cap. iij.

Neutrũ v̾bũ eſt illđ, qđ deſinit in.o. & nõ ſiet paſſiuũ in.or. vt ſeruio is. eiꝰ cõplures ſunt ſpes.

¶Prima ſpecies verborũ neutrorũ eſt, q̃ poſt ſe cõſtruunt cũ gtõ, vel abltõ, vt careo pecuniarum, vel pecunijs. Cuiuſmodi ſunt, quæ ſequuntur.

Careo cares. por no tener lo que deſſeamos. vt Ego careo tui, tu cares pecunijs.

Egeo eges. gui. Indigo indiges indigui. por hauer meneſter. vt Ego egeo ſalutis, vel ſalute.

Abundo.das. Redundo.as. por abundar, vt Abũdo diuitiarum & diuitijs.

Sto ſtas. Conſto. ſtas. por coſtar. vt Hic liber ſtat tãti, quanto tu emiſti.

Satago ſatagis, por eſtar ſolicito y congoxoſo, vt Hic ſatagit rerum ſuarum, & rebus ſuis.

Abſtineo abſtines. por ſe refrenar. vt Abſtineo irarum & ab iracundia.

¶ Secunda ſpecies verborum neutrorum eſt, quæ poſt ſe conſtruuntur cum datiuo, Qualia ſunt, quæ ſequuntur. vt Cedo cedis ceſſi. por dar a otro la ventaja, o mejoria. vt cede maiori.

Pareo pares. Obedio obedis. Optempero, peras. por obedecer. vt Patre amor dictis.

Conſulo conſulis. Prouideo. des. Proſpicio. cis. Caueo caues. por proueer. vt Pater conſulit filio.

Placeo places. por aplazer. Diſpliceo diſplices. por deſagradar. vt Ego placeo tibi.

Occurro. is. Obuio. as por ſalir al encuentro, y a recebir. vt Ego occurram tibi.

Faueo faues. Studeo ſtudes. Aſpiro aſpiras, por fauorecer. vt Tu faues mihi.

Seruio ſeruis, por ſeruir como ſieruo. vt ſeruus frugi ſeruit domino fideliter.

Inſeruio inſeruis. por hazer lo que alguno quiere, vt Fac inſeruias mihi.

Parco parcis. Ignoſco ignoſcis. por perdonar. vt Ego parco tibi. vt ignoſcas mihi.

¶ Careo.res. cum ablatiuo frequentius conſtruitur: antiquiores etiam genitiuo iungebant, vt Teren. in heautõ. Omnes mihi labores fuere leues, preterquã tui carẽdum qđ erat. & Neuius apud Gell. lib. xviij. noct. attica. carendum tui eſt (inquit) quod ipſe exponit pro te, Accuſatiuo quoque iungebant. vt Turpillius apud Marcellum: meos (inquit) careo. Sed abl̃o (vt diximus) frequenter iungitur. vt Iuuen. cariturus turture magno. Plin. in epiſt. carent iuræ togæ, quibus aqua, & igni interdictum eſt. Egeo eges. indigeo indiges huius eſſe ſpeciei, atque cũ gt̃o etiam poſſe iungi cõtra Philaletẽ, immo vero contra Philaſeudon dicimus. Ver. x. ẽñ. nec te rationis egentẽ abſtulit atra dies. Hora. mancipijs locuplex eget æris capadocũ rex. Idem pri. ſermo. at quod tantulo eget quanto eſt opus, Cice. pro roſcio: nam per deum immortales quid eſt in hac cauſa, qđ defenſionis indigeat? Et Lucil. apud Nonium Marcellum quarũ abũdem9 rerũ, & quarũ indigeamus. de ablatiui conſtructione paſſim exempla reperies. ¶ Abundo.das. Cice. pro cluentio: mulier (inquit) abundans audacia. Verg. in Buc. Quã diues niuei pecoris, quam lactis abundans, & illud quod ex Lucil. afferebamus, quarum abundemus rerum, & quarum indigeamus. ¶ Sto ſtas & conſto conſtas. cũ aliquid precio eſſe emptum ſignificant, huius ordinis ſunt: ſed de illorum conſtructione plura diximus in ſecunda verborum actiuorum ſpecie. ¶ Satago ſatagis, pro eo quod eſt curioſum atque ſolicitum eſſe, abſolutũ plerũque reperitur quemadmodum & ſatiſago, pro quo ponitur. Ceſar in commentarijs: qui ſatagẽtibus (inquit) celeriter occurrant. Gel. li. xviij. plorantibus omnibus noſtris, atque in ſentina ſatis agentibus. Teren. tamen in heautonti. genitiuo iunxit dicens, & ſi is quoque ſuarum rerum ſatagit. Pendeo & faſtidio Plau. in mercato. diſſolue iam me: nimis diu animi pendeo. Idem in aulu. faſtidit mei, quia videt me ſuam amicitiã velle. ¶ Secunda ſpecies verborũ neutrorum. Cedo.is.ceſſi. Verg. v. ẽñ. cede deo, hoc eſt, da locum & fatere te eſſe victum. aliquando etiam exprimitur locus, & tunc eſt actiuum tertiæ ſpeciei. Papin. in achilleide: hortantur, eduntque locum. vñ & Cice. participium futuri vocis paſſiue protulit de cla. orato. Gratioſi (inquit) ſcribe ſint in dando & in cedendo loco. Cum accuſatiuo etiam iunxit Vergilius libro xi. dicens: cedat ius propriũ regi. in qua ſignificatione ſępe apud Iurecõſultos reperitur, vt in digeſt. de legatis. iij. l. ſi mulier: ſi vſufructum (inqt) mortis cauſa ceſſero. & in titul. de acquirenda poſſeſſione, cedere poſſeſſionem dixit. Nam & Diom. grãmatic9 in idiomatis anotauit, recte poſſe dici cedo poſſeſſionẽ & cedo poſſeſſione. Pareo.es. obedio.is. optẽpero.as. hui9 ordinis verba, idem pe ſignificant: ſed cum accuſatiuo etiam iunxit Papi. in achilleide dicens: non adeo parebimus omnia matri. & Gell. lib. ij. quędam (inquit) non eſſe parendum, quædã non obſequendum. ¶ Conſulo.is. de hoc in ſecunda verborum actiuorum ſpecie diximus. Prouideo.es. & proſpicio.is. vt ego prouideo mihi: & proſpicio tibi. Verg. pri. ẽñ. grauiter commotus, & alto proſpiciens. Reperitur etiam actiua. vt Luca. in ij. hæc vbi ſunt prouiſa duci, & Verg. tris littore ceruos proſpicit errantes. Caueo, pro eo quod eſt prouideo huius ſpeciei verbum apud Iurecõſultos frequenter reperitur. Cice. in epiſt. melius te ei cauere volo quam ipſe alijs ſolet. Cum accuſatiuo vero ſignificat fugere, Iuue. cauet hũc, quem coccina lęna vitari iubet. Placeo, & diſpliceo. occurro & obuio, eiuſdem ordinis ſunt, fere ſemper. ¶ Seruio & inſeruio codifferunt, quod ſeruire proprie ſeruorum eſt, aut eorum, qui ſub tyranno viuunt, in cuius verbi ſignificatione plurimum Hiſpani labuntur ſequentes linguæ ſuæ idioma, dicentes ſe eſſe ſeruitores: & ſe paratos eſſe ſeruire, cum ſerui non ſint. pro eo quod deberent dicere ſe paratos eſſe inſeruire, hoc eſt, obſequi, & morem gerere. ¶ Parco parcis, & ignoſco, ſcis. tum huius ordinis tum actiua reperiuntur quartæ ſpeciei. Vergilius ſexto æneidos, Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos. Idem in decimo. Auri memoras, quæ multa talenta natis parce tuis. Gell. xv. vitam modo ſibi, vt parcerent orauiſſe. ſed his in locis pro ſeruo ſeruas. Plaut. in amphytri. velatis manibus orant, ignoſcamus peccatum ſuum, Eodem modo ignoſco, ſcis. Quin. in declama. ignoſcite malorum periculorum metus: ignoſcite hũmana diſcrimina, Piſo frugi apud Priſ. quodcunque deliquiſſet ignoſciturũ affirmabat. Ver. iiij. geor. ignoſcẽda quidẽ, ſciret ſi ignoſcere manes. Quamquã Seruius in eo loco dicat, ignoſcenda participium eſſe ſine verbi origine, perinde ac ſi ignoſco non eſſet niſi neutrum huius ſpeciei.



Noceo noces. Officio officis. por empecer. vt Non noceas mihi: ne ego officiam tibi.

Doleo doles dolui. por doler lo que trae dolor. vt Hoc vulnus non dolet mihi.

Indulgeo indulges indulſi. por dar obra, o regalar. vt Indulgeo literis & filio.

Inſto.as. inſtiti. por dar prieſſa, vt Noli inſtare mihi

Supplico ſupplicas. por rogar humilmente. vt Ego ſupplico tibi: & tu Regi ſupplica.

Hæreo heres. Adhereo. res. por ſe allegar, vt Ego hæreo tibi: tu adhæres mihi.

Illudo illudis. Inſulto inſultas. por hollar eſcarneciendo. vt Tu illudis capto.

Inuideo inuides. por hauer embidia. vt Omnibus inuideas inuide, nemo tibi.

Impono, is. por engañar. vt Facile ẽ barbato imponere regi.

Inceſſo inceſſis inceſſi. por acometer. vt Regibus inceſſit magno diſcordia motu.

Inuado inuadis. por aquello meſmo. vt Tãta inuaſit cupiditas pleriſque.

Incumbo. is, por poner las fuerças en algo. vt Validis incumbite remis.

Volo vis cum bene iunctum. por querer bien. vt Non bene tibi vult, qui accuſat.

Cupio cupis, cum bene iunctum. por querer bien. vt Quod ipſi bene cupio Glycerio.

Timeo times timui. por temer que no venga mal a otro. vt Pater timet filio.

Metuo metuis. por aquello meſmo. vt inopi metuens formica ſenectæ.

¶ Noceo noces. officio. cis. quę etiã actiua reperiuntur. vt Apul. primo meta. cum multa (inquit) nocerentur, publicitus (inquit) indignatio percrebuit. & in pſal. xxxiiij. Iudica domine nocentes me: expugna impugnantes me. Lucre. quoque quaſi ab actiuo dixit: officiuntur, vt i cogantur tardius ire. ¶ Doleo. les. huius quoque eſt ordinis: niſi quod qui dolorem patitur, ponitur in datiuo: quod dolorem infert, in ntõ. Mart. ſi qua fides vulnus, quod feci non dolet (inquit) ſed quod tu facies: hoc mihi Pœte dolet. Terenti. in Eunu. dolet dictum impudenti adoleſcenti & libero. Nam quod Hierony. interprete dicitur: caput meum doleo, poeticum eſt, atque figuratum ea figura, q̃ orationi ſolutæ non eſt permiſſa. Licentius tamen alia figura dicitur vicem tuam doleo. Salu. in Catilina: quaſi dolens eius caſum. cũ gt̃o etiam iunxit Ouid. ij. meta. dicẽs: ſucceſſorũque Mineruę indoluit. ¶ Indulgeo.es. huius ordinis frequentius reperitur. Ver. iiij. æñ. indulge hoſpitio, cauſaſque innecte morandi. Idẽ. ij. geo. indulge ordinib9. Terent. in Heautõ. nimiũ illi Menedeme indulges. Dicim9 quoque indulgeo operã literis. & Iuue. cunctis narratur ephebis mollior ardenti ſeſe indulſiſſe tribuno. Cũ actõ tantum Lucilius apud Marcel. tu (inquit) qui iram indulges nimis. ¶ Inſto.as. inſtiti. Iuue. inſtantẽ regi armenio, parthoque cometem. Verg. pri. æñ. inſtãs operi, regniſque futuris. Idẽ in. viij. heu quantæ miſeris cędes laurentibus inſtant. Idem in eodem: parte alia Marti currum rotaſque volucres inſtabat. datiuo accuſatiuũ iunxit, ſed figurate pro eo, qđ eſt inſtanter faciebat. ¶ Supplico.as. Terẽ. i Andria. ipſũ hũc orabo: huic ſupplicabo. Priſc. dicit etiam actõ iungi poſſe, ſed non probat. ¶ Hęreo hęres: & adhęreo. res. eiuſdem ſignificatiõis huius ſpeciei ſunt. Verg. ij. æñ. hęrent parietibus ſcalæ. cum vero eſt abſolutum, ponitur pro eo qđ eſt dubito. Iuue. hæres, & dubitas alta chionẽ deducere ſella. Idẽ: hærem9, dicat ipſa. Ab hoc frequentatiuum hæſito hæſitas ſemper in hac vltima ſignificatione reperitur. Cice. in acade. dubitãt, hæſitãt, reuocant ſe interdũ. ¶ Illudo illudis, & inſulto. as. Verg. iiij. geor. neque oues hædique petulci floribus inſultent. Idem in. viij. huic capiti inſultans tot ferro ſæua dediſſet funera. Serui9 dicit: inſultare eſſe aliquẽ irridere. eiuſdem ſignificationis eſt illudo illudis. Verg. ij. æneid. certantque illudere capto. Idẽ. iiij. ẽñ. Et noſtris illuſerit aduena regnis. Iungitur etiam cum actõ. Teren. ſatim ſuperbe illuditis me. Inuideo. des. Iuue. haud tamẽ inuideas vati, quem pulpita paſcunt. apud antiquiores actiuum ordinis tertij reperitur frequentius. Ver. in buc. Liber pampineas inuidit collibus vmbras. Idem pri. geor. iam pridem nobis cæli te regia Cæſar inuidet. & in. xi. ẽñ. te ne (inquit) miſerande puer cum læta veniret. inuidit fortuna mihi. ¶ Impono imponis. huius ordinis verbum eſt decipere. Iuue. facile eſt barbato imponere regi. Martial. callidus impoſuit nup mihi caupo rauenæ. In libro quoque Gene. xxix. Hierony. interprete: quare (inquit) impoſuiſti mihi? Geneſ. xxvij. dixitque Abimelech: quare impoſuiſti nobis? Hinc impoſtores dicti ſũt, & impoſtura. alias cũ accuſatiuo & datiuo iungitur. Verg. iiij. æneid. puppibus & læti nautę impoſuere coronas. ¶ Inceſſo inceſſis pro eo quod eſt inuado. is. Verg. iiij. geo. regibus inceſſit magno diſcordia motu. Valeri. maxi. in pri. nec mihi cuncta cõplectendi libido inceſſit, id eſt, inuaſit, vel inuadit. cum accuſatiuo iunxit Sillius Italic9 dicens: tunc præceps ruit in medium telumque fatigat flãminium inceſſens. Dicimus preterea inuado tibi, & inuado te. Varro apud Marcellum: tanta inuadit cupiditas bonorum pleriſque. ſed videtur in hac conſtructione pro inceſſo acceptum. ¶ Incumbo incumbis autore Quintilia. huius ordinis eſt: dicimuſque incumbo huic rei. Antiquiores tamẽ incumbo in hanc rem dicebant, vt idem autor ait. ¶ Volo vis. vt volo tibi bene, ſicut & cupio tibi bene. Ennius: nõ bene tibi vult, qui te falſo criminat. Catullus: cogor amare magis, ſed bene velle minus. Terentius in Andria: quod ipſi bene cupio Glycerio. Dicimus etiam volo hanc rem, & cupio hanc rem. volo legere & cupio legere. ¶ Timeo times, & metuo metuis, huius ſpeciei verba ſunt: & eſt timere ne quid mali alicui eueniat. Ver. primo geor. aut inopi metuens formica ſenectæ. Hora. ij. carmin. te ſuis matres metuunt iuuencis. Enius apud Diome. metuo (inquit) legionibus labem. & ſic videtur eſſe actiuum tertiæ ſpeciei. Quintæ quoque ſpeciei reperitur apud Teren. in andria, metuo (inquit) a Chryſide. Cicer. ad heren. a quo ſibi non iniuria ſummum periculum metuebat. Apuleius. vij. metamorphoſis etiam cum de prępoſitione iunxit: De me (inquit) metuentes ſibi. Idem de timeo times dicendũ eſt. Vergilius ſecundo æneidos: ſuſpenſum pariter comitique onerique timentem. Aliquando etiam acuſatiuo iungimus, Idem in eodem: & quæ ſibi quiſque timebat.

¶Tertia verborum neutrorum ſpecies eſt, q̄ poſt ſe conſtruūtur cum ablatiuo ſine præpoſitione: vel potius cum effectiuo, vt

Flagro, as, aui. por encender. vt Flagratque cupidine currus.

Fragro fragras. por oler dando olor. vt Redolētq; thymo fragrantia mella.

Ardeo ardes arſi, por arder. vt Ardet amore pari, qui ſcit ſe amari.

Exardeo exardes exarſi, por mucho arder. vt His dictis ſubitas exarſit in iras.

Aeſtuo, as, por hauer calor, vt Oceanus lunaribus æſtuat horis.

Caleo cales, por eſcalentarſe. vt Ego caleo febri: tu vero cales amore.

Frigeo friges. Algeo alges, por enfriarſe. vt Tu friges dio, ego algeo pluuia.

Fluo fluis. Mano manas, por correr, o manar, vt Locus fluit lacte. & Fons manat aqua.

¶Quarta verborum neutrorum ſpecies eſt, Quę poſt ſe cōſtruuntur cum ablatiuo & prępoſitiōe a, vel ab, ad ſimilitudinē verborum paſſiuorū in perſona agēte, vel faciēte: ante ſe vero exigūt nominatiuum pſonæ patientis. Qualia ſunt

Exulo exulas, por ſer deſterrado. vt Homicidę exulant a prætore.

Vapulo vapulas, por ſer herido. vt Diſcipuli vapulant a magiſtro.

Veneo venes veniui, vel veni. por ſer vendido. vt Serui veneunt a mangone.

Fio fis factus ſum, por ſer hecho. vt Templum fit ab architecto.

Liceo lices. por ſer pueſto en precio, o en almoneda, vt Liber licet a me.

¶Tertia verborum neutrorum ſpecies. Flagro flagras. aui. quod eſt inflammari. vt Oui. ij. meta. flagratq; cupidine currus. ¶ Fragro. as. per. r. quod eſt odorem ex ſe emittere. vt in cāticis Salomonis: Verba tua fragrātia vnguētis optimis. Verg. i. æn. thymo fragrantia mella. ¶ Ardeo ardes arſi. nam quod Vergi. in buc. dixit: Coridon ardebat Alexim, figuratum eſt. ¶ Aeſtuo. as, nam Hierony. (vt ſupra memorauimus) noua quadā ratione dixit: In medio ignis nō ſum eſtuatus. ¶ Caleo cales calui. Frigeo friges frixi. Palleo palles pallui, & reliqua omnia verba ſignificatiōis, quam græci idiopathiam, id eſt, propriā paſſionem appellant, omnia ſunt abſoluta: niſi quod poſſūt cōſtrui cū ſeptimo caſu ſignificāti inſtrumētū: quo actus ille ex ingenitis principijs excitatur. vt domus flagrat igni. homo ardet ira. mulier æſtuat calore. puer calet febri. puella friget imbri. animalia algent frigore: & eodē modo de reliquis ſimilibus. ¶ Mano manas. & fluo. is. huius ordinis verba poſſunt eſſe. Dicimus nāque fons manat aqua, & fons fluit aqua. & rurſus aqua manat ex fonte: aqua fluit ex fonte, vel de fonte. Scateo, & ſcaturio. Plautus in aulula. inter bibere ſola ſi vino ſcateat Corinthienſem fontem, & pirenem, poteſt.

¶Quarta verborum neutrorum ſpecies: hæc neutra paſſiua dicuntur a grammaticis, neutra, quia non habent vocem paſſiuam in. or. paſſiua, quia paſſionem ſignificant: atque ad ſimilitudinem verborum paſſiuorū conſtruūtur, hoc eſt, ante ſe cum noīatiuo pro perſona patiēti: poſt ſe vero cum abltō media præpoſitione. a. vel. ab. vt ego exulo a rege. Sūt autem huius ſpeciei pauca verba. ¶ Exulo exulas. a quo duo tantum reperiuntur participia, exulans, & exulaturus, paſſionem quoque ſignificantia. Cicer. iij. tuſ. Telamonem pulſum patriaque exulantem. Iuſtinus libro. xxv. illæ quaſi in perpetuū cum viris exulaturę. Atq; eodem modo, vapulans vapulaturus. Quint. lib. j, adde quod multa vapulātibus dictu deformia. ¶ Veneo venis. huius ordinis verborum eſt, quod ab ātiquis veneor veneris declinabatur. Plautus: ego ne illi veneor? Titianus apud Diome. de agricultura: nam id melius emitur, quā veneatur. Ab hoc, cum ſupinum ſit venum, in participio præteriti nō dicimus venus, nec venitus: ſed venditus eodem Diomede autore: neque vllum aliud habet participium. ¶ Fio fis. & ab eo compoſita Cōfio confis. defio. defis: Columel. lib. ij. ſtercus (inquit) quod ex pecudibus confit. Macro. lib. i. ſatur. diem, qui ex quadrantibus cōfit. Vergilius in buco. lac non mihi æſtate nouum, nō frigore defit. Terentius in Eunu. nil cum eſt, nil defit tamen. Antiquiores fior fieris declinabāt. Catho in Thermū: poſt (inquit) fitur diutius. Idem: græco ritu fiebantur ſaturnalia. Hæc Priſcia. lib. viij. Participia factus & faciendus, a facio mutuantur, fiens & fiendus nuſquā legi. ¶ Liceo. es. inter ſuperiora numeratur. Sunt, qui huic verborum ordini addant nubo. bis. ſed ego neſcio, an ſatis latine dicatur. virgo nubit viro a patre: apud antiquiores actiuum fuit. Vnde in euangelio Matth. legimus interprete Hierony. neque nubent neque nubentur. quod idem exponens ait, nubunt viri, nubuntur fortaſſe fœminę: quamuis mulieres nubere dicantur, ſed & viri per abuſionem nubere dicuntur: cū in coniugium ſub minori conditione veniunt. ſic Martia. dixit: vxori nubere nolo meæ. & Ouid. ij. meta. tibi nubere Nympha volētis votis cede dei. Ab hoc ſunt tria participia nubens, nuptus, nupturus. Reperiuntur quoq; verba in voce actiua paſſionē ſignificantia. Præcipito. as. turbo. as. ingemino ingeminas. tondeo des. verto. tis. inſinuo. as. accingo. gis. Pla. in trinūmo: nam qui in amore pcipitauit, peius perit, quā qui ſaxo ſaliat. Verg. ij. æn. & iam nox humida cęlo pręcipitat, pro pręcipitatur. Idem in. iiij. tum flumina mento pręcipitant, pro pcipitantur. vnde & participium præſentis paſſionē ſegnare reperitur, vt ſupra memorauimus. Vergi. tepidi turbant ſeptem oſtia Nili, pro turbantur: & ab eo cōpoſitū cōturbo. as. pro quod eſt decoquere. Martialis: conturbabit Atlas, & non erit vncia toto. Iuuenalis: ſic pedo conturbat, matto deficit. & in lege quidam fundum. digeſt. de in rem verſo. Poſtea (inquit) conturbauerat, qui boues vendiderat. Vergilius primo georgico. ingeminant auſtri, & denſiſſimus imber. pro ingeminantur. Idem in eodem: ciniphij tondent hirci in canaque menta. pro tondentur. Idem in eodem: & totę ſolidam in glaciem vertere lacunæ, pro verſæ ſunt. Idem in primo æneidos: tum prora auertit, & vndis dat atus. quod Seruius exponit, pro auertitur quemadmodum & illud Vergilij: tū vero tremefacta nouus er pectora cūctis inſinuat pauor, pro inſinuatur. Idem in eodē: accingunt omnes operi, pro accinguntur.



¶Quinta verborum neutrorum ſpecies eſt, q̄ poſt ſe cum nullo caſu conſtruuntur, niſi media præpoſitione, vt Ego viuo in vrbe. Qualia ſunt.

Viuo. is. por viuir. vt Viuat gabijs. vt vixit i vrbe.

Eo. is. iui. por ir. Adeo. is. por yr a lugar, o a perſona. vt Eo ad vrbem, Adeo ad Antonium.

Obeo. is. por morir. Exeo. is. por ſalir de lugar. vt Obijt & exiuit de vita.

Nato. tas. por nadar. Enato. tas. por ſalir a nado, vt Natat in flumine, & enatat.

Sto ſtas. por eſtar en pie. Sedeo. es. por eſtar aſſentado. vt Ego ſto, tu ſedes.

Salio ſalis. por ſaltar. Salto. as. por baylar o dançar. vt Ego ſalio, tu ſaltas.

Ambulo. as. por andar. Deambulo. as. por paſſearſe. vt Ante cœnam deambulo.

Incedo. is. por andar con pompa y aparato. vt Ego quæ regina diuum incedo.

Sapio. is. por ſaber. Deſipio. is. por enloquecer, vt Modo ſapit, modo deſipit.

Reſipiſco. is. por tornarſe a ſu ſeſo el q̄ enloquecio. vt Reſipiſcit ex phreniti.

Contendo. is. Certo. as. Pugno. as. por pelear y contender. vt Contendo tecum.

Concurro concurris. por encontrarſe con otro, vt Noli concurrere mecum.

Conſtituo. is conſtitui. por concertar con otro. vt Ego conſtitui cum illo

Attineo es. Pertineo es. por pertenecer. vt Hoc attinet, ſiue pertinet ad me.

¶Quinta verborum neutrorum ſpecies eſt. Hæc ſūt, q a grāmaticis dn̄r abſolutiua: quę in cōſtructione caſus non admittunt niſi media prępoſitiōe. vt Iuu. viuat gabijs, viuat fidenis, vt vixit in vrbe. ¶ Viuo. is. xi. quod cum accuſatiuo etiam poteſt conſtrui, ſed figurate: quemadmodum paulo poſt dicturi ſumus. Eodem quoque modo Dego. is. vt apud Verg. iiij. gē. vitā degere more ferę ¶ Eo. is. iui. Sed eo inficias dicimus, pro inficior ſiue nego. ¶ Exeo. is. cū accuſatiuo conſtruitur ratione præpoſitionis extra. & cum ablatiuo ratione præpoſitionis ex, cum quibus componitur. Solinus: poſtquā Tatius (inquit) hominem exuit. i. diem ſuū obijt. Ver. v. ęn. corpore tela modo atq; oculis vigilantibus exit. quod Macrobius in ſaturnalibus, & Seruius exponūt pro vitat. Lucanus: exeat aula, qui vult eſſe pius. ¶ Adeo. is. ratione præpoſitionis ad, cū qua componitur, iungit ſibi accuſatiuū. Verg. Adit oppida paſtor. aliquando prępoſitio etiam accuſatiuo iūgitur. vt Teren. in Andria: adeone ad eū? Ratione prępoſitionis etiam dicimus obeo mortem, p morior & obeo. is. abſolute poſitū. Sulpitius ad Ciceronē: Paulo (inquit) ante lucem Marcellū diem ſuū obijſſe. Nam compoſita ab eo. is. plerūq; actiua reperiūt. ¶ Nato. as. aui. qd' videtur etiam frequentatiuum a no. as. aui. natum. ſed nō ſeruauit ſimplicis quātitatē. ¶ Enato. as. aui. eſt natando ad littus ſiue ripā perueni re. Mart. ad votum Diodorus enatauit. Verg. vi. ęn. gelidas enauit ad arctos. ¶ Sto. ſtas. ſteti. eſt in hominibus pedibus inſiſtere: in quadrupedibus a motu ceſſare cū gradiuntur: in his, quæ fluūt non labi. in inanimatis erectum eſſe. ¶ Sedeo. es. eſt cōtractis cruribus in nates deſidere. ¶ Salio. ſalis. eſt ſaltum facere. ſalto as. eſt tripudio. as. ab hoc eſt ſaltatio. ab illo ſaltus. Ver. ij. geor. vnctos ſaltere per vtres. Hor. ij. ſer. Saltat milonius, vt ſemel ictus acceſſit feruor capiti. Reperitur ſalio actiuū pro eo qd' eſt fœminam inire. Oui. iiij. de arte. læta ſalitur ouis. hinc ſalaces dicūtur libidinoſi, et ſalacitas ipſa libido. ¶ Salto quoque accuſatiuo iungitur, ſed figurate, ſi modo ſaltationem ipſam, quę ſaltatur, exprimat. Hora. primo ſer. paſtorem ſaltaret vti cyclopa rogabat. Iuuen. chironomon Ledam molli ſaltante bathillo. ¶ Ambulo. as. eſt tantum pedibus ire. Incedo is. eſt cū faſtu & magno apparatu. Verg. pri. æn. Aſt ego, quæ diuum incedo regina iouiſque. Idem in eodem: regina ad templum forma pulcherrima Dido inceſſit magna iuuenum ſtipante caterua. Differentiam tamen horum verborum Seneca notauit dicens: tenero ac molli paſſu gradum ſuſpendimus, nec ambulamus, ſed incedimus. ¶ Deābulare eſt voluptatis, aut exercitij cauſa ambulare, quod & ſpatiari dicitur. Non poſſum diſſimulare Philalethę tarditatem, ne dicam ſtultitiam, qui putauit in illo Valerij maxi. quod in principio ſui operis ſcripſit: nec mihi cuncta complectēdi libido inceſſit: ab eo quod eſt incedo. is. eſſe præteritū: cum ſit ab inceſſo. is. qđ verbū ipſe non agnouit: neq; apud Saluſt. legit quod in catillinario ſcripſit: tanta Cupido glorię inceſſerat. quem locum Valerius emulari viſus eſt. Inceſſere autem, vt ſupra diximus, eſt inuadere. Verg. regibus inceſſit magno diſcordia motu. Lucanus in. viij. gemitus tacitos inceſſere fata. Ouid. xiij. meta. ſeuiſque parant inceſſere telis. ¶ Sapio. is. eſt ſapiens ſum. Martial. quiſquis plus iſto non ſapit, illę ſapit. ¶ Deſipio. is. eſt a cōmuni ſenſu ſapientiaque minus habeo: vel quod meo ſenſu deſtituor. ¶ Reſipiſcere, vel Reſipere eſt ad priorē mentis ſtatum redire. Terent. me fortunatiſſimū puto eſſe na tecū te intelligo reſipijſſe. ¶ Sapio. is. cū accuſatiuo eſt saporē aliquem prę ſe ferre. Mart. quod ſapit hyble atticoſque flores: etiam abſolutum huius ſignificati eſt. Idem: vt ſapiant fatuę fabrorum prandia betæ. ¶ Contendo. dis. certo certas. pugno pugnas. concurro. ris. conſtituo. is. huius ordinis verba ſunt. vt ego contendo tecum: pugno cum Cęſare, certo cum Pompeio. conſtituo cum Antonio. Reperiuntur etiam apud poetas ſecundi ordinis, hoc eſt, cum datiuis conſtructa. Vergilius ſecundo Georgicorum: nec cellis ideo cōtende falernis. Idem in bucoli. montibus in noſtris ſolus tibi certet Amyntas: quod Ser. vſurpatū eſſe dicit pro eo quod eſt certat tecum. Idem in. ij. georgicorum: Argitiſq; minor, cui non certauerit vlla. Idē in eodem: laudibus Italiæ certent non bactra, neque Indi. Proper. tu caueñe triſti cupias pugnare puellę. Ouidi. pri. metamor. frigida pugnabant calidis, humentia ſiccis. ſed ſtatim iunxit ablatiuo media ppoſitione cum, dicens: mollia cum duris ſine pondere habentia pondus. Idē xij. metamorpho. & quoniam concurrere cominus hoſti non datur. Iuuenal. hic vbi nocturnæ N[illegible] conſtituebat amicæ. ¶ Attineo. es. pertineo. es. cum accuſatiuo media præpoſitione ad conſtruuntur. [illegible] ad te attinere omnem hanc rem. Mart. hoc ad te pertinet ole: ſed quid agas, ad me pertinet ole nihil.

¶ Animaduertendum eſt. Qoniā hoc verbum Sum es fui, per omnes verborum neutrorum ſpecies ſpargitur, viſum eſt illud hoc in loco ponere. Nam & poteſt eſse abſolutū, vt eſt locus heſperiā graij cognomine dicūt. Poteſt & poſt ſe conſtrui cū caſu ſimili precedenti, vt homo eſt animal. & cū genitiuo, vt virtus eſt hominis, pecudis vero voluptas. Poteſt & cum duobus datiuis. vnde & Diomed. inter idiomata latina hæc ponit exempla: gloriæ mihi eſt patria. teſtimonio tibi ſum. auxilio tibi ſum. gaudio mihi eſt aduerſarius. bono mihi eſt veritas. oneri mihi eſt hec res. cordi mihi eſt amicitia. dolori mihi eſt iudicium. curę mihi eſt doctor. miſeriæ mihi eſt labor. infamię mihi eſt amor. ſic Teren. dixit in Andria: aut tibi hæ nuptiæ ſunt cordi. Conſtruuntur etiā cum ſeptimo caſu, quando ponitur cum genitiuo. Vergi. pri. æñ. ſunt mihi bis ſeptem præſtanti corpore nymphæ. quarum quæ forma pulcherrima Deiopeia. p corporis preſtantis & formæ. Q d' vero ſubiungit cum hoc nomine opus, Diome. eiuſdē eſt præceptum, qui inter idiomata ſcribit vſitate dici, opus eſt mihi monito: apud veteres tamen inueniri per omnes caſus prȩter vocatiuū. atque addit, pro eo quod grȩci dicunt habeo opus, habui opus ex ratione idiomatis latini non poſse dici: niſi opus eſt mihi. opus fuit mihi. Hieronymus igitur ſermonis grȩci proprietatem ſequutus dixit in euangel. dominus opus habet his. Sum es fui. cū re verbi pro ipſo verbo. vt Plautus in amphy. quid tibi hanc rē curatio eſt verbero, pro curas. Idē in aſinaria. quid tibi huc receptio eſt meū virū, id eſt, cur recipis. Idem in aulularia: quid tibi nos mendice homo tactio eſt, id eſt, cur nos tangis. ¶ Sūt preterea. Proprie verbum ſubſtantiuum vnū eſt tantū Sum es fui, quod ſubſtantiam ſignificat, quodque ob idipſum dei proprium eſt, qui mera eſt ſubſtātia, ipſo dicente in Exodo: qui eſt, miſit me ad vos. Sunt tamen & alia verba, quȩ poſſunt dici propemodum ſubſtantiua. vt ſiſto. exiſto. ȩxto. fio. maneo. viuo. quȩ poſt ſe ȩque regunt caſum ſimilem precedenti. Cicero in lib. de amicitia: exiſtit hoc loco quȩſtio ſubdifficilis. Idē de ſenectute: ipſius Appij extat oratio. poteſt enim addere ad illud diſputāda diſſerenda. ad hoc. pulchra. elegantiſſima. artificioſa. Eodem modo dicimus fio ſenex. Horat. iiij. car. fis anus, & vis formoſa videri. Maneo immortalis. Vergil. iiij. æneĩ. at genus immortale manet. Idem in. iij. ęñ. viuite fœlices, quibus eſt fortuna peracta. Pari modo conſtruuntur verba quæ cum ſint intranſitiua in obliquos caſus, reciprocantur tamen, vt incedo triſtis, ſicut Verg. quȩ diuū incedo regina. ambulo lȩtꝰ, ſicut Horat. nocturnus obābulat. ¶ Prætere a verba illa. De his multa diximus in principio huius libri. Illud tñ hoc in loco tantū repetimus nihil obſtare, quo minus hęc verba ſint actiua, niſi quod putant aliqui idcirco dici non poſſe, quia veritati repugnant. Neque enim omnino Priſciano aſsentior multis in locis dicenti ſignificationis cauſa, aliquid non poſse dici. Neque enim, quia non eſt niſi vnus mundus, vnus ſol, vna luna, idcirco non poſsem dicere deum momento poſse creare innumerabiles mundos, complures ſoles, multas lunas: aut quia non poſsum aratro arari, ligonibus paſtinari, prohibeor dicere, ego non aror, neqꝫ paſtinor, ſed neqꝫ poſsum arari, nec paſtinari. Quod & de verbis ad ſolam naturam pertinentibus dici poteſt: ſed illa fateor non omnia poſſe ad vſus noſtros acommodari vt ego non ſereno, at poſſet dicere Iupiter, qui vultu cœlum, tempeſtateſqꝫ ſerenat. ¶ Prȩterea nullum eſse verbum actiuum. Hinc multi arguunt, verbum imperſonale ab omnibus verbis etiam actiuis poſſe prouenire, quādoquidem nullum eſt verbum actiuum, quod non poſsit eſse neutrum. Sed nos de cuiuſmodi verbis loqueremur: expoſuimus. ¶ Præterea verba neutra poſse conſtrui cum accuſatiuo rem verbi ſignificante: vt ego viuo vitā, & vita viuitur a me. Oui. xij. metamor. vixi annos biſcentum, iam tertia viuitur ętas. Alia tamen figura Iuu. dixit: qui curios ſimulant & bacchanalia viuunt, id eſt, more bacchantiū. Ambroſius ad Herentianū: Iam enim non vitam noſtram, ſed Chriſti viuimus. Eo iter ſiue viam. Cicero pro murena: Hanc viam dico, ite viam. Vergilius. iiij. æneidos: ſola incomitata videtur ire viam. Ambulo viam, in ſacris literis ſepe legimus, vt in libro ſapientiæ: ambulauimus vias difficiles. Seruio ſeruitutem. Gel. li. ij. Diogenes cynicus ſeruitutem ſeruiuit. Furio furorem. Ver. ij. ęñ. ſine me furere ante furorem. Plautus in trinūmo: tuis ſeruiui ſeruitutē imperijs, & prȩceptis pater. Certo certamen, Paulus in epiſ. ij. ad Timothęum. Bonum certamen certaui. Pugno pugnaui. Gellius li. iiij. qui vnam atqꝫ alteram pugnam proſpere pugnaſset. Idem li. ix. aliquot pugnas populus Romanus proſpere pugnaſset. Pecco peccatum. Ieremias in threnis interprete Hieronymo: Peccatum peccauit Hieruſalem, ideo inſtabilis facta eſt.

Animaduertendū eſt hoc verbū Sum es fui poſt ſe cōſtrui cū ntō. vt ego ſum Antonius. cū gtō. vt virtus eſt hominis. cū dtō. vt tu es mihi magiſter. cū ſeptio caſu. vt eſt vir ſinglꝛi eloquētia. Cū hoc noīe opus omnibꝰ fere caſibus iungi poteſt.

Sunt præterea quædam alia verba, quæ dicuntur ſubſtantiua, deſiderantia poſt ſe caſum ſimilem præcedenti. vt exiſtit inutilis. extat incorruptus. manet immortalis. viuit fœlix & ſimilia.

Sūt & alia, quæ cū ſint intrāſitiua, reciprocantur tñ, vt incedo triſtis. ambulo lętus. euado doctus.

Præterea verba illa, quę dicūtur neutra tranſitiua, iudicio meo nihil habere, quod illis repugnet, cur nō dicamus actiua; cū etiā ſi natura repugnaret, ſermo idcirco non deberet eſſe mācus. Nā ſi recte dicitur: comederunt Iacob, & domus tuæ zelus comedit me: recte quoqꝫ dicet Iacob ego ſum comeſus, ſicut & Iuuenalis dixit: & citò rapturus de nobilitate comeſa qd' ſupereſt.

Prȩterea verba, q̄ dñr ad ſolā naturā pertinere, ego non video, cur nō recipiāt oēs numeros & perſonas, vt ego non ſereno ego non grandino.

Præterea nullum eſſe verbum actiuum, quod nō poſſit eſſe abſolutum, ſi poſt ſe cum nullo caſu conſtruatur, vt ſi dixeris, ego amo.

Præterea verba neutra poſſe conſtrui cum accuſatiuo rem verbi ſignificante, vt ego viuo vitam, eo iter. ambulo viā. ſeruio ſeruitutē. furio furorē, certo certamē pugno pugnā. pecco peccatum.

Improbauit dicendo aliud eſſe grammatice loqui aliud uerum a falſo dic[illegible]



¶ Prȩterea nullum eſſe verbum. Regula hęc ad omnia verborum genera pertinet. Neque obſeruanda eſt illa differentia, quam multi facere voluerunt, vt per accuſatiuum tempus iuge atque perpetuum ſignificemus: per ablatiuum vero aliquid fieri per temporum interualla intelligamus. Nam ſi per accuſatiuum tēporis continuitas ſignificaretur: fruſtra Vergi. pri. æñ. dixiſſet: hic iam tercentum totos regnabiꝰ annos. Et in quarto georgico. ſeptem illum totos perhibent ex ordine menſes. Aut ſi dicis totos ideo adieciſſe Vergilium, vt temporis continuitatem, quæ alias erat implicita, exprimeret: cur e diuerſo ſi ablatiuus interualla temporum ſignificat, Ouidius in. v. triſtiū dixit: pene decem totis aluit peantius annis. & Terentius in Adelphis: ſex totis mēſibus olfeciſſem. Ergo (quē admodum diximus) indifferenter tres annos, & tribus annis docui te grammaticam dici poteſt. vt Cicero in principio officiorū: quāq te. M. filium annum audientem. Cratippum. neque enim filiꝰ Ciceronis per totum tempus annuū, quo fuit Athenis, Cratippū philoſophum audiuit: nā & obiter legit, aut cœnauit, aut denique dormiuit. ¶ Præterea cōpluraeſſe verba. Figurate: quia nullū verbū cū accuſatiuo conſtrui poteſt, niſi ſit actiuū. Cū igitur depereo abſolutū ſit verbum, figurate dixit Gell. lib. vi. cum eā penitꝰ deperiret. & Apul. iij. meta. quendā Boetium iuuenem efflictim deperiret. pro eo quod eſſe deberet perdite amaret. ſic Hora iiij. car. non ſola cōptos arſit adulteri crines. & Vergi. in buc. formoſum paſtor Corydon ardebat Alexim, pro ardenter amabat. Idem primo æñ. nec vox hominem ſonat: pro eo q ſonando reddit, ſicut in eodem: perſonat aurata, docuit quæ maximꝰ atlas. i. perſonando cecinit. Et in buc. formoſā reſonare doces amaryllida ſyluas, id eſt, reſonando ex vocis repercuſſione reddere nomen amaryllidis. Eadem ratione accuſatiuo iungūtur illa ſtupeo. es. paueo. horreo. tremo. & ſimilia. Verg. ij. æñ. pars ſtupet innuptæ donum exitiale Mineruę, pro admiratur cū ſtupore. Horat. ij. car. nec muliebriter expauit enſem, pro eo quod cum pauore timuit. Ouid. ij. meta. vrſaque conſpectos in montibus horruit vrſos. i. cum horrore formidauit. Seneca in Hercule furente: thalamos tremiſco, capta nunc videor mihi. i. cum tremore recuſo. Illa quoque gemo. lugeo. fleo. & ſimilia, niſi figurate accuſatiuo iungi nequeunt. Iuuena. tunc geminus caſus vrbis. & Liuius: matronæ Brutum anno luxerunt. Figurate quoque dicuntur illa olet vnguenta. ſapit thymbram. callet grammaticam. Iuuenalis: affertur miſero tibi caulis, olebit laternam, id eſt, imitabitur talis olei odorem. Horatius: paſtillos Ruffillus olet, Gorgonius hircum. Idem. i. epiſtola. vina fere dulces oluerunt mane camœnę. Notat Ouidiū Diomedes, qd' dixerit: per q̄ locos ſacros, & olentia ſulphure fertur. nec Verg. cū Ouid. facere cū in. i. ęñ. dixit: redolētqꝫ thymo fragrātia mella. Nā thymo cū fragrātia, nō cū redolēt, iungi debet. Ergo oleo, aut abſolutum eſt, ſignificatque odorem emittere: aut figurate cum accuſatiuo conſtruitur ſignificante odorem illum, quem res illa, quæ olet euaporat. pro eo quoque quod eſt olfacio olfacis, hoc eſt, odorem naribus capio. Alio modo dicimus: olet mihi hæc res per datiuum. Plautus in Aulularia: aurum (inquit) huic olet, pro hic olfacit aurum. ¶ Omnia etiam verba neutra. Quod in prima ſpecie verborum diximus, nullum eſſe verbum, quod non cum datiuo poſſit conſtrui: idem quoqꝫ nunc de verbis neutris dicimus. & ponit exemplum ex buc. Vergi. Cui pēdere ſua patereris in arbore poma. nam pēdeo abſolutum eſt: ſed dixit cui, id eſt, ad cuius vſum atque vtilitatem, aut voluptatem. Idem. ij. georgico. tibi res antiquæ laudis: & artis ingredior, id eſt, ad tuam laudem. Idem in eodem: nemorumque Ioui, quæ maxima frondet æſculus, id eſt, in cuius Iouis honorem. Idem quinto ęneidos: quo tātum mihi dexter abis, hoc eſt, in cuius perniciem atque damnum.

Præterea nullum eſſe verbum, quod nō cum accuſatiuo, vel ablatiuo ſignificante tempus indifferenter conſtrui poſſit. vt Docui te grammaticā tres annos. vel tribus annis.

Præterea cōplura eſſe verba neutra abſoluta, quæ figurate accuſatiuo iungi poſſunt: vt. Depereo virginē. & quod Vergi. dixit: Corydō ardebat Alexin. Illa quoqꝫ ex idiomate ſermonis latini dicūtur. Hoc latet me. neſcio quis me manet exitus. & olet vnguentum. ſapit piſcem. & ſimilia.

Omnia etiā verba neutra poſſe iūgi dtō ſignificāte illum, cuius voluptatē aut moleſtiā, dāno, aut cōmodo: aut deniqꝫ cuius gratia aliquid fit. Vergi. Cui pendere ſua patereris in arbore poma.

## ¶ De verbis deponentibus. Cap. iiij.

DEponens verbum eſt illud quod in or. deſinit: & nō habet actiuum in. o. retinetqꝫ tantū actiui ſignificationē vt Ego loquor verba. Eius complures ſunt ſpecies.

¶ Prima ſpecies verborum deponentium eſt, quæ poſt ſe conſtruūtur cum genitiuo. Qualia ſunt, quæ ſequuntur.

Miſereor. eris. por hauer miſericordia. vt Miſerere animi non digna ferentis.

Obliuiſcor. eris. oblitus ſū. por oluidarſe. vt Quis malorum non obliuiſcitur?

Reminiſcor. eris. Recordor. aris. por recordarſe. vt Reminiſcere bonorum.

DE verbis deponentibus, & ponit in primis verbi deponentis diffinitionem dicens: Quod verbum deponens eſt illud, quod deſinit in. or. ad differentiam actiui & neutri: & non habet actiuum in. o. ad differentiam verbi paſſiui: retinet tantum actiui ſignificationem, ad differentiā cōmunis, quod vtramqꝫ habet. Eius cōplures ſunt ſpecies. Colligit autem ſex. ¶ Prima eorum, quę conſtruuntur cum genitiuo. vt miſereor innocentis. Vergil. in bucol. nil noſtri miſerere. Idem. ij. æneidos: oro miſerere laborum tantorum: miſerere animi non digna ferentis. Cum datiuo cōſtructum hoc verbum non reperitur. cum accuſatiuo non miſereor, ſed miſereor. aris iungitur. Idem. iiij. æneidos: aut miſeratus amantem eſt. ¶ Obliuiſcor. eris. recordor. aris. & reminiſcor. eris. actō etiam iunguntur. Hor. in epodo: quis non malarū, quas amor habet curas, hęc inter obliuiſcitur. Verg. ij. ęñ. quiſquis es amiſſos hic iam obliuiſcere graios.

emm de ſe uel ad ſe loquuntur quod proprium eſt animantium quibus [illegible]
natura ſermonem in tertia uero perſona ſepe paſſiuum ſolet ~~etiam~~ [illegible]
etiam ex huiuſmodi verbis ſed ad muta et carentia anima pertinens dicun[illegible]

¶Secunda verborum deponentiũ ſpecies eſt, quæ poſt ſe cõſtruitur cũ datiuo. Qualia ſunt hæc.

Opitulor opitularis. Auxilior auxiliaris. por ayudar, vt Opitulare mihi. auxiliabor tibi.

Suffragor ſuffragaris. por ayudar con el voto, vt Rogo te, ſuffragare mihi.

Refragor refragaris. por eſtoruar con el voto, vt Peto a te, ne refrageris mihi.

Patrocinor patrocinaris. por defẽder en juizio, vt Ego patrocinabor tibi.

Adulor adularis. Aſſentor aſſentaris. Palpor. aris. por liſongear, vt Ne aduleris malo.

Blandior blandiris. por aquello meſmo, o halagar, vt Cur blandiris potentiori?

Gratulor gratularis. por hauer plazer del bien de otro. vt Gratuler tibi fortunis aucto.

Iraſcor iraſceris. por ſe enſañar de otro. vt Tibi pol iratus ſum Philomena.

Aſſentior aſſentiris. por ſentir y cõſentir con otro, vt Senatus mihi aſſenſus eſt.

Inſidior inſidiaris. por aſſechar a otro, vt Lupus inſidiatur ouibus.

Obſequor. eris. por obedecer. vt Ego obſequor tibi. vt Obſequaris mihi.

¶Tertia verborũ deponentiũ ſpecies eſt, quæ poſt ſe conſtruuntur cum accuſatiuo. Qualia ſunt

Solor ſolaris. Conſolor conſolaris por conſolar. vt Solare egenum conſolare orbum.

Execror. aris. Abominor. Deteſtor. Auerſor. por maldezir. vt Execror te.

Sequor. eris. ſequutus ſum. por ſeguir. vt I, ſequere Italiam ventis,

Conſequor conſequeris conſequutus ſum. por alcançar. vt Conſequor ego, quod volo.

Fateor fateris. por confeſſar por ſu voluntad. vt Fateor fatenda

Confiteor confiteris. por confeſſar ſin ſu voluntad. vt Confiteor confitenda.

Diffiteor diffiteris. por no confeſſar, o negar. vt Diffiteor neganda.

¶Secunda verborũ deponentium ſpecies eſt. Opitulor. aris. Cice. in epiſtolis: opitulare collegę, ſubueni patriæ. Saluſtius in Catil. inopiæ ſuę opitulati ſunt. ¶ Auxilior. aris. quod Priſc. accuſatiuo vel datiuo poſſe iũgi dicit. Cum genitiuo etiam reperitur in ſacris literis conſtructum. Eſaiæ. xlviij. Hiero. inteprete: in tempore (inquit) placito exaudiui te, & in die ſalutis auxiliatus ſum tui. ¶ Suffragor. aris. quod eſt puncto, atq; ſententia alicui fauere. ¶ Refragari vero iiſdem modis alicui aduerſari. Cice. in. j. de legibus: mihi enim videris fratrem laudando ſuffragari tibi. Refrago in voce actiua cum accuſatiuo Siſena apud Marcellũ protulit: dictatorem (inquit) omnibus animis, & ſtudiis refragauere. pro quod eſt dictaturæ refragati ſunt. ¶ Adulor. aris. aſſentor. aris. palpor. aris. blandior. iris. cũ ablatiuo cõſtrui nemini dubium eſt. Reperitur tñ adulo. as. cum accuſatiuo in voce actiua. vt Valerius Maximus: ſi Dionyſiũ (inquit) adulares, iſta non eſſes. & Actius apud Marcellum: pennata cauda noſtrum ſanguinem adulat. Cicero pri. officiorum: cauendum eſt, ne aſſentatoribus patefaciamus aures, neque adulare nos ſinamus. Eodem modo Palpor palparis cũ datiuo reperitur. Palpo palpas cum accuſatiuo. Hora. pri. ſerm. cui ſi palpere recalcitrat. Iuu. quem munere palpat carus. ¶ Blandior. iris. Quin. blandiar paulisper iudices calamitatibus meis. ¶ Gratulor gratularis eſt (vt Valla inquit) teſtari nos gaudere de fœlicitate alterius apud eum ipſũ, qui ea fortuna affectus eſt, & conſtruitur cum dtõ: aliquando ſupprimitur datiuus, cum tamen intelligatur. Ouid. gratulor œchaliam titulis accedere noſtris. ſubaudi tibi. Idem in. iij. de arte: ego me nunc denique natum gratulor, ſubaudi mihi. Reperitur & gratulari, pro gratias agere. ſed tantum diis immortalibus. vt Affranius apud Priſcia. ſexte frater mi ſalue: cum ſaluus venis, gratulor diis. Gratari idem prope eſt quod gratulari, niſi quod magis eſt poeticũ. Verg. iiij. æñ. inueni germana viã gratare ſorori: ſed conſtruitur etiam cum accuſatiuo. Idem in. v. gratatur reduces. Gratificor. aris. quod eſt gratum facere, etiam datiuo iungitur. Cicero pro Cornelio: nũ alicui gratificabatur homini, aut ordini? Saluſt. etiam actõ iunxit in Catilina: potentiæ paucorum dec⁹, atque libertatem ſuam gratificari. Cicero quoque ad Val. cur enim tibi hoc non gratificer? ¶ Iraſcor iraſceris. Teren. tibi pol irat⁹ ſum Philomena. ¶ Aſſentior. iris. Cicer. in epiſto. ſenatus mihi aſſenſus eſt. Idem alio loco: quibus aſſentior ſolicitam, & periculoſam iuſticiam, non eſſe ſapientis. Siſena aſſentio. tis. putauit eſſe dicendum, quẽ deinde multi ſunt ſequuti, vt autor eſt Quintilianus libro primo orato. & Gellius libro. ij. noctium Atticarum. Cicero tamen aſſentior ſemper fere dixit, atque actõ iunxit: vt in primo de oratore: cętera (inquit) aſſentior Craſſo. Idem in ſecundo, quare tibi Antonij vtrũq; aſſentior. ¶ Tertia verborum deponentiũ ſpecies eſt. ¶ Solor ſolaris, quod eſt rebus ſolatium afferre. Conſolor conſolaris tantum verbis alicui conſolationem adhibere. ab illo eſt Solatium, ab hoc Conſolatio. ¶ Execror execraris. abominor abominaris. deteſtor deteſtaris. Auerſor auerſaris idem prope ſignificant, atque huius ordinis verba ſunt: ſed auerſari eſt vultum, ab ea re, quam deteſtamur auertere. Vergilius quarto æneidos: non auerſata petentem. Ouidius primo faſtorum: officioq; leuem, non auerſatus honorem. Plinius libro. xxx. terram orbitis depreſſam auerſantur. Hoc verbo frequenter Hieronymus vtitur in ſacris literis: ſed fere ſemper legitur mendoſe, aduerſor pro auerſor. ¶Sequor ſequeris cum ſuis compoſitis, huius ordinis eſt verbum: prẽter quã obſequor obſequeris: quod ad ſuperiorem ſpeciem pertinet. Proſequor tamen elegantiſſime prẽter accuſatiuum etiam ſeptimo caſui iungitur: vt proſequor te muneribus. proſequor te lachrymis. Plinius in epiſtolis: proſequutus eram viatico ſecedentem. Cicero in epiſtolis: quam tu ipſe omnibus lętis proſequeris. Conſequi eſt rem, quæ fugiebat, aſſequi. ¶ Fateor fateris, & confiteor co differunt, quod fatemur ſponte: confitemur coacti. Diffiteri vero eſt negare, aut non fateri, quod fatendum erat.

Precor



Precor precaris precatus ſum. por rogar, vt Sæpe precor mortem.

Deprecor. aris. por rogar, o abominar, vt Mortẽ quoq; deprecor idem.

Demereor. eris. erui. por obligar por beneficios, vt Demereor amicum.

Cauſor. aris. par traer occaſion, o achaque. vt Locũ immeritum cauſatur.

Aemulor. ris. Imitor. ris. por remedar. vt Aemulor patrem. Imitor matrem.

¶Quarta verborũ deponentium ſpecies eſt, quæ poſt ſe conſtruuntur cum ablatiuo ſiue ſeptimo caſu. Qualia ſunt.

Lætor lętaris. Delector aris. por ſe alegrar. vt Lętor meis rebus, & delector tuis.

Vtor vteris. por vſar, vt Rogo te vtere meis omnibus rebus.

Potior poteris. por alcãçar lo deſſeado. vt Optata Troes potiuntur arena.

Veſcor veſceris. por comer. vt Caprę veſcũtur frõdibus.

Fungor. eris. por vſar de officio. vt Fũgor meo munere.

Fruor. eris. por gozar de algo. vt Fruimur honeſtis & quæ ſunt propter ſe.

¶Quinta verborum deponentium ſpecies eſt: quę poſt ſe cum nullo caſu conſtruuntur niſi mediãte præpoſitiõe. Qualia ſunt.

Iocor iocaris. por burlar de palabras. vt Cicero iocatus eſt in Antonium.

Graſſor graſſaris. por ſaltear para robar. vt Clodius graſſabatur per vrbem.

Caſtrametor caſtrametaris por poner y aſſentar real. vt Cęſar caſtrametatus eſt in Alpibus.

Labor. eris. por caer, o reſbalar deslizandoſe. vt Caue ne labaris in lubrico.

Ruſticor ruſticaris. por eſtar en el cãpo. o en heredad. vt Ruſticatur in otio.

Philoſophor. aris. por eſtudiar en philoſophia, vt Philoſophatur in vrbe.

¶Precor. aris. manifeſtam habet ſignificationem. ¶Deprecor quoq; idem ſignificat quod præcor: habet tamen aliam reconditiorem ſignificationem, quod eſt deteſtari & abominari. Ouid. j. de ponto. ſæpe precor mortẽ: mortẽ quoq; deprecor idem. Luca. in. ix. non deprecor hoſti ſeruari. Saluſtius: inimici imperium, & cruciatus corporis deprecor. Quid autem ſit deprecari, Gellius copioſe lib. vj. diſputat. Imprecari eſt malum alicui precari. ¶Demereor. eris. quod eſt aliquem ſibi beneficiis obnoxium facere. Quinti. li. j. Simul vt demererer amãtiſſimos mei iuuenes. Suetonius in othone: nec minus alium alia via demerebatur. Idem in vitellio: ne qua nõ arte demereretur Claudium. Oui. in epiſto. philidis: Crimine te potui demeruiſſe meo. illiterati dicũt demereri, pro non mereri: & demerita, pro non merita. ¶Cauſor. aris. pro eo, quod eſt cauſam ſiue occaſionem afferre. Horatius pri. epiſ. Locum immeritum cauſatur inique. Ouid. ix. meta. viſaq; cauſatur. Apuleius pro magia: vim meam quam voluntatem ſuã cauſari maluiſſe. Cauſo cauſas, quo imperiti vtuntur, pefficio. is. non dicitur latine. ¶Aemulor. aris. pro eo quod imitor in bonã partem accipitur: nam pro eo quod eſt inuidere datiuo iunxit Hierony. in pſalmo. Noli ęmulari malignantibus. Ad hanc ſpeciem referenda ſunt verba, quæ præter accuſatiuũ conſtruũtur etiam cum datiuo, vt loquor tibi verba, precor tibi multa mala: & quæ præter accuſatiuum deſiderant etiam ſeptimũ caſũ. vt muneror. aris. dignor. aris. Horatius in epodo. certantem. & vuam purpuræ qua muneretur te Priape. Verg. j. ęñ. Haud equidem tali me dignor honore. Apud antiquiores digno dignas fuit. Cicero apud Priſcia. in æconomicis: Ex eo (inquit) numero hominũ, qui apud nos hoc nomine dignantur, id eſt, digni habentur. hinc Vergilius. iij. æneidos. dixit: coniugio Anchiſe veneris dignate ſuperbo. ¶Quarta verborũ deponentium ſpecies eſt. ¶Lætor. aris. Verg. vj æneid. apud ſuperos furto lętatus inani. Idem tamen. x. lib. genitiuo iunxit dicẽs: nec veteru meminiſ, lætor ve malorum. ¶Vtor vteris quod antiquiores etiam accuſatiuo iungebant. Varro apud Priſcianũ. vtile vtamur poti⁹, quã a rege abutamur. ¶Potior potiris cum genitiuo & ablatiuo conſtrui poteſt. ſed & cum accuſatiuo apud antiquiores iungebatur. Saluſtius in Iugurtha: Priuſquam legatos cõuentret: Aderbalis potiretur. & infra: ſi eius oppidi potitus foret. & ibidem: Romani ſignorum & armorũ potiti ſunt. Cicero ſecundo inuecti. rerum potiri volunt. Vergilius. j. æneid. Optata Troes potiuntur arena. Terẽtius in adelphis. ille alter ſine labore patria potitur commoda. Plautus in amphy. contigit, vt ſabui potiremur domum. ¶Veſcor veſceris. Vergilius. veſcitur Aeneas ſimul & Troiana iuuentus perpetui tergo bouis. quod etiã accuſatiuo iũxit Actius apud Marcellum. Facinus (inquit) oculi veſcuntur, & in Leuitico Hier. interpte: afferat pro ſe duos paſſeres, quos veſci licitum eſt. Idem numeri xiij. erat autem tempus quando iã præcoquæ vuæ veſci poſſunt. ¶ Fungor fungeris accuſatiuo quoque iungit Terẽtius in adelphis dicens: neq; boni, neque liberalis funct⁹ eſt officium viri. Plautus in Menechmis. nã Paraſitus octo hoĩum munus facile fungitur. ¶ Fruor. eris quod eſt finis: quemadmodũ vtor vteris eorum, q̃ ſunt ad finẽ. Vñ vtimur pecuniis, fruimur autem virtute. ¶Quinta verborũ deponentiũ ſpecies eſt. ¶Iocor. aris. Auſo. falſoque in amore iocari. Manil. v. aſtro. pendens iocari in hoſtẽ. ¶Graſſor. Sil. graſſandum ad magna periclis. Liuius. li. ij. vt in te hac via graſſaremur. ¶Caſtrametor. Regum. j. Hierony. interp. Et ſicut caſtrametatus eſt iuxta lapidem Madintorii. ¶Labor. eris. Ouid. iij. de Arte. cito pede labitur ætas. Ruſticor. aris. Cicer. j. de legibus: Si quidies ad ruſticandum dati ſunt. Philoſophor. aris. Idem. j. de. Na. De. Et cũ minime videbamur, tum maxime philoſophabamur.

K

¶Tumultuor. Plin. libr.ij hic tumultuatur hominum genus. ¶ Cachinor a græco videtur. canchazo enim interp̄tatur cachinor. ad hanc ſpeciem reduci poſſūt etiam, quæ in ſexta ſpecie poſita ſunt ſcilicet. ¶ Orior oreris, vel oriris. Oui. lib. x. metam. Tu quoties oreris, viridiq; ī ceſpite flores. Naſcor. Iuue. filia naſcitur ex me. ¶ Partior. eris. Ouid. xiiij. meta. quæ patiēda diu eſt. Idem. Heu patior telis.. Verg. O paſſi grauiora. Apud veteres vero actiuus fuit. Næuius: Populus patit, tu patias modo.

¶De verbis communibus. Cap. v.

IN primis dicit verbum commune eſſe illud, quod deſinit in. or. & non habet actiuum in. o. quod etiam verbum deponens habet, a quo differt: quoniā deponens actiuam tantum habet ſignificationem: commune vero actiuam & paſſiuam. Apud antiquiores, quemadmodū Priſcianus & Marcellus colligunt, multa huius generis fuerūt verba, vt auxilior auxiliaris. adulor adularis. adminiculor adminicularis. adhortor adhortaris. auſpicor auſpicaris. abhominor. naris. adorior adoriris. abutor: eris. atteſtor. aris. aſpenor. aris. architector. aris. aſſector. aris. aſſequor. eris, argumentor argumentaris. arbitror. aris. adipiſcor. eris. blandior. iris. conſolor. aris. conſpicor. aris. comminiſcor. eris. calumnior. aris. carnificor. aris. cōſector. aris. conteſtor. aris deſpicor. aris. demolior. iris. dominor. aris. depeculor. aris. dilargior. iris. dignor. aris. exordior. iris. experior. iris. exequor. eris. fruſtror. aris. for faris. hortor. aris. metor. aris. morigeror. aris. miror. aris. machinor. aris. mētior. iris. obliuiſcor. eris. q̄ror. eris. ſolor. aris. Quæ omnia, tametſi inter deponentia numerantur, tamen aliquando paſſiue reperiuntur prolata, & ab eis participia præteriti paſſionem ſignificantia. Sed etiam ab his nonnunq; vox actiua reperitur, vt ſit vero ſimillimum, fuiſſe hæc olim actiua.

¶De verbis diuerſorum generū. Ca. vj.

DE verbis diuerſorum generum. Sunt quædam verba, quæ reperiuntur diuerſis modis cōſtructa, de quib9 per ſingulas generum ſpecies aliquid attigimus, quæ nunc idcirco repetimus, vt ſub vna facie per ordinem alphabeti poſſint lectori occurrere. Abſtineo abſtines de quo in ſexta actiuorum verborum ſpecie diximus.

Adeo. is. in quinta verborū ſpecie actiuorū.

Adulor. aris. in ſecunda deponentium ſpecie.

Amoueo amoues. in ſexta actiuorum ſpecie.

Tumultuor. aris. por hazer bollicio. vt Tumultuat in caſtris.

Cachinor. aris. por reir demaſiado. vt Cachinatur in conuiuio.

¶Sexta verborum deponentium ſpecies eſt, quæ poſt ſe conſtruūtur cum ablatiuo & præpoſitione. a. vel. ab. Qualia ſunt.

Orior. eris. vel. iris. por nacer, vt Ortus a patrib9 honeſtiſſimis.

Naſcor. eris, por nacer. vt Natus a clariſſimis maioribus.

Patior. iis. por padecer, vt Ruſtici patiūtur a ciuib9.

¶De verbis Cōmunibus. Cap. v.

COmmune verbum eſt, quod deſinit in. or. & non habet actiuum in. o. & retinet actiui & paſſiui ſignificationē. vt Ego āplector te, tu amplecteris a me. Pauca huius generis reperiūtur, hæc fere.

Complector. eris. amplector. aris. por abraçar y ſer abraçado. vt Cōplector te, & a te.

Oſculor oſcularis. por beſar y ſer beſado. vt Ego oſculor te, tu oſcularis a me.

Criminor criminaris. por acuſar y ſer acuſado, vt Ego criminor te, & tu a me.

Experior. iris. por experimentar y ſer experimentado, vt ego experior illum, & ille a me.

Veneror. aris. por honrar y ſer honrado. vt Ego veneror deos, & dei a me.

Interpretor. aris. por declarar y ſer declarado. vt Ego interpretor obſcura, & illa a me.

Largior. iris. por dar y ſer dado. vt Largior pecunias & pecuniæ largiuntur a me.

¶De verbis diuerſorum generum, atq; ſub eodem genere diuerſarum formarū. Cap. vj.

ABſtineo me ab iniurijs. no hago iniuria a otro actiuum ſextę ſpeciei.

Abſtineo manum a muliere. por no tocar a muger. actiuum eiuſdem ſpeciei.

Abſtineo irarum. por no enſañarſe. neutrū primæ ſpeciei.

Adeo domum, vel ad domum. por yr a caſa. neutrum quintæ ſpeciei.

Adulor tibi, vel adulor te. por liſongearte. deponens ſecundæ & tertiæ.

Admoueo tibi manum. yo llego la mano a ti. actiuum tertiæ ſpeciei.

Amoueo a te manum. yo quito la mano de ti. actiuum ſextæ ſpeciei.

Aduerſor tibi. yo te contradigo, o ſoy te contrario. deponens ſecundæ ſpeciei.



Auerſor te. yo huyo de ti, & abominor te. deponēs tertiæ ſpeciei.

Audio te. audio vocem. por oyr el ſonido tuyo. actiuum primæ ſpeciei.

Audio a te, vel ex te, vel de te. por oyr tu doctrina, actiuum ſextæ ſpeciei.

Audio tibi, vel Inaudio. por obedeſcerte. neutrum ſecundæ ſpeciei.

Audio male abſolutum. por ſer infamado neutrū quintæ ſpeciei.

Aſſentior tibi, vel Aſſentior tibi hoc. por cōceder. deponens ſecundæ & tertiæ.

Aſſentio tibi, vel Aſſentio tibi hoc. por aq̄llo meſmo. neutrum & actiuum.

Caueo tibi. yo te proueo. Caueo te. yo huyo de ti. neutrum & actiuum.

Careo te, vel careo tui. por carecer de ti. neutrum primæ & tertiæ.

Cōmitto tibi libros. por encomendar te los libros. actiuum tertiæ ſpeciei.

Committo prælium, vel milites. por trauar pelea. actiuum primæ ſpeciei.

Committo vt non colam parentes. por peccar. neutrum quintæ ſpeciei.

Credo tibi, & credo tibi hoc. por creer. neutrum ſecundæ & actiuum tertiæ.

Credo tibi pecunias. por preſtarte los dineros. actiuum tertiæ ſpeciei.

Conſulo tibi. por proueerte, o darte conſejo. neutrum ſecundæ ſpeciei.

Cōſulo te. por demādarte cōſejo. actiuū primę ſpe.

Conſulo boni. por echarlo, o iuzgarlo a buena parte. neutrum ſecundæ ſpeciei.

Commendo te regi por encomendarte al rey. actiuum tertiæ ſpeciei.

Commendo te apud regem. Por alabarte delante del rey. actiuum primæ ſpeciei.

Certo tibi, vel certo tecum. por conten[d]er contigo. neutrum ſecundæ & quintæ.

Contendo tibi vel tecum. por aquello meſmo. neutrum ſecundæ & quintæ.

Congredior tibi vel tecum por encontrar contigo. deponens ſecundæ & quintæ.

Conſtituo tibi vel tecū por concertar contigo. neutrum ſecundæ & quintæ.

Do tibi pecunias por dar te los dineros. actiuū tertiæ ſpeciei.

Do tibi literas ad amicum. para que ſe las lleues. actiuum eiuſdem ſpeciei.

Do ad te literas. para que en auſencia las leas actiuum primæ ſpeciei.

Do tibi pecunias dono. por dar te los dineros graciosos. actiuum tertiæ.

Auerſor auerſaris. in tertia deponētiū ſpecie.

Audio audis. in ſexta actiuorum ſpecie.

Aſſentior. iris. in ſecūda deponētium ſpecie.

Caueo caues. in ſecunda neutrorum ſpecie.

Cōmitto cōmittis. in tertia ſpecie actiuorū.

Credo credis. in tertia ſpecie actiuorum.

Conſulo conſulis. in tertia actiuorum ſpecie.

Cōmēdo cōmendas. in tertia actiuorū ſpecie.

Certo certas. in quinta ſpecie neutrorum.

Contendo. is. in quinta ſpecie neutrorum.

Conſtituo. is. in quinta ſpecie neutrorum.

Do das dedi. in tertia ſpecie actiuorum.

Dono donas.in tertia ſpecie actiuorum.

Dono tibi pecunias.por aquello meſmo. actiuum tertiæ ſpeciei.

Dono te corona.por dar te corona en ſeñal de honra.actiuum quintæ.

Dolet mihi caput proprie, Doleo caput figurate, neutrum ſecundæ.

Doleo doles.in ſecũda ſpecie neutrorum.

Doleo vicẽ tuã.peſame ꝺ tu fortũa y deſdicha.figu.

Dego degis.in quinta ſpecie neutrorum.

Dego.is.abſolute,vel Dego vitam.por biuir.neutrum quintæ.

Exigo exigis.in quarta actiuorum ſpecie.

Exigo te pecunias,vel Exigo a te pecunias.actiuũ quartæ & ſextæ.

Exeo exis.in quinta ſpecie actiuorũ.

Exeo domum,vel Exeo domo.por ſalir ꝺ caſa.neutrum quintæ.

Facio facis.in tertia ſpecie actiuorum.

Facio tibi iniuriam.p or hazer te iniuria,&c.actiuũ tertiæ.

Facio te maximi.por eſtimarte en mucho.acti.ſec.

Facio te certiorẽ.por auiſarte.actiuũ primę ſpeciei.

Facio tecum.por conuenir y concertar cõtigo.neutrum quintæ.

Induo induis.in quarta ſpecie actiuorũ.

Induo te veſtem.por veſtirte la veſtidura.actiuum quartæ ſpeciei.

Induo te veſte.por aqllo meſmo.actiuũ quintę ſpe.

Induo tibi veſtem por aquello meſmo.actiuũ tertiæ ſpeciei.

Ignoſco ignoſcis.in ſecũda ſpecie neutrorũ.

Ignoſco tibi,vel Ignoſco tibi peccatum.por te perdonar,neutrum & actiuum.

Inuideo inuides.in ſecunda ſpecie neutrorum.

Inuideo tibi,vel inuideo tibi veſtẽ.por tener te embidia.neutrum & actiuum.

Illudo illudis.in ſecunda ſpecie neutrorum.

Illudo tibi,vel Illudo te,por hazer de ti burla,neutrum & actiuum.

Indulgeo indulges.in ſecunda ſpecie neutrorũ.

Indulgeo tibi. por te regalar, y tratar delicadamente.neutrum ſecundæ.

Indulgeo operam literis.por dar obra alas letras, actiuum tertiæ.

Impono tibi onus.in ſecũda ſpecie neutrorum.

Impono tibi onus.por ponerte carga acueſtas.actiuum tertiæ.

Impono tibi. por engañarte.neutrũ ſecũdę ſpeciei.

Inceſſo inceſſis.in ſecunda ſpecie neutrorum.
Inuado inuadis.in ſecunda ſpecie neutrorum.

Inceſſo tibi,Inuado tibi.por tentar,o acometer.neutra ſecundæ.

Inceſſo te,Inuado te,por aquello meſmo,actiua primæ ſpeciei.

Lætor lætaris.in quinta deponẽtiũ ſpecie.

Lætor malorum,vel malis,por alegrarſe cõlos males. deponens primæ.

Mano manas.in tertia neutrorum ſpecie.

Manat aqua ex fõte,vel fons manat aqua. por manar.neutrum quintæ & tertiæ.

Moneo mones.in quarta actiuorum ſpecie.

Moneo te rem honeſtam,por amoneſtarte lo honeſto.actiuum quartæ.

Admoneo te honeſtorũ.por traer te ala memoria, actiuum ſecundæ.

Miſereor miſereris.in prima deponẽtiũ ſpecie.

Miſereor innocẽtis. por hauer miſericordia del innocente.deponens primæ.

Miſereor miſereris.in tertia deponẽtiũ ſpecie.

Miſereor innocentem. por aqllo meſmo.deponẽs tertiæ.

Miſeret.in quarta imperſonalium ſpecie.

Miſeret me innocentis,por aquello meſmo.imperſonale quintæ.



Metuo metuis, In ſecunda neutrorum ſpecie.

Metuo tibi. Por hauer miedo que te vẽga mal.neutrum ſecundæ.

Metuo te, Por hauer miedo de ti.actiuum primæ ſpeciei.

Noceo noces.in ſecunda neutrorum ſpecie.

Noceo tibi,vel noceo te. Por empecerte.neutrũ ſecundæ & actiuum primæ.

Oro oras.in quarta actiuorum ſpecie.

Oro te, vel a te rem honeſtam.por demandar te lo honeſto actiuum quartæ & ſextæ.

Oleo oles.in quinta neutrorum ſpecie.

Oleo vnguentum, por oler a vnguento, neutrum figuratum.

Olet mihi vnguentum. por oler me el vnguento. neutrum ſecundæ.

Olfacio vnguentum.por oler yo el vnguento.actiuum primæ.

Obliuiſcor.eris.in prima deponentiũ ſpecie.

Obliuiſcor tui,vel te.por oluidarte.deponens primæ & tertiæ.

Palpor.aris.in ſecunda deponentium ſpecie.

Palpor tibi.por liſongearte, o halagar te.deponẽs ſecundæ.

Palpo te.por aqllo meſmo.actiuum primæ ſpeciei.

Pugno.as.in ſecunda neutrorum ſpecie.

Pugno tibi,vel pugno tecum.por pelear contigo. neutrum ſecundæ & quintæ.

Prouideo.es.in ſecunda neutrorum ſpecie.

Prouideo tibi.por proueerte, y mirar por ti. neutrum ſecundæ.

Prouideo.es.in ſecunda neutrorum ſpecie.

Prouideo te. por mirar te ꝺ lexos.acti.primæ ſpe.

Parco tibi.por perdonar te los errores.neutrum ſecundæ ſpeciei.

Parco tibi pecunias.por guardarte los dineros.actiuum tertiæ ſpeciei.

Pareo.es.in ſecunda neutrorum ſpecie.

Pareo tibi,vel pareo tibi omnia.por obedecer.neutrum ſecundæ & actiuum tertiæ.

Poſtulo.as.in quarta actiuorum ſpecie.

Poſtulo te vel a te debitum. por demãdarte la deuda.actiuum quartæ & ſextæ.

Poſtulo te repetundarum.por demandar los cohechos.actiuum ſecundæ.

Peto.is.in quarta actiuorum ſpecie.

Peto te vel a te libros. por demandarte los libros. actiuum quartæ & ſextæ.

Peto te lapide.por herirte cõ piedra.acti.quitę ſpe.

Potior.iris.in quarta deponentium ſpecie.

Potior virgine.yo alcanço la donzella que deſſeaua.deponens quartæ.

Potior rerum.por alcançar el imperio delas coſas. deponens primæ.

Reminiſcor.eris.in prima deponẽtiũ ſpecie.

Reminiſcor tui vel te.por recordarme de ti.deponens primæ & tertiæ.

Salio ſalis.in quinta neutrorum ſpecie.

Salio ſalis.por ſaltar,Salto ſaltas.por dançar.neutra quintæ.

Salit ouem aries.por ſaltar ſobre ella. actiuum primæ ſpeciei.

Timeo.es.in ſecunda neutrorum ſpecie.

Timeo tibi.por hauer miedo ꝗ te vẽga algun mal. neutrum ſecundæ.

Timeo te.por hauer miedo de ti.actiuũ primę ſpe.

Veſcor.eris.in quinta deponentium ſpecie.

Veſcor panem vel pane,por comer pan.deponẽs tertiæ & quartæ.

Vtor.eris.in quinta deponentium ſpecie.

Vtor panem,vel pane. por vſar de pan.deponens tertiæ & quartæ.

DE verbis impérſonalibus: Poſtea quã in ſuperioribus de verborum perſonalium conſtructione diſſeruimus, conſequens eſt, vt de imperſonalibus diſputetur. Cumq́ imperſonalium genera ſint due, hoc eſt, actiuæ vocis, & paſſiuæ vocis, primum agit de verbis imperſonalibus vocis actiuæ: quæ rurſus in quinque ſpecies diuidit. ¶ Prima verborum imperſonalium. Si bene horum verborum naturam conſtructionemq́ excutias, perſonalia ſunt: quoniam ſuppoſitum habent, aut expreſſum, aut implicitum. Cicero. pro Plancio: ſi quid mea minus intereſt, id te forte magis delectat. Idem pro eodem: non ſolum quid cuique debeam, ſed quid cuiuſque interſit. Idem pro Sylla: veſtra enim hoc maxime intereſt. Q d' ſi cũ infinitiuis hæc verba conſtruãtur, quis non videt infinitiuum, qui pro nomine rem verbi ſignificante plerũque ponitur, poſſe illis dare ſuppoſitum: Tantũ namq́ valet mea intereſt legere: quãtum lectio ad me pertinet. tua refert audire, quãtum auditio eſt tua; vel (vt paulo poſt ex verbis Sipontini dicemus) in re tua eſt auditio. Hac quoq́ ratione dicimus: ſenatoris eſt, vel intereſt rẽpublicã gubernare, ꝓ eo q̃d gubernatio rei publicę eſt ſenatoris, vel eſt in rẽ ſenatoris, vel ꝑtinet ad ſenatorẽ. Itaq́, q̃d diximꝰ hæc verba conſtrui cũ genitiuo ante ſe: ſi clauſulã reſoluas, cum genitiuo poſt ſe conſtrui recte dixeris. Affert Laurẽtius rationem, cur dicimus mea. tua. ſua. noſtra. veſtra. cuia refert, vel intereſt. & non mei. tui. ſui noſtri. veſtri. cuius refert, vel intereſt: cum in reliquis omnibus genitiuo vtãtur. Nã (quẽadmodum ex illiꝰ autoritate lib. j. diximus) ego. tui. ſui. pronomina duplices apud antiquiſſimos habuere genitiuos. ego mei, vel mis. tu tui, vel tis. ſui, vel ſis: quorum priores genitiui ſignificant paſſionem, poſteriores vero actionẽ. Q ui tamẽ cum ab vſu receſſiſſent, in eorum locũ ſubſtituta ſunt ꝓnomina illa poſſeſſiua. meus. tuꝰ. ſuus. quę æque actionem ſignificãt. Itaque cum illa verba intereſt, & refert exigerent, vt cum genitiuo ſignificationis actiuæ conſtruerentur: genitiui autem illorum pronominum, qui extant, paſſiue ſignificarent: recurrendũ fuit ad pronomina poſſeſſiua, quę (vt diximus) actionem ſignificãt, quãdoquidem in locum actiuæ ſignificationis genitiuorum, qui non extant, ſubſtituta ſunt: & ꝓ eo q̃d eſſe debuit, intereſt mis legere. refert tis audire: dicimꝰ intereſt mea legere. refert tua audire: q̃a (vt diximus) nõ potuimus dicere intereſt mei legere. refert tui audire. accepimus autẽ mea. tua. ſua neceſſitate qua diximꝰ coacti. noſtra. veſtra. cuia ad illorum proportionẽ affinitatẽque, quã inter ſe habebant. Potuimus namque recte dicere intereſt noſtrũ legere refert veſtrum audire. cuiꝰ vel quorum intereſt docere. eius, vel eorum refert ſalariũ accipere. videlicet quia noſtrum & veſtrum cuius vel quorum actiue accipi poſſunt. Sed cur gtĩs in ablatiui terminationẽ fœmininã cõmutatus eſt, Valla putat eſſe hanc rationẽ, q̃d abltũs in ſignificatione ꝓximus eſt gtõ, & quod terminatio fœminina media eſt triũ gñm, vel ſuauitatis gratia, ne durũ videretur dicere, meo intereſt. veſtro refert. Putat quoque mea. tua. ſua. noſtra. veſtra. cuia ſubſtantiue eſſe accipienda. Huius cõmẽti Valla ſe inuẽtorẽ eſſe gloriatur. Sed in hac poſteriori rõne, ego magis Sipõtino aſſentior dicẽti, q̃d intereſt cõponitur ex in, & re, & eſt, refert ex res, & fert, nihil enim aliud eſt intereſt præceptoris legere, quã in re ꝓceptoris eſt legere, hoc eſt lectio, & refert diſcipuli audire i. res diſcipuli fert audire. intereſt mea docere, hoc eſt, in re mea eſt docere. refert tua mercedẽ ſoluere, hoc eſt res tua fert mercedẽ ſoluere, ꝓ eo q̃d eſſe debuit in re mis eſt docere, & res tis fert mercedẽ ſoluere. Sed, vt ad Laurẽtij inuẽtũ redeamus, quoniam ablatiui illi ꝓnominũ poſſeſſiuorũ ꝓ genitiuis primitiuorũ, q non extant, ſuppoſiti ſunt, ſi adiectiuũ ſuperuenerit, genitiuis potius, qui ſubintelliguntur, quã ablatiuis, qui explicãtur, iungẽdũ eſt. vt mea ſolius intereſt legere. quaſi dicerẽ, mis ſolius intereſt legere. tua vnius intereſt audire ac ſi diceretur, tis vnius intereſt audire. Si vero ſubſtantiuum fuerit illud, quod additur, quia vix eſſet tollerabile, ſi genitiuo iungeretur: in aliã dicendi formã cõmutari debet. itaque rectius dixerim, mea qui ſum Antonius intereſt legere, quã mea Antonij. Sed de hoc ſatis multa in principio huius libri diximus. ¶ Secũda verborũ imperſonaliũ. Et hæc in infinitiuo, quo loco nominis ponitur, ſuppoſitũ habet, vt accidit mihi febrire, pro febricitatio mihi accidit. contigit mihi ire, pro iter mihi contigit. euenit mihi docere. pro doctrina mihi euenit. conuenit mihi audire. pro auditio mihi conuenit. placet mihi legere, pro lectio mihi placet. licet mihi amare. pro amor mi licet. expedit mihi proficiſci. pro profectio expedit mihi. vacat mihi dormire. pro dormitio mihi vacat. conſtat mihi te inſanire. pro inſania tua mihi conſtat. patet mihi te eſſe ignarum. pro ignorantia tua mihi patet. liquet mihi eſſe mendacem. pro mendaciũ tuum eſt mihi liquidum. Et eodem modo de ſimilibus. Hæc enim verba alias imperſonalia ſunt, vt q̃d Apoſtolus Hieronymo interprete dicit: omnia licẽt, ſed non omnia expediunt.

## ¶ De verbis Imperſonalibus. Cap. vij.

VErbũ impſonale eſt duplex Actiuę vocis q̃d eſt ſimile tertijs pſonis verbi actiuę vocis. vt miſeret. pudet. Paſſiuę vocis, quod eſt ſimile tertijs perſonis paſſiuæ vocis, vt curritur, ſtatur. de quo paulo poſt dicemus. Sed verborum impſonalium actiuæ vocis complures ſunt ſpecies.

¶ Prima verborũ impſonaliũ actiuæ vocis ſpecies eſt, q̃ ãte ſe exigunt gtĩm, & poſt ſe infinitiuũ: et ſunt duo, intereſt & refert. vt ꝓceptoris intereſt docere. ſenatoris refert adminiſtrare rẽ publicã. Conſtruuntur vero cũ ablatiuo generis fœminini numeri ſinglis horũ ꝓnominũ mea. tua ſua. nr̃a vr̃a adde etiã ab hoc nomine quis vel q. cuia: vt mea intereſt legere. tua refert audire. cuia intereſt ꝓfiteri, eius intereſt ſalarium percipere.

¶ Scd̃a verborũ impſonaliũ actiuę vocis ſpẽs eſt, q̃ ante ſe exigũt dtĩm & poſt ſe infinitiuum. vt

Accidit mihi febrire. acontece me tener fiebre,
Contingit mihi ire. acontece me yr.
Euenit mihi docere. acontece me enſeñar,
Conuenit mihi audire. conuiene me oyr.
Placet mihi legere. plaze me leer.
Licet mihi amare. yo puedo amar,
Expedit mihi proficiſci. es me vtil partir
Vacat mihi dormire. vaga me dormir.
Cõſtat mihi te inſanire. es me cierto que eres loco.
Patet mihi te eſſe ignarũ. es me claro q̃ eres neſcio.



Tertia verborum imperſonalium. Hęc quoque perſonalia ſunt, habẽtque æque ſuppoſitum in infinitiuo. vt delectat me audire, pro auditio delectat me. nam delecto actiuum eſt. Iuuat me cantare, id eſt, cantus iuuat me: quoniam iuuo actiuum etiam eſt. Vergilius in boco. non omnes arbuſta iuuant, humileſque myricæ. Decet me legere, hoc eſt, lectio decet me. Nam & Ouidius in primo de remed. dixit: Lude, decent animos mollia regna tuos. Oportet etiam, quod imperſonale videtur eſſe, perſonale fuit aliquando, vt Cecil. apud Priſc. Vt ea, quæ oportuerint, facta non ſint. ¶ Q uarta verborũ imperſonaliũ. Huius ordinis verba manifeſtum eſt eſſe perſonalia: quamuis a nonnullis inter imperſonalia numerentur. habent autem ſuppoſitum in infinitiuis, qui (vt diximus) loco nominũ ponũtur. vt incipit me tædere vitiorum, hoc eſt, tædium vitiorum incipit me inuadere. & eadem ratione de reliquis. ¶ Q uinta verborum imperſonalium pœnitet. Verg. in buc. nec te pœniteat calamo triuiſſe labellũ. apud antiquiores perſonale fuit actiuæ vocis. vt Accius: nũc pœnitebant libenter liberi. Sed Hierony. quaſi actiuum protulit in Eccleſiaſt. Poſt factum (inquit) non pœnitebis. & quaſi deponẽs in euange. Marci: Pœnitemini, & credite euangelio. & in Actibus apoſtolorũ: pœnitemini & conuertimini. Participia quoque reperiũtur pœnitens & pœniturus. Actius apud Marcellum: neque quemquã arbitror pœniturũ tuæ laudis. Piget. Plau. in pſeudolo perſonale protulit: quod pudet (inquit) facilius fertur: quã id, quod piget. in præterito pigitum eſt dicimus. Gel. lib. xij. Pigitum eſt, cunctos ſaltem eſſe penulatos. Silius lib. vij. puni. nec pigitum paruoſque lares. gerũdio quoque vſus eſt Cicero de claris orato. Ad miſericordiã (inq̃t) inducitur, ad pudendum ad pigendum. Participium quoque futuri vocis paſſiuę: Propertius poſuit lib. iiij. hoſtis ab inuita verba pigenda lyra. Pudet quoque actiuũ etiam fuiſſe Luca. teſtatur, cum dicit, ſemper metuit, quem ſæua pudebunt. in præterito puduit & puditũ eſt facit. Plautus in bacchidibus: neq́ me, neque te tuis intus puditum eſt factis. Apul. pro magia: nonne vos puditum eſt hæc crimina tali viro obiectare? Gerundio vſus eſt Cice. in pri. de ora. Nõ (inquit) pudendo: ſed nõ faciẽdo id, quod non decet. Participia quoque reperiuntur pudens puditurus & pudẽdus: & in præterito pudefactus. Pli. lib. xxxvi. tãquam puditurum eſſet extinctos. Gel. lib. primo. neque pudenda dico, aut pœnitenda. Compoſita quoq́ ſunt ab eo diſpudet pro valde pudet, & depudet pro nõ pudet. Apul. pro magia: non vos tot calumniarum tandem diſpudet. Ouidi. depuduit: profuguſque pudor ſua ſigna reliquit. Miſeret. Verg. vij. æneid. o genitor nec te miſeret natæq́ tuiq́: nec matris miſeret. in præterito miſertum eſt facit. Miſereſcit quoque imperſonaliter reperitur. Teren. atque inopis (inquit) te miſereſcat mei. Tædet, a quo eſt compoſitum pertædeo, quod in præterito pertæſum eſt facit. cum datiuo conſtruxit Gracchus apd̃ Diome. Vſque adeo (inquit) mihi pertæſum eſſe. Gellius etiam perſonale protulit lib primo nocti. verbis (inquit) eius defatigati pertæduiſſent. Pertæſus, participiũ frequẽs eſt: ſed omiſſa ſui verbi origine cum accuſatiuo conſtruitur. Sueto. in Iulio. pertæſus (inquit) ignauiam ſuam. Idem in Tiberio. poſtremo ſemetipſe pertæſus. Idem in Auguſto. pertæſus morum peruerſitatem.

¶ Tertia verborũ imperſonalium ſpecies eſt, quæ ante ſe conſtruuntur cum accuſatiuo, & poſt ſe cum infinitiuo. vt

Delectat me audire. plaze me oyr.
Iuuat me cantare. plaze me cantar.
Oportet me docere. conuiene me enſeñar.
Decet me legere. es me honeſto leer.

¶ Q uarta verborũ impſonaliũ ſpecies eſt, q̃ cũ iunguntur infinitiuis verborũ impſonaliũ ꝓprie ſic dctorũ, impſonalia ſũt, alias vero perſonalia. vt

Incipit me tædere vitiorũ. comiẽço a hauer enojo delos vicios.
Deſinit vos pudere. vos dexais de hauer verguẽça.
Non poteſt illos pœnitere. no puedẽ hauer peſar.
Solet bonos pigere. ſuelẽ los buenos auergõçarſe.
Debet malos pudere. deuẽ los malos auergõçarſe.

¶ Q uinta verborũ impſonaliũ ſpecies eſt, q̃ ãte ſe cõſtruũtur cũ actõ, & poſt ſe cum gtõ. vel infinitiuo: & hæc ſunt ꝓprie impſonalia ſi vlla ſũt. vt

Pœnitet me vitæ. peſa me dela vida.
Piget me patris. verguença he de mi padre.
Pudet me peccati. verguença he del peccado.
Miſeret me pauperis. miſericordia he del pobre.
Tædet me ciborum. enojo he delos manjares.

VErba impſonalia paſſiuę vocis ſemper ſignificãt actionẽ cũ quadã gñalitate: ſuntq́ ꝓprie a verbis neutris abſolutis. vt curritur. cõcurritur. ſtatur. pugnatur. itur. certatur. Transfigurantur tamen, vt dicit Diomedes, a verbis neutris, quæ

VErba imperſonalia. Nullus eſt in arte mea locus, qui tantum nouitatis videatur attuliſſe, tãtumque mihi ab obtrectatoribus meis inuidiæ conflauerit: quantum hic in quo de verbo imperſonali vocis paſſiuę contra omnium fere præcepta diſſerui. Nam cum plerique omnes grammatici, tã ex veteribus, quam ex iunioribus ſcribant: verbum imperſonale vocis paſſiuę ab omnibus verbis actiuis poſſe deducti atque ad imaginem paſſiuorum admittere ablatiuum cum præpoſitione a. vel. ab. pro perſona agẽte, vel faciente: quæ inſolentia, ne dicam intẽperies fuit, vt contra communes aliorum pręceptiones a verbis tantum neutris abſolutis originem habere, & cum nullo conſtrui caſu diceremus? Ego (vt teſte conſcientia mea verum fatear) antea, quam hoc documentum ſcriberẽ, diu multumque cogitaui, quos potiſſimũ autores ſequerer: cum apud Phocam & Diomedẽ grammaticos non contemnendos legiſſem, verbum imperſonale vocis paſſiuę figurari tantum a verbis neutris abſolutis, vel quę datiuum caſum in ſeriem orationis admittunt: apud reliquos vero omnes grammaticos poſſe etiam a verbis actiuis deriuari. Sed cũ in ponendis exemplis vidiſſem vtroſque nunquã vſos niſi verbis imperſonalibus, quæ a neutris deriuantur: cœpi mecum acrius reputare, an vſpiam apud autores reperiretur verbum imperſonale, quod a verbo actiuo deſcenderet, quod cum non facile occurriſſet, atque econtrario mille loci veniſſent in mentem, in quibus erat a verbis neutris imperſonale deductum: cœpi pedibus manibuſque in Phocæ atque Diomedis ire ſententiam: ſequutuſque ſum illud maxime præceptum, quod multis alijs in locis vſurpaui;

datiuum caſum in ſeriem orationis recipiũt.vt Nihil mihi noceri poteſt. Cum accuſatiuo vero nullo modo conſtrui poſſunt:ſed neq; cũ abltõ cũ præpoſitione.a.vel ab.niſi generalitatẽ illã explicet.vt ab omnibus reclamatur,hoc eſt,qđ omnes reclamãt.

& repetens iterum iterumque monebo:regulas artis grammaticę limitandas eſſe potius,quam ampliandas:quemadmodum enim ex præcepti contractione etiam circa terminos ab arte permiſſos nihil periculi timetur:ita ex laxitate illa nimia in multos errores & linguę vitia incurramꝰ,neceſſe eſt. Quare de nobis exiſtimare nemo debet,quod hanc præceptionem ex errore,aut ignorantia quadam ſcripſerimus:cum in explicandis quatuor coniugationum formis communem ſim doctrinã ſequutus:& in verbis actiuis,quę declinãda pueris ꝓpoſuimus,vt ex illorũ proportione reliqua declinari poſſent.Nos quoq; verba imperſonalia vocis paſſiuę adiecimus amatur,docetur,legitur,auditur.Sed quoniã illic pueros literarum rudes erudiebamus.laxandæ fuerũt habenę,vt in vna verbi poſitione tres ſimul voces agnoſcerent actiuam.imperſonalem,paſſiuam. Nunc vero cum incipiunt aliquid ſapere,compeſcendi ſunt,atque luxuries illa verborum , quaſi falce quadam coercenda eſt.Idque fecimus perſuaſi eius ipſius,quem citauimus,Diomedis exemplo:qui in explicanda verborum coniugatione ſcripſit: verba imperſonalia amatur,docetur,legitur. auditur. Poſtea vero cum de illis cœpit diſſerere, inquit:paſſiua imperſonalis declinatio figuratur ex verbis,quæ abſolutiua ſunt,id eſt,neutralia:quæ certas perſonas nõ admittunt paſſiuæ declinationis,quoniam ſunt neutralia:nihilominus tamen tertiam perſonam admittunt paſſiuam,& declinantur paſſiua declinatione more imperſonali.vt pugnatur.certatur.viuitur.itur.& ſequitur:Sunt præterea verba,quæ cum ſint imperſonalia ab actiua declinatione:in perſona tamen patiente imperſonali modo figurantur:ea ſunt quæ datiuo caſui cohærent.vt maledico tibi.inuideo tibi.conſulo tibi.prouideo tibi.noceo tibi.hæc omnia in paſſiua declinatione non recte dicimꝰ tu malediceris a me:ſed maledicitur tibi,inuidetur tibi,conſulitur tibi,prouidetur tibi.nocetur tibi.& ſimilia.Non enim dicimus noceor.eris. huiuſmodi enim verba paſſiuam naturam non habent. hæc Diomedes. Cui aſtipulatur eadem prope ſentiens Phocas:Sunt ( inquit)verba imperſonalia,quæ a verbis neutri generis transfigurantur:vel actiuis,quę datiuum caſum in ſeriẽ oratiõis admittunt. Et qualia verba ſignificet,exẽplis declarat.vt ſedetur,ambulatur.ſtatur.pugnatur.itur.ſtudetur.nocetur.ſuadetur. Illud quoque mirabile eſt,cur Priſcianus de verbo imperſonali diſſerens ſcripſit poſſe illud deriuari ab omnibus verbis actiuis & neutris,ſed nulla deinde alia ſubdit exempla,quam quę Diomedes & Phocas adiecerunt Nimirum,quia apud autores idoneos illa tãtum reperta ſunt. Ergo aliud ſentire videtur,cum præcepta ſcribit: aliud,cũ exempla ſubiungit. ¶Sed quid immoramur in re,quæ non argumentis,atque rationibus:ſed vſu & autoritate clariſſimorum in ſermone latino virorum comprobanda eſt? Atque vnius maxime Vergilij extra omnem humani ingenij ſortem poetæ caſtigatiſſimi,apud quem nemo vnquam legit verbum imperſonale a verbo actiuo,ſed paſſim a verbis neutris abſolutis. vt in primo æneid. Hic iam tercentum totos regnabitur annos.& in eodem:ſtratoque ſuper diſcumbitur oſtro. Idem in.iiij. Anna vides toto properari littore circum.Et in ſexto:itur in antiquam ſyluã ſtabula alta ferarum. Et in decimo: macte noua virtute puer ſic itur ad aſtra.Et in duodecimo:nunc totis in vulnera viribus itur. Idem in.vij. ſtant belli cauſę,pugnatur cominus armis.Et in.x certatur limine in ipſo auſonię.Et in eodem: Ilicet in muros tota diſcurritur vrbe.Idem in.iij.georgico:heu male tunc Libyę ſolis erratur in agris.Et in.iiij.eiuſdem: poſt vbi iam thalamis ſe compoſuere,ſiletur in noctem. Sed & alij autores vno omnium conſenſu idem obſeruant.Horatius primo ſermo.concurritur horę momento.Flaccus.vij.argonaut. Gramineis aſt inde toris diſcũbitur olim.Iuuenalis:curritur ad vocem iucundã. Idem: clamatur,nulla gemit hic tibicina cornu.& alio loco:ſurgitur,& miſſo proceres exire iubentur conſilio.Ouidius tertio faſto.ſeu quod ad vſque decem numero creſcente venitur.Flaccus.v.argonauti.Surgitur in ſomnos,ſeque ad ſua limina flectunt. Idem in primo:paretur,molli iuuenes funduntur in alga.Papinius.ij.theba.ſuminiſque inſiditur aſtris.Apuleius.iij.floridorum:ſed vbi diutius equo ſedetur. & lib. Regum.iiij. Hieronymo interprete:domuncula in qua ſedebatur ad iudicandum.Terentius:Quid fit?quid agitur?ſtatur.Iuuenalis,ſtat contra,ſtarique iubet.Ouidius primo metamorpho.viuitur ex rapto,& Perſius: nec voto viuitur vno.& Claudi. Viuitur exiguo melius.Cicero in epiſto.quid agas?ſic viuitur.& in alio loco: laboratur vehementer.Quintilianus libro primo: ſed cõpoſitione peccatur, quę iam ſermonis eſt,nimis audacter. Apule.in primo flori.ſpaciũ( inquit )qua pluitur & ningitur.&.iiij. metamor.idẽ:mœretur.fletur.lamentatur,quod ad deponentia durũ eſt:quẽadmodũ & illud Plaut.in capti.duobus rarũ:quaſi cum calletur , cochleę in occulto latent. ¶Transfigurantur tamen,vt dicit Diomedes,& cum illo Phocas a verbis neutris, quę datiuum caſum in ſeriem orationis recipiunt,quęque illi neutralia actiua dicunt.vt Cicero:nihil mihi noceri poteſt.Apule.in libro primo de philoſophia:ijs rebus nocetur,quæ ſunt viliores.& ibidem:cum noceri alteri,malorũ omnium maximum ſit.Martialis: non bene( crede mihi ) ſeruo ſeruitur amico. Ouidius in epiſto. Didus:ſi mihi non parcis,puero parcatur Iulo. Idem primo metamor. vix nunc obſiſtitur illis. Papinius.ij.thebai.proficitur bello,ni mauis effectiuum eſſe.Flaccus in.ij.argona.vela legunt,remis inſurgitur.pro in remos:ſicut Vergilius in voce actiua dixit quinto æneid.nunc nunc inſurgite remis Hectorei ſocij.Sunt etiam verba quædam ambigua,quæ vt ſupra diſſeruimus,in diuerſis generibus reperiuntur,quæ res poterit imperitiores turbare.vt ecce timeo te,actiuum eſt:timeo tibi neutrum. Ab hoc igitur poſteriori dixit Seneca in Medea: timetur vbi. Dicimus etiam vindico te, & vindico in te:ſed illud actiuum,hoc neutrum a quo Saluſtius dixit:vindicatum fuit in noxios.& Apul.in primo metamor.vt in eam die altero ſaxorum iaculationibus vindicaretur.& in.iij.dixit:quinetiam in veſtrum ciuem vindicaretis.Iam vindicare in aliquem,autore Diomede,eſt illum punire. ¶Præterea credo tibi pecunias, actiuum eſt,pro fidei tuæ committo.credo tibi,pro eo quod eſt fidem habeo,neutrum,vt Iuuenalis ab eo dixit: hæc eadem nobis licet & laudare : ſed illis creditur. Cano quoque actiuum eſt. vt arma virumque cano,ſed canere progreſſui & receptui,quo ſæpe vtuntur hiſtorici: neutrum eſt ſecundi ordinis. Ob hoc igitur dixit Macrobius libro ſecundo in ſomniũ Scipionis: ad bellum progreſſus atque etiam receptui canitur.Ludo etiam tum actiuum, tum neutrum abſolutum, tum etiam neutrum tranſitiuum reperitur.



Quodſi vſpiam apud autores reperiatur exemplum . quod huic præceptioni repugnet , illud erit perquam rarum ; & quod non poſſit vſum conſuetudinemque efficere ; atque ex conſequenti,neque in artem redigi.

Vnde & a Diomed.inter ambigua numeratur,hoc eſt,quæ in.o.terminata & actiua poſſunt eſſe,& neutra. Nam(vt ille ait)pro irrideo actiuum eſt.vt apud Vergilium primo æneidos:Quid natum toties crudelis tu quoque falſis ludis imaginibus.ſed ab abſoluto,pro eo quod eſt aleam exercere,Iuuenalis dixit: poſita ſed luditur arca.a neutro Perſius: tibi luditur,affluis amens. Nam pro illuditur poſitum eſt,quod (vt alio loco diximus )tum actiuum,tum neutrum tranſitiuum reperitur.vt apud Vergilium quarto æneidos:& noſtris illuſerit aduena regnis. Nam cum verbum pro alio verbo ponitur,etiam illius conſtructionem cum ſignificatione mutuatur.vt Coridõ ardebat alexim.pro amabat.& Papi.in Achil. quo fugitur per plana gradu.i.curritur.neque enim fuga,ſed curſus ſignificabatur. Sunt tamen apud autores plerunque verba paſſiua,quæ videntur imperſonalia,cum ſuppoſitum in nominatiuo non habeant: ſed aut verbum infinitum,aut clauſulam integram,vt apud Vergilium primo æneidos:cur dextra iniũgere dextera non datur? vbi iungere,nomen eſt infinitum:& pro coniunctione dextrarum ponitur.& in eodem:ſi datur Italiam ſocijs,& rege recepto tendere,id eſt,iter ad Italiam. & in.vi.ſed non ante datur telluris operta ſubire, id eſt, deſcenſus ad opaca terrę. & in eodem: nec ripas datur horrendas & rauca fluenta tranſportare prius,id eſt,tranſportatio riparum.atque iterum datur ora tueri nate tua.id eſt,intuitus tui oris.Idem in.vi.non dabitur eſto regnis prohibere latinis,id eſt,prohibitio regnorũ.& in.ix.Maria ante exurere Turno,quam ſacras dabitur pinus,id eſt,exuſtio maris.& in.xi.coeant in fœdera dextra,qua datur,ſubaudi coire,id eſt,coitio,ſiue coniunctio dextrarum.& in primo georgi. multa forent,quę mox cęlo properanda ſereno maturare datur,id eſt, maturatio properandorũ. Simile eſt illud Pli.iunio.in epiſtolis:& quatenus denegatur illis diu viuere,id eſt,vita diuturna.nam hoc loco diu viuere,tam nomen eſt,quã in illo Perſij verſu:noſtrum iſtud viuere triſte aſpexi.pro noſtram illam vitam triſtem.Eadem ratione efficiuntur imperſonalia quędam verba vocis actiuæ,vt conuenit mihi docere,id eſt,doctrina. expedit mihi legere,id eſt,lectio. Sed & oratio integra poteſt dare verbo paſſiuo ſuppoſitum.vt apud Ouidium.xv.metamorpho: quæritur interea, quis tantę põdera molis ſubſtinere queat.nam pro ſuppoſito huius verbi,quæritur,totum illud poſitum eſt:quis queat ſuſtinere pondera tantę molis.Eodem modo dixit in.ij.eiuſdem:ne ve preces animos,& verba precantia flectant,poſſe loqui eripitur,i.eſt,poteſtas loquendi.Horat.primo epiſt.quo mihi fortuna,ſi non conceditur vti?ſubaudi fortuna,ideſt,vſus fortunæ.Macrob.in pri.ſaturna.eundem eſſe Iouem,& ſolem claris docetur indicijs.& in eodem:quid in commune ſeruilis fortuna profuerit,non paucis docetur. Neque audiẽdus eſt Seruius grammaticꝰ,qui inani quadã ratione ductus in carmine illo primi Buc.vſque adeo turbamur agris. Nam ſuo tempore(vt ipſe fatetur) illa fuit lectio,& quidem meo iudicio veriſſima:expuncto verbo turbamur.illius loco ſubſtituit turbatur,quaſi turbamur illo in loco non aptius quam turbatur,quadret. Quid ? qđ ſi turbatur verbum eſſet imperſonale,cum ſemper actionem cum quadam generalitate ſignificet,exponẽdum erat , omnes aut plerique turbant,ſiue expellunt,quod eſt contrarium ſenſui poetę: quia non omnes ciues expellunt a totis agris,ſed potius expelluntur. Neque ſum ignarus Quintilian.etiam hunc verſum ita legere vſque adeo turbatur agris.ſed ego perſancte iurarem Vergil.non turbatur,ſed turbamur ſcripſiſſe. ¶Sunt præterea quędam verba,quę cum ſint actiua ratione conſtructionis quodammodo neutra efficiuntur. vt ſi dicam, diſputatur de re ſubtili. agitur de re præclara. quæritur de ſubſtantia elementorum,docetur de natura deorum.Cicero in epiſt.de pantheris agitur diligenter.intelligitur enim res,aut negotium de pantheris,quod in alia epiſtola expreſſit dicens:res agitur per eoſdem creditores. quemadmodum Verg.vij.æneid.ſuppreſſit,dicens: ſtipitibus duris agitur,ſudibus ve præuſtis. Macrobius primo ſatur.inter illos de rebus arduis diſputatur. Idem in primo in ſomnium Scipionis: in hac interrogatione de animę immortalitate tractatur.Cicero in topi.Diffinitio eſt oratio,qua id, de quo quæritur,oſtẽditur. Quintilianus lib.x.de perſonis iudicatur,ſed de rebus contenditur. Quemadmodum igitur ago de hac re in actiua voce dicimus,pro ago hanc rem:ita agitur de hac re in voce paſſiua,pro hæc res:ac ſi mauis dicere,ago de hac re neutraliter dictum eſſe,agitur de hac re verbum imperſonale erit. Sed de his ſatis multa diximus,& quæ poſſint etiam pertinaces in noſtram ſentẽtiam adducere.In eo vero,quod ſcripſi,cum accuſatiuo nullo modo conſtrui poteſt,cum vno tantum Alexandro illiuſque ſectatoribus mihi certamẽ eſt,qui putauit latine poſſe dici:Matthæum legitur,pſalmos erat ante legendum:qui loquendi modus inauditus eſt,atque latino ſermoni incognitus. Quod vero addidi ſed neque cũ ablatiuo & prępoſitiõe.a.vel ab.niſi generalitatem illam explicet.contra omnes in commune artis grammaticæ præceptores me ſcripſiſſe fateor.Sed mea ratio fuit ab illorum ratione diuerſa.Illi namque nullis, aut perquam raris exemplis præcepta tradiderũt: quibus dici poſſet,curritur a me.itur a te.pugnatur ab illo, quod poſſe latine dici,non auſim affirmare. Ego vero, qui nihil aſſeuero , niſi quod optimis autoribus probare poſſum , non permiſi ablatiuos cum præpoſitione.a.vel.ab.niſi generalitatẽ illã verbi imperſonalis exprimerent. vt Cicero in epiſt.vehementer ab omnibus reclamatum eſt.& Lucanus in primo:tibi numine ab omni cedetur. Certas vero res pro perſona agente vel faciente recipere non poſſe, vel exemplis illis, quibus ſuperius vſi ſumus,facillime probari poteſt : ne oporteat nos alia inquirere. Mirum enim eſt in tam frequenti vſu verbi imperſonalis , nunquam reperiri conſtructum cum ablatiuo , qualem iſti dicunt : faciliuſque ego concederem verbum imperſonale poſſe a verbis actiuis deriuari , quam huiuſmodi ablatiuo coniungi. Quid? quod ex illorum ſcriptis cogemus eos vera confiteri, quamquam ſui ipſorum obliti aliud ſcripſerint.omnes enim fatentur verbum imperſonale ad cunctos,aut pleroſque pertinere.quẽadmodũ Diom.curritur,hoc eſt,omnes currunt.Seru.cum male vergilianum illud exponit:vſq; adeo turbatur agris. Quod ſi verum eſt,ego non video quemadmodum res,quæ ad multos pertinet,ad vnum contrahi poſſit,vt dicatur,curritur a me,pro ego curro,itur a te,pro tu is. pugnatur ab illo,pro ille pugnat.

Quod ſi vſpiam apud autores reperiatur exemplum,quod huic noſtrę præceptioni diſentire videatur illud erit per quā rarū,& quod non poſſit vſum conſuetudinemq; efficere:quæ (vt ait Quint.) eſt conſenſus eruditorum. Imitanti vero non quod ab vno atque altero ſcriptore ſingulari exemplo,atque ex licentia dictum eſt:ſed ſemper optima proponenda ſunt,& in quæ ex autoribus plerique omnes conſentiunt. ¶Habent verba. hoc nemo vnquam dixit:primuſque omnium admonuit me Alphonſus Aluerez ille cuius alijs in locis meminimus,id quod poſtea ex multa lectione quam veriſſimum eſse didici. Nam cum dico itum eſt in viſcera terrę, & illud:iam ſol inclinat,eundum eſt. quis nō videt ab eo quod eſt itur.ibatur.ibitur eſse deriuatū? & quēadmodum hæc imperſonaliter dicūtur:ita & ſua participia,per quę circū loquimur,pręteritum indicatiui cum ſex alijs temporibus quę ſequuntur illud. vt itum eſt erat itum erit. itum eſset. itum fuerit. Nam quęro a te itum, & eundum quæ partes orationis ſunt?non quidem participia vocis paſsiuæ:cum a verbis abſolutis huiuſmodi ſint:non gerundia,aut ſupina,cum ſignificent cum tempore,ergo verbi imperſonalis,cū ſimilia ſint in ſignificatione. Et quēadmodū Oui. viuitur ex rapto dixit:ſic Iuu. viuendū recte,tum propter plurima.& vt Pli.dixit terræ paritū eſt.& Oui.puero parcatur Iulo. ſic Iuuen.parcendū eſt teneris.ſic ab eo,quod Tere.dixit: ignotum eſt,& manſum oportuit,ignoſcendū eſt,& manēdū eſt dicimus.ſic a ſto ſtas ſtatum eſt,a doleo dolendū.a certo certādū,a dormio dormiendum a venio veniendū. & a verbis deponentibus abſolutis(etiam ſi non habent verbum imperſonale)vt a morior moriendum eſt omnibus.dixit Cice. & idem illud mihi lętandum eſt,ab eo quod eſt lætor. & Teren.ab eo quod eſt morigeror morigerandum eſt Thaidi.

Habent verba imperſonalia ſua participia ſimilia participijs vocis paſſiuæ in neutro genere quaſi ſubſtantiue poſita. vt Itum eſt.eūdum eſt, ab eo quod eſt itur.ibatur.ibitur.

¶De Infinitiuo: Cap̄. viij.

INfinitiuus dicitur,quia non habet determinatos numeros & pſonas.& cōſtruitur ante ſe cū accuſatiuo pſonæ agentis in actiua ſignificatione:& in paſſiua pſonę patiētis:poſt ſe vero cōſtruit cū caſu vbi a quo deſcēdit. vt Me amare deū piū eſt,me amari deo fœliciſcimum eſt.me carere voluptatib9,& inſeruire amicis,& miſereri innocētis iucundum eſt. Dicimus tamen, volo eſſe doctus,& natura beatis omnibus eſſe dedit:ſed nō dicimus videor mihi eſſe docto, ſed doctus, & volo me eſſe Poetam,& non poeta.

Verba infinitiua volunt determinari a verbis volūtarijs,q̄ græci,phęretica dicūt,qualia ſūt volo,cupio,deſidero.opto.debeo habeo.& ſimilia.

DE Infinitiuo.cap.viij. Infinitiuum modū quidam nomen infinitum,alij verbum infinitum,alij indefinitum vocauerunt:quo ab imperſonali diſtet,alio diximus. Conſtruitur autem infinitiuus ante ſe cum accuſatiuo in actiua ſignificatione perſonę agentis,& in paſsiua perſonæ patientis,poſt ſe vero cōſtruit eo mō,quo finiti modi conſtruūtur,vt me amare deū.me amari a deo. &c. Quoties tū infinitiuus actiuę ſignificatōis cū duobus accuſatiuis cōſtruit altero a parte āte,altero a parte poſt amphibologica eſt cōſtructio,q tanq̄ vitioſa fugiēda eſt,niſi de induſtria ea velis vti,vt aliū decipias,qualis eſt oraculum illud Appollinis. Aio te æacida Romanū vincere poſse,ambiguum erat,vter eſset victur9 an Pyrrhus rex epyrotarum,an populus Ro. Eſtque illud animaduertendum,quibus in locis huiuſmodi conſtructio reperitur accuſatiuum præpoſitum infinitiuo,ſignificare perſonam patientem,poſtpoſitum vero poni pro perſona agente. Cū infinitiuo tamen huius verbi ſum.es.fui.varia eſt conſtructio: aliquando namque nomen,quod ſequitur,reſpondet ſuppoſito verbi,quod infinitiuum determinat:vt ego volo eſſe doctus.tu cupis eſse magiſter.Oui.xiij.meta. Sed enim quia retulit Aiax eſse Iouis pronepos. & Luca.in x. Tantūque putauit iam bonus eſse ſocer. Aliquando reſpondet datiuo pręcedenti. vt Claudia natura beatis omnibus eſse dedit,ſi quis cognouerit vti. vt Hora.pri.ſermo. Atqui licet eſse beatis: ſubaudi vobis. & Mart. nobis non licet eſſe tam diſertis,qui muſas colimus ſeueriores. Aliquando non reſpondet datiuo præcedenti,ſed accuſatiuo implicito.vt Teren.in heau.nobis eſse bonas non licet. & Ouid.in epiſtola hypermeſtræ,quo mihi quo fato,non licet eſse piam.illic enim ſubintellegitur nos,hic me: quod ſi accuſatiuus præcedens fuerit expreſsus,nihil dubium eſt ſequentem illi debere reſpondere. ¶Verba infinitiua,ſiue modus infinitiuus,cū ab eo dicatur,quod infinitus & indeterminatus ſit,vult determinari maxime verbis,quæ græce prohæretica,latine voluntaria dicuntur.aut ſi verbum ex verbo interpretari volumus,electiua dicēda ſunt.nam hæreticos græce,latine eſt electiuus,& hæreſis electio interpretatur. vt volo legere.cupio audire,deſidero amari.opto doceri.debeo ire.habeo nauigare.Cicero in pri. De diuina. Haberetque in animo nauem cōſcendere. Nam quod idem ad vxorem ſcribit,cum in animo haberem nauigandi,ſubaudiendum eſt voluntatem.nam gerundiū genitiui(vt ſtatim dicemus)a verbo regi nō poteſt. Determinatur aliquādo etiam a verbis alterius diuerſæque ſignificationis.vt Terentius in adelphis. Video illum ſapere,& intelligere in loco. Vergilius in Buc. Iampridem a me illos abducere theſtylis orat. Idem.xi.æneid. Gūcti ſe ſcire fatentur,quanquam & hęc electiua dici poſsunt,quemadmodum & illa doleo,lætor,timeo,memini.quod cum præſenti infinitiui modi prope ſemper reperitur conſtructum,auctius frequentius quam cum præterito. Terentius in Andria,memini me videre,quo ęquior ſum Pamphilo. Apuleius pro magia:memini me apud Varronē philoſophum hoc etiam legere. Vergil.in buc. De cælo tactas memini prędicere quercus.& in pri.æn. atque equidē Teucrū memini ſidona venire. Idem tamen.iiij.geor. etiam præterito iunxit dicēs:namque ſub Oebalię memini me turribus altis Corycium vidiſse ſenem. Vbi Seruius notat vtrūque poſse dici.memini me videre.& vidiſse:ſicut Macro.libro.ij.ſatur. dixit:hos Platonis verſiculos legiſse me memini. Sed(quēadmodū dixim9)frequēs vſus hoc habet,vt cū pręſēti cōſtruatur Nā illa,nō veni ſoluere legē,ſed adimplere.& illud:Præibis ante faciē dn̄i parare vias ei9. illud quoq;:Illuminare ijs,qui in tenebris & in vmbra mortis ſedēt,ex figura gręca dicta ſūt,quia græci gerundia nō habēt,& infinitiuis pro gerundijs noſtris vtūtur, quos in hoc, ſi latinæ linguæ idioma ſequi vo-



lumus,imitari non debemus. Itaque rectius atque magis latine noſter interpres dixiſſet: ad ſoluēdum. ad implendum.ad parandum.ad illuminandum. Verbis tamen præceptiuis quibus,datiui iunguntur, poſſumus vel datiuos,vel accuſatiuos copulare infinitiuis ſequentibus:vt præcipio tibi legere,vel præcipio te legere:impero tibi,vel impero te audire:iubeo tibi.vel iubeo te ambulare. Determinatur etiam infinitiuus a verbis impſonalibus actiuæ vocis, vt conuenit mihi legere.pudet me audire. Sed de hoc cum de imperſonalibus ageretur,diſputauimus. Soleo.es.ſemper cum infinitiuo cōſtruitur,atque ab eo vix ſeparari poteſt,quemadmodum ſpero. as.futuro eiuſdem modi: nā quod Martialis dixit: ſpero me ſequuturum in libellis meis tale temperamentum. ſpero, pro credo poſitum eſt,ſicut Cicero in epiſto. ſpero amicitiam noſtram nō egere teſtibus. Adiectiua quoque certę cuiuſdam ſignificationis,& participia poſſunt determinare,vt lætus.dignus.ſimplex.par.paratus.auſus.Neuius apud Ciceronem:lætus ſum laudari abs te. Ouidi9 ſecūdo metamorpho. nec tu meus eſſe negari dignus. Vergilius ſecundo georgico. nec modus inſerere,aut oculos imponere ſimplex. Idem in buc. & cantare pares,& reſpondere parati. Idem primo æneid. auſus & afflictis melius confidere rebus. Sed pleraque ex figura græca magis dicta eſſe videntur, nam quod Vergilius dixit modus inſerere,aut oculos imponere ſimplex.pro gerundio genitiui poſitum eſt: at vero cantare pares pro gerundio accuſatiui. Sunt vero quędam adiectiua, quæ cum gerundio genitiui, atq; cū infinitiuo cōſtrui poſſunt.vt certus ire,& certus eundi. Vergi.iiij.æneid. illa dolos,dirūque nefas in pectore verſat certa mori. Idē in eodem:æneas celſa in puppi iam certus eundi. ¶Circūloquimur futurum. Latinus ſermo futuro infinitiui non vtitur,præterquam in hoc verbo defectiuo forem fore pro futurum eſſe. Itaque tribus modis illud circumloquimur. Primo modo per ſupinum:quod,quia,vt paulo poſt dicturi ſumus,nunquam poteſt iungi niſi verbo ſignificanti motum ad locum,neceſſitate adductū accepit illud,quod huiuſmodi ſignificationem magis habet in promptu, hoc eſt eo.is. Non quod in ea ſyntaxi quicquam ſignificet:ſed quod cum ſupino iunctum exibet nobis futuri temporis infinitiui ſenſum. Nam cum dico ſpero me amatum ire vxorem,nō intelligo me ire,aut proficiſci aliquo,vt vxorem amem:ſed tantum,q illam ſum amaturus. Quod ſi conſtare volumus in ijs,quæ de verbo imperſonali cum omnibus fere grammaticis digladiati ſcripſimus:cum circumloquimur futurum infinitiui vocis & ſignificationis paſſiuæ,nullo modo poſſet dici, ego ſpero me amatum iri a deo:nam amatum iri actionem non paſſionem ſignificat,quandoquidem,vt cap. in ſequenti dicturi ſumus,primum ſupinum actionem ſignificat:& iri,quod eſt imperſonale,paſſiuā non habet,atque actionem æque ſignificat,quæ a pleriſque omnibus proficiſcitur. Itaque cum dico ſpero me amatum iri,imperſonale eſt:me autem a ſupino illo amatum regitur a parte poſt ex verbi,vnde deriuatur,ſignificatione. Quare tātum valet,ac ſi diceres:ſpero quod omnes me amabunt.quare poſſes recte dicere:ſpero me amatū iri ab omnibus:non autē me amatū iri a deo. Sed de hoc plura,cū de verbo imperſonali diſputauimus:illud tantum admonentes proprie nullum eſſe futurum infinitiui vocis paſſiuæ:ſed verbum tantum actiui,& imperſonalis. ¶Alio modo circumloquimur idem futurum actiuæ vocis per participiū futuri in.rus. Paſſiuæ per participiū futuri in.dus.vt ſpero me amaturum eſſe deum,& amandum eſſe a deo. Quo in loco non poſſemus dicere amaturum fore,vel amandum fore,ſi Laurētio credimus:ne duo futura(vt ille dicit)inculcaremus. Martialis tamen:mergite me fluctus,cum rediturus ero,dixit. ¶Poſuimus præterea. Quemadmodum Gellius primo libro noct.attica.ſcribit:eſt verbum infinitum ſimile participio futuri in.rus. Nam huiuſmodi loquutiones amaturum.docturum.lecturum.auditurū,non participia eſſe putat,ſed verba infinita.ait eñ de illis:neq; pro participio poſita ſunt:ſed verba ſunt indefinita,quæ græci aparemphata vocant: neque numeris, neque generibus præſeruientia. itaque non putat per illa,& hoc verbum eſſe circumloquia fieri futuri infinitiui:ſed per ſeipſa verba eſſe libera & impromiſcua, Nos etiam cum Gellio dicimus eſſe verbum infinitum futuri temporis,quo iam non vtimur:iūgiturque omnibus generibus vtriuſque numeri. vt Cicero in Verrem:ſed quocunque venerint, hanc ſibi rem ſperant præſidio futurum. Plautus in caſſina,cum de puella loqueretur:altero te occiſurum ait,altero villicum. Laberius in Gemellis:non putauit(inquit)hoc eam facturum. en tibi cum fœminino numeri ſingularis. Quadrigarius apud Gellium:dum ij conciderentur hoſtium copias ibi occupatas futurum. Idem Quadrigarius: eſt,quod ſperemus deos bonis denefacturum. Valerius Antias apud eūdem:aruſpices dixerunt omnia ex ſententia proceſſurum. en tibi cum omnibus tribus generibus numeri pluralis in voce quoque paſſiua. Vergilius:& pacem Troiano ab rege petendum.& Lucretus in primo:Aeternas quoniam pœnas in morte timendum.

Iunguntur tamen aliquando etiam alijs verbis & nominib9 adiectiuis:ſed figurate,aut ad imitationem græcorū:vt video illum ſapere, & iampridem a me illos abducere Theſtilis orat. Illud quoq;,Et cantare pares,& reſpondere parati.

Circūloquimur futurum infinitiui modi vocis actiuæ per hoc verbum ire & primum ſupinum. Verbi imperſonalis vero,& paſſiuę per hoc verbum iri & idem ſupinum:vt ſpero me amatum ire deum,vel deum amatum iri.

Alio modo circūloquimur idem futurum per participium futuri in.rus.& hoc verbum eſſe in actiua:& per participiū futuri in.dus.& idem verbum eſſe in paſſiua:vt ſpero me amaturum eſſe deum:vel deum amandum eſſe a me.

Poſuimus præterea proprium infinitiui futurum ſimile participio futuri in.rus.in voce actiua, & participio futuri in.dus.in voce paſſiua:iūgiturq; omnibus generibus vtriuſq; numeri.eo tn̄ non vtimur.vt ſpero virginem nupturum tibi.& virgines nupturum viris.& ſpero fœminam amaturum viros,& viros amandum a fœminis.

DVo de triginta anni ſunt, ex quo primas introductiones grammaticas Hiſpanę reſpub. vſui publicauit, vnde quantum vtilitatis ſit cōſequutum, alij melius incorruptiuſque iudicabunt. Interim tamen nunquam diſtiti admonere eos, qui hãc artem profitebantur. vt ſi quid inuenirent, quod operi noſtro poſſet conducere, me prius conſulto, ſuis in locis adderent. Atque in primis Alphonſum Aluarez non vulgaris ingenij virum: quo cum in ijs ſtudijs, quibus ego delector, fuit mihi iucundiſſima conſuetudo. Is retulit ad me quoſdã locos, qui ſibi videbantur cõmodius in arte tractari poſſe: quã ſunt a me præſcripti: vt quod de infinitiuo modo atque de comparatiuis & ſuperlatiuis in hac parte ſubieci: quę quia non fuit mihi tempus dijudicandi, aliorum iudicio examinanda relinquo. Mihi certe prima fronte ſummo opere placuerunt, atque alijs proin le placitura ſpero. Infinitiua (inquit) aut nomina ſunt, aut verba, aut participia: Nomina, cum in caſu poſita cum tempore non ſignificant. vt ſcire tuum nihil eſt. Participia, & cum ſunt in caſu, & cum determinato tempore ſignificant. vt miſerũ eſt nunquam fuiſſe, iucundum eſt didiciſſe. Verba vero, cum ſine caſu, & cum tempore ſignificant. Ex quæ quædam impersonalia ſunt: vt pœnitere, pugnari, quæ in conſtructione nihil profuſa a ſuis verbis diſſentiunt: niſi quod eorum oratio imperfecta eſt, indigetque alterius adminiculo, vt perfectum ſenſum ſignificet: vt reliquæ infinitæ orationes. Infinitiua perſonalia vnica voce omnes numeros & perſonas complectuntur, eſt enim amare tribus vtriuſque numeri perſonis commune. ſed ideo infinitum appellatum eſt, quod per ſe prolatum parum determinatas habeat perſonas: determinatur tamen per adiunctionem ſuppoſiti, vt me amare deum primę perſonæ numeri ſingularis eſt. te amare deum ſecundæ perſonę eiuſdem numeri. &c. Determinatur quoque verbum infinitiuum a verbis voluntarijs & paſſiuis reciprocis, & quibuſdam violentiam, aut imperium ſignificantibus. hæc enim trahunt infinitiuum ad ſuum numerum, & perſonam. vt volo legere. nolo mori. Plato dicitur omnium ſapientiſſimus fuiſſe. iubeor in ſenatum venire. iureiurando cogor verã dicere. Conſtruuntur infinitiua perſonalia ante ſe cũ accuſatiuo in actiua ſignificatione perſonæ agentis, in paſſiua perſonæ patientis: poſt ſe vero exigunt caſus, quos & verba a quibus deſcendunt. Infinitiua vero a verbis ſubſtantiuis atq; reciprocis poſcunt poſt ſe caſum ſimilem præcedenti. vt volo eſſe poeta. cupio dici ſapiens. volo te eſſe poetam. cupio te dici ſapientem. licet omnibus eſſe beatis. tametſi poſſet quoque dici licet omnibus eſſe beatos. Infinitiua omnia tempora habuerunt. vt amare. amauiſſe. amaturum in actiua voce. in paſſiua amari. amatum. amandum. pugnari pugnatum pugnandum. Sed nunc his vocibus non omnibus vtimur: circumloquimur enim præteritum paſſiuæ vocis per participium præteriti, & verbum eſſe vel fuiſſe. vt pugna dicitur commiſſam eſſe, & dicunt pugnam commiſſam eſſe. & audio pugnatum eſſe. Circumloquimur quoque futurum eiuſdem modi vtriuſque vocis per ſuum cuiuſque participium futuri, cum hoc verbo eſſe. vt hic creditur venturus eſſe, ille dicitur accuſandus eſſe: vel hunc dicunt venturum eſſe, illum vero accuſandum eſſe. & ſpero mihi meliore conditione viuendum eſſe. Circumloquimur quoque idem tempus paſſiuę vocis per primum ſupinum cum hoc verbo iri, vt ſpero me amatum iri, & ſuſpicor inter nos pugnatũ iri. Vtimur præterea futuro infinitiui verborum deponentium, & quorundam neutrorum ſimile participio verbi impersonalis. vt ſcio moriendum eſſe mihi, & carendum eſſe ſenſibus, id eſt, me moriturum & cariturum eſſe.

## ¶De gerundijs. Cap.IX.

GErundia ſunt, qui verbis annumerent, quia regunt caſus: ſunt qui nominibus, quia habeant caſus: ſunt qui nomina participialia eſſe dicant, quod in quibuſdam nomini, in quibuſdam participio ſimilia ſint. Nobis tamen (vt captiones euadamus) dicendum eſt eſſe aliam partem orationis, quæ tamen maximam habeat ſimilitudinem cum nomine. Neque id mirum videri debet alicui: cum alij plures, alij pauciores quam octo partes orationis poſuerint.

¶De Gerundijs.

DIu grammatici miſerandum in modum ſe torſere in illa quæſtione per quam inutili, ſint ne gerundia nomina, an verba: propterea quod aliquid ab vtriſque acceperint. Nos conſiderationem illam nihili fecimus: & quanquam potuiſſemus antiquorum grammaticorum autoritate gerundia ad verborum modos referre: vt vltra illos quinque eſſent quoque alij duo gerundiuus & ſupinus: vt tamẽ nos vno verbo ab illorum nodis euolueremus: diximus eſſe alias quaſdam orationis partes, quæ neque ſint nomina, neque participia. Poni autẽ a nobis plures, aut pauciores, quã octo orationis partes nemo mirari debet: cũ de illarum numero, quemadmodum lib. j. atque iterum tertio diximus, inter autores non conueniat. ¶Gerundia & Supina Diome. & fere omnes grammatici antiquiores participialia verba appellant, quod in terminatione participijs ſimilia ſunt, gerundia participio futuri temporis paſſiuæ vocis: ſupina participio præteriti temporis eiuſdem vocis. Verba Diome. ſunt: Participialis verborum modus dictus eſt, quod eiuſmodi verba ſunt participijs ſimilia: nec tamen participia ſunt. vt legendi legendo legendum. lectum lectu. hęc eadem ſunt (inquit) quę Probus ſupina appellat, & merito: quoniam nec certum habent numerum, nec perſonam, nec ſignificatum. Diomed. igitur & Probus confundunt vno appellantes nomine, quæ nos cum poſterioribus grammaticis diſtinximus: vt illa ſint gerundia, hęc vero ſupina. Gerundia q; ab eo dicatur, quod gerant verbi ſignificationem, nemini dubium eſt. at vero ſupina vnde dicta ſunt, fateor me neſcire, ſed neque memini me legere. Nam quod Probus atque Diomed. aiunt, ſupina appellari, quod neque certum numerum habẽt, nec perſonam, nec ſignificatum, non plene ſatisfacit: quoniam nihil ſimile eſt inter verbum ſupinum & rem ſupinam: niſi forte ſupinum aliam habuit reconditiorem ſignificationem: quam ſit illa, quę eſt in promptu, a qua ſupina dicta ſint.



¶Gerundia ante ſe. Queadmodum lib. pri. diximus, gerundia poſt ſe regunt caſum verbi a quo deſcendunt. vt duxi vxorem cauſa illam amandi: & illam amando delector, & ad illam amãdum ducta eſt a me. Ante ſe vero caſum non regunt: quin potius ipſa reguntur a nomine vel verbo. Quod vero in pſal. cxxv. dictum eſt. In conuertendo dominus captiuitatem ſion facti ſumus ſicut conſolati. ex figura vel potius idiomate græco dictum eſt. Græci namque gerundia non habent, ſed illorum loco infinitiuo cum articulis & præpoſitionibus vtuntur. Nam pro eo quod nos dicimus amandi, illi dicunt huius amare. pro eo quod nos amando, illi in hoc amare. pro eo quod nos amandum, illi ad hoc amare. Cum vero infinitiuus apud illos, quemadmodum apud nos, ante ſe cum accuſatiuo cõſtruatur: interpres figuram græcam ſequutus infinitiuum gerundio mutauit: accuſatiuum vero non mutauit. Itaque pro eo quod ſeptuaginta interpretes in pſal. cxli. grȩce dixerunt: in deficere ex me ſpiritũ meum. noſter vertit in deficiendo ex me ſpiritum meum: & pro eo, quod illi græce in conuenire populos in vnum. noſter in conueniendo populos in vnũ dixit pſal. ci. Illud audacius: pro eo qđ ſeptuaginta verterunt in conuertere dominum captiuitatẽ ſion: noſter interpretatus eſt. in conuertendo dominus captiuitatem ſion. vt, quẽadmodũ iſti dicunt, amphibologiã infinitiui modi peculiarem fugeret: cum nuſquã minus eſſe poſſit quã eo in loco. Neq; enim quiſquã erat adeo ſtupidus, qui putaret a captiuitate ſion dominum eſſe cõuerſum. At quanto melius dixiſſet, conuertente domino captiuitatẽ ſion: & deficiente ex me ſpiritu meo: & conuenientibus populis in vnum. Aut, ſi hoc durum nimis cuiquam videtur, quod eſt vſitatius apud interpr̃tes per ſubiunctiuum hoc modo: cum conuerteret dominus captiuitatem ſion: & cum deficeret ex me ſpiritus meus: & cum conuenirent populi in vnum, quod idem etiã Hierony. ſtatim obſeruauit: nam pro eo quod ſeptuaginta dixerunt, & reges inſeruire dño, ipſe, vt ſeruiant domino, interpretatus eſt, & in euangelio, pro eo, quod græce ſcriptum eſt, nato Ieſu in Bethleem. vertit: cum natus eſſet Ieſus in Bethleem. ſic Boetius pro eo qđ Prophryrius in principio Iſagogon in Ariſtote. cathegorias ſcripſit: exiſtente neceſſario, conuertit, cum ſit neceſſarium, Pro eo quod Ariſto. in principio. ij. ethico libri ſcripſit: duplici vero exiſtente virtute. Leonardus Aretinus conuertit: cum vero duplex ſit virtus. Quod vero dixit: poſt ſe regunt caſum verbi a quo deſcendunt. de gerundio ſubſtantiuo actiuæ ſignificationis intelligendum eſt. Nam paſſiuum ſiue illud ſit ſubſtantiuum ſiue adiectiuum cum ablatiuo & præpoſitione. a. vel. ab. conſtrui non poteſt: vt ſi velis dicere. cauſa exulandi a rege veniſti ad curiam. ¶Gerundia aut ſunt ſubſtantiua. Ante Laurentium Vallã quem vnum in hac gerundiorum diſputatione non modo ego, verũ etiam omnes poſt illum grammatici ſequuti ſunt, nullus fuit autor, qui gerundia nominauerit niſi tantũ illa ſubſtãtiua in. di. do. dum. terminata. Ille igitur fuit primus (neq; enim ſua gloria fraudãdus eſt) qui gerundia adiectiua induxit: atq; per omnia genera numeros & caſus variauit. vt Verg. voluenda dies en attulit vltro, voluenda adiectiuum gerundium eſt, non participium futuri: neque enim ſignificat, quæ voluetur, ſed que aſſidue vertitur, ſiue volubilis eſt, aut voluens: ſi modo voluens paſſionem ſignificaret more grȩcorum, qui habent participiũ præſentis temporis, quod ſignificat paſſionẽ etiã in verbis actiuis. Ad quorum imitationẽ Verg. ij. geor. dixit: Tardaq; Eleuſinæ matris voluentia plauſtra. i. volubilia, & quæ aſſiduę voluuntur. Idem pri. æne. Olim volẽtibus annis. i. volubilibus: nõ qui voluẽdi ſunt, ſed qui voluũtur aſſidue. Sic præterea dicimus iuſiurandum, non quod iurandum eſt, aut iurabitur: ſed quod iurabile eſt, iuratur, aut iurari conſueuit. Et eodẽ modo per altos caſus. vt eſt mihi cura iuris dicũdi, antiqui ſic dicebãt pro eo qđ eſt dicẽdi: nã & antiquorũ more multa nunc dicimus: vt finium regundorum, & de communi diuidundo. Gerundia ſubſtantiua, quæ (vt diximus) antiquiores agnouerũt, ſola ſubſtãtiue accepta inueniuntur tñ in genere neutro, & adiectiuorũ more, ſubſtantiuantẽ in genere neutro, vt hoc dictũ. hoc factũ. Sed in gtõ actõ & ablatiuo frequenter reperiuntur, in datiuo raro. vt Cicero in Philip. nec ſoluendo eras, hoc eſt, vnde ſolueres debitum, non habebas. Quintilianus: pater pauperi ſoluendo non ſumus. Cicero de perfecto oratore: cum eſt inficiando reus: accuſatori duo prima ſunt. Apuleius. viij. metamorpho. cum primum charite nubendo maturuiſſet. Vergili. xij. æneidos: ſimul aptat habendo enſem, clypeumque, & rubræ cornua criſtæ. Plinius libro. xiij, emporetica charta inutilis ſcribendo. quorum nominatiuus eſt amare. ¶Gerundia ſubſtantiua. Gerundiũ genitiui ſubſtãtiuũ ſi deriuetur a verbis actiuis, & neutris actionem ſignificantibus, ſemper ſignificat actionem. vt cauſa amandi deum, & inſeruiendi voluptatibus. Hoc Vallæ præceptum plerumque verum eſt. reperitur tamen gerundium genitiui in ſignificatione paſſiua. vt apud Tranquillum in Claudio. Harpocratem, cui lectica per vrbem vehendi ius tribuit. A verbis neutris paſſionem ſignificãtibus, paſſionem ſignificat, vt tempus exulandi, ratio caleſcendi.

Gerundia ante ſe caſum non regunt: nam inaudita eſt in ſermone latino cõſtructio illa. In cõuertendo dominus captiuitatem ſion. & illud In deficiendo ex me ſpiritum meum; illud quoq; In conueniendo populos in vnum. Poſt ſe vero regunt caſum verbi a quo deſcendunt. vt tempus eſt carendi voluptatibus, inſeruiẽdi amicis, amãdi Deum.

Gerũdia aut ſũt ſubſtantiua, aut adiectiua, gerũdia adiectiua omnia genera & numeros & caſus habent, & iunguntur ſubſtantiuis, ſignificantq; ſe per paſſionẽ. vt Voluẽda dies en attulit vltro. i. volubilis, hoc eſt, quæ voluitur. Iuſiurandũ, hoc eſt, quod iuratur, Eſt mihi cura iuris dicũdi, & Do operam iuricundo, & Veni ad ius dicũdum & Delector iuredicũdo. Gerundia ſubſtantiua tantummodo reperiuntur ſubſtãtiuata in genitiuo accuſatiuo & ablatiuo generis neutri: quorũ nominatiuus eſt amare, cum pro nomine vſurpatur. vt Eſt mihi cura ſoluendi pecunias. venio ad ſoluendum pecunias. & Delector ſoluendo pecunias. Reperitur etiam gerũdium datiui. vt ego non ſum ſoluendo. Neſcio tamen an poſt ſe cum accuſatiuo caſu poſſit conſtrui.

Gerũdia ſubſtãtiua a v̾bis actiuis ſignificãt actionẽ

& paſſionem, præterquam quod gerundiũ genitiui ſemper ſignificat actionem.

A verbis neutris actionem ſignificantibus gerũdia ſignificant actionẽ tantũ, a neutris paſſionem ſignificantib9 paſſionẽ tantũ, a cõmunibus & deponentibus actionem & paſſionem.

Inter gerundia adiectiua & participia hęc eſt differentia: quod gerundia ſignificant rei adminiſtrationem, ſiue habitum ſine tempore, ſaltem determinato ad futurũ: reſoluunturq; in gerũdia ſubſtantiua. vt eſt mihi cura iuris dicundi, i. dicẽdi ius, & veni ad ius dicundũ, i. ad dicedũ ius. & delector iure dicundo. i. dicendo ius. Participia vero ſignificant tempus futurum in actu ſine rei adminiſtratione. vt ius dicendum eſt a me, id eſt, dicetur. cauſa eſt a me oranda, id eſt, orabitur.

Gerundia accuſatiui iunguntur frequenter his prępoſitionibus. ad ob. propter. inter. ante. vt ad numerandũ, vel propter numerandum pecunias veni. propter orandum cauſas ſtudeo. inter agẽdum capras, ante domandum boues.

A cõmunibus & deponẽtibus, quæ ſignificãt actionẽ, gerũdiũ quoq; genitiui actionẽ ſignificat, quæ vero paſſionem, paſſionẽ. vt iocandi gratia, philoſophandi cauſa. lætandi ratio. triſtandi finis. conſtruitur ſemper cum nomine ſubſtantiuo, aut adiectiuo certæ cuiuſdam ſignificationis. Vergilius.iiii. georg. Cecropias innatus apes amor vrget edendi. Idem primo æneid. & coram data copia fandi. & iterum in eodem: veniendi quærere cauſas: & alio loco: finem dedit ore loquendi. ¶ Gerũdium ablatiui a verbis actiuis deriuatum, actionem & paſſionem ſignificat. vt cantando, id eſt. dum canto, & dum cantor. Vergil. in Buc. Añ mihi cantando victus non redderet. id eſt, dum cantamus certantes inuicẽ. Idem in eodem opere: Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis, id eſt, dum cantatur. Idem.iii. georg. aliter vitium creſcitque tegẽdo, id eſt, dum tegitur. & ibidem: vritque videndo fœmina, id eſt, dum videtur. Quintil. memoria excolendo augetur, id eſt, dum excolitur. Sed animaduertendum, q̃ hæc gerundia, quando paſſionem ſignificant, ponuntur ſine prępoſitione, & quaſi in ablatiuo abſolute: neq; regere poſſunt ablatiuum cum præpoſitione. a. vel. ab, vt ſi velles dicere. fœmina vritur videndo a maribus. ¶ A verbis neutris actionem ſignificantibus, actionẽ ſignificat. a paſſionem ſignificantibus, paſſionem: & eodem modo de cõmunibus, & deponentibus. Plau. in aulula. pro vapulando hercle ego mercedem petam. Vergilius ſecundo æneid. fando aliquid ſi forte tuas peruenit ad aures. Idem. xii. æneid. exuperat magis ægreſcitque medendo: quod Seruius exponit, dum ei medetur a paſſiua ſignificatiõe. ¶ Accuſatiui quoq; gerundium a verbis actiuis actionem paſſionemque ſignificat. vt tu es facilis ad diſcendum libros, & libri ſunt faciles ad diſcendũ. A verbis actionem ſignificantibus ſignificat actionem: a paſſionem ſignificantibus, paſſionem. Deponentium vero & communium eadem ratio eſt, quam de ſuperiorib9 diximus. Neque poteſt conſtrui cum ablatiuo & præpoſitione. a. vel. ab. in perſona agente cum paſſionem ſignificat, quemadmodum & de gerundio ablatiui diximus. Quod vero Seruius in illud Vergili. xi. æneid. ſcribit. alia arma latinis quęrenda. aut pacem Troiano ab rege petẽdum. petendum eſſe gerundium, facile refellitur a Valla, quia petendum nominatiuus eſt, gerundia autem ſubſtantiua nuſquam in nominatiuo reperiuntur. Sed neque eſt accuſatiuus, quia gerundium in hoc caſu nunquam eſt ſine præpoſitione, vt ſtatim dicturi ſumus. Ex quibus neceſſario inferrur petendũ non eſſe gerundium, ſed neque participium, cum ſit verbum infinitum, qualia ſupra diximus eſſe illa amaturum. docturum. lecturum. auditurum. ne vllo modo contra omnes grammaticos antiquos & iuniores dicamus gerundium etiam in nominatiuo reperiri. Sed dicendũ potius eſt eſſe propriũ futuri infinitiui modi paſſiuę vocis: queadmodũ illa amaturum. docturum. lecturum. auditurum actiuæ. Itaq; pacem petendum, pro petendum eſſe poſuit, & quod Lucret. dixit: pœnas æternas in morte timendum. pro timendas eſſe dixit. Sed (vt paulo ante diſſeruimus cum de infinitiuo ageretur) his futuris non vtimur, ſed illorum circumloquiis. ¶ Inter Gerundia. Eſt tanta conuenientia inter gerundium & participium futuri temporis terminatum in. dus. tum in voce, tum etiã in ſignificatione, vt non poſſit quis facile diſcernere alterutrum ab altero, itaque inter vtrumque ponit duas differentias. Prima eſt, quod gerũdia ſignificant rei adminiſtrationem, hoc eſt, per modum officii, ſiue habitum illum, quem philoſophi dicunt actum primum. Ariſtot. vero appellat entelechiam. vt cum dico. cura legẽdorum librorum tenet me. intelligo, quod illud eſt meum officium. atq; habitus, non tamen in tempore determinato, ſaltem ad futurum: ſed quod illos lego & legere conſueui. Participia vero ſignificant tempus futurum in actu, ſubaudi, ſecundo: quem græci vocant energiam. ſine rei adminiſtratione. i. non per modum habitus, ſiue officii. vt ſi dixero libri legendi ſunt a me: intelligo, quod tempore futuro legentur a me: non quod per habitum, ſiue adminiſtrationem, ſiue officium habeã, quod illos legere conſueui. Altera differentia eſt, q̃ gerundia adiectiua poſſunt reſolui in gerundia ſubſtantiua. vt veni cauſa legendorum librorum, id eſt, legendi libros, & veni ad legendos libros, id eſt, ad legendum libros. Cicero in primo officiorum: orationem latinam legendis noſtris efficies pleniorem, hoc eſt, legendo noſtra. Itaque (vt in ſumma dicam) gerundium a participio diſtat: quod illud ſignificat per modum officii & rei adminiſtrationem ſine tempore: hoc tempus ſine officio & rei adminiſtratione. Illud per modum habitus & entelechię, hoc eſt, actus primi: hoc, per modum actus & energiæ, hoc eſt, actus ſecundi: & quod illud reſolui poteſt in gerundium ſubſtantiuum: hoc vero, in tempus futurum: idque fieri, quoniam gerundio tempus non accidit, participio vero accidere manifeſtũ eſt. ¶ Gerundia accuſatiui. Gerundia ablatiui (vt paulo ante dicebamus) tum iuncta præpoſitionibus, tum ſeparata reperiuntur: at vero gerundia accuſatiui ſemper copulata prępoſitionibus reperiuntur, non tamen omnibus, ſed his tantum. ad. ob. propter. inter. ante. vt homo debet eſſe velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum. & ego veni ad legendos, vel propter legendos libros. Auguſt. xiii. de trinitate. Propter eruendum homines de diaboli poteſtate. Vergilius in buc. age Tytire, & inter agendum occurſare capro, cornu ferit ille, caueto. Idem. iii. geor. De equis: Nãq; ante domandum ingentes tollent animos.



Gerundia vero ablatiui iunguntur cum his præpoſitionibus In. de. ex. a. ab. vt in nauigãdo venti poſuerunt, Et eſt libellus Hieronymi de viuendo deo, Et ex defẽdẽdo, quã ex accuſãdo maior gloria comparatur.

Aduertendũ etiã eſt, q̃ gerundia adiectiua in accuſatiuo ſẽper iunguntur præpoſitionibus illis vt ad numerandas, vel ob numerandas, vel propter numerãdas pecunias veni. Præterq; cũ his verbis loco. coduco. mando. curo. habeo, pro debeo. vt Ego locaui faciendam ſepulturam.

Animaduertendum quoq; eſt gerundium genitiui ſingularis recte iungi ſubſtãtiuo plurali. vt Plaut9: Nõiandi tibi iſtorũ magis erit, q̃ edũdi copia.

¶ De verbis Supinis. Cap. x.

QVod de gerundiis diximus: idẽ de ſupinis dici poteſt: eſſe aliã ab octo partibus orõnis: niſi qđ Gerũdia participiis, Supina verbis ãnumerari poſſunt. Primũ ſupinũ ſemp iũgit̃ verbo ſignificãti motũ ad locũ. vt Eo deãbulatũ, vado venatũ. Significatq; ſemp actionẽ, niſi ſit a verbis neutris paſſionẽ ſignificãtibus: nã illa do filiã nuptũ, venũ do ſeruos. ſpectatum admiſſi riſum teneatis amici, motum in ſe continẽt, ſicut & illa ſuperiora. Poſt ſe vero cõſtruitur cũ caſu, cũ quo cõſtruitur verbũ a quo deſcendit,

¶ Ablatiui gerundia his præpoſitionibus iũgũtur. in. de. e ex. a. ab. vt In nauigando venti poſuerunt. i. flare deſierunt. vt apud Verg. ii. æñ. Tũ venti poſuere omniſq; repente Reſedit flatus. & eſt libellus Hierony. ad Euſtochium de viuendo deo. i. quem admodum deo & non mundo inſeruire debeamus. vt titulus ille, qui eſt in libris digeſtorum de edendo. & Cic. Tũ quod cogitas de tranſeundo in Epirum. & illud, quod omnes afferunt, exemplũ. Ex defendendo, quam ex accuſando maior gloria comparatur. nam & Cice. defendit multos & accuſauit neminem præter vnum Verrem: quod ipſe in diuinatione fatetur. Plinius in epiſt. ſermonibus dies tranſigebat: cum a ſcribendo vacaret. Cic. In quo nos iſti Iuriſconſulti impediunt, a diſcendoq; deterrent. Quint. etiam præpoſitioni cum adiunxit. Orato. inſti. li. i. ſed ratio (inquit) recte ſcribendi iuncta cũ loquẽdo eſt. ¶ Aduertendũ eſt. Quia paulo ãte dixerat Gerũdia accuſatiui ſubſtantiua ſemper aſciſcere ſibi præpoſitionẽ: nunc etiã dicit gerundia adiectiua in accuſatiuo eãdẽ prępoſitionẽ deſiderare, præterq̃ cum paucis verbis his fere. loco. as. conduco. is. mãdo. as. curo. as. habeo. es. pro eo quod eſt debeo. es. Seruius ſulpitius in epiſt. quadam ad Cic. vt faciendã (inquit) ſepulturam locarent. i. darẽt certa mercede architecto faciendam. Cic. ii. de diuinatione: Redemptores columnã illam de Cotta & Torquato conduxerant faciendã. Suetonius in vita Cęſaris: gladiatores (inq̃t) notos vi rapiẽdos reſeruandoſq; mandabat. Pli. in epiſtol. Petis, vt libellos meos emendandos recognoſcendoſq; curem. Idem in epiſtola ad Saturninũ: præſertim cum enitẽdũ haberemus. i. deberemus eniti. Tranquillus in vita Cæſaris: vt conſolandos eos magis iperator, quã puniendos habuerit. ¶ Animaduertendum quoque eſt. Contra præceptũ illud de cõueniẽtia adiectiui cũ ſubſtãtiuo, hoc eſt obſeruatum. Plaut9 in captiuis duobus: Nominandi tibi iſtorum magis erit, quã edundi copia. Teren. date creſcendi copiam nouarum, qui ſpectandi faciunt copiam. Cic. ii. de diuinatione: dolebis tamẽ ſtoicos noſtros epicureis irridendi ſui facultatẽ dediſſe. ſui enim genitiuus eſt pluralis, quia ad ſtoicos refertur. Liui. xxi. ab vrbe: non enim vereor, ne quis hoc me veſtri adhortandi cauſa magnifice loqui exiſtimet. Suet. in Auguſt. Exacta iocandi licẽtia diripiendiq; pomorum & obſoniorũ. Quid ſi dicas gerundia illa ſubſtantiua eſſe in genitiuo poſita, regereq; poſt ſe genitiuum, vt ſit nominandi iſtorum pro nominandi iſta: &c. Illud vero Terentii, qđ dixit creſcendi nouarum: quomodo deffendi, aut excuſari poſſit non video.

DE verbis ſupinis. cap. x. Quod in ſuperiori capite diſputatum eſt, quę nos gerundia & ſupina dicimus, participialia verba antiquiores grammatici vno nomine appellabant: propterea, q̃ gerundia participio futuri, ſupina participio præteriti ſimilia ſunt. Quæ, quoniã a grammaticis iunioribus diſtinguntur, quod de gerundiis diximus eſſe aliam ab octo partibus orationis, idem nunc de ſupinis dicimus eſſe aliam ab illis nouem: vt ſint in doctrina noſtra ſermonis latini partes oratiõis decem. Quod ſi in octonario partium orationis numero perſtandum eſt: ad nomen gerundia: ad verbũ ſupina reducẽda ſunt. Vnde & Quin. illa appellat verba ſupina, quemadmodum pleriq; omnes grammatici nomina participialia. ¶ Primũ ſupinum. Hæc de ſupinis præcepta contra vulgus fere omnium grammaticorum, Priſcianumq; in primis excogitata ſunt: qui putabant ſupina ſignificare actionem & paſſionem: cum primus ab actiuis & neutris verbis actionem ſignificãtibus ſemper ſignificet actionẽ, ſcđum ſẽper paſſionẽ. Quod vero dicit ſemper iungi verbis ſignificantibus motum ad locũ: ea ſunt, q̃ non modo habent motum explicitum: ſed etiam implicitum. vt eo. is. vado. is. proficiſcor. eris. venio. is. ago. is. mitto. is. Ter. in andria. Cur te is perditum? Verg. in. iiii. æñ. Venatũ Aeneas, vnaque miſerrima Dido in nemus ire parant. Idẽ in. iiii. geor. venimus huc lapſis quæſitum oracula rebus. Idem in buc. huc ipſi potum venient per prata iuuenci. Ibidẽ: & potum paſtas age tityre. Saluſt. in iugitur. legatos (inq̃t) ad iugurtam de iniuriis queſtum miſit. & iterum ibidem: non mea culpa ad vos oratum mitto. Motum quoque dicit continere in ſe illa do filiam nuptum apud Terentiũ. i. vt eat nuptum. i. ad hoc, vt nubat paſſiue. vt venũ do ſeruos. vt venundentur etiam paſſiue. & illud Horatii in poe. ſpectatum admiſſi riſũ teneatis amici. i. recepti in domum, vt veniatis ſpectatum. i. ad aſpiciendum. Et ſignificat ſemper actionẽ, ſi veniat ab actiuis, aut neutris actionem ſignificantibus: nam a paſſionẽ ſignificantibus, paſſionẽ ſignificat. vt eo exulatum. i. vt exulem. venio vapulatũ. i. vt vapulem. Plautus in aulularia. coctũ ego non vapulatũ dudum conductus ſum. Idem in mercatore: ſi oprimit pater, quod dixit exulatũ. abiit ſalus. Idẽ paulo poſt: certum eſt exulatum hinc ire me. Et illa, quæ diximus do filiam nuptum, venũ do ſeruos. Poſt ſe vero conſtruitur cum caſu, cum quo conſtruitur verbum a quo deſcendit. de ſupino a verbis actiuis et actionem ſignificãtibus intelligit. vt quod ex Ter. attulimus. Quo te is perditum? et ex Ver. lapſis quæſitum oracula rebus. Nam venio exulatum a rege, neſcio an ſatis latine dici poteſt.

¶Vltimum ſupinum. Non minori in errore ante hanc Laurentij præceptionem verſati ſunt grammatici in vltimo ſupino, quam fuerant in primo: cū putabant ita poſſe iungi verbo ſignificanti motum: & ſignificare actionē, quemadmodum & primū. Itaq; reliquis ambagibus omiſſis: oſtendit primo quo modo conſtruatur, deinde quid ſignificet. Nam conſtruitur (inquit) non cum verbo ſignificanti motū, ſed cum nomine adiectiuo: non tanquam ſubſtantiuum, quia cum eo non conuenit, neq; conuenire debet in genere neutro, & caſu: ſed tanquā verbum, quod deſiderat ab illo adiectiuo determinari, a quo etiam regitur: & ſignificat ſemper paſſionē, non quemadmodum alij dicebant actionem & paſſionē. vt eſt res horrēda dictu, id eſt, vt dicatur. miſerabile viſu, id eſt, vt videatur. miſerabile dictu. i. vt dicatur. Verg. iij. geor. nec viſu facilis, nec dictu effabilis vlli. & in. iiij. eiuſdem: ſubitum, ac dictu mirabile monſtrum. Idem in. .ēn. in breuia & ſyrtes vrget, miſerabile viſu. Idem in. vij. æn. id vero horrēdū, ac viſu mirabile ferri. ¶Ex quo ſequitur. Ex condicionib9, quas dixit vltimum habere ſupinum, infert quas non habet, & quibus diſtinguitur a nomine, cum quo terminationem habet cōmunē. Nam ſupina ſimilia ſunt nominibus participialibus quartæ declinationis in accuſatiuo & ablatiuo. ¶Prima itaq; condicio eſt, qđ non iungitur verbo, vt imperiti grammatici ante hac dicebant: venio lectu, pro eo quod eſt de legendo: quia (vt diximus) ſemper iūgitur nomini adiectiuo. hæc Laurentij præceptio cum mihi ſederet in animo inueni apud Catonem in lib. de re ruſt. clauſulam, quæ illā maxime labefactaret. Nam vbi de officio villici ſcribit: prim9 (inquit) cubitu ſurgat, vltimus cubitum eat. quis hoc loco non dicat, cubitu ſurgat, ſic eſſe vltimum ſupinum, quēadmodū cubitum eat primū? Sed cubitu tā nomen eſt pro cubatione, quam cubitū ſupinū. & quod Papinius in .i. Achilleidos dixit. & tunc venatu redīturū in limine primo opperiens. illud præterea miror, quod Diomedes ait, lectu proficit ſupinū eſſe. cū manifeſtum ſit lectu, pro lectione in eo exēplo eſſe poſitū. ¶Altera igitur condicio eſt, quod nō ponatur pro nomine, vt quod Priſcianus li. viij. & poſt illum omnes grāmatici dixerūt: venio venatu, id eſt, de venatione. nam tunc nomen eſſet. & ſic illud Catonis exponendū eſt, cubitu ſurgat, id eſt, de cubatione. & illud Diomedis: lectu proficit, id eſt, lectione. ¶Tertia cōdicio eſt. ꝙ non iungit ſibi adiectiuū. Neq; enim dicere poſſum9. eſt res horrēda humano viſu. ¶Quarta ꝙ non recipit præpoſitionem: vt eſt res horrenda a viſu nobis, aut in noſtro viſu. ¶Quinta quod non regit nomen. vt eſt res horrenda viſu hominum. Ex quibus etiam infertur vltimum ſupinum non deriuari a verbis voce aut ſignificatione paſſiua carentibus, quandoquidē in ea re ſoluēdi ſunt cum paſſionem ſignificent, vt ſi velis dicere, eſt res horrenda ſonitu, & indigna loquutu. & quod dixit Cicer. ij. tuſ. quæſtionū: grauia perpeſſu dixit. Deinde dicit, cum vltimum ſupinum ſimile ſit in terminatione ablatiuo nominis participialis, ſi quiſquam dixerit bonus ciuis eſt dignus gubernatu. amphibologia eſt: quæ ex adiunctis debet tolli. vt eſt dignus gubernatu reipublicæ. & eſt dignus magno gubernatu. & receſſit ex gubernatu. & in gubernatu multū profuit, quibus in locis manifeſtum eſt gubernatu, pro gubernatione poni, declinaturq; hic gubernatus gubernatus gubernatui.

Vltimum ſupinū ſemper iungitur nomini adiectiuo, nō tanquā ſubſtantiuū, ſed tanquā verbum: regiturq; ab eo, & ſignificat paſſionē. vt eſt res horrēda dictu, id eſt, vt dicatur. miſerabilis viſu, i. vt videatur. Ex quo ſequitur, qđ neq; poteſt iūgi verbo (vt grāmatici indocti dicunt) venio lectu. Neq; ponitur pro nomine (vt Priſcianus dixit) venio venatu, pro de venatione. Neq; iungit ſibi adiectiuū. Neq; recipit præpoſitionem. Neq; regit nomen. Quod ſi dixeris: bonus ciuis eſt dignus gubernatu. dubitaueritq; aliquis gubernatu vtrū ſit nomen an verbum ſupinū, ex adiunctis tolletur hęc ambiguitas. Nam cum eſt nomen gtūm regere poteſt, vt eſt dignus gubernatu reipub. Et iungit ſibi nomen adiectiuū. vt eſt dignus magno gubernatu. Et recipit præpoſitionem. vt receſſit ex gubernatu. Cum vero eſt verbū ſupinū (quemadmodum diximus) nihil tale habet: ſed tantum a nomine adiectiuo regitur, & in verbum paſſiuum reſoluitur.

## ¶De conſtructione Participij. Cap. xj.

PArticipium eodem modo iungitur nomini & pronomini & verbo, quo nomen adiectiuum, poſt ſe vero deſiderat caſum, cum quo conſtruitur verbum, a quo deſcendit. vt amans filium, amaturus deum, amatus a patre. amandus ab vxore, inſeruiens amico, inſeruiturus ꝓpinquis, carens voluptatibus, cariturus turture magno. Sunt nomina participijs ſimilia. vt amans. doctus. quæ ſola conſtructione diſcernuntur. Nam cū dico amans vxorē participium eſt. amans vxoris nomē eſt. Sed cum ſunt noīa recipiunt cōparationem. vt amantior vxoris. amātiſſimus vxoris. doctior Cicerone. doctiſſimus omnium.

DE participij conſtructiōe. Participiū eodē modo. Participiū dupliciter cōſideratur: aut qua ratione eſt actiuum, & ſic debet conuenire cum ſuo ſubſtantiuo in genere, numero, & caſu, vt vir doctus: aut qua trahit originem, ſignificationemq; ab aliquo verbo, & ſic regit caſum illius verbi, a quo deſcendit. Nam quia a doceo doces participia actiuæ vocis ſunt docens docturus, eadem ratione dicimus: ſum docens te grammaticam, & ſum docturus te dialecticam, qua doceo te grammaticam. doceo te dialecticam. Et in voce paſſiua eadem ratione dicimus: ego ſum doctus a te grammaticam, qua ego docebor a te grammaticam: ego ſum docendus a te dialecticam, qua ego docebor a te dialecticam. & pari modo de reliquis verbis, quæ varijs modis conſtruuntur. ¶Sunt nomina. Participia poni pro nominibus poſſe lib. iij. dictum eſt, nunc autem (vt aliquid addat) illum ipſum repetit, oſtenditq; in quo diſtingui poſſit a nomine. ¶Primo conſtructione, nam cum participium



participium, vt pauloante diximus, regat caſum verbi a quo deriuatur, mutata conſtructione ponitur loco nominis: quod exemplis demōſtrat. De conſtructione tamen participij loco nominis poſiti infra dicetur. Sed cum ſint nomina recipiūt comparationem. Hoc de participijs præſentis, & pręteriti intelligitur, vt amans amantior amātiſſimus: doctus doctior doctiſſimus. Participia futuri temporis loco nominis poſita comparationē nō recipiunt: neque enim poſſemus dicere ab amaturus amaturior amaturiſſimus, ab amandus amandior amandiſſimus. Nam qđ tempeſtatis noſtræ homines curiales dicunt atq; ſcribunt: reuerendiſſimus pater. colendiſſimus dominus. obſeruandiſſimus pręſul, potius dicendum eſſet per ipſum participium loco nominis poſitum, & aliquod aduerbiū, quod intenſionem quādā ſignificaret, augeretq; ſignificationē. vt Boetius in primo de conſolatione cum philoſophiam deſcribit: et vultus (inquit) admodum reuerendi. Quod vero dixit participium futuri in rus loco nois aliqñ poni, oſtēdit Laurentius lib. elegāt. pri. nā cū dixit Quin. neque enim huius rei meminit vſquā poeta, profecto non taciturus de tanta ſua gloria. perinde eſt, ac ſi alio modo dixiſſet: rem ſibi non tacendam, hoc eſt, dignam taceri. Plinius quoq; iunior in epiſtolis: confero (inquit) quinquaginta millia nūmum plus collaturus, niſi a verecundia tua. &c. collaturus dixit non tam ſignificans tempus, quā voluntatem & animum conferendi. Omnia igitur quatuor participia trāſire poſſunt in vim nois. Sed quādo ſunt participia, quando nomina, quinque modis dignoſcim9. ¶Primo conſtructione. vt amans vxoris pro amator vxoris. ¶Secundo temporis amiſſione. vt Ouidius: militat omnis amans, & habet ſua caſtra cupido. amans pro amator poſuit. ¶Tertio comparatione. vt amans amantior amantiſſimus. ¶Quarto compoſitione: vt innocens, indoctus. neque enim ſunt verba. innoceo innoces. indoceo. es. a quibus deriuētur. ¶Quinto ſignificationis mutatione. vt diligens: nō qui diligit, ſed qui ſollers eſt.

Tempore quoq; poſſunt diſcerni: nam cū dico eſt amandus a me, ſignificat ꝙ a me amabitur. Cum vero tantū eſt amandus, ꝙ eſt dignus amari. Vix tamē ſub hac forma recipit cōparationē. Nam quod quidam dicunt reuerendiſſimus. colendiſſimus, obſeruādiſſimus, ego dicerē potius admodum reuerendus. perq; colendus. plurimum obſeruandus, & alia ſimili modo.

## ¶De nominis conſtructione cum alio caſuali. Cap. xij.

NOmina quoq; cum caſibus cōſtruuntur, quędam cum genitiuo, qualia ſunt nomina adiectiua certæ cuiuſdam ſignificationis, vt integer vitæ. Sceleris purus. Præceps animi. Prodigus vitæ Dubius itineris. Tenax propoſiti. Cupidus honoris.

Nomina præterea formam participiorum habentia. vt patiens laboris. negligens amicorum. fugitans litium. appetens alieni. profuſus ſui. doctus grammaticæ victus animi. expertus belli.

¶DE nominis conſtructione cum alio caſuali. Cap. xij.

POſteaquā de conſtructione verborum, participiorūq; cum alijs partibus orationis dictum eſt, hoc loco de conſtructione nominis cū alio caſu diſputabimus. Et in primo cum genitiuo: non de illa conſtructione, quę notiſſima eſt, cum genitiuus conſtruitur cum nomine ſubſtantiuo ex vi, vel quaſi poſſeſſionis. vt liber Vergilij. Vergilius decem argenteorum: ſed cum nomen adiectiuum vel participium in vim nois trāſiens, aut nomē verbale qđ in. or. vel in. ix. deſinit, cōſtruuntur cum genitiuo ex idiomate, hoc eſt, proprietate ſermonis latini. Quo in loco imitati ſumus præcipue Diomedem grammaticum, ne quis exiſtimet hęc a nobis tumultuarie fuiſſe præcepta. Dicit igitur in primis, qđ nomina adiectiua certę cuiuſdam ſignificationis ex ratione idiomatis latini genitiuo iunguntur. Sunt autem illa potiſſimum, quæ habitum ſiue priuationem alicuius rei ſignificant. vt integer vitæ. Hora. pri. carmin. integer vitæ ſcelerisque purus. Verg. ix. æn. atque integer æui aſcanius. Præceps animi. Verg. ix. æn. & præceps animi Tinarus & mauortius hemon. Prodigus vitæ. Hora. iiij. car. animęq; magnę prodigum paulum ſuperante pœno. Dubius itineris. Diomedis exemplum eſt in idiomate genitiui. Verg. iij. geor. nec ſum animi dubius verbis ea vincere magnum, quā ſit. Tenax propoſiti. Hora. pri. car. iuſtū & tenacem propoſiti virum. Cupidus honoris. Diomedis quoque exemplum eſt, atque eadem ratione dicimus æmulus laudis. amens animę. auidus pugnæ. certus experimenti. incertus viæ. conſcius facti. inſcius æui. præſcius venturi. neſcius veri. ignarus rerum. ingratus ſalutis. inops animi. lætus laborum. memor matris. maturus æui. proſper frugum. reus voti. ſerus ſtudiorum. ſecurus amorum. veri vanus. animi vecors. Ouid. vi. metam. vt tamen exemplis intelligat æmula laudis. Verg. iiij. ęn. iſque amens animi & rumore accēſus amaro. Idem in nono: ergo auidū pugnę dictis ac numine phœbi. Macrobius in ſomnium Scipi. hippocrates experimēti certus aſſeruit. Sene. in œdipo. an latera cura ſerpit incertus vię. Verg. iii. æn. teſtatur moritura deos, & conſcia fati ſydera. Idem in. vi. præſcia venturi da, non indebita poſco. Idem. ii. geor. etiamque tremens, etiam inſcius æui. Ouid. pri. metamor. veri quaſi neſcia quærit. Verg. x. æn. proſpicit ignarus, rerum ingratuſque ſalutis. Idē iiij. æn. ſæuit inops animi, totāq; accenſa per vrbem bacchatur. Idem in. xi. ęn. quas illi læta laborum ipſa ſuis manibus Idem pri. ęn. at memor ille matris acidaliæ. Idem in. v. ęn. atque ęui matur9 aceſtes. Horat. iiij. car. proſperā frugum celeremq; pronos voluere menſes. Verg. pri. ęn. ſecurus amorum germanę. Idem in v ęn. conſtituam ante aras voti reus. Ouid. xv. metam. ſpretarumq; agitur legum reus. Conſtantinus tamen in quadā ſanctione: ne ſimus (inquit) legibus rei: qui pugnando fideliter de omnibus gentibus meruimus eſſe victores. Hora. o ſeri ſtudiorum qui ne puteris. Apu. iij. meta. iam vecors animi tectum ſcandulare conſcendit. Verg. x. æn. aut ego veri vana feror. ¶Nomina prætereā formā participiorum habētia. i. quæ figurantur ex participijs pręſentis temporis & præteriti, poſſunt conſtrui cum genitiuo. vt Ver. ij. geor. patientis vomeris vnci. & ab eo compoſitum impatiens. Iuue. impatienſque moræ pauet: & præputia ducit. Negligens amicorum. Diomedis eſt in idiomatis. Fugitās litium. Terent. in phormi. herus meus liberalis eſt, fugitans litium. Saluſtius in Catilina: profuſus ſui, alieni appetens. Participia namque ſi eſſent ac-

Nomina ꝗcꝫ verbalia maſculina terminata in.or, quę formātur ab vltimo ſupino.u.mutata in.or, & fœminina terminata in trix, quę formantur a maſcl'inis.tor.in.trix.vt amator vxoris. amatrix viri. doctor gentium. expultrix vitiorum.

Et nomina ſuperlatiua cōſtruuntur cum genitiuo; ſed tātū plurali, niſi ſint nomina collectiua, vt doctiſſimus gręcorum, ſapientiſſimus philoſophorum fortiſſimus gentis danaum. Comparatiuū quocꝫ inter duo, vt aiacū fortior fuit telamonius.

Sunt quædam, quæ poſſunt iungi genitiuo vel datiuo, vt ſimilis patris vel patri, fidus regis vel regi. proximus Tulij vel Tulio. propinquus Cæſaris vel Cæſari.

Quædam ſunt, quæ poſſunt iungi genitiuo vel ablatiuo. vt diues agrorum vel agris. vacuus cerebri vel cerebro, plenus rimarum vel rimis. dignus honoris vel honore.

cuſatiuo iungerentur: diceremuſqꝫ patiens laborem, appetens pecuniam, negligens amicos. fugitans litem. Eodem modo ſi dixeris doctus grammaticam. victus animum. expertus bellum. participia ſunt. doctus grammaticæ. victus animi. profuſus ſui. expertus belli, nomina. Ver.x.æñ. Expertos belli iuuenes: aſt Illum trecentos. Idem.iiij.geo. immemor heu victuſque animi. Hora.iij.carmin. doctæ ſermonis vtriuſqꝫ linguæ, eadem quocꝫ ratione Verg. dixit. pri.æñ. expediūt feſſi rerum. & Hora. pri. car. inſanientis dum ſapiētiæ conſultus ero. Idem in pri. ſer. agricolā laudat iuris legūqꝫ peritus. nam participiū eſt a perio, quod in vſu non eſt in ſimplicitate, a quo eſt experior. & Apul. de repente animi mutatus. ¶Nomina quoque verbalia, quę alij participialia vocant formata ab vltimo ſupino.u. mutata in.or. conſtruuntur cum genitiuo. vt amator vxoris, doctor gētium. Et fœminina, quæ formantur a maſculinis.tor. mutata in. trix. cum genitiuo etiam conſtruuntur. vt amatrix viri. & quæ etiam irregulariter formantur. vt expultrix vitiorum, qꝺ ab expulſor fit. ¶Et nomina ſuperlatiua. Superlatiuū cum plurali tantum genitiuo conſtruitur. vt Hora. pri. ſer. græcorum longe doctiſſimus. poteſt etiam cum genitiuo ſingulari conſtrui, modo ſit nomen collectiuū, hoc eſt, in numero ſingulari multitudinem ſignificans. vt populus. gens. Verg. pri. æñ. o danaū fortiſſime gentis tidide. Comparatiuum quocꝫ, quoties inter duos fit comparatio, ad imitationem grecorum poteſt cum genitiuo conſtrui, vt iuniores grāmatici dicunt, q̄ties ponitur partitiue. vt ſi dicas: aiacum fortior fuit Telamonius, duo enim tantum fuerunt Aiaces, alter Telamonius, alter oilei filius. Nam ſi tres fuiſſent non fortior, ſed fortiſſimus dicendum erat: ſicut dicimus digitorū medius eſt longiſſimus, manuū vero dextera eſt fortior. Loco etiam genitiui nonnunquā ponitur ablatiu9 cū prępoſitione de vel ex. Ouid. in epiſt. medeæ: cum minor e pueris iuſſu ſtudioque videndi. duo enim erant medeæ filij. Cæſar in commenta. hęredes erant ſcripti ex duobus filijs maior. Illud nimis licenter dictum eſt, quod Paulus Hieronymo interprete ſcribit: Spes (inquit) fides, charitas tria hæc, horum maior eſt charitas. pro maxima: aut ſi charitas fidei & ſpei ſimul comparatur, horum poſuit pro his ad imitationem grecorum: qui cum ablatiuum non habeant, comparatiuum cum genitiuo conſtruunt, quemadmodū & ſuperlatiuum. Illa modo inter illos differētia eſt, quod comparatiuum iungitur cum genitiuo ſignificante vnum aliquid ſui generis vel diuerſi: ſuperlatiuum vero cum genitiuo ſignificante plura ſui generis. Illud tamen hoc in loco non eſt diſſimulandum, quod Valla notauit, quod comparatio vnum gradum ſiue primum obtinet, ſuperlatio vero vltimum. Nam vbi eſt ſuperlatio, neceſſe eſt, vt ibidem ſit comparatio: ſi enim plura ſint vaſa ad eandem magnitudinem facta, & aliud ſit longe capacius, recte dixeris illud eſſe maius omnibus illis, quę ſunt inter ſe ęqualia, quod ſi aliquod vas ſit maius alio, aliud maius illo. hoc comparatum illis duobus non dicetur maius illis: ſed maximum illorum: ſed de vtriuſqꝫ gradus conſtructione Cap.xiiij. plura dicemus. ¶Sunt q̄dā, quæ poſſunt. Similis patris, vel patri: ſed eſt differentia teſte Diomede, quoniam ſimilis patris eſt in moribus: ſimilis patri in corporis figura atque lineamentis. quod Iuuenalis expreſſit dicens: quandoquidem ſimilē tibi ſi non corpore tantum, nec vultu dederis morum quocꝫ filius. Terentius in eunucho: domini ſimilis es. nam qꝺ Verg.i.æñ. dixit: os humeroſque deo ſimilis. ex opinione vulgi, atqꝫ epicureorū dictū eſt, qui putant deos humanam effigiem habere. fidus regis vel regi. Verg.xij. prætcrea regina tui fidiſſima. nā genitiuus ille poſitiui eſt. Ouid.ij. metamor. tu tantū fida ſorori eſſe velis. Proximus ſiue ꝓpinquus Tulij vel tulio. vicinus Antonij vel Antonio. Hor.i.ſer. niſi nos vicina triuici villula cœpiſſet cāpano proxima pōti. Eodē modo dicimus: amicus Cæſaris vel Cæſari. par Pōpeij vel Pōpeio. Verg. & amicum cretea muſis. Idē in.i. gēs inimica mihi tyrrhenū nauigat æquor. Luc. in.i. quē metuis par hui9 erat. Idē i.ix. par geminis chirōgēs inimica... 

¶Quędā ſunt, q̄ poſſūt. Diues agrorū vel agris. Ver. in bu. quā diues pecoris niuei, quā lactis abūdās. Idē i. æñ. diues opū, ſtudijſqꝫ aſperrima belli. Idē in eodē: ditiſſimus agri phœnicū. Nā genitiuus ille agri ad poſitiuū, phœnicū ad ſuplatiuū refert. Hora.i.ſer. diues agris, diues poſitis in fœnore nūmis. Vacuus cerebri vl' cerebro. Saluſt. in iugur. ager aridus & frugū vacuus. Iuu. vacuūqꝫ iāpridē caput hoc vētoſa cucurbita quęrat. Plenus rimarū vel rimis. Terē. in eunucho. plenus rimarū ſū, hac illac perfluo. Verg.i.ęñ. quæ regio in terris noſtri non plena laboris? Idem.iiij. geor. crura thymo plenę. Quint. tñ lib.ix. plenus (inquit) vini veteres dixerunt. nos plenū vino dicimus. dignus honoris vel honore. Plautus in trinūmo: non ego ſum dignus ſalutis. Verg.xij. æneid. magnorū haud vnquā indignus auorum. Iuu. his epulis & tali dignus amico. Laurentius vix dici poſſe putat dignus honoris. quare illud ex euangelio: facite fructus dignos pœnitentię. ex figura græca dictum putat, quia græci ablatiuo carent. Dicimus etiam ſatur rerum & rebus. Terent. in adelph. ſed poſtquā intus ſum omnium rerum ſatur. Ouid.ij. metamorpho. ambroſiæque ſucco ſaturos præſepibus altis. Truncus pedum vel pedibus. Verg.iiij. geor. trunca pedū primo. Oui.xv. meta. & generat truncas pedibus. Oneratus frugum & frugibus. & refertus cibi vel cibo. Pacuui9 apud Nonium Marcellum: oneratus (inquit) frugum & floris. Varro apud eundem Marcellum: ipſa Italię oppida ſunt vaſtata, quæ fuerunt prius hominum referta. Cicero pro lege manilia. referto prædonum mari. nam participia eſſe loco nominum poſita, ex eo patet: quod verba a quibus deriuantur, cum ablatiuo, non cum genitiuo conſtrui ſolēt. Verg. primo ęñ. onerantqꝫ auro. Cice.ij. de oratore: peranguſte referſit oratione ſua.



Datiuo etiam complura iunguntur. vt facilis omnibus. difficilis nemini. charus ſuis. iucūdus alienis. aptus bello. idoneus paci.

Verbalia quocꝫ in.bilis. datiuo iungi poſſunt. vt amabilis cunctis. viſibilis nulli.

Actō etiam iunguntur plura nomina adiectiua: ſed vt, diximus, figurate, idqꝫ apud poetas tantum. vt flauus capillos. niger oculos. horridus barbā.

Ablatiuo quocꝫ media ꝑpoſitiōe ſiue ſeptimo caſui cōplura iūguntur, vt alien9 a crimine. oriundus ex Aphrica. diuerſus a vitijs. ali9 ab humanitate. ſecundus ab Hercule. tertius a Ioue. vir ſingularis ingenio. excellens virtute. inſignis pietate.

Comparatiua quocꝫ cum ablatiuo ſiue ſeptimo caſu cōſtruūtur. vt nemo eſt eloquētior Cicerone.

Ablatiuus ſiue ſeptimus caſus plerūqꝫ ponitur abſolute. Aut ꝑ duo nomina. vt Rege Ferdinādo Munda in deditionē Chriſtianorum venit. Aut per nomen & ꝓnomen. vt Me præceptore didiciſti literas. Aut ꝑ nomē, ſiue pronomen. & participium. vt Deo ducente veniam ad te. Me veniente gaudebis.

¶De cōſtructiōe quarūdā partiū orōnis. Cap.xiij.

QVisqꝫ ſemper iungitur ſuperlatiuo. vt Optimus quiſqꝫ. ſapientiſſimus quiſqꝫ. Omnis & cunctus poſitiuo & cōparatiuo. vt Oēs boni. cūcti boni. omnes ſapientiores. cuncti ſapiētiores.

At vero quiſqꝫ tunc poſitiuo iungitur, cū non recipit cōparationem poſitiuus. vt Strenuus quiſqꝫ. ſeptimus quiſqꝫ. Iungitur etiam quiſqꝫ cum hoc nomine quotus, ſed ſemper interrogatiue, vt Cicero, quotus enim quiſqꝫ iſtud feciſſet?

¶Datiuo complura iunguntur. Sunt autem (vt Priſcianus ait) illa, quæ ad gratiam: vel ad vtilitatem alicuius, vel contra referuntur. vt facilis, difficilis: & ſimilia. Ver.ij. geor. Illam experiere colendo & facilem pecori. Martia. difficilis, facilis, amicus, acerbus eiſdem. Cicero in verrem: ita mihi vel in deos propitios. Vergi.ij. geor. bis pomis vtilis arbos. ¶Verbalia quoque in.bilis. illa ſcilicet, q̄ paſſionem ſignificant. vt amabilis cunctis. Verg.iij. geor. nec viſu facilis, nec dictu effabilis vlli. ¶Accuſatiuo etiam, quemadmodū alijs in locis diximus, noīa adiectiua cum actō cōſtrui poſſunt, ſed ꝑ figurā ſynecdochen tm̄ poetis permiſſam. vt Ver. pri ęñ. nuda genu. i. habens genu nudum. Idem in eodē. os humeroſque deo ſimilis. i. hn̄s os & humeros ſimiles deo. ¶Ablatiuo quoque media ꝑpoſitiōe ſiue ſeptimo caſui. De quo Diome. in idiomatis his verbis ſcribit: Multa ſunt, q̄ per ablatiuū caſum Romani ſolent efferre: immenſa eſt. n. huius caſus licētia, & vtūtur eo ſępiſſime pro duobus caſib9 gtō & dtō. vt bellum varia victoria. hō mira eloquētia. magnis viribus adoleſcēs. bona forma mulier: quod elegantius dicitur ſi diceres bellū variū victoriæ. homo mirus eloquentia, adoleſcens magnus virib9. mulier bona forma. Quē ꝟo Diome. ablatiuū appellat, nos (ſi conſtare nobis volumus) ſeptimum ſiue effectiuū caſum appellamus: ablatiuus autē eſſet media præpoſitione. vt alienus a crimine. diuerſus a vitijs. longinquus ab achaia. Diomedis exēpla ſūt. Eodem modo dicimus alius ab humanitate, pro diuerſus. oriundus a carthagine. pro originem trahēs. tertius a Ioue, ſubaudi, diſtās. ¶Cōparatiua quoque. Diximus cōparatiuū, quoties ponitur partitiue, cōſtrui cū gtō: nūc vero dicit quod ſiue cōparetur ad vnum, ſiue ad plura ſui, vel diuerſi generis, cōſtruit̄ cū abltō, ſiue ſeptimo caſu: nam (vt alio etiā loco diximus) quoties ablatiuus ſine præpoſitione ponitur, antiquiores ſeptimū caſū appellabāt: vt Achilles fuit fortior Aiace & Hectore, ac proinde reliquis oībus Troianis. Poſſumus etiā dicere, quod Aiax telamonius fortior fuit Aiace oileo, ſed de comparatiui conſtructione infra pluribus diſſeretur. ¶Ablatiuus ſiue ſeptimus caſus. Illorum ſtulticia hoc in loco ridenda eſt, qui pro eo quod ego dixeram Mūda in deditionē chriſtianorū venit, qm̄ eo anno, quo introductiones has ædidimus Rōda & Mūda, & cōplura alia caſtella maurorū expugnata ſunt ductu atqꝫ auſpicijs Ferdinādi omniū regū clariſſimi: putātes Mūda adiectiuum eſſe nomen, deletis quibuſdam literis atque alijs ſuffectis, librario imprimēdū dedere: Mūda in deditionē chriſtianitas venit.

¶De cōſtructione quarūdā partiū orōnis. Cap.xiij.

DE conſtructione quarūdā partiū oratiōis, puta Quiſque particula, quę nūquā poſitiuo aut cōparatiuo iungitur: ſed tantū ſuperlatiuo. Atque e cōtrario oīs poſitiuo & cōparatiuo, nūquā ſuperlatiuo: quod cum apud caſtigatiſſimos autores prope ſemꝑ obſeruatū reperiatur, iure Priſci. in principio ſui operis a Valla rephēditur, qꝺ ſcripſerit: omniū iudicio cōprobatur erudītiſſimorum. pro eo qꝺ eſſe debuit omniū eruditorū aut eruditiorū. Lactātius quocꝫ in libello de opificio hominis: placidiora quęqꝫ aīalia vel nihil fellis oīno vel minus hn̄t. pro eo quod eſſe debuit oīa placidiora aīalia. Macrobi9 etiā in.i. de ſomnio: exteriori quaque ſphera, quas interi9 cōtinet: ambiēte. ꝓ eo qꝺ eſſe debuit extima quaque ſphera. ¶Si vero poſitiuus cōparationē nō recipit, propter aſperū literarū cōcurſum: vt quia a pius & ſtrenuus nō dicim9 pijor pijſſimus, ſtrenuior ſtrenuiſſim9, poſſum9 dicere pius quiſqꝫ. ſtrenu9 quiſqꝫ. Saluſt. in catil. ſtrenu9 q̄ſqꝫ aut occiderat i ꝓlio, aut grauiter vulnerat9 diſceſſerat. Aut q̄a ſignificatio eiuſmodi eſt, vt nō poſſit grad9 cōparatiōis recipere, q̄lia ſūt noīa nūerorū ordinē ſignificātia. vt prim9, ſecūd9, terti9: poſſumus dicere primus q̄ſqꝫ. ſecūd9 q̄ſque. tertiuſq̄ſqꝫ. Cice. in philipicis: Primo quocꝫ die coſules ad ſenatū referāt. tametſi primus ſuplatiuū ſit. Idē pro Rabirio: tertio q̄que verbo excitabatur. Trāquillus in vita Cæſaris: vnus dies quarto quoque anno intercalaretur. Iuuen ſeptima quæque fuit lux ignaua. Cum vero huiuſmodi noīa tū vnumquēque ex eo numero: tū vltimum ſignificēt iuncta cum hac particula quiſque, idē quoque ſignificāt. vt quartus quiſque ſit, vel vn9 quilibet ex quatuor, vel vltimus in ordine quatuor. Nā cū dico quarto quoque anno eſt annus intercalaris, intelligo vltimū quēque ex numero quatuor. & iudęis ſeptimus quiſque dies eſt feſtus, intelligo, qꝫ vltimus ex numero ſeptem. Quod vero Cæſar in commenta. dixit: cognoſcit non decimum quēque eſſe relictum militem ſine vulnere. non ſignificat vltimū ex decē, ſed vnūquēlibet ex numero decem, vel inter decē eſſe vulneratum. Iungitur pręterea quiſque cū hoc noīe ordinali quotus, a, ū, ſed ſemper interrogatiue, Cicer. pro ligario: quotus enim quiſque iſtud.

¶ Tantum & quantum poſitiuo iungitur. Adde etiam tu & verbo: vt quantũ potes, tantum elabora. Tãto & quanto ſuperlatiuo. Cice. quanto es maior, tanto te geras ſummiſſius. neque enim latine poſſet dici, quantum es maior, tantum te geras ſummiſſius. Superlatiuo etiam iunxit Catullus: tanto peſſimus omnium poeta, quanto tu optimus omnium patronus. Verg. xij. æñ. o præſtans animi iuuenis quantum ipſe feroci virtute exuperas, tãto me impenſius æquum eſt conſulere. Quint. in pri. quorum concentus tãto eſt vehementior, quãtum Romana in bellis gloria cæteris præſtat. Ad vim quoque cõparatiuorum proxime accedunt illa aduerbia ante & poſt. vt tanto ante ego veni, quanto tu poſt veniſti. Et illud nomen alius, atque ſuũ aduerbium aliter, atque eiuſdem ſignificationis ſecus. Quint. at quanto alius fuit ille infœliciſſimi iuuenis affectus. Teren in Andria: verum aliter euenire multo intelligit. & Cicero: multo ſec9 euenit. ¶ Tam & quã eiuſdẽ ſignificationis poſitiuo & ſuperlatiuo iũgi poteſt. ſed & comparatiuo. Verg. vij. æñ. tam magis illa fremens, & triſtibus effera flammis: quã magis effuſo crudeſcunt ſanguine pugnæ. Saluſti. quã quiſque peſſime fecit, tam maxime tutus eſt. Quod de tantum & quantum, tãto & quanto diximus: idem de aliquantum & aliquanto. multum & multo. paulũ & paulo dicendum eſt: niſi quod aliquanto & paulo ſuperlatiuo iungi recuſant, quẽadmodũ multo deſiderat. Cicero pro lege manilia: quãq; mihi frequens conſpectus veſter multo iucundiſſimus. Hoc verbum præſtat, quia vim cõparatiui habet, multo iũgitur. Saluſt. multo præſtat beneficij, quã maleficij immemorẽ eſſe. ¶ Per ſemper iungitur poſitiuo. vt perbonus. perfacetus. Quam ſemper abltõ. vt quam optimus. quã facetiſſimus. Quã vero cũ pro quantũ accipitur, poſitiuo iungi vult. vt apud Terent. in Andria: reiecit ſe in eum flens quam familiariter. Quod vero idẽ in Eunu. dixit: poſt illa tempora tu ſcis quam intimũ. & ſi ſuperlatiuum eſt ab intra: tamen pro poſitiuo poſitũ eſt: ſicut proximus a prope, vnde & comparationem iterum recipit proximior, vt ſuo loco dixim9. Sed hęc ex elegãtijs Vallæ petenda ſunt: nos tantum admonuiſſe lectorem volumus. ¶ Hei. & ve. ſemper iungitur datiuo. omnia ſunt facilia.

Tantũ & quãtum poſitiuo iungitur. vt tantum doctus. quantum facetus. Tãto & quãto cõparatiuo & ſuplatiuo. vt tanto doctior, quãto facetior. Idem quoq; dicimus de aliquantum & aliquanto, multum & multo. paulum & paulo.

Per, ſemper iungitur poſitiuo. vt perbonus. perdoctus. Quam, ſuperlatiuo. vt quã optimus. quam doctiſſimus. Perquã, poſitiuo. vt perquã bonus. perquam doctus.

Hei & ve. ſemp iunguntur dtõ. vt hei mihi, vę tibi. heu &, o. actõ. vt heu me miſerum o te infœlicẽ. En & ecce nominatiuo & accuſatiuo. vt en Priam9. en ipſe capellas. ecce homo, & ecce hominẽ.

¶ De Cõparatiuo & Superlatiuo. Cap. xiij.

CVm de Erotematis nominis ageremus, dictũ eſt comparatiua & ſuperlatiua a quibus nominibus poſitiuis, & vnde formarentur: ſed iniquis tunc ſpatijs excluſi, quoniã alio pperabamus, nõ diximus formationẽ illã in pleriſq; deficere. Idem quoq; fecimus, cum de partium oratiõis cõſtructione nõnihil perſtringeremus, vbi pauca interpoſuimus. Quare viſum eſt, quę illic copioſius debuerãt pertractari, hoc in loco ſupplere: atq; imprimis de illorũ irregulari formatiõe.

| | |
|---|---|
| Bonus melior optimus. | Maturus. maturrimus. |
| Magn9 maior maximus. | Cõpatiuũ regularẽ hẽt. |
| Nequã negor neqſſim9. | Magnific9. cẽtior. cẽtiſſim9 |
| Malus peor peſſimus. | Munific9. cẽtior. cẽtiſſim9. |
| Paruus minor minim9. | Mirific9. cẽtior. cẽtiſſimus. |

¶ De Comparatiuo & Superlatiuo. Cap. xiij.

CVm de Erotematis. Reddit cauſas, cur cũ de nominũ deriuatiuorũ differentijs ageret libro. iij. non exacte diſſeruit de cõparatiuorũ & ſuperlatiuorum ſignificatione, & formatione: quãquã in commentationibus multa dixit de formatione illorum graduum, maxime a quibus nominibus: nam cũ cõparatiuum & ſuperlatiuum ſignificẽt aliquid vltra ſuum poſitiuum, ab illis nominibus non poſſunt deriuari, quæ incrementum, aut diminutionẽ ſuſcipere non poſſunt: ſed ab illis tantum, quorum ſignificatio creſcere poteſt. Sunt tamen ex his poſitiuis quędam cõparatiua & ſuperlatiua, quæ vſus non reciperet: vt ab eo quod eſt barbarus nemo diceret barbarior & barbariſſimus. nec ab eo quod eſt amandus amandior & amandiſſimus, tametſi barbarus & amandus ſignificationis incrementum recipere poſſint. Sunt præterea qdã poſitiua, ex quibus vlteriores gradus nõ procedũt: quia propter cõcurſum vocalium aſperius ſonarent. vt q hñt vocalem ante. is, vel. us. vt ab eo qd eſt tenuis & arduus vix poſſis dicere & tenuior & arduior. Quę vero nõ ſignificant rem, quæ poſſit creſcere, aut minui, nihilo plus poſſunt gradus recipere. vt Luſcus. ingens. omnipotens. ſummus. unus. vnicus. ſolus. Nemo enim luſcus magis luſcus eſſe poteſt. Nomina etiã numeralia. vt primus. ſecundus. tertius. &c. Et pronomina, quãquã Plautus dixerit: ipſiſſimus eſt. Sed de his libro. iij. diximus. Iniquis ſpatijs, id eſt, loci anguſtia. ex Vergilio quarto georgicorum. Verum hæc ipſe quidem ſpatijs excluſus iniquis pretereo. In pleriſq; deficere. Quæ fere in hoc loco duximus explicanda: cum dicimus bonus. melior. optimus. &c. De conſtructiõe. Quod pauloante attigimus, cum de conſtructione genitiui & ablatiui ageremus. Sed aduertendũ eſt cum ſint tres comparationis gradus, poſitiuus magis eſt ſimilitudinis & æqualitatis, quã incrementi. vt doctus Plato quemadmodum Ariſtoteles: niſi per adiectionem aduerbiorum inæqualitas ſignificetur. vt magis doctus, minus doctus. Comparatiuus vero & ſuperlatiuus ſunt tam inæqualitatis & incrementi. Eſt itaque comparatiuum, quod cum poſitiuo ſignificat aduerbium magis: vt doctior, magis doctus. q ſi non habet poſitiuũ, cum aliquo participe ſenſus poſitiui ſignificat quoque magis. vt ocyor magis velox. citerior magis citra. Sed de his plura libro tertio. ¶ Conſtruuntur comparatiua. Dicit quod comparatiuum duobus modis conſtruitur: cum ablatiuo, vel cum alio caſu ſimile alicui ex præcedentibus, quẽ coniunctio quã põt cõnectere. vt ſum doctior Antonio, vel q; Antonius, ſubintelligit nãq; verbũ eſt. & puto Antoniũ doctiorem alijs, vel quã alios, ſubaudi puto. Itaq; indifferẽter vti poſſumus alterutra harũ duarũ cõſtructionũ



Eſt tamen, cum caſus coniũctionis vinculo copulatus non rõne cõparatiui: ſed aut poſitiui, aut alicuius alterius particulæ in orationis conſtructione ponitur: vt ſum auidior honoris quã pecuniæ, honoris & pecuniæ non recte ponentur in abltõ: quia illi genitiui non rõne cõparationis: ſed ex ſpeciale ſignificatione huius nominis auidus, qd cũ gtõ conſtruitur, in orationẽ venerũt. Item ſi dixeris, tanto famę ſitis maior eſt: quã virtutis, non recte dixeris virtute: quia virtutis non rõne cõparatiui poſitũ eſt in hac ſerie: ſed regitur ab illo nomine ſitis ex vi poſſeſſiõis. Illud quoque Iuue. carior eſt dijs homo quã ſibi: non recte diceres carior eſt dijs homo ſe: quia ſibi non rõne cõparatiui, & q; coniunctionis: ſed rõne huius nominis carus poſitum eſt in dtõ: quia dicim9 homo eſt carus deo. Et quoniam hæc coniunctio atq; nõnũquã ponitur p q;, vt ſi dixeris: aliter ego feci atque tu. põt etiam comparatiuum cũ illa conſtrui. vt Horatius pri. ſer. non ſe peius cruciauerit, atque hic. Perſius quoq;: q; tu impunitior exis atq; hic. & quia ac coniunctio tãtudẽ pollet quãtũ atq;. Horat. dixit: dicturum ſuauius ac ſi qſtor auus. Nonnunquã ablatiuus ille cõparationis non mutatur in alium caſum: ſed reſoluit in verbũ. vt eras doctior opinione mea: nõ dices, q; opinio mea, ſed q; ego opinabar. Hora. ſi qcqd vidit meli9 ve pei9 ve ſua ſpe. i. q; ſperabat. Illud vero (qd ſupra dixim9) cõparatiuum poſſe cõſtrui cũ genitiuo, cũ partitiue teneretur, oportere autem partitionem fieri inter duo tantum: poſſet dici genitiuum illum non ratione comparationis, ſed ratiõe partitionis venire in conſtructionem. Nam & citra comparationem dicimus, quod manuum altera dextera eſt, altera ſiniſtra: & qd aiacum alter fuit telamonis, alter oilei. Neque tamen neceſſe eſt ſequenti comparatiuo partitiõem fieri inter duo. vt Pli. xi. natu. hiſto. animaliũ inquit: fortiora ſunt, quibus ſanguis craſſior: ſapientiora, quibus tenuior: timidiora, quibus minimus. Quod ſi genitiuus ille precesserit, poteſt nihilominus cõparatiuum conſtructionem propriam retinere. vt Aiacum Telamoni9 fortior fuit oileo, vel quã oileus: & manuum dextera robuſtior eſt ſiniſtra, quel quã ſiniſtra. Illud quoq; Ciceronis: omnium ſocietatum nulla eſt gratior, nulla carior: quã ea, quæ cũ rep. eſt vnicuiq; noſtrum. Et quãquã recte dicimus: digitorũ medius eſt longiſſimus: nihilominus & recte diceretur: digitorum medius eſt longior cæteris. Imo vero nullum eſt ſuperlatiuũ, quod non poſſit paraphraſi verti in comparatiuũ cũ relatiuo diuerſitatis. vt Romanorum eloquentiſſimus fuit Cicer. vel cæteris Romanis eloquentior fuit Cic. Quid quod etiã ſine relatiuo diuerſitatis cõparatiuũ oibus ſui generis ſuperferatur. vt apud Ver. viij. æñ. ſed cũctis altior ibat Anchiſes. Apul. quoque: hippias e numero ſophiſtarum artium multitudine prior omnibus & eloquentia nulli ſecũdus. Iuue. hædulus & togata grege mollior. Mart. totus volo rideas libellus, & ſi nequior omnibus libellis. Tametſi in his omnibus locis & ſimilibus ſemper relatiuum diuerſitatis ſubintelligitur. alioqui non diceres, quod dici volebas: nam ſi cũctis altior ibat Anchiſes: & ſe quoque altior ibat. ſi hippias oibus ſophiſtis erat prior: & ſe quoque prior erat, quippe qui eſſet ſophiſtes. Quare in his omnib9 ſubintelligendũ eſt reliquis, aut alijs, aut cęteris: vt conſtet autorũ ſenſus. Eſt tñ, cũ ablatiuus, cũ quo cõparatiuũ conſtruitur, ad noiatiuum reduci non põt. vt cum quis vel qui ponitur relatiue. vt apud Ver. pri. æñ. rex fuit Aeneas nobis quo iuſtior alter. Idẽ tñ. vi. Miſſenũ æolidẽ quo non pręſtantior alter: quib9 in locis pro quo, non recte diceretur quã qui. Idem quoq; de noibus negatiuis dicendũ. Nã & ſi dici poſſit Cicero nemine fuit imbecillior. nõ diceretur recte, Cicero fuit imbecillior quã nemo. ¶ Cõſtruit pręterea comparatiuum cum ablatiuo ſignificanti exceſſum vel deffectũ. Iuue. pars quod vendere poſſis pluris di-

| | |
|---|---|
| Bñficus. cẽtior. cẽtiſſimus. | Similis ſimillimus. |
| Malefic9. cẽtior. cẽtiſſim9. | Cõparatiuũ reglarẽ hẽt. |
| Bñdicus cẽtior. cẽtiſſimus. | Mult9 plurim9. cõpa. ca. |
| Maledic9 cẽtior. cẽtiſſim9. | Multa plurima cõpa. ca. |
| Bñuolus. lẽtior. lẽtiſſim9. | Multũ plus plurimum. |
| Maleuol9. lẽtior. lẽtiſſim9. | Multi plures plurimi. |
| Multiuol9. lẽtior. lẽtiſſim9, | In plurali integrum eſt. |
| Pi9 pijſſim9 & piẽtiſſim9. | ¶ A verbis. |
| Comparatiuo caret. | Detero deterior. terrim9. |
| Senex ſenior. Suplatiuo | Potior. eris. potior. ſimus. |
| Iuuenis iunior. (caret. | ¶ Ab aduerbijs. |
| Superlatiuo caret. | Extra exterior extimus. |
| Vetus veterrimus. | Intra interior intimus. |
| Cõpatiuũ regularẽ hẽt. | Vltra vlterior vltimus. |
| Dexter dextimus. | Infra inferior Infimus. |
| Cõparatiuũ reglarẽ het. | Citra citerior citimus. |
| Siniſter ſiniſtimus. | Cõpatiuũ reglarẽ het. |
| Cõparatiuũ reglarẽ hẽt. | Supra ſuperior ſuprem9. |
| Facilis facillimus. | Prope, pprior pximus |
| Cõpatiuũ regularẽ hẽt. | Poſt poſterior poſtrem9. |
| Agilis agillimus. | Añ, añrior. Suplati. caret. |
| Cõpatiuũ reglarẽ hẽt. | Pridem prior primus. |
| Gracilis gracillimus. | Penitus. tior. penitiſſim9. |
| Cõparati. regularẽ hẽt. | Ocyor ocyſſimus. poſiti- |
| Humilis humillimus. | uo caret: niſi mauis ab |
| Cõpara. regularẽ hẽt. | ocys formare. |

Nomina, quorũ ſignificatio creſcere, aut minui non põt, nõ formãt ex ſe cõpatiua aut ſuplatiua: qualia ſunt: ingens, oñipotẽs. ſummus vnicus. imus. Et nomina nũeralia ſiue ſint diſtributiua, ſiue ordinalia. Et, pnomina, qq̃ Plaut9 dixerit ipſiſſimus eſt. ſicut Verg. ab ingẽs ingẽtior fecit cõpatiuũ.

Cõſtruuntur cõparatiua cum abltõ, vel cum alio caſu, quem cõiunctio quã poterit pro rõne verbi ſubintellecti cõiungere. vt Plato fuit doctior Ariſtotele, vel quã Ariſtoteles. credo Platonẽ eloquẽtiorẽ Demoſthene, vel q; Demoſthenem. & vtor te benigniore patre meo, vel q; patre meo. Dicimus tñ ſum auidior glorię q; pecunię, & nõ pecunia. & ſimilior patri q̃ matri: & non matre. quia auidus & ſimilis cũ gtõ & dtõ cõſtruuntur.

Cõſtruuntur p̃terea cum abltõ ſignicãti exceſſum quo aliquid excedit, aut excedit. vt ego ſum duplo maior quam tu, & tu dimidio minor.

midio. Pli.lib.xi.pulmo quadruplo maior bubulo. Curtius: Cum dimidio (inquit) ferme exercitus maior eſſet, quã in Cilicia fuiſſet. q̃bus in locis exceſſus ſignificatur. Defectus vero in Horatiano illo: forte minꝰ locuples vno quadrante periret. Quare non male diceretur multo & paulo cum conſtruuntur cũ cõparatiuo nomina eſſe, cũ vulgo appellẽtur aduerbia: ſignificant enim exceſſum. Solent etiam aliqñ gradus inter ſe comparari, & pares paribus referri. vt tuum conſilium tutum eſt magis, quã honeſtũ. non recte diceres honeſtius, aut honeſtiſſimum. & tuum conſilium tutius eſt quam honeſtius, non honeſtũ, nec honeſtiſsimũ. & tuũ cõſiliũ eſt magis tutiſsimũ, quã honeſtiſsimũ. Eſt præterea qñ cõparatiuũ non regit abltm̃, ſed deſiderat adiungi ſibi orationẽ: vt incepta oratio perfectũ habeat ſenſum. vt hic adoleſcẽs minor eſt, quã vt graui ſupplicio puniri debeat. corruptior, quam vt corrigi poſſit. infirmior, quã vt illi tm̃ negotiũ cõmitti debeat. Poteſt tñ aliqñ cõparatiuũ cũ ablto cõſtrui: ſed cũ quã cõiunctione & ꝓ ppoſitione. Curtius: maiorẽ, quã pro magnitudine ſyluæ ſonum reddebat.

Suplatiuũ nomẽ eſt, qđ ad plures ſui gñis cõparatũ omibꝰ ſupponiẽ, vel ꝑ ſe ꝓlatũ ſignificat q̃tũ poſitiuũ cũ hoc aduerbio valde: vt Achilles grecorũ fortiſſimꝰ, & Achilles fortiſſimꝰ .i. valde fortis. Superlatiuũ conſtruitur cum genitiuo numeri pluralis, aut ſingularis, ſed nominis tantũ collectiui,

¶Superlatiuum. Superlatiuũ nomen cũ ab eo dictũ ſit, quod ſuperferatur & excellat, recte pluribus cõparari debet: habet enim locũ ſuperlatiuũ, cũ aut in tribꝰ, aut in pluribus vnus illorum cæteris antefertur. vt Plato fuit doctiſſimꝰ philoſophorũ. Sed quod dicitur ad plures ſui generis cõparari: intelligendum eſt de illis, quæ ſub eodem nomine ſunt, & de quibus vnũ nomẽ cõmune dici poteſt: non tamen quodlibet, ſed illud tantũ quod ex vi cõparationis a ſuperlatiuo regitur. vt Plato doctiſſimus philoſophorũ cõparatur ad ſuum genus: quia fuit philoſophus. Quod ſi dicerẽ Plato doctiſſimus Romanorũ: non illum ad ſuum genus cõpararẽ, quoniam Plato non fuit Romanus. nec ſi dicerẽ Plato poetarum græcorum clariſſimus: quoniã & ſi Plato grecus non tñ eſt poeta. nec ſic, Plato philoſophorũ Romanorũ nobiliſſimus, quia tametſi eſt philoſophus, non tamen eſt Romanus philoſophus. Quod vero de celeno. Verg. in. iij. æñ. dixit: furiarũ ego maxima pando. Idemq; in. vi. de fame: furiarũ maxima iuxta accubat. intelligendum eſt & celeno & famen quodãmodo furias fuiſſe. ſicut ſi diceres aliquem ſtolidiſſimum aſinorum, intelligendũ illud quodã modo eſſe aſinum. Nam quod Valla Macrobium in ſatur. carpit ex eo, quod dixit: age ſerui omniũ non modo adoleſcẽtium, qui tibi æquæui ſunt: ſed & ſenũ quoq; doctiſſime. poſſet dici ſub illa voce omniũ oẽs & ſenes & adoleſcentes contineri. ex quibus cũ ſeruius vnꝰ eſſet, ſub eodem genere poſitus eſt. Illud præterea, quod idem Valla Priſcianũ taxat: qđ in primo de octo partibus orationis volumine ſcripſit: Omnium eorum, q̃ diuidi poſſunt breuiſſimum eſt, quod diuidi nõ poteſt. dicendũ quod genitiuus ille omniũ non cõparationis rõne, ſed poſſeſſionis poſitus eſt. cuius ſenſus eſt eorum: quæ diui poſſunt breuiſſimum. i. breuiſſima pars eſt ea, q̃ diuidi non poteſt. vt demonſtret dictionum, quæ diuidi poſſunt, breuiſſimã partem eſſe literam, q̃ indiuidua eſt. Vel abſolute prolatũ. i. quoties non ponitur ad quos fiat comparatio: & tunc valet quantũ poſitiuũ cũ hoc aduerbio valde. vt Verg. puer Aſcanius Veneris iuſtiſſima cura. i. valde iuſta. Valla pro maxime & non pro valde ſuperlatiuũ exponi debere dicit: q; non male forte diceretur, ſi ſuperlatiuũ cõparatiue accipiatur: quod ſi abſolute poneretur, creſceret eius ſignificatio vno gradu magis, quã ab vllo concipitur. fœliciſsimus enim ſic concipitur ab omnibus quaſi multum fœlix, aut nimium fœlix. vt Verg. lib. iiij. æñ. dixit: fœlix heu nimiũ fœlix, ſi littora tantũ. Maxime vero plus ſignificat quã multũ, aut nimiũ: non igitur per maxime, ſed per valde reſoluendum eſt ſuperlatiuũ, ad quod illa multũ & nimiũ referũtur: quod niſi fieret, nũquã nobis cõſtare poſset de ſenſu ſuperlatiui, ſi per ſuperlatiuũ exponeretur: quid enim magis cõſtaret de exponẽte quã de expoſito? Sed idẽ vult cõparatiuũ nõ magis exponẽdũ eſse per aduerbiũ magis, quã per vehemẽtius, aut plus, aut ſimilia: nõ videns illa quoque reſoluẽda eſse rurſus in magis. Oportet. n. vt in phyſicis corporibꝰ ſic in graduũ reſolutione eſse aliqua velut elemẽta prima, & cõmuniſsima, q̃ cõſtãtia firmaque ſint: & in q̃ ceteri gradus, ipſa vero in nulla alia priora reſoluãtur. Quod ſi oĩa verba ꝑſcruteris, nullũ inuenire poſſis, ad qđ oĩa incremẽta tãq; ad principiũ reducãtur: niſi magnꝰ & ab eo gradꝰ deducti, hoc eſt, maior & maximꝰ: q̃ cũ ſint adiectiua, iũgũt ſubſtãtiuis ad eorũ nõ ſolũ quãtitatis, ſed & qualitatis intẽſionẽ ſignificãdã. Dicimꝰ. n. magnũ virũ, maiorẽ virũ, maximũ virũ. magnũ oratorẽ. maiorẽ philoſophũ. maximũ imperatorẽ. Sed quẽadmodũ hæc adiectiua ſubſtãtiuis: ſic eorũ aduerbia iũgũt adiectiuis ad eorũ ſignificationẽ ꝑ gradꝰ augẽdã. vt valde doctꝰ. magis doctꝰ. maxiẽ doctꝰ: ad deſignãdã magnã, aut maiorẽ, aut maximã alicuiꝰ doctrinã. Sed qđ valde ſit a magno aduerbiũ, nemo diceret: niſi rõne ſignificatiõis, ea videlicet rõne, q̃ ab eo, qđ eſt Iupiter, dicimus in gtõ iouis, hoc eſt, nõ rõne vocis, ſed ſignificatiõis. Nã cũ ab eo, qđ eſt magnꝰ nõ ſit in vſu latini ſermonis aduerbiũ magne, loco illius ſubſtitutũ eſt valde ab eo, quod eſt valdus. a. um. pro eo quod vſitatius dicitur validus. a. um. ſicut caldũ pro calido. & ſoldum pro ſolido dicimus. Itaque cũ dicitur valde pugnat. valde currit. valde legit in propria ſignificatione accipiẽdum eſt. Extẽditur tñ deinde ad alia, quibꝰ nõ proprie cohęret. vt valde ſenex. valde ægrotꝰ. valde infirmꝰ. valde cupit. valde dolet, valde timet: quibꝰ in locis nõ tã valentiã quã magnitudinẽ ſignificat ætatis. ægritudinis. infirmitatis. cupiditatis. doloris. timoris, cũ alioqui ex ꝓportiõe dicendũ eſſet magne ſenex. magne ægrotus. magne infirmus: qđ quia vſus nõ recipit aliud nõ ęque propriũ in locũ illius ſubſtituit, hoc eſt, valde pro magne. Iam in cæteris gradibus nulla contentio eſt, quin cõparatiuus ꝑ magis, & ſuplatiuus ꝑ maxime exponẽdi ſint, cũ cõparatiue accipiũtur. Quæ cum ſint veluti elementa oĩm quantitatis & qualitatis intenſionum, ad quas explicandas gradus comparationis inuenti ſunt: in ea tanquam prima omnes gradus reſoluendi ſunt: ipſa vero non habent alia priora, in quæ reſolui poſſint. Quod ſi nulla fiat graduum comparatio, vt paulo poſt dicemus, comparatiuum non multo plus valet quam poſitiuum: & ſuperlatiuum in poſitiuum cum aduerbio valde cõmodiſſime reſoluetur. ¶Superlatiuum conſtruitur cum genitiuo numeri pluralis. Cõſtruitur ſuperlatiuum, quia nunquam alterius ad alterum fit per ſuperlatiuum comparatio: ſed ſemper ad multos, cum vnus cæteris eiuſdem generis antefertur. vt Verg. viij. æñ. maxime graiugenum, cui me fortuna precari. Poteſt vero conſtrui cum gtõ ſingulari, ſi fuerit nomen collectiuum. Idem pri. æneiđ. danaum fortiſſime gentis tidide. Nam quod eſt apud eundẽ in eodẽ. ditiſſimus agri phœnicũ: genitiuus ille agri non rõne cõparatiõis, ſed ex ſignificatione ſui poſitiui ſpeciali regitur.



qui reſoluitur in ablatiuum cũ præpoſitiõe. ex. vt Achilles fortiſſimus græcorum. fortiſſimus gẽtis danaum. i. ex grecis, & ex gente danaum.

Superlatiuũ a cõparatiuo hoc differt: quod cõparatiuũ exponiẽ ꝑ poſitiuũ cũ magis & q̃. Suplatiuũ vero ꝑ poſitiuũ etiã cũ maxime & ex. vt eſt eloquẽtior Cicerone. i. magis eloquẽs q̃ Cicero. eloquẽtiſſimus omniũ. i. maxime eloquẽs ex oĩbus.

Itẽ ſuperlatiuo nõ eſt locus in cõparatione duorũ. cõparatiuo vero & duorũ & plurium. vt Aiacum Telamonius fuit fortior, & nõ fortiſſimus. Digitorum medius eſt lõgiſſimus, & digitorum medius eſt longior cæteris.

Eſt & alia differentia, qđ omne ſuplatiuum reſolui põt in cõparatiuũ cũ relatiuo diuerſitatis eodem ſenſu manẽte: nõ tñ omne cõparatiuũ in ſuperlatiuum cõuertitur. vt poetarũ nobiliſſimus eſt Homerꝰ; & cęteris poetis nobilior eſt Homerꝰ.

Cõparatiuum plus ſignificat, q̃ ſuperlatiuũ ſi poſtponaẽ illi. vt Ariſtoteles eſt doctiſſimꝰ, ſed Plato doctior. Aliqñ ſignificat minus quã poſitiuũ. vt Vergil. Triſtior & lachrymis oculos ſuffuſa nitẽtes. ꝓ ſubtriſtis Et fere quoties cõparatiuũ nõ cõſtruitur cũ caſu illius ad quod fit comparatio: minus ſignificat q̃ꝫ poſitiuũ, aut quantũ poſitiuũ.

Poteſt quoque ſuperlatiuum conſtrui cum ablatiuo & præpoſitione ex vel in. vel accuſatiuo, & præpoſitione inter: vt fortiſſimus ex omnibus græcis eſt Achilles. & Vergilius ſecundo æneiđ. Iuſtiſſimus vnus qui fuit in Teucris, & ſeruantiſſimus æqui. vel qui fuit inter Troianos iuſtiſſimus. ¶Superlatiuo a comparatiuo. Maxima inter hos duos gradus differentia eſt, quæ ex vtriuſque expoſitiõe colligitur. Comparatiuum namque, vt diximus, exponitur per poſitiuũ cum hoc aduerbio magis, & coniunctione quã: vt Plato ſapientior fuit Demoſthene. i. magis ſapiẽs q̃ Demoſthenes. Plato fuit eloquẽtior oratoribꝰ, id eſt, magis eloquens quã oratores. in quo ſermõe nõ ſignificat Plato eſſe in genere oratorũ. vnde Valla putauit oportere comparatiuum ad diuerſum genꝰ comparari. Sed quẽadmodum non ſignificat comparatiõis terminos eſſe eiuſdem generis, ita neque aſſerit eſſe generis diuerſi: quare licet per comparatiuum eſſe vel eiuſdẽ generis vel diuerſi. Superlatiuus vero, vt diximus, exponitur per poſitiuum & aduerbiũ maxime, vel præpoſitione ex cũ ablatiuo. vt Achilles fortiſſimꝰ gręcorum, id eſt, maxime fortis: in quibus verbis Achilles ſignificatur fuiſſe græcus. Vnde factum eſt, vt ſuperlatiuũ dicatur ad ſuum genus, & nũquã aliter comparari. Quod cum Diomedes cum cæteris autoribus pręcepiſſet, contra ſuum præceptũ ille ſic ſcripſit: Si tres (inquit) ſint viri: eum quem ſuperferimus cæterorum fortiſſimum dicimus: cum dicendũ eſſet omnium fortiſſimum. aut per comparatiuũ cæteris fortiorem dicimus. niſi forte, quod vero ſimillimum ſit, in codice mendum legitur: vt pro virorũ cæterorũ ſit poſitũ. Diomedes enim eũ, quem ſuperferebat fortiſſimũ e tribꝰ, nõ e duobꝰ intellexit: at cęteri non tres, ſed duo ſunt: in quibus ſuperlatiuo non eſt locus. ¶Item ſuperlatiuo. Secunda differentia eſt, quod ſuperlatiuo non eſt locus inter duos, hoc eſt, cum e duobus vnus in comparatione alterum ſuperat. vt Achillem dicimus fortiorem Hectore: non fortiſſimum: plures enim quã duos eſſe oportet, in quibus ſuperlatiuum locum habet. ¶Tertium enim locum ſortitur ſuperlatiuum, non vt Laurentius putauit, in gradu quantitatis, vel qualitatis: ſed in numero cõparatorũ. Nam ſi decem ſint naues eiuſdem magnitudinis: vndecima, quæ alijs maior eſt, & omnium maxima, & cæteris maior dicetur. & cum Vergilius dixit, ſed cunctis altior ibat Anchiſes: non intellexit omnes fuiſſe pares, quos Anchiſes ſuperabat. & cũ idem dixit: ſcelere ante alios immanior oẽs. non oẽs, quibus Pygmalion immanior fuit, æquales ſceleris fuerunt. Cumque Martialis dixit: & ſi nequior omnibus libellis. non intellexit de illis, q; pares inter ſe eſſent. Nam ſi græci ſint in quatuor fortitudinis gradꝰ diſtributi: vt Achilles ſuperet omnes alios, illum ſequatur Aiax, tertius ſit Diomed. in extremo gradu cæteri conſtituantur: licebit vtrique ſecũdũ & tertium & quartum gradum qualitatis poſſidere. vt Diomedes fuit fortiſſimꝰ excepto Aiace, qui Diomede ipſo fortior, & Achille qui omnium fortiſſimus fuit. aut ſic: Diomedes fuit cęteris græcis fortior: excepto Aiace, qui omnium fortiſſimus fuit, præter Achillem: qui non modo alijs, ſed etiam ipſo Aiace fuit fortior. Non igitur magnitudine, ſed multitudine ſuperatur comparatiuum a ſuperlatiuo: nec ſemper, ſed q; cõparatiuum inter duos cadit: ſuperlatiuũ vero inter multos. Sed & comparatiuũ quoque inter multos cadere poteſt: nam cum quæritur vtrum potius, aut quid potiſſimum, quid valet illa diſtinctio, niſi vt potius ſit vnum e duobus: potiſſimum vnum e tribus, vel e pluribus? Quare Priſcianus excuſari nulla ratione poteſt, qui exiſtimauit ſuperlatiuum multo plus ſuperare poſitiuum, quã comparatiuum. vnde occaſionẽ dedit alijs exponendi ſuperlatiuum per multo magis. Et quomodo intelligent iſti Plautinũ illud? Miſer homo eſt, qui ipſe ſibi, quod edat, quærit. Sed ille miſerior, qui ægre quærit, & nihil inuenit. Ille miſerrimus, qui cum eſſe cupit, quid edat, nõ habet. Miſerrimus (inquient) id eſt, multo miſerior, vt creſcat gradus miſerię. Sed non ita eſt, ſed miſerior eſt, qui quęrit, & nihil inuenit eo: qui tantũ q̃rit, ſed inuenit. Et ille omniũ miſerrimus (id eſt) maxime miſer, vt ſit miſerior eo, qui quęrit, & inuenit. Et miſerior eo, qui quęrit, nec inuenit. Quod etiam per comparatiuum poſſem ſic dicere: ſe ille cęteris miſerior: qui cũ eſſe cupit, quid edat, non habet. Quare non per multo magis, ſed nec per magis exponetur ſuperlatiuum: poſtularet enim poſt ſe quam coniunctionem, quę comparatiuis nominibus & aduerbijs tã familiaris eſt: vt ab eis ſeparari non poſſit, ſed exponetur per maxime, quod ex multis locis, ſed ex illo potiſſimum Ciceronis maxime apparet. vbi quod ſuperlatiuum durius erat, poſuit poſitiuum cũ maxime in epiſtola ad Curionẽ: Quod mihi (inquit) eſſet omniũ maximum, maximeque neceſſarium. Illud vero quod Ouidius in. iij. meta. dixit de Pyramo & Thiſbe: E quibus illa fuit longa digniſſima vita. & ſi quæ alia reperiuntur huiuſmodi, excuſari poſſunt, aut neceſſitate, aut denique autoritate. ¶Eſt & alia differentia. Hoc manifeſtum eſt: nam quod dicitur per ſuperlatiuum ſine relatiuo diuerſitatis, licebit dici per comparatiuum cum illo. Quintilia. pars vero rationalis cum ad examinationem dicendi tanto cęteris vberior, quanto maior ſpiritu. Curtius: mare caſpium dulcius cęteris, ingentis magnitudinis ſerpentes alit. non eſt dubium, quin poſſit dici tanto omnium vberrima, & mare caſpium omnium dulciſſimum eodem ſenſu manente.

¶De Diminutiuis. Cap.xv.

Diminutiua non habent certam rationem qua poſſint formari. Sed illud tātū hoc loco dicēdum eſt, exire in varias terminationes: ſed plerumq; in vlus.a.um. vt frater fraterculus, ſoror ſororcula. munus munuſculum; Aliquando in.cio. vt homo homuncio: ſenex ſenecio. Aliqñ in aſter.tra.trū. vt pinꝰ pinaſter. filia filiaſtra. apiū apiaſtrū. Quæ proprie non ſunt diminutiua, ſed imitationē quādā ſignificātia. Aliquādo in olꝰ.a.um. vt ſergius ſergiolꝰ, corona corola, palliū palliolum. Aliquando in. ellus.a.um. vt tener.a.ū. tenellus.a.um. Aliquando in. illus illa illum. vt tantus.ta.tū. tantillus.tilla.tillum. Aliquando in.leus. vt equus equuleus. Aliquādo in iſcus. vt pā paniſcus, baſilius baſiliſcus.

¶De Relatiuis. Cap.xvi.

Relatiuum eſt, qđ rem antecedentē refert; Et eſt duplex. Subſtātię & accidētis. Relatiuum ſubſtantię eſt, qđ refert antecedens ſubſtantiuum, qualia ſunt. Qui.quæ.quod. gtō Sui. Suus.a.um. Ipſe.a.ū. Ille illa illud. Is. ea id. Idē eadē idem. Alius alia aliud. Alter altera alterum. Reliquus.a.um. Cętera cæterum, nā cæter vix reperitur. Horum ſeptē priora ſunt relatiua identitatis: quatuor poſteriora ſunt diuerſitatis.

Relatiuum accidentis eſt, qđ refert antecedens adiectiuū. Qualia ſūt. Hic & hæc qualis & hoc quale. Quantus, a.um. Plurali nominatiuo Quot. Quotꝰ quota quotū. Hic & hęc quotēnis & hoc quotēne. Quotuplus.pla. plum. hic & hęc & hoc Quotuplex.

Relatiuum accidentis cum ſubſtātiuo ſequenti debet cōcordare. vt Eſt animal varium, qualis eſt mulier. templum magnum, quātus eſt mōs. Horatius tamen in epodo relatiuum accidentis antecedenti retulit. Sed incitat me pectꝰ & mām̄ę putres equina q̄les vbera.

Relatiuum vero ſubſtātię cū antecedenti plerūq; debet cōuenire. vt Dedi tibi libros, ſed illos à te acceperam. Si tamē quis vel qui ponitur inter duo ſubſtantiua, vtriq; poteſt referi, vt eſt animal, quod appellant orygen, vel quem appellant orygen.

Si tamen alterū ex duobus ſubſtantiuis eſt propriū, ſemper ad illud referendum eſt. vt Saluſtius. Eſt locus in carcere, quod Tullianū appellāt. Vergili. Eſt locus, Heſperiā graij cognomine dicunt. vbi Seruius dicit debere ſubintelligi quā, & nullo modo quē.

De nominibus Patronymicis. Ca.xvij.

Patronymica maſculina in nominibus primæ declinationis formantur a genitiuo.ę, finali mutata in.des, vt æneę æneades. In nominibus ſecūdæ declinationis fiunt a genitiuo addita.des, vt æacus æaci, æacides. Quę tamen in.eus. diphthongō terminantur cū duplicem habeant genitiuū in.ei. & in.i. formant patronymicum a genitiuo ſecundo addita des. vt pentheus penthei vel penthi, pēthides. In nominibus tertię declinationis patronymica formantur a datiuo addita.des, vt Neſtor neſtoris neſtori neſtorides.

Sed hæc regula non eſt vſquequaq; vera. Nā autores aliquando addunt aliquid, aliquādo detrahunt. vt atlanti atlātiades, ꝓ atlantides. Amphitryoni amphitryoniades pro amphitryonides, menecides ꝓ meneciades, meniades, pro menides. Aenides quoq; Vergiliꝰ dixit pro Aeneades libro.ix: Sit ſatis ænide telis impune Numanum oppetiſſe tuis. Idē quoq; ſcipiades formauit, ꝓ ſcipionides. deucalides. pro deucalionides. Declinātur q; per primam nominis declinationem.

Patronymica fœminina fiūt a maſculinis patronymicis ablata.de. vt ab ęolides ęolidę. æolis ęolidis. a theſeides, theſeis theſeidis. a pelides pelias.adis. declinanturq; per tertiā nominis declinationē. Repiūtur pauca nomina patronymica fœminina in.ne. deſinētia per primā nois declinationē variata. vt nerine filia nerei. adraſtine filia adraſti. acriſiōe filia acriſij.

Cum patronymica proprie a nominibus patrū deriuentur, aliquando trahuntur a nominibus matrum. aliquando ab auis paternis ſiue maternis, aliquando a fratribus aut ſororibus. aliquando ab vrbibus ſiue vrbium cōditoribus: de quibꝰ paſſim exēpla repe ies apud autores.

¶De Aduerbijs localibus. Cap.xviij.

Aduerbia localia in quadruplici ſunt differentia, hoc eſt, aut in locō, aut de loco, aut ad locum, aut per locum. Vbi & vbinā quęrunt de loco in quo. vt vbi eſt Antonius?

Quo & quorſū quærunt de loco ad quem, vt quo proficiſceris?

Vñ q̄rit de loco a quo. vt vñ venis ò Antoni?

Qua quęrit de loco per quē. vt qua iturus es?

Interrogantibus per hæc aduerbia, aut reſpondemus ęque per aduerbia. aut per nomina ꝓpria locorum aduerbialiter poſita. Si reſpondere velis per nomina propia locorū interroganti, vbi eſt, aut fit aliquid: ſi ciuitas illa, ſiue ſit oppidum, ſiue municipium, ſiue caſtellum, ſiue pagus, ſiue vicus declinatur ꝑ primā, aut ſecundam nominis declinationem in numero ſingulari: tunc ponitur in genitiuo. vt eſt Salmāticę, eſt Toleti. Si per tertiā aut pluraliter declinatur, ponitur in ablatiuo ſiue (vt vult Seruiꝰ) in datiuo. vt eſt Hiſpali. eſt Septimācis. eſt Burgis eſt Trallibus.



Illa quoq; nomina appellatiua togę. militię. domi. ruri. rationē nominum propriorum ſequūtur, ponunturq; aduerbialiter ſicut illa.

Si per aduerbia, per vnum ex ijs quę ſequūtur reſponderi oportet, Fingamꝰ igitur eū quocū loquimur ſit Hiſpali: & de quo loqmur ſit Toleti: is vero, qui loquitur, ſit Salmāticę. Quęrenti itaq; vbi eſt Antonius? reſpōdebis hic. id eſt, Salmāticæ, vbi ego ſum.

Iſthic, id eſt, Hiſpali. vbi tu es.
Illic, id eſt, Toleti, vbi aliquis eſt.
Vbi, id eſt, in loco, vbi aliquis eſt.
Sicubi, id eſt, ſi in aliquo loco aliquis eſt.
Necubi, id eſt, ne in aliquo loco aliquis ſit.
Alicubi, id eſt, in aliquo loco.
Vbiuis, id eſt, in quouis loco.
Vbiq;, id eſt, in omni loco.
Vbilibet, id eſt, in quolibet loco.
Vbi vbi, id eſt, in quocunq; loco.
Vbicunq;, id eſt, in quocunq; loco.
Ibidem, id eſt, in eodem loco.
Alibi id eſt, in alio loco.
Ibi id eſt, in eodem loco.
Ibidem. id eſt, in eodem loco.
Inibi, id eſt, in eodem loco.
Vſquam, id eſt, in aliquo loco.
Nuſquam, id eſt, in nullo loco.
Intus, id eſt, in interiori loco.
Foris, id eſt, in exteriori loco.
Supra, id eſt, in ſuperiori loco.
Infra, id eſt, in inferiori loco.

¶Significantia ad locum.

Interroganti quo imus, ſi per vrbium nomina reſpondemus, illa ponimus in accuſatiuo aduerbialiter, vt eo Salmāticā, Toletum. Hiſpalim. Septimancas. Burgos, Trallis. Rus. Domū. Sed militiam & togam non dicimꝰ, Sed per aduerbia reſpondemus.

Huc, id eſt, Salmanticam vbi ego ſum.
Iſthuc, id eſt, Hiſpalim vbi tu es.
Illuc, id eſt, Toletum vbi aliquis eſt.
Si quo, id eſt, ad aliquem locum.
Nequo, id eſt ne ad aliquem locum.
Aliquo, id eſt, ad aliquem locum.
Alio, id eſt, ad alium locum.
Vtroq;, id eſt, ad vtrumq; locum.
Quoquo, id eſt, ad quemcunq; locum.
Quouis, id eſt, ad quemlibet locum.
Eo, id eſt, ad eum locum.
Eodem, id eſt ad eundem locum.
Intus, id eſt, ad interiorem locum.
Foras, id eſt, ad exteriorem locum.
Surſum, id eſt, in ſuperiorem locum.
Deorſum, id eſt, in inferiorem locum.
Dextrorſum, id eſt, ad dextram.
Siniſtrorum, id eſt, ad ſiniſtram.

¶Significantia de loco.

Interroganti vnde venimus. ſi per vrbium nomina reſpōdemus, illa ponimus in ablatiuo aduerbialiter, vt venio Salmantica. Toleto. Hiſpali. Septimancis. Burgis. Trallibus. Rure. Domo. Sed non dicimus militia & toga. Sed per aduerbia reſpondemus

Hinc, id eſt, ab eo loco vbi ego ſum.
Iſthinc, id eſt, ab eo loco vbi tu es.
Illinc, id eſt, ab eo loco vbi aliquis eſt
Sicunde, id eſt, ſi ab aliquo loco.
Necunde, id eſt, ne ab aliquo loco.
Aliunde, id eſt, ab aliquo loco.
Vtrinq;, id eſt, ab vtroq; loco.
Vndiq;, id eſt, ex omni loco.
Vndelibet, id eſt, ex quolibet loco.
Vndeuis, id eſt, ex quouis loco.
Vndeunde, pro ex quocunq; loco.
Vndecunq;, pro ex quocunq; loco.
Inde, id eſt, ab eo loco.
Indidem, id eſt, ab eodem ipſo loco.
Intus, id eſt, a loco interiori.
Foris, id eſt, a loco exteriori.
Superne, id eſt, a loco ſuperiori.
Inferne, id eſt, a loco inferiori.
Cælitus, id eſt, a cælo.

¶Significantia per locum.

Interroganti qua ꝓfecturi ſumus, ſi per vrbiū nomina reſpōdemus, ponimus illa ęque in ablatiuo, vt Salmātica, Toleto. Hiſpali. Septimācis. Burgis. Tralibꝰ. Rure. Domo. Sed non dicimus militia & toga. Sed per aduerbia reſpondemus in hunc modum.

Hac, id eſt, per locum vbi ego ſum.
Iſthac, id eſt, per locum vbi tu es.
Illac, id eſt, per locum vbi aliquis eſt.
Si qua, id eſt, ſi per aliquem locum.
Nequa, id eſt, ne per aliquem locum.
Alia, id eſt, per alium locum.

¶LIBRI QVARTI FINIS.

Liber quintus, qui eſt de ſecunda grãmatices parte, hoc eſt, de Proſodia, cui reſpondet ſyllaba. Quod ad præſentem rationem attinet, ſyllabæ conſideratio quadripartita eſt. Primo namque de ſyllabarum temporibus diſſeremus. Deinde de carminum pedibus, qui ex ſyllabis conſtant. Tum de generibus carminum, quę ex pedibus componuntur. Poſtremo de accentu cuiuſq; ſyllabæ. Nam quemadmodum in libro.iij.diximus, quatuor accidunt ſyllabæ. tenor. tempus. ſpiritus. literarum numerus. de ſpiritu & numero literarum ſuo loco dictum eſt. nunc vero in hoc.v.lib. agit de tenore ſiue accẽtu, & de cuiuſq; ſyllabæ tempore, ſiue quantitate. Syllaba nãq;, quod ad pręſentem rationem attinet, duobus modis conſideratur, aut quatenus habet lõgitudinem, vel breuitatem, aut quatenus habet altitudinem, vel profunditatem. Longitudo & breuitas attenditur ratione temporis & durationis, quam ſyllaba in prolatione conſumit: altitudo vero & ꝓfunditas rõne accẽtus, quo ſyllaba eleuatur aut deprimit. Sed qm̃ accẽt⁹ pſupponit ſyllabarum quantitatem, idcirco prius diſſerendum eſt de ſyllabarum temporibus, hoc eſt, de illarum longitudine & breuitate cum pedum verſuũq; ratiõe per quas potiſſimum ſyllabæ quãtitas deprehenditur. Deinde in vltimo huius libri cap. de accentu, hoc eſt, cum de ſyllabarum altitudine, & profunditate diſputabimus.

Liber quintus de Proſodia, hoc eſt, ſyllabarũ Quãtitatis, Pedibus, Carminibus, & Accentu, Caput primum, in quo ꝓmittit regulas generales.

Syllaba longa duo cõſumit tẽpora: ſed quæ  
Dicitur eſſe breuis, tẽpus ſibi vendicat vnũ.  
Ancipites profert vocales ſermo latinus:  
Nam mõ correptas, mõ longas ꝓmit eaſdẽ.  
V. ſequitur poſt. q. ſemper, ſemperq; liqueſcit,  
At poſt. s. & g. vim ſeruat, vimq; remittit.

¶ Syllaba longa. Incipit proponere regulas, quibus poſſimus dignoſcere ſyllabarum quantitatem: & primo præcepta quædã generalia. Tũ de cremento nõiumatque verborum. Deinde de primis ſyllabis, medijs, & vltimis. Principio tamen præmittit quædam fundamenta ad cognitionem eorum, quę deinceps tradenda ſunt. Primum eſt, ꝙ ſyllaba longa ſiue producta, ſiue (vt Quintilianus appellat) porrecta eſt illa, quæ duo tempora conſumit in prolatione, hoc eſt, dum pronuntiatur. Breuis vero, ſiue curta, ſiue correpta, quæ vnũ tempus tantũ conſumit: perinde ac ſi breuis ſyllaba, ſiue tempus illud vnum in quo profertur, ſit menſura temporis in prolatione, ex memorabili præcepto illo Ariſtotelis Metaphyſico. libro. x. in quolibet genere quantitatis eſſe aliquid vnum, quod ſit metrum & menſura & minimum in illo genere. Neque ignoro fuiſſe nonnullos, qui hæc ſcrupuloſius inueſtigauerint, atque poſuiſſe quincuplicem quantitatis rationem in ſylaba: vt ſit vnum tempus, cum ſyllaba natura breuis eſt. vt vir. Vnũ & ſemis, cum ſyllaba natura breuis indifferens eſt ad breuem & longã. vt tenebræ, cuius dictionis media communis eſt. Duo tempora, cum ſyllaba natura longa eſt. vt do. Duo, & ſemis cum poſt vocalem natura longam ſequitur conſonans. vt dos. Tria tempora, cum poſt vocalem natura longam ſequuntur duæ conſonantes. vt mons. Sed mihi introductiones præſertim latinas cõponenti ſatis fuit numeroſam illam partitionem ad duo integra reducere: vt quæ ſyllaba vnum tempus & ſemis haberet, natura breuis, poſitione longa diceretur: quæ vero duo & ſemis, aut tria tempora, longa eſſet. Illud quoque hoc loco addendum eſt, quod & alias ſæpius dicetur, ſyllabam longam pro breui: & breuem pro longa autoritate poetica nonnunquam poni. ¶ Ancipites. Alterum fundamentum eſt, quod apud Latinos omnes vocales mediæ ſunt, ſiue indifferentes, ſiue ancipites, ſiue liquidæ, hoc eſt, quod produci & breuiari poſſunt. Apud Latinos vero dixit, quia græci duas habent vocales æternum longas. e. longum, & . o. mega. duas quoque ſemper breues. e. pſilon. & . o. micron. tres medias. alpha. iota. y pſilon. ¶ V. ſequitur. vt aqua liquor. Aduertendum eſt pro cognitione eorum, quę paulo poſt dicenda ſunt, ꝙ grammatici dicunt literam liqueſcere cum vim ſuam, atque rigorem amittit, & quadammodo langueſcit. Quod tribus modis contingere poteſt: aut quia vocalis, quę in aliqua dictione longa eſt, poteſt eſſe breuis in alia, & hoc modo Priſcianus dixit, omnes vocales apud Latinos eſſe liquidas: aut quia litera ſiue illa ſit vocalis, ſiue conſonans, aliquid de ſua vi, atque rigore amittit, non tamen penitus in pronuntiatiõe exteritur, quemadmodũ cum poſt. q. ſequitur. u. & poſt illam altera vocalis. hac enim ratione, vt dicit Quintilianus, u. eliquatur. Conſonans quoque liqueſcit, cum poſt ſyllabam natura breuem ſequitur muta cum liquida, & remanẽte in ſua vi muta, liquida quodammodo euaneſcit: aut quia in pronuntiatione litera penitus expungitur: veluti cum in carmine dictio finitur in. m. vel in vocali, ſequiturque altera dictio incipiens a vocali, abijcitur enim vocalis illa, vel. m. cum ſua vocali. Itaque cum dixiſſet vocales eſſe medias & liquidas, primo liqueſcentiæ modo, ſubiungit, ꝙ. u. poſt. q. ſemper eſt liquida ſecundo liqueſcẽtiæ modo. Poſt. g. vero & . s. aliquando liqueſcit, aliquando vim ſuam retinet. Nam. u. litera triplici fungitur officio: quia aut eſt vocalis, aut conſonans, aut liquida. Cum vero eſt liquida, neque poteſt appellari vocalis, quia non retinet vim ſuam: neque conſonans, quia non ferit vocalem ſequentem. Poterit tamen cũ a dicꝫtione vocalis liquida appellari ſecundo liqueſcentię modo. Sed poſt. q. ſemper: poſt. g. vero & . s. plerumque. Nam cum dicimus lingua, ſanguis. reſtinguo. u. liquida eſt. Cum vero ambiguus. a. ũ. irriguus. a. um. arguo arguis, vocalis eſt. Pręterea cum dicimus ſuauis. ſuadeo. ſueſco. ſueuus. u. liquida eſt. Cum tamen dicimus ſuus ſua ſuum. ſuo ſuis. ſueuus ſueui. u. vocalis. ſt. Lucan. in primo: Fundat ab extremo flauos aquilone Sueuos. poteſt etiã. u. liquida in vocalem mutari. Papi. primo Thebai immo agite, & poſitis, quas nox inopina ſuaſit. & Horatius in primo ſermo. cum mihi non tantum fures ferę que ſuetę. V. quoque. conſonans aliquando in vocalem mutatur. Ouidius in epiſtola Medeę: debuerant fuſos euoluiſſe meos. euoluiſſe quinque ſyllabarũ poſuit, pro euoluiſſe quatuor ſylabarum. Horatius in primo carmin. ſyluę triũ ſyllabarũ. pro ſyluę duarum poſuit dicens: nunc mare, nunc ſyluę. Hoc loco admonendi ſunt, qui. u. liquidam perinde proferunt, ac ſi eſſet vocalis. In quo non minus Itali errant proferentes aqua. lingua. ſuauis, & ſimilia. u. vocali expreſſa, quam Hiſpani cum illam in pronuntiatione omnino expungunt: cum illis in locis neque ſupprimenda ſit, ſed quaſi liquida lãguidiori quodã ſono raptim ꝓferẽda.



L. aut. r. aut. s. vſu plerumq; liqueſcunt.  
M. aut. n. raro: ſeruant quandoq; rigorem.  
Dictio vocali ſi deſinat, atq; ſequatur  
Altera vocalis, perimit ſynalœpha priorem.  
Si finitur in. m. vocalis & inde ſequatur,  
M. perit ecthlipſi cum vocali præeunte.

¶ L. aut. r. aut. s. Hoc eſt tertium fundamẽtum: quod ex numero conſonantium. l. m. n. r. s. liqueſcunt, ſed l. r. aut s. frequenter. nam paſſim exempla reperies. m. n. raro. L. inquam & . r. & . s. frequenter liqueſcunt, hoc eſt, vim ſuam amittunt. neq; cum mutis ſyllabicatæ producunt vocalem, quę pręcedit: quam vim alias duę conſonantes habent in carmine, quemadmodum paulo poſt dicturi ſumus: nam in proſa oratione ſemper liqueſcunt: vt atlas. recludo. pharetra. tenebrę. ſed in carmine aliquando amittunt, aliquando retinẽt vim ſuam. Oui. in epiſto. deianirę: hercule ſuppoſito ſydera fulſit atlas. Verg. iiij. æneidos: vltimus heſperidum locus eſt, vbi maximus atlas. Idem pri. ænei. auxilioq; vię veteres tellure recludit. Idem. ij. georgico. ingredior ſanctos auſus recludere fontes. Idem pri. ęnei. ſuccinctã pharetra maculoſę tegmine lyncis. Idẽ in eodem: virginibus tyrijs mos eſt geſtare pharetram. Idem in moreto: ſolicitaq; manu tenebras explorat inertes. Idem in. v. æneidos: & inhorruit vnda tenebris. in prioribus enim exemplis l. & . r. liquidę ſunt: in poſterioribus vero vim ſuam retinent. In diuerſis quoque dictionibus eadem eſt obſeruatio. Verg. pri. æneid. vinclis & carcere frenat. vbi. r. liquida eſt. Idem in pri. georgico. tribulaque trahæque & iniquo pondere raſtri. vbi. r. vim ſuam retinet. ¶ Liqueſcit quoque. m. tertio liqueſcentię modo: quemadmodum paulo ante diximus, atq; e ueſtigio dicemus idq; frequenter: raro tamen ſecundo liqueſcentiæ modo, quemadmodum cum ponitur ante. n. vt apud Sidoniũ Georgio Merula interprete: dulcia mnemoſine demirans carmina ſapphus. vbi. m. liqueſcit. vim tamen ſuam apud Catull. retinet in hendecaſyllabo phaleutico: dulce mnemoſynõ mei ſodalis. vim quoque ſuam amittit in eadem dictione. Oui. v. faſt. diſſenſere deæ, quarum polymneia cœpit. & Hora. in. j. carmi. euterpe cohibet: neque polymneia. vbi ratione carminis aſclepiadei quinque ſyllabarum eſt polymneia. Sunt, qui dicãt polyhymnia illis in locis legendum eſſe. vt ratio carminis ſtare poſſit. ſed hi non vident quod cum polymneia per ei. diphthongon in penultima ſcribatur, vterque autor diphthõgon ſoluit, qđ plerumq; in huiuſmodi dictionibus fieri conſueuit. vt calliopeia. penelopeia pro penelopia. vim quoque ſuam retinet. t. literę ſubiecta apud Ouid. xj. metamor. cũq; choro meliore ſui vineta tmoli. Idem in. vj. deſeruere ſui nymphæ vineta tmoli. vbi pleriq; legunt timoli ſed mendoſe: niſi forte eo modo dicamus pro tmolus timolus, quo pro mna mina dicunt latini. N. quoque (quãquã raro) liqueſcit in eadem dictione apud Mart. delectat marium ſi pernicioſus ichneumon. Sillius quoque italicus: nonnunquã affirmat terapnęis ilion armis. In diuerſis quoq; dictionibus. vt Ouid. x. metamor. piſcoſamq; gnidon, grauidamq; amathunta metallis. apud eundem tamen vim ſuã retinet in epiſtola paridis: rure terapnęo nata puella phrygen. ¶ S. præterea liqueſcit tertio liqueſcentiæ modo apud antiquiores frequentius. vt apud Ennium: egregie cordatus homo catus ælius ſextus. Idem in alio loco: oua parire ſolet pennis genus condecoratum. In ælius enim & genus. s. litera expungitur. Seculum tamen eruditius non vtitur hac licentia, niſi pauci admodũ antiquitatis amatores. vt Lucre. arboribus veteres decidere falcibus ramos. falcibus enim dactilus eſt. s. litera extrita. hac eadem licentia Cicero frequenter vtitur in arato: in quo operę maiorem in modum antiquitatis affectator deprehenditur. Verg. adhuc audacius fecit in illo verſu: inter ſe coijſſe viros, & decernere ferro. neque enim. s. literam extriuit tantum: ſed & vocalem illi adhærentem. Idem in. ix. æneid. & pręceps animi timarus & mauortius hemõ. Sũt qui carmina illa aliter legant, ne Verg. tantæ nouitatis autorem eſſe putent. Liqueſcit quoq;. s. ſecundo liqueſcẽtię modo in principio dictionũ ſequẽti muta ſola, vel muta cum liquida. Hora. pri. ſer. ignoſcent ſi quid peccauero ſtultus amici. Idem in eodẽ: linquimus in ſani ridentis pręmia ſcribę. & alio in loco: ſi quod ſit vitium non faſtidire ſtrabonem. Sequenti quoque. m. liqueſcit. vt apud Lucan. in. x. terga ſedent crebro maculis diſtincta ſmaragdo. & Tibul. lib. ij. o pereat qui cũq; legit virideſque ſmaragdos. ¶ Dictio vocali. Hoc eſt quartum fundamentum, ꝙ in partes duas diuiditur. Prima eſt, ꝙ ſi in carmine dictio finitur in. m. ſequiturq; altera dictio incipiens a vocali, ne incurramus in metaciſmũ, qui eſt Barbariſmi ſpecies, abijcimus. m. cũ vocali illi adhęrẽte. Ver. i. ęñ. venturũ excidio libyę: ſic voluere parcas. vbi. um. ſyllaba diſpũcta ſcãdimus. vẽtur excidi o libyę. q̃ figura ecthlipſis d'r. eſtq; metaplaſmi ſpecies. Altera pars fundamẽti eſt, ꝙ ſi dictio finitur in vocali, ſeqturq; altera dictio incipiens item a vocali, abijcitur vocalis illa prior: ne pronuntiationem. ſ. hiulcam faciamus. Verg. pri. ęñ. cum Iuno ęternum ſeruans ſub pectore vulnus. vbi. o. vocali extrita dicimus. Cum Iun. ęternum ſeruans. hęc figura ſynalœpha d'r, quæ etiã eſt metaplaſmi ſpecies. Fit ecthlipſis & ſynalœpha ex fine verſus præcedentis, & ex initio ſequentis. Verg. ij. geor. aut dulcis muſti Vulcano decoquit humorem. & folijs vndã tepidi deſpumat aheni. Idem in eodem: inſeritur vero ex fœtu nucis arbutus horrida, & ſteriles platani malos geſſere valentes. Hora. quoque in. j. carmi. cũ in fine verſus feciſſet ſynalœphã, ex ſequenti verſu ſyllabam mutuatus eſt dicens: labitur ripa ioue non ꝓbante vxorius amnis. eſt enim illud carmen ſaphicũ, hoc vero adonicũ. Apud antiquiſſimos autores m. ſequente vocali non obijciebatur aliqñ. Ennius: inſignita forẽt tũ millia militũ octo. & Priſc. imperihegeſi ex Dionyſio: & forma contra poſitarũ imagine coni. Iuu. quoq;, qđ apud autores adeo rarum eſt, etiam. m. ꝓduxit in fine dicẽs: viuendum eſt recte: tũ propter plurima: tũ his ꝓcipue cauſis. Poteſt tñ excuſari, qđ aſpiratio aliqñ habet vim conſonantis. vt apud Verg. pri. æneid. poſt habita coluiſſe ſamo: hic illius arma. Eſt quãdo non fit ſynalœpha, etiam ſi poſt dictionẽ in vocali finitã ſequat dictio incipiẽs ab altera vocali. Q đ ſi vocalis illa prior fuerit lõga, breuiat rõne vocalis ſeqntis. Ver. in bu. & lõgũ formoſũ vale vale, inquit, Iolla. nã & ſi ſcđm vale vltimã ꝓducat, ratione tñ ſeqntis vocalis illo in loco breuiatur. Idẽ. v. æñ. victor apud rapidum ſimoenta ſub ilio alto. & in buc. credim⁹: an qui amãt ipſi ſibi ſõnia fingũt. Idẽ in eodẽ ope: te corydõ o alexi, trahit ſua quęq; voluptas. vbi o particula breuiat rõne vocalis ſeqũẽtis, cũ alias longa reperiatur vocali etiã ſequẽte. Hora. i. car. o & præſidium & dulce decus meum. & Ouid. in epiſt. penelo. o vtinam tunc cum lacedæmona claſſe petebat. Si vero vocalis ſyllabę præcedentis fuerit breuis, raro fit vt expungatur. vt apud Ouidium ſecũdo faſt. thure vacent arę: ſtent ſine igne foci. niſi quiſpiam fortaſſe legat ſtentq; ſine igne foci.

Syllaba,quã ſcribis diphthongo,longa notetur:
Quod ſi vocalis ſequitur,breuiabis eandem,
Siue breuis ſeu longa tibi vocalis habetur:
Porrectam dices,ſi duplex conſona ſubſit.
Hæc tria ſint elementa tibi geminantia vires,
Zeta valet ſigma cum delta:xi.cappa,ſigma,
Atq; duas inter vocales iota repertum
Pro duplici numera,mõ ſit tibi dictio ſimplex.
Syllaba ſi breuis eſt natura,& muta ſequatur
Cum liquida,ſemper breuiabit ſermo ſolutus,
At carmen poterit producere ſeu breuiare,
Si poſt vocalem vocalis & altera ſubſit:

¶Syllaba,quã ſcribis. Prima regula de quantitate ſyllabarum eſt:ꝙ ſyllaba,quæ ſcribitur diphthongo,eſt lõga. Meminiſſe autem hic debes,quod lib.iij.ſcriptum eſt,ſex eſſe diphthongos in vſu apud latinos.ae au.ei.eu.yi.oe. Animaduertendum tamen eſt non ſemper vocales illas,ex quibus diphthongus coaleſcit, diphthongo conglutinari:quin potius in multis dictionibus ſolutæ reperiuntur.ae.vt in his dictionibus paſiphae.phaeton.danae.aer. Nam paſiphae,tetraſyllabum eſſe tum ratio demonſtrat:quoniam a gręcis per.ae.ſolutas ſcribitur:tum poetarum verſus. Phaeton quoque & danae ſemper triſyllaba reperiuntur. Martia.lib.v.deucalion:aut,ſi non placet,hic phaeton. Idem alio in loco: quid tibi vis dipyron,qui phaetonta facis? vtrobique enim eſt pentametrum elegiacum carmen. Hora.iij.carmi.incluſam danaem turris ahenea.quod eſt carmẽ aſclepiadeum. Iuu. tum ſummus vertitur aer. Q d' vero Manillius in libro Aſtronomico.dixit: phætontem patrio curru per ſigna volantem,atq; ante illum Varro:cum te flagranti deiectum fulmine phaetõ.vt Quintil.lib.pri.ſcribit.vitium eſt,quod græci ſynæreſin vocant:nam ſi eſſet proſa oratio,eaſdem(inquit)literas enuntiare veris ſyllabis liceret,ſicut econtrario per diæreſim. Horat.pri.epiſt.dixit:ſi recte facies: hic murus aheneus eſto.vbi ad ſoluendum diphthongon.h.litera interiecta eſt. Au.præterea non ſemper in diphthongon coit:vt in his dictionibus menelaus.protheſilaus.amphiaraus. Oe.quoq; vt in his poeta,poema. Ei.vero & eu.& yi.in dictionib9 græcis ſemper coeunt. Q d' vero ſubiungitur:præterquã ſi vocalis ſequatur:non vſquequaq; verum eſt:ſed quoties dictio finitur in diphthongon:ſequiturque altera dictio incipiens a vocali:aut in ipſa iunctura dictionis compoſitæ.vt præuro præo. Vergil. iij.æneidos:inſulæ ionio in magno,quas dira celeno. Idem in.vij.ſi ipitibus duritagitur,ſudibus ve præuſtis. Et in.v.nec tota tamen ille prior pręeunte carina.quibus in locis diphthongus quæ alias erat longa,ratione ſequentis vocalis breuiatur. Eſt tamen vbi diphthongus etiam vocali ſequente producitur.vt apud Verg.vij.ęneidos:ardea cruſtumerique:& turrigerę antẽnę. ¶Siue breuis ſeu longa. Secunda regula eſt:ꝙ ſyllaba,ſiue illa ſit in principio,ſiue in medio,ſiue in fine dictionis,quę poſt vocalem duas habet conſonantes,aut plures,aut vnam vim duarum habentem,longa eſt poſitione. Poſitione proprie dicitur ſyllaba produci,quæ cum ſit natura breuis ratione ſequentium duarum,vel plurium conſonantium producitur:vt terra,quoniam a tero dicta eſt:primam debuit breuiare: ſed ratione duplicis.r.eãdem producit,eodem modo gens,quoniam a genere deriuatur:in quo prima eſt breuis:primam quoque debuit breuiare:producit tamen eandem ratione duplicis conſonantis,hoc eſt,ns. Sed quia nondum ſcimus diſtinguere ſyllabam natura longam a ſyllaba natura breui,placuit interim vtrumque confundere:vt etiam quæ longa eſt natura,ſi ſequantur duę conſonantes poſitione,lõga dicatur. Vim autem duarum conſonantium habent tres literæ,x,z.& i.in medio duarum vocalium poſita,nam vt dicũt omnes,qui de orthographia ſcripſerunt.x.litera in compendium.cs.aut.gs.ſucceſſit:& pro eo quod antiquiſſimi ſcribebant pacs legs:ceptum eſt ſcribi pax lex: quorum genitiui pacis & legis idipſum arguunt. ¶Pręterea.z.qua tantum in dictionibus peregrinis vtimur,pro.ſd,aut pro alterutra,aut pro duplici.ſ.ponitur.vt ezras pro eſdras.ſdetus pro zetus.mezentius pro meſdentius.patrizo pro patriſſo ponitur. Vnde & pro eo quod gręci dicunt patrizo pitizo:nos patriſſo & pitiſſo dicimus.I.quoque in medio duarum vocalium poſita pro duplici ponitur:quam etiam vetuſtiſſimi vſque ad Cicero.tempora duplicem ſcripſerunt:quarum prior ad vocalem pręcedentem,poſterior ad ſequentem pertinebat.vt maija,Põpeijus. Quod ſi in principio dictionum tres illę duplices literę ponuntur,pro ſimplicibus habendæ ſunt: neque enim habent vim pręcedentem vocalem producendi. Luca.in.ij.tumidũ ſuper ęquora xerxẽ conſtruxiſſe vias. Verg.iij.æñ.iam medio apparet fluctu nemoroſa zacynthus. Bijugus.a.um. quadrijugus.a.ũ. in quib9,quemadmodum in ſimplici,prima vim habet vnius conſonantis:ita & in compoſitis. Vergil. v.æneid. non tam pręcipites bijugo certamine campum. ¶Deinde regulam limitat dicens:ꝙ ſi poſt ſyllabam natura breuem.&c. Breuis enim ſyllaba dicitur natura:quę ſemper eſt breuis:niſi aliqñ reperiatur in carmine longa poſitione duarũ cõſonãtiũ. Naturale namq;(vt Ariſto.li.ethico.v.ait.)eſt quod ſemper & vbiq; eandem vim habet.vt ignis qui hic & in perſis vrit:natura calidus eſt. Ergo contra naturam ſyllaba breuis producitur,quod vitium ſola carminis licentia excuſare poteſt.atque ideo in proſa oratione ſemper breuis proferenda eſt. Illud quoque notandum eſt,ꝙ de duarum conſonantium ſequella diximus: non ſolum in eadem dictione intelligendum eſſe,verumetiam in diuerſis. Vergilius in bucolicis:terraſque tractuſque maris cælumque profundum. Idem primo georgicorum:tribulaque traheque & iniquo pondere raſtri. Iuuenal.occulta ſpolia & plures de pace triumphos. Q d' ſi aliqua ſyllaba fuerit longa natura,etiam ſi muta cum liquida ſequatur non poteſt eſſe breuis.vt ſaluber ſalubris:october octobris.aratrum aratri. ¶Si poſt vocalem. Tertia regula eſt:ꝙ vocalis ante vocalem in eadem dictione breuis eſt, vt Deus meus.traho veho.quod in dictionibus latinis intelligendum eſſe dicit. Nam in Gręcis & Barbaris hęc regula nõdũ ſatis elucubrata eſt:tentandum tamen eſt illam(quo ad fieri poteſt)explicare.obſeruato in ſe ordine vocalium latinarum. Igitur.a.ante alterum.a.quod in dictionibus gręcis rarum eſt, in Barbaris frequentius,ſemper breuiatur: vt Nauſicaa alcioni filia,Phraates. Abraam.Baal. Vergil.in priape. Nauſicaam pleno ſępe tuliſſe ſinu. Martialis: ſi mihi Nauſicaa patrios donauerit hortos. Hora.primo epiſt.ius imperiumq; Phraates Cæſaris accepit. Sedul.in paſchal.nũc coluere Baal,nũc elegere Barabbam. A.ante.e.cum in diphthongon non coeunt.aliquãdo breuis eſt,vt paſiphae,phaeton:



Illa prior breuis eſt,dum ſint modo verba latina.
Nam græci variant,nec certa lege tenentur.

danae,de quibus ſupra diximus,cum de diphthongis diſſerebamus. Aliquando producitur,vt aer laertes: Michael. Iuuenalis: tunc ſummus vertitur aer. Ouidius in epiſtola penelo.:reſpice laertem vt iam ſua lumina condat. Flaccus in argo. hoc & odoratus flagranti crine Michael. ¶A.ante.i.plerumque producitur.vt thais.lais. nais. taigeta. Martia.thaida Quintus amat:quã thaida? thaida luſcam. Proper. non ita complebant ephireæ laidos ędes. Verglius.in buc.ecce ferunt nymphę calathis tibi candida nais. Idem ſecundo geor.ſperchiuſque & virginibus bacchata lacenis taigeta. Et quoties.ai.diphthõgus gręca ſoluitur a noſtris.vt achaia.pãchaia. Ouidi9 in epiſt.paridis:Ah quoties dices: quã pauper achaia noſtra eſt. Vergil.ſecundo georgico.totaq; thuriferis panchaia pinguis arenis. In dictionibus quoq; latinis.a.ante.i.producitur eadem ratione:quia.æ.diphthongus ſoluitur in.ai.diphthongon gręcam,vt aulai.aurai.pictai. Vergilius tertio æneidos:Aulai in medio libabant pocula bacchi. Idem in ſexto:ęthereum ſenſum,atq; aurai ſimplicis ignem. Idem in nono: diues equum: diues pictai veſtis & auri. Breuiant vero caicus. caiſtrus.caialis. ſais. Vergilius primo georgicorum: duplicibus in ſtagnis rimantur prata caiſtri. Idem in quarto: ſaxoſumque ſonans hipanis miſſuſque caicus. Ouid.vj.meta.implumes pueri calais,zetuſq; fuerunt. Proper.lib.ij.mercurioq; ſais fertur babeidos vndis. Barbara quoque inuenio ſemper noſtros breuiaſſe.vt Caiphas,Caim,Naim. ¶A.ante.o.producitur,vt aon aonis.amithaõ.onis.machaõ.chaon.didymaon.imaõ.parthaon.lycaon. Verg.in buc.aonos in montes vt duxerit vna ſororũ. Idem.iij.geor.phyllirides chiron amithaoniuſque melampus. Idem.ij.æneid.pelideſque neoptolemus,primuſq; machaon. Idem in.v.& clypeum offerri iuſſit didymaonis artes. Idem in.x.audijt ille deus,dum texit imaona aleſus. Ouid.ix.met. accipe me generum,dixi parthaone nate. Idem in pri.eiuſdem.ſtruxerit,inſidias notus feritate lycaon. & a laos compoſita.vt laocoon.laodomia,laomedon. Verg.ij.æñ.laocoon ardens ſumma decurrit ab arce. Idem in.vj.euadnemq; & paſiphaem:his laodomia. Idẽ in.iiij. laomedonteę ſentis periuria gentis? Pharaon quoque noſtri produxerunt.vt Arator.nec iam ſua iura Pharaõ ægyptuſq; tenet.e diuerſo Sedulius breuiauit gabaon in paſchali dicens:ſol ſtetit ab gabaon. Chaos quoq; & phaon breuiant. Verg.iiij.georgi. atque chaos denſos diuum numerabat amores. Ouid.in epiſt.ſapphus:arua phaõ celebrat diuerſa typhoidos etnæ. ¶A.ante.u.ſi non coeat in diphthongon ſemper producitur,vt amphiaraus:& a laus compoſita protheſilaus,menelaus,archelaus. Ouid.iij.de ponto.notus humo merſis amphiaraus erat. Idem in epiſt. laodomiæ:bella gerant alij,protheſilaus amet. Idem in epiſt. Enones:ardet amore tui, ſic & menelaon amauit. ¶E.ante.a.in dictionibus græcis,quæ per.ei.diphthongon ſcribuntur,atque apud nos mutant.ei. in.e.longum,producitur ſemper.vt ęneias ęneas.cythereia cytherea,deiopeia deiopea,penelopeia penelopea,calliopeia calliopea,medeia medea.galatheia galathea.amaltheia amalthea.alexandreia alexandrea.plateia platea.choreia chorea,maleia malea. Vergi.primo æneidos:At pius æneas per noctem plurima voluẽs. Idem in eodem.parce metu cytherea:manẽt immota tuorum. Idem in eodem:quarũ quę forma pulcherrima deiopeia. Idem in priapeia:mens erat in cuno penelopea tuo. Idem in Bucol.orphei calliopea lino formoſus Apollo. Idem in eodem opere:nerine Galathea thymo mihi dulcior hyblę. Ouidi.in epiſt.hipſyphiles:Medeę medea forem:quod ſi quis ab alto. Tibul.li.iij.quicquid amalthea,quicquid marpeſia dixit. Hora.iiij.carmin.portus alexãdrea ſupplex. Platea,chorea,malea tametſi apud græcos per.ei.diphthõgon ſcribuntur aliquãdo breuiant.e.ante.a. Hora.ij.epiſt.purę ſint plateę. Verg.vj.æñ. pars pedibus plaudunt choreas,& carmina dicunt. Idem in.v.ionioque mari,maleęque ſequacibus vndis. Longæ etiam reperiuntur,vt apud Ouid.viij.meta.immemores noſtri feſtas duxere choreas. Luc.in.vj.& ratibus longe flexi.donare maleæ. Quæ vero apud græcos per.e.pſilon ſcribuntur breuiant.e.ante.a.vt theatrum,boreas,artocreas.baleares. Verg.pri.æñ.hic portus alij effodiunt,hic alta theatri. Idem in bucol.hic tantũ boreę curamus frigora,quantum. Perſius:oleum artocreaſque popello. Ver.pri.geor. ſtupea torquentem balearis verbera fune. ¶E.ante.e.breuiatur.vt nemee.es.leena.æ.ſed de nemees literatura alio inquirem9 loco. Verg.in bucol.torualeęna lupum ſequitur. Aeęe.circęe.& Neſęe.nympha diphthõgon ꝓducuntur. ¶E.ante.i.in dictionibus,in quibus.ei.diphthongus græca ſoluitur a noſtris.ſemper eſt longa.vt Baccheius. Priameius,Phineius,Perſeius,Theſeius,Cybelleius,Cythereius,Pegaſeius,et huiuſmodi poſſeſſiua: Verg.ij.geor.quid memorandum æque Baccheia dona tulerunt? Idẽ in.iij.æñ.o fœlix vna ante alias Priameia virgo. Idem in eodem:harpyiæq;,colunt aliæq; phineia poſtquã. Ouid.v.metamor. ſternitur & menaleus perſeia caſtra ſequutus. Idem.xv.flenti theſeius heros ſiſte modum dixit. Idem in.x.ſiquidem cibeleus atys. Idem in.xiiij.tempeſtiuus erat cælo cythereius heros. Perſius:cantare credas pegaſeium melos. Idem quoque de illis dicendum deiopeia,deiphobe,deiphobus,deidamia.deianira. Vergilius primo æñ.quarum quæ forma pulcherrima deiopeia. Idem in.vj.deiphobe glauci fatur quę talia regi. Idem in eodem:deiphobe armipotens genus alto a ſanguine. Papin. in achil.ſemper deidamiæ primam produxit. Ouid.in epiſt.deianiræ:impia quid dubitas deianira mori? Eadẽ quoq; ratione echeneis piſculus,qui a latinis d'r remora remorę,penultimam produxit. Luca.in.vj.in medijs echeneis aquis. Franciſcus Philelphus putat legendum eſſe in medijs olechinus aquis. ¶E.ante.o.breuiatur in dictionibus,quę per.e.pſilon ſcribuntur:vt Theodorus,Cleopatra,Neoptolemus. Iuuen.lautorum pueros artem ſcindens Theodori. Mart.nec tibi regali placeas cleopatra ſepulchro. Quę vero per.e. longum ſcribuntur,producunt. vt eous eoa eoum. Verg.pri.æñ.eoaſque acies & nigri mennonis arma. ¶E.ante.u.breuiatur: vt Creuſa, Tartareus. Verg.i.æñ.lachrymas dilectæ pelle creuſę. Idem in.vj.hinc via tartarei,quæ fert acherontis ad vndas. Quæ vero apud græcos per.ei.dipthõgon ſcribuntur,quam nos in.e.vertimus,producunt:vt Alpheus,Spondeus,Choreus. Papi.ſicanius longe relegens alpheus amore. Ruffinus:ſpondeuſque grauis numeroque aptiſſime pęon. ¶I.ante.a.variam habet rationem:nam que a gręcis per.i.iota ſcribuntur,apud nos breuiant:vt Sophia,Philoſophia,Tragœdia,Comœdia,Elegia,Symphonia. Mart.hic pius antiſtes Sophię ſua dona miniſtret. Idem in alio loco. Cum tibi ſit Sophię par fama & cura deorum. Verg.in cyri:florentis Sophiæ virides complectitur hortos.atque eadem ratione contra multorum vſum Philoſophia penultimã breuiat. Hora.Effutire leues indigna tragœdia verſus. Idẽ:interdũ tamen & voces comœdia tollit. Idem:vt gratas inter menſas ſymphonia diſcors. Ouid.flebilis indignos elegia ſolue capillos. Maria quoque nomen proprium diuę Chriſti Ieſu genitricis ex literatura gręca breuiat penultimam:quia per.i,

iota ſcribitur.Claudianus de nuptijs honorij:præparat & pulchros Mariæ ſed luce minores.Sedulius quo
que in paſchali:quis fuit ille nitor Mariæ,cũ Chriſtus ab aluo proceſſit: Idem tamẽ alijs in locis ꝓduxit.
Cõpoſita quocꝫ ab archia.vt Monarchia.Tetrarchia.Toparchia.Hierarchia.& inde deriuatũ Archias
poeta,quẽ Cice.defendit.& a machia.vt Naumachia.Batrachomyomachia.Gigantomachia.& a graphia,
vt Orthographia Coſmographia.Chronographia.Pſeudographia.& a logia.vt Theologia.Aſtrologia.
Aetymologia.Acyrologia.Philologia.& a nomia.vt Aſtronomia.Antinomia.Chironomia.multa quo
que alia,quæ vulgo in penultima acuto accentu ꝓferũtur.vt Melãcholia. Agonia.Chirurgia.Vſia.Produ
cũt vero,q̃ apd̃ græcos ꝑ.ei.diphth.ſcribũtur.vt Argia.Hippodamia.Deidamia.Laodamia.Lãgia.Lãpia.
Lebadia.Thalia.Papin.xij.thebai.q̃rit inops argia vias.Prop.ꝙ ſi dotatæ regnũ vetꝰ Hippodamiæ.Papi.
in achil'.Deidamia dolos.Verg.vi.æ̃n.his Laodamia it comes.Papi.ij.thebai.culta ferũt quos pigra vado
lãgia tacẽti.Idẽ in.iiij.pene ſoceri,cãdẽſcꝫ iugis lãpia niuoſis.Idem in.vij.in valles lebadia tuas.Ver.in buc.
nr̃a necꝫ erubuit ſyluas habitare thalia.Eadẽ q̃cꝫ rõne dicimꝰ Magia.Pædia.Mœchia.Angaria.Laria.Ido
lolatria.Dulia.Hyꝑdulia.Eugenia.Hermenia.¶I.ãte.e.parti breuis eſt.vt Hiera.Hyena.Ver.ix.æ̃n.q̃ſiouis
eduxit luco ſylueſtris Hiera.Oui.xv.meta.paſſa marẽ nũc eſſe marẽ miremur hyenã.Partim ꝓducunt.vt
Pierꝰ.Pierides.Oui.v.me.Pierꝰ has genuit.Ver.in buc.Pergite pierides.¶I.ante.o.ꝓducitur in dictiõibꝰ
quæ ꝑ.ei.dipth.a græcis ſcribũtur.vt Ariõ.Amphion.Clio.Hyperion.Ixiõ.Oriõ.Pãdiõ.Echiõ.Io.Verg.
in buc.Orpheus in ſyluis inter delphinas Arion.Idem in eodẽ ope:Amphiõ dirceus in actæo Aracintho.
Oui.pri.de arte:nec mihi ſunt viſæ clio,cliuſque ſorores.Idẽ.j.faſt.placeat equo perſis radijs hyperiõa cin
ctũ.Idẽ.xij.metamor.duxerat hippodamen audaci Ixione natus.Ver.pri.æ̃n.cum ſubito aſſurgens fluctu
nymboſus Oriõ.Oarion tñ pro eodem breuiauit Catullus dicẽs:ꝓximus hydrochoi fulgeret oariõ.Oui.
vi.meta.hic dolor ante diẽ pãdiona miſit ad vmbras.Idem in.ij.eiuſdem:quincꝫ ſupſtitibus,quorum fuit
vnus Echiõ.Idem in pri.cõſtiterat quocũcꝫ loco,ſpectabat ad Io.Enyo quoque martis ſoror produxit
Mart.cũ dubitaret adhuc belli ciuilis Enyo.Quæ vero ꝑ.i.iota ſcribũtur,breuiant.vt iolas.dione.Verg.
in buc.phyllida mitte mihi:meus eſt natalis iola.Idẽ in eodẽ ope.ecce dionei proceſsit cæſaris aſtrũ.¶I.ãte
u.in dictionibus,q̃ apd̃ græcos ꝑ.ei.diphthõgõ ſcribũtur,lõga eſt.vt Sperchius.lycius.arius bacchius.Ver.
ij.geor.ſperchiuſque & virginibus bacchata lacænis.Papi.tẽpla lyciæ dabis & ditia dona ſacratis.Lucan.
in.iij.hinc fortis arius.Ruffinꝰ:principiũ bacchius erit:concludet iãbus.a trophiũ quoque & polliũ cõpo
ſita.vt Periſterotrophiũ.Orphanotrophiũ.Miropoliũ.Ichthiopoliũ.Xenodochiũ quoque pro hoſpitio,
quia ꝑ.ei.diphthongõ apd̃ græcos ſcribitur.Hac eadẽ rõne dius diadiũ a dia inſula producit.i.Breuiant
vero,quæ apd̃ illos ꝑ.i.iota ſcribũtur.vt Archadius.Bœotius.Chius inſula.Luc.in.viij.quas a ſine cautes,
& quas chius aſꝑat vndas.Hor.i.epiſt.q̃d tibi viſa chius bullati,notaque lesbos.Poſseſsiuũ vero cãdẽ ꝓ
ducit.Idẽ in.ij.ſer.Cecuba vina ferẽs,alchõ chiũ maris exꝑs.Mart.Chia ſeni ſitis Bacchos quã Setia miſit.
Illa quoque breuiant,in quibꝰ ſupra dictũ eſt.ei.diphthongon aliq̃n ſolui.vt Baccheius.Priameius.Ene
ius.Theſeius.Ephireius.quæ quidẽ diphthongus aliquãdo etiã in.æ.diphthõgõ vertit.vt Theſæus.Ephi
ræus.Ouid.vij.meta.ſoluere deſierat theſæa laude tributũ.Prop.non ita cõplebãt ephyræ laidos ædes.
¶O.ante.a.in dictionibus,q̃ a græcis ꝑ.o.micron ſcribũtur,breuiat vt oaxes.coaſpes.coaſtre.thoas.Ver.
in buco.pars ſcythiam:& rapidum cretæ veniemꝰ oaxem.Proper.in.iiij.vel regia lympha coaſpes.Luca.in
iij.æthera tangẽtes ſyluas liquere coaſtre.Ouid.xiij.metamor.hypſiphiles patria claricꝫ thoãtis.Quæ
vero ꝑ o mega ſcribuntur,producunt.vt troas troadis.Ver.v.æ̃n.at procul in ſola ſecretæ troades acta.Ioã
nes hac rõne primã ꝓducit:quẽadmodũ Iuuẽcus ſemp.Sidonius tñ apollinaris breuiauit dicẽs:quã nũc
Helias,nunc te iubet ire Ioannes.hymnographus quoque:ſolue polluti labij reatũ ſancte Ioannes.ſed hi
nulla rõne defendi poſſunt.¶O.ante.e.ſi ꝑ o mega ſcribitur a græcis,longa eſt.vt typhoeus.aloeus.necꝫ
enim per.œ.diphthongõ in penultima ſcribitur typhoeus,vt quidã putauerunt:ſed per eus diphthõgõ in
fine,& per o mega in penultima:q̃ cum.e.non poteſt in dipthõgõ coaleſcere.Luca.in.v.cõditus inarimes
æterna mole typhoeus.neque obſtat cũ Ver.li.ix.æ̃n.dixit:inarimæ Iouis imperijs impoſta typhœo.Nã ſy
neræſis eſt frequẽter in illo loco recepta.Qđ ſi quis eſt qui græcæ literaturæ non credit,ſaltem Ouid.verſ
ſu illo conuincetur,qui in pri.faſt.ſcribitur:quas quoties perflat,ſpirare typhoea credas.Nullũ.n.nomen
ſecũdæ declinationis mittit acc̃m in.a.niſi in eus diphthongõ terminetur.De aloeo nemo vnq̃ dubitauit,
quin ꝑ o lõgũ in penultima:& ꝑ eus diphthõgõ in vltima ſcribatᷣ.Luca.in.vi.impius hãc prolẽ ſuperis im
miſit aloeus.Boetia quomodo a latinis ſcribi debeat:noſtri ſeculi docti quidam homines dubitant:nam
cum a græcis per.oi.diphthongon ſcribatur,quæ apud nos in.œ.diphthongon verti conſueuit:bœotia
poſt.œ.dipthongon o mega,hoc eſt,lõga ſubiecta:non boetia o & e ſolutis proferenda eſt.Quod ſi quis
dixerit diphthongon oi ſolui in oe,quod quidam etiam in euboia fecerunt oi diphthongon in oe ſolutas
conuerſa ſcribentes,atque proferentes euboea quatuor ſyllabarum,eſto concedamus illis hoc:ſed quali
centia diſpunxerunt alterum.o:pro bœotia boetia dicẽtes? Si vero o micron a græcis ſcribatur ante.e.bre
uiatur.vt ſimoentis pyroentis obliqui ab eo quod ſimois & pyrois.Verg.pri.æneid.alma Venus phrygij
genuit ſimoentis ad vndã.Flaccus.v.argonauti.& formidantem patrios pyroenta dolores.¶O.ante.i.ea
dem ratione ſequitur:nã quæ per o mega ſcribuntur producunt.vt Zoilus.Troilus.Lagois.Mart.Zoilꝰ
ægrotat,faciũt hanc ſtragula febrẽ.Ver.pri.æ̃n.parte alia fugiens amiſſis troilus armis.Iuu.ſtoicus occidit
Barean delator amicũ.Hor.ij.ſer.nec ſcarus,aut poterit peregrina iuuare lagois.Quæ vero per o micron
ſcribuntur,breuiant.vt ſimois,pyrois.Troia vero & Euboia in quibus a latinis oi diphthongus ſoluitur
o producunt ratione.i.quod habet vim duplicis conſonantis,quoties inter duas vocales ponitur in dictio
nibus latinis,& in quibuſdam græcis.vt Verg.iiij.æ̃n.Troia per vndoſum peteretur claſſibus æquor.vbi
troia duarum ſyllabarũ eſt,quia.i.conſonans.Poſſeſſiuum vero troius troia troium:tametſi triſyllabum
ſit,atcꝫ ꝑ.i.vocalẽ ſcribatur,primã producit:quoniã a græcis per o mega ſcribitur.Verg.pri.æ̃n.armaque
fixit Troia nũc placida cõpoſtus pace quieſcit.¶O.ante.o.breuis eſt.vt laocoon.hippocoon.demophoon.
bootes.Verg.ij.æ̃n.laocoon ardens ſumma decurrit ab vrce.Idem in.v.hirtacide primus locus exit hip
pocoõtis.Idem pri.geor.nõ obſcura cadens mittet tibi ſigna bootes.Ouid.in epiſt.phyllidis:hoſpita de
mophoõ tua te rhedopeia phyllis.¶O.ãte.u.in dictiõibus quæ per o mega ſcribuntur,qualia ſunt poſſeſ
ſiua in ous ea oum.finita ꝓducitur.vt argous.a.ũ.cous.a.ũ.ſardous.a.ũ.herous.a.ũ.eous.a.ũ.eadẽ quocꝫ
rõne acheloꝰ penultimã ꝓduxit.Papi.li.vij.theb.Inachus ante retro,noſtercꝫ achelous abibit.Quæ vero
per o micron ſcribuntur,breuiant.vt alcinous.antinous.¶V.ante reliquas vocales rara eſt apud græcos:
ſi tamen vſpiam reperiatur,quia per diphthongon ab illis ſcribitur,longa eſt.



¶Fio diſſyllabũ.Ex dictionibus latinis fio cũ eſt diſſyllabũ.producit vocalẽ ante vocalẽ ſeq̃ntẽ:nã cũ plu
rium ſyllabarum eſt,breuiat.Iuue.nã tu us endymion dilectæ fiet adulter.Idẽ:liceat modo viuere fient:fiet
iſta palã.Perſius:cras fiet hoc,idem cras fiet.Genitiui quoque & datiui numeri ſingularis quintæ declina
tionis.e.ante.i.finalẽ producunt.vt dies diei.progenies progeniei.Verg.in viro bono:omnia quã ſecũre
putauerit acta diei.Excipiũtur huius ordinis tria noĩa,q̃ ijſdẽ in caſibꝰ.e.ante.i.breuiãt.ea ſunt.res rei.ſpes

Fio producit diſſyllabum.Et genitiui
Longa penultima ſit quintæ:cui iunge datiuũ.
Sed breuiant tantum tria,reſcꝫ,ſpeſcꝫ,fideſcꝫ.
Si gtũs erit,quem dat pronomen in.ius.
Seu nomen,longam poteris proferre breuẽcꝫ.
Corripit alterius:ſemper producit alius.
E.de.præ.ſe.di.componens non breuiabis.
Sed breuiant,ſi vocalis ſubit,atque diſertus.
Tenditur.a.noſtrum:ſed græcis.a.breuiatur.
Re.breuiat ſemper,niſi duplex conſona ſubſit.
Reffert ꝑ res fert,ſeu diſtat porrige ſemper.

ſpei.fides fidei.Octo quocꝫ noĩa primæ & ſe
cundæ declinationis noĩm cũ ſuis cõpoſitis q̃
mittũt gtũm in.ius.& dtũm in.i.Et tria pro
nomina ſecũdæ pronominũ declinatiõis,hoc
eſt,iſte.iſta iſtud iſtius iſti.ille illa illud illiꝰ,
illi.ipſe ipſa ipſum,ipſius,ipſi.in gtõ hñt.i.an
te.u.indifferentẽ.¶E.de.præ.ſe.di.Quarta re
gula eſt,ꝙ hæ ꝓpoſitiones cũ veniunt in com
poſitione,producuntur.vt eligo.is.educo.is.
deligo deligis.dedo dedis.deduco.is.præpo
no.is.prædico.is.ꝓbeo.es.ſeligo.is.ſeduco.is.
ſeparo.ras.diligo.is.diluo.is.dijudico.as.Qđ
ſi vocalis ſequatur breuiant:vt deorſum:qđ
ex de & orſum cõponitur.dehiſco quod ex
de & hiſco.cis.dehinc qđ ex de & hinc.Veri
iiij.æ̃n.ſed mihi vel tellus optem prius ĩma de
hiſcat.Idẽ.ij.æ̃n.dona dehinc auro grauia ſe
ctoque elephanto.Præuro.is.idem.vij.æ̃n.ſtipitibus duris agitur ſudibus vepræuſtis.Seorſum.idẽ in eſt
& nõ:Alterutro:pariter nonnuncꝫ,ſæpe ſeorſis.¶A di.quoque cõpoſita duo breuiant:dirimo.is.& diſer
tus.a.um.Quod tametſi a diſſero.ris.deriuatur,altero.ſ.ſtricto primam breuiauit.Oui.pri.meta.hanc deꝰ
& litem melior natura diremit.Hora.in epiſt.fœcũdi calices quẽ non fecere diſertum:Illud quoque hoc
in loco notandum:ꝙ ſi.de.præpoſitio componatur cũ dictiõe incipienti a vocali,præterquã quod diximus
breuiari,aliquando etiam reperitur produci.Hora.in arte poe.cogitat vt dehinc ſpecioſa miracula promat.
Papi.xi.thebai.deeſt ſeruitio plæbes.Aliq̃n fit ſynæreſis ſiue colliſio:vt Verg.in buc.incipe Dameta tu
dein ſequere Menalca.Idem in eodem opere:vir gregis ipſe caper deerrauerat:hic ego daphnim.Idem.vij.
æneid.diuitis vber agri troiæ vt opulenta deerit.Aliq̃n expungitur vocalis a qua dictio cum qua compõ
nitur,incipit.vt debeo a de & habeo.debilis a de & habilis.dego a de & ago.demo a de & emo.¶Ten
ditur.a.noſtrum.Qđ a præpoſitio latina in compoſitione producit:vt amens,quod a mente deſciſcat.a
uius.a.um.quod a via declinet.Ver.iiij.æ̃n.iſque amens animi & rubore accenſus amaro.Idem.ij.georg.
Auia tũc reſonant auibus virgulta canoris.ſed a particula græca priuatiua breuiatur.vt atomus.adyta.
orum.Verg.ij.æ̃n.iſque adytis hæc triſtia dicta reportat.¶Re.breuiat ſemper.Quod re in compoſitio
ne breuiatur.vt refero refers.repeto repetis.Quod ſi reffert accipiatur pro eo quod eſt diſtat,producit
tur:quare per duplex.f.ſcribendũ vt producatur poſitione.Producunt vero dictiões in quibus poſt re ſuc
cedunt duæ conſonantes,aut vna vim duarum habens.vt reſpõdeo reſpõdes.reſcribo reſcribis.reijcio.cis.
reieci.Nã cũ re præpoſitio natura breuis ſit.ſi vſpiam in compoſitiõe lõga reperiatur:neceſſe eſt hoc fieri
rõne duarum cõſonantiũ:aut vnius vim duarum habentis.Sed cum ſupra diximus.i.cõſonantẽ in prin
cipio dictionum pro ſimplici poni:idque etiam in cõpoſitis debere obſeruari:in hoc verbo reijcio aliq̃n ha
bet vim duplicis conſonantis:aliq̃n ſimplicis.Duplicis:vt apud Vergi.iij.geor.reijce ne maculis infuſcet
vellera pullis.Idem.v.æ̃n.hæc fatus:duplicem ex humeris reiecit amictum.Papi.vi.thebai.& patria vigil
arte lacon,hos reijcit ictus.Simplicis,vt apud Verg.in buc.tityre paſcentes a flumine reijce capellas.vbi te
ſte Serui.reijce ca.proceleumaticus eſt.Papinius libro.iij.thebai.tela manu,reijcitque canes.Vel potius di
cendum eſt.i.conſonantem expungi:quod in hoc verbo ſubijcio reperitur:vt apud Papi.in achille.ſubij
cit gauiſus Vlyſſes.Lucanus in octauo:crine iacet,ſubijcitque facem cõplexa maritũ.Retuli quoque præ
teritum ab eo quod reffero cum lõgum reperitur per duplex.t.ſcribi debet.Horatius ſecũdo epiſto.rettu
lit acceptos regale numiſma Philippos.Propertius:rettulit & querulo iurgia noſtra ſono.Cum vero bre
uiatur per ſimplex.t.ſcribendum eſt:vt apud Sueuium in quodam idyllio:fera prælia bello in perſas re
tulere.Sunt quoque,qui illud Catulli.ſi reditum tetuliſſet is,aut in tempore longo:retuliſſet legant.Ea
dem quoque ratione reffero,cum pro eo quod eſt diſtet accipitur,per duplex.f.ſcribi debet:quoniam pro
duxit primam.Sed,quemadmodum alio in loco diximus,non a re ꝓpoſitione,ſed a res & fero compoſi
tum videtur.relatum in ſupino ab eo quod eſt refero.repperi & reppuli præterita ab eo quod eſt reperio
reperis,& repello repellis cum hoc verbo reduco reducis prima indifferenti reperiũtur.Quare tum ſim
plici,tum geminata conſonante poſt re ſcribi debent.Iuuenalis:dixerit aſtrologus:credent a fonte rela
tum hominis.Lucanus in quarto:denſaturque globus,quantum pede prima relato.Lucretius libro ter
tio:id rurſum cæli relatum templa receptant.Terentius in Phormione:quod ab illo allatum eſt:id ſibi re
latum putet.vbi ratione carminis.l.debere geminari Donatus teſtatur.Luca.reppulit a Lybicis immẽ
ſum ſyrtibus æquor.Tibullus:Nam ciconumque manus aduerſus reppulit vndis.Ouidius in epiſtola
Medeæ:quæque feros reppuli doctis medicantibus ignes.Sillius libro decimo ſexto punicorum:Troiu
genis reppulit pœnos.Propertius:ah pereat,quicunque meracas repperit vuas.Auſonius:atqui condide
rat,poſtquam non repperit aurum,Aptauit collo quem repperit laqueum.Lucretius in primo:reducit Ve
nus reductam Dedala tellus.Horatius ſecundo ſermo.dij tibi dent capta claſſem reducere Troia.Idem in
epiſtola:palma negata macrum donata reducit opimũ.Ver.iiij.æ̃n.eiectã claſſem,ſocioſcꝫ a morte reduxi.
Relliquiæ quoque & relligio,quorũ alterũ a relinquendo,alterum a religando dicitur,in carmine ſemper
producta reperiuntur,quare duplici.l.ſcribenda ſunt.Vergilius primo æneidos:Troas relliquias danaum
atque immitis Achilli.Idem in quarto:relliquias colere,Priami tecta alta manerent.Idem in ſecundo:
relligione patrum multos ſacrata per annos.Idem in eodem:corpora percꝫ domos & relligioſa deorum.

¶Sed pro componens. Qđ hęc ꝓpoſitio pro in compoſitiōe producitur. vt prodo. dis. Breuiant vero, quæ hic excipiuntur. proficiſcor, & ſi Gellius lib. pri. primam dicit habere breuem: longa tamen aliquando reperitur. vt apud Iuuenalem: profectura domo ſicula non mitior aula. Propertius lib. ij. hæc quoque profecto ludabat Iaſone Varro. Vergi. tamē ſeptimo ęneidos breuiauit dicens: Arcades his oris genus a Pallante profectum. Profan9 profana profanū. Verg. vi. procul o procul eſte profani. ¶ Profiteor profiteris. Ouid. de remedio. vtilitas lateat, ꝗ non profitebere fiet. Hora. in arte: inceptis grauib9 plerunque & magna profeſſis. Profor aris. Luca. in nono. hoc ſatis eſt dixiſſe Iouem, ſic ille profatur. Vergi. iiij. ęneidos: & ſic accenſa profatur. Profundo profundis autore Gellio primam indifferentem habet. Catullus: has poſtquam mœſto profundi pectore voces. Sillius libro. xi. punico. impia dementis vulgi, & vix tota profundit. Profundus. da. dum. Vergilius in buco. terraſque tractuſque maris cælumque profundum. Profugus. a. um. Idē pri. ęneid. Italiam fato profugus lauinaq; venit littora. Profugio profugis. Flaccus. vij. argonauticæ: Cōtingat mihi deinde mori. &c. ſic fata profugit. Columella in horto: ſed trepidus profugit chellas & ſpicula phœbus.

Sed pro componens debes producere ſæpe:
His tamen exceptis proficiſcor, ſiue profanus,
Profiteor addatur, ꝓfor. atq; ꝓfundo profundus,
Et ꝓfugus, profugitq; ꝓcella. procuro profeſtus,
Et propero, ꝓnepoſq;. ꝓꝑtius atq; proneptis,
Quæq; pro vox græca componit, corripiantur.
Compoſitum nomen ſi finit parte priori
In iota, aut. o. micron, ſemper breuiabit eaſdem;
Sed producit vbiq;. tibijcen. iungis ibidem.
Omnia præterita profer diſſyllaba longa.
Findo fidi breuiat, ſcindo ſcidi. & dedit a do.
Et bibo dat bibit, fero dat tulit, & ſtetit a ſto.
Sed ſi vocalis præcedit, corripiatur.

¶Procella. æ. Vergi. pri. æneid. ſtridens aquilone procella. & ibidem: creberque procellis Aphricus. ¶ Procuro. as. Ouidi. iij. faſto. riſit & his (inquit) facito m:a tela procures. Vergilius tamē nono æñ. produxit dicens: quod ſupereſt læti bene geſtis corpora rebus procurate viri. & Horat. Hæc ego procurare & idoneus imperor. Profeſtus. a. um. Horatius. ij. ſermo. non ego narrantem temere edi luce profeſta. Propero. as. Vergi. xi. æneid. ne properate meas teucri defendere naues. Ouidius. xi. meta eſt neptunus auus, pronepos ego regis aquarū. Proneptis. Perſius: patruelis nulla proneptis. Propertius. Martialis: accipe facūdi carmen iuuenile Properti. ¶ Quęq; pro vox gręca. Quod pro in cōpoſitione in dictionibus græcis breuiatur. vt propontis. propino. prologus. Lucanus in. ix. Paruo ruat ore propontis. Iuuenalis: quando propinat Virro tibi. ¶Compoſitum nomen. Hæc regula duas continet partes. Prima eſt: qđ dictiones compoſitæ ſiue ſint græcę ſiue latinę terminantes in. i. primam partem compoſitionis breuiant illud. i. vt omnipotens, quod ab omnis & potens componitur. armiger, quod ab armis & gero. & archigenes, quod ab archon. i. princeps, & genes genus, antitheton: quod ab anti contra & theton poſitum. Verg. ij. æneid. Iupiter omnipotens præcibus ſi flecteris vllis. Idem in eodem: armiger autumedon vna omnis ſyria pubes. Iuuenalis: aduocat archigenem, oneroſaque pallia iactat. Perſius: librat in Antithetis doctas poſuiſſe figuras. Altera pars eſt: ꝗ dictiones gręcę terminantes in. o. primam partem compoſitionis breuiant illud. o. vt carpophorus, quod ex carpos & phoros, hoc eſt, ferens fructum componitur. chriſtophorus eodem modo ferens Chriſtum. Democrit9. Demophoon. Iuuenalis: quāquā & carpophoro facies tua computat annos. Idem: perpetuo riſu pulmonem agitare ſolebat Democritus. Ouidius: hoſpita Demophoon tua te rodopeia phyllis. ¶ A priori parte regulæ excipiuntur vbique, & ibidem aduerbia, quorum prius ab vbi & ꝗ: poſterius ab ibi & dem particula componitur. Vergilius ſecundo æneidos: horror vbique animos, ſimul ipſa ſilentia terrent. Idem in primo: voluitur in caput, aſt illam ter fluctus ibidem. Tibijcen quoque quod ex tibijs & cano componitur duabus breuibus per ſynæreſim coeuntibus penultimam producit. Iuuenalis: & lingua & mores & cum tibijcine chordas. Producunt quoque compoſita, quę in priori parte compoſitionis declinantur: vtpleriſque, vtrique, quanticunque, qualicunque. Meridies etiam, quod a medius & dies componitur. d. mutata in. r. antepenultimam producit. Catullus: iube ad te veniam meridiatum. Eſt enim carmen phaleuticum. Aduertendum tamen eſt, quod ſi dictio, cum qua componitur ſemis, a vocali incipiat: per ſynalœphā exteritur. vt ſemuncia, quod a ſemis & vncia. ſem homo, quod a ſemis & homo. ſemuſtus, quod a ſemis & vſtus, Perſius: hæret, vt ſtultus breuis, vt ſemuncia recti. Vergilius octauo ęneidos: ſemihominis caci facies. an potius ſemhominis caci facies: quoniam in compoſitione literę, quę non pronunciantur, etiam nec ſcribuntur. Matricida producit Auſonius dicens: Matricida Nero proprij vim protulit enſis. cur nō & fratricida, quem Prudentius breuiauit, & homicida quem Iuuenalis? ¶Omnia præterita duarum ſyllabarum producunt ex illis priorem. vt feci a facio facis. legi a lego legis. moui a moueo moues. caui a caueo caues. Quamuis enim prima verbi poſitio breuietur, nihilominus in præterito producitur: præterquam in verbis ſex, quæ hic explicantur cum ſuis compoſitis. ea ſunt bibo bibis bibi. adbibo adbibis adbibi. Martialis: dixit, & ardentes auido bibit ore fauillas. Scindo ſcindis ſcidi. abſcindo abſcindis abſcidi. reſcindo reſcindis reſcidi. Papinius octauo theba. oraque pectoraque, & viridem ſcidit horrida veſtem. Lucanus in tertio: qua mare tellurem ſubitis, aut obruit vndis, aut ſcidit. Findo findis fidi. diffindo diffindis diffidi. Vergilius in octauo: & media aduerſi liquefacto tempora plumbo diffidit, ac multa porrectum extendit arena. Do das dedi. reddo reddis reddidi. trado tradis tradidi. Vergilius ſecundo æneidos: inſidiæ iam deiphobi dedit ampla ruinam. Sto ſtas ſteti. obſto obſtas obſtiti. conſto conſtas conſtiti. reſto reſtas reſtiti. Idem in quinto: his magnum alcidem contra ſtetit: his ego ſuetus. Fero fers tuli. circūfero circūfers circūtuli. confero cōfers contuli. Ouidius primo metamorpho. & tulit ad climenem Epaphi conuitia matrem. Iuui quoque præteritum ab eo, quod eſt iuuo iuuas. Catullus ad ortalum breuiauit dicens: non ita me diui vera gemunt iuuerit. Sunt qui legant iuerint, pro iuuerint. Sed huiuſmodi ſyncopes ratio inaudita eſt. Habentia vero vocalem ante vocalem nihil dubium eſt breuiare, vt ruo ruis rui. nuo nuis nui. luo luis lui. Quod ſi



¶ Quod ſi pręteriti. Pręterita geminantia primas ſyllabas (de præteritis pluriū ſyllabarum intelligit, nā de monoſyllabis ſuperius regula tradita eſt: fuerunt autē duo tantū, do dedi & ſto ſteti) omnia in quā illa breuiant vtraſque ſyllabas. vt pario. is. peperi. diſco. is. didici. tundo. is. tutudi. pango. is. pepigi. pungo. is. pupugi. tango. is. tetigi. pello. is. pepuli. tollo. is. tetuli. cano. is. cecini. Si vero poſt ſecundam ſyllabam ſequātur duæ conſonantes, producunt illam, vt mordeo. es. momordi. tondeo. es. totondi. ſpondeo. es. ſpopondi. pendeo. es. pependi. poſco. is. popoſci. parco. is. peperci. pendo. is. pependi. tendo. is. tetendi. fallo. is. fefelli. curro. is. cucurri. Cædo quoque & pedo, tametſi non ſequuntur duę conſonantes, etiam producunt. vt cęcidi, pepedi. Iuu. ebrius & petulans ſi quemquā forte cecidit. Horat. ij. ſer. nam diſploſa ſonat quātum veſica pepedi. In compoſitione quoq; eadem ratio ſeruatur: nam illa quæ primam ſyllabam in compoſitione amittunt, alterā producunt aut breuiant, ſecundum ea quæ dixit. vt fallo. is. fefelli. refello. is. refelli. cedo. is. cecidi. abſcindo. is. abſcidi: pello. is. pepuli. compello. lis. compuli. tundo. dis. tutudi. contundo contundis contudi. Horat. ij. epiſt. duram qui contudit hydram. antiquiores tamen eandem produxerunt. vt Ennius: viroſque valentes contudit crudelis hy[illegible]ms. ¶Lōga ſupina. Supina duarum ſyllabarum producunt ex illis priorem: vt lauo lauas lotum. moueo moues motum. nuo. is. nui. nutum. Breuiant vero eadem ſupina, q̃ hic explicātur cum ſuis compoſitis. Do das datum. reddo. is. redditum. trado. is. traditum. Verg. pri. ęñ. poſt quā introgreſſi & coram data copia fandi. Sto ſtas ſteti ſtatum. Luca. in. x. his aſcripſit aquis quorum ſtata tempora flatus. deriuata quoque eandem legem ſeruant. vt ſtatio. onis. ſtatus. us. ſtatura. ę. Verg. ij. æñ. nunc tantum ſinus & ſtatio maleſida carinis. Ouid. iiij. faſto. hic ſtatus in cælo multos permanſit in annos. ſtaturus tū, hoc eſt participiū futuri in. rus. ſēper producit primā. Luca. in. vi. vnaq; percuſſit pontum ſymplegas inanē. & ſtatura redit. Cōpoſita vero, q̃ mutāt. a. in. i. ſēper breuiāt: q̃ vero non mutāt, ꝓducūt. vt pręſto. as. præſtitum. atum. præſtatus præſtaturus. conſto. as. conſtitum conſtatum conſtaturus. Luca. in. ij. conſtatura fides ſuperum. Cieo. es. vel cio cis ciui citum, aut eſt ſecundæ coniugationis, aut quartę: ſi ſecundę, breuiat: ſi quartę, producit. Ouid. ij. metamor. obuius ire polis: nec te citus auferat axis. Compoſita vero tum breuia, tum producta reperiuntur. vt excio. is. exciui excitum vel excitum. cōcio. is. iui. concitum, vel concitu. accio. is. iui. accitum vel accitū. Papi. iij. thebai. excitus & longā iāpridem indignātia pacē. Ver. iiij. æñ. excitum ruit ad portus & littora complent. Flacc9. v. argo. ipſe autem tantis concita furoribus arma. Verg. pri. æneidos: regius accitu chari genitoris ad vrbem. Sero. is. ſeui. ſatum. & ab eo compoſita, vt conſero. is. conſeui. ſitum. aſſero. is. aſſeui. aſſitum. Verg. in bucol. dulce ſatis humor. Ouid. conſitaq; arboribus lycea reliquerat arua. Sino. is. ſiui. ſitum. & ab eo compoſita deſino. is. deſiui. deſitum. Idem ſecundo metamorphoſis: hic ſitus eſt phaeton currus auriga paterni. Cicero pro Cornelio. ceptum igitur per eos qui volebant deſitum. per hunc qui diſceſſit. Ruo. is. rui. ruitum facit in ſupinis, ſed ab eo compoſita rutū quę omnia breuiant, vt obruo. is. obrutum. diruo. is. dirui. dirutum. eruo. is. erui. erutum. Ouid. in epiſtola penelo. obrutus inſanis eſſet adulter aquis. Idem in eadem: diruta ſunt alijs vni mihi pergama reſtant. Lino. is. lini. vel leui. litum. & ab eo compoſita. vt oblino oblitum. illino illitum. relino relitum. Verg. iiij. georgico. paribus lita corpora guttis. Ouid. in epiſtola canaces: oblitus a dominæ cęde libellus erit. Luca. in. viij. illita tela dolis, nec marte cominus vnquā. Eo. is. iui. itum. & ab eo compoſita. vt pręteteo. is. pręteritum. obeo. is. itum. Ouid. pri. metamor. ſed itum eſt in viſcera terræ. Ver. viij. æñ. o mihi pręteritos referat ſi iupiter annos. Idem. x. morte obita quales fama eſt volitare figuras. Ambio ambis, quod ab am prępoſitione inſeparabili & eo componitur, tum breuiare, tum producere reperitur: nam ambitus ambitus nomen breuiat. Luca. in pri. lætalis ambitus vrbi. Ambitus. a. um. participium producit. vt Vale. v. argo. ambitaq; ſenem promiſſaq; vellera puppi. Ouid. pri. metamor. iuſſit & ambitę circūdare littora terrę. Queo quis quiui quitum, & ab eo compoſita nequeo. is. nequiui nequitum. Teren. in ecyra. nam cum compreſſa eſt nata, forma in tenebris noſci non quita eſt. Reor. is. ratum. Verg. ij. æneid. nos abijſſe rati & vento petijſſe Mycenas. & ab eo deriuatū ratio breuiat. ¶ Ex vi præterito. Qđ ſupina pluriū ſyllabarū, nam de diſſyllabis pauloante poſuit regulam, ſi nō formātur a pterito pfecto indicatiui modi terminato in. vi. mutata. ui. in. tū. in quacunq; cōiugatione producunt penultimā. vt amo. as. aui. atum. Pecto. is. quemadmodum libro ſecundo diximus, quod in pręterito pectiui fecit: & in ſupino pectitum, penultimam breuiant. Colu. verū vbi iā puro diſcrimine pectita tellus. Sed ſuſpicamur eſſe ab alio pręterito, hoc eſt, pectui, qđ in vſu nō reperimus. ¶ Dictio compoſita, Qđ tāta eſt vocalis in dictiōe deriuata & cōpoſita, quanta fuit in dictione primitiua & ſimplici. Hæc regula patet latiſſime. Deinde regulam adhuc declarat dicens: ꝗ ſi vocalis in vocalem mutetur, nihilominus eadem quantitas manet. vt ab in & amicus componitur inimicus. a. mutata in. i. manente eadem conſonante, hoc eſt. m. ergo vtraque vocalis, hoc eſt. a. in ſimplici: & i. in compoſito breuiatur. Rurſus ab inimico deriuatur inimicitia manente eadem ſyllabarum quantitate. Diphthongus quoque eadem ratione in vocalem longam ſemper vertitur ſicut cædo. occido. lædo. collido. plaudo. explodo. claudo. includo. Quod ſi conſonans mutetur, aliam rationem ſequi debemus: nam eundum eſt ad primas atq; medias ſyllabas. Eſto exempli gratia iuuenis, breuiat primam: iunior producit eandem. Et eodem modo iuuo. cado. foueo. bis. nouem. decem primas breuiant, ab illis tamen deriuata iucundus. iumentum. caſus. fomes. bini. noni. deni, quia mutant conſonantes, producunt eaſdem.

Quod ſi præteriti geminetur ſyllaba prima:
Vtraq; corripitur, niſi duplex conſona tardet.
Cædo cæcidi dat, cui iunges pedo pepedi.
Quæ ſi componas ex his diſpunge priorem.
Longa ſupina manent diſſyllaba ſede priori.
Hæc breuiant primas, & quæ cōponis ab illis.
Et ſtatus atq; datus, ratus & rutus & ſatus, hiſq;
Et ſitus & litus & citus & quitus, atq; itus addes.
Ex. ui. præterito. ui. in. tum. faciente ſupinum:
Præter ſex illa iam dicta penultima lōga eſt.
Dictio compoſita deriuatiuaq; ſimplis,
Et primogenitis æqualia tempora ſeruat.

¶Habet tamen hęc regula exceptionem. Nam a ſupinis verborum primæ coniugationis in.atum.exeuntib⁹
bus frequentatiua deriuantur vel formantur potius.a.longa in.i.breuē mutata.vt ab imperatu imperito,
itas.a minatu minitor.aris.a portatu portito portitas. Preterea verba, que dñr meditatiua vel potius
deſideratiua, formanturque ab vltimo ſupino, quod in.u.longum deſinit, addita rio.vt ab eſu eſurio,a
mictu micturio.a partu parturio.in quibus.u.breuiatur.Iuu.eſurit intactā paridi niſi vēdat agauen.Iuu.
noctib⁹ hic ponunt lecticas, micturiunt hic.
A no.nas naui.natū.quoq; prima lōga dicim⁹
anato.as.eadem breui. Verg.in.v.ęñ.illum &
labentem teucri riſere natātem.& a noſco noſ
cis noui notū.prima longa deriuatur noto.as.
eadem breui. Ver.in buc.parta meę veneri ſūt
munera:namq; notaui. Agnitus quoq; & co
gnitus a notus cōpoſita breuiant.Iuu.agni-
tus accipies iubet a pręcone vocari.Luca.in
iij.calida mihi cognitus axis ęgypto. Igitur
ex breui ſyllaba plerumq; fit longa non mo
do manente eadem conſonante, ſed etiam ea-
dem vocali.vt a rego.gis.rex & regula.a lego
gis.lex.gis.a lateo.es.laterna.ę.a ſedeo.es.ſedes
is.a vomo.is.vomis.eris.a.voco.as.vox vocis.
a venio.is.vena.æ.ab humeo.es.humor.oris.
a rapio pis.rapum i.a ligo.as.ligula.æ.a macro
macero.as.a vitio vitupero.as.a iugo iugerū.i.a
ab Italia ital⁹.a.ū.a Sicilia ſiculus.a.ū.a cerere
ceritus.a.ū.a ſecus aduerbio ſecius.Et mutata
vocali ab homine, humanus.a.ū.Ecōtrario ex
ſyllaba longa fit breuis.vt a dico dicax dica-
cis, a luceo lucerna.æ.ab areo ariſta.æ.a mole moleſtus.a chio chius.ab aſia.aſius.a ſopio ſorpor ſoporis.a
frango fragor.oris.& fragilis.a ſagio ſagax.acis.a vado.dis.vadū.i a diſſero.is.diſertus.a.ū.a iuro.as.deie
ro.as.peiero.as.ab aquo.as.aqua.ę.a fido.is.fides.ei.ab odi.iſti.odiū.ij.a titulo tutor.aris.a quatuor quater,
a farre farina.æ.a tigno.tigill⁹.a ſigno ſigillū.ab offa ofella.læ.a māma māmilla.ę.a lot⁹ lotiū.ij.a ſatu ſatu⁹,
a.ū.ab acer.acerb⁹.a.ū.a femine femur.oris.ſed de his in primis, atq; medijs ſyllabis dicemus.

Sed ſunt multa quibus non ſeruit regula ſemper,
Illa tamen quæ ſint, primas mediaſq; require.

## ¶De Crementis ſingularis. Caput.ij.

EX.a.mittit.atis.genitiuus, & eſt breuiandus,
Onis.& enis.ab.o.producit.Inis.breuiatur,
Al.alis.neutrum producit, ſed breuiat mas,
Nomen in el.elis.protendit, dic & hebræum,
Il.breuiauit.ilis.Vl.vlis.cui iungere debes.
Vnus in.ol.eſt ſol.crementum porrigiturq;.
An.anis.produc.atq;.En.ſi mittit in.enis,
Quod ſi mittit.inis, breuiat.Sed.in.porrigit.inis.

DE crementis nominū. Reliqui oēs artis grāmaticæ præceptores, quos ego vnquā legi, quātitatē ſyl
labarū nominis per declinationē primū, deinde per regulas particulares, quas de primis medijs at
q; vltimis ſyllabis ſcripſerunt, ſparſiſſe video. Fecerunt illi fortaſſe hoc recte: ſed ad puerorū erudi
tionē non ſatis cōmode. Noſtri, qui hanc curam ſuſcepim⁹, vt nil illis ediſcendū proponeremus, qđ
non illa ętas poſſit capere, ſeparauimus a declinatione hanc ſyllabarum perplexitatem: nec numeroſas illas
regulas ſparſim diffudimus, ſed in vnum quaſi conſpectum in hoc ſecūdo cap. compegimus, quod eſt de
crementis nominum. Crementum vero nominis dicitur, quoties genitiuus ſingularis creſcit ſu
per primam nominatiui poſitionem, idque aut in ſingulari, aut in plurali. Agit itaque in primis de cremen
to ſingulari, ſed potiſſimum tertiæ declinationis: quia prima non habet crementum niſi cum mittit geni
tiuum in.ai. ſecundę tantum in r deſinentibus, quæ cum tertia declinatione confunduntur: quartæ &
quintæ ad generalem regulam.de habentibus vocalem ante vocalem referenda ſunt.¶Ex.a.mittit.atis.In
a.igitur deſinentia, quæ omnia græca ſunt mittentia genitiuum in.atis.breuiant ſyllabam, quam ſuperat
crementum.vt dogma.atis.poema.atis.ſchema.atis.¶Onis.&.enis.In.o.exeuntia in.onis.vel in.enis.produ-
cunt: vt cerdo cerdonis. mango mangonis.anio anienis.nerio nerienis.Exeuntia vero in.inis.breuiant.vt
virgo virginis. Apollo apollinis. Nomina vero græca in.on.deſinentia, ſi ad declinationem latinam in.o.
reducantur, etiam breuiant ſi apud gręcos breuiabant, vt agamemnon agamēno agamēnonis. Papin.in
achileide: ſtilatq; agamemno volentes.¶In.c.duo tantum ſunt, lac lactis, quod poſitione producit, halec ha
lecis, quod natura.Mart.capparis & putri cepas halece natantes.quanquā pro piſce etiam poſſit accipi.
¶Al.alis.neutrū in.al.neutrum producūt, vt animal.alis.tribunal.alis.vectigal.alis.Maſculina vero bre
uiant.vt hic ſal ſalis.hannibal hannibalis.Verg.pri.æñ. vela dabant læti, & ſpuma ſalis ęre ruebant.Iu.ex
pende hānibalem: quot libras in duce ſummo? Valerius probus grāmaticus pręſtantiſſimus referente Gel
lio.lib.iiij.hannibalis & haſdrubalis & hamilcaris, & huiuſmodi nomina barbara ita pronuntiabat, vt
penultimā circumflecteret: quod, niſi longa eſſet, fieri non poterat.tamen vnum tantum Ennij poetę tetra-
metron attulit ex eo libro, qui Scipio inſcribitur: Qui propter hānibalis copias conſiderant. vbi ſexta
ſyllaba neceſſario debet eſſe lōga, quia tertius pes ſpōdeus eſt.¶Nomen in.el.In.el.deſinentia omnia ſunt
barbara præterquā duo monoſyllaba.mel & fel: quod ſi ad noſtram declinationē (vt alio in loco diximus)
referantur, adiectione ſyllabæ id fieri debet.vt Michael michaelus.Iſrael iſraelus.penultima longa: ſed
quia noſtri ſub terminatione barbara audent inflectere, merito debent produci, quandoquidem in.el.lō
ga finiuntur, q; a græcis per.e.longū ſcribi conſueuerunt.vt Michael michaelis.Gabriel gabrielis.mel ve
ro mellis, & fel fellis poſitione duplicis.l.producunt.¶Il.breuiabit.ilis.In.il.breuiant.vt vigil vigilis.ta-
naquil tanaquilis.¶Vnus in.ol.eſt ſol.In.ol.vnum reperitur tantum ſol ſolis, quod producit.In.ul.bre
uiāt.vt conſul.ulis.pręſul.ulis.exul.lis.¶An.anis.produc.in.an producunt.vt acarnan.anis.Ouid.li.viij.me
tamor.amnis acarnaum lætiſſimus.Pęan.anis. Ver.vi.æñ.lætum pæana canentes.In.en.quæ mittunt geni
tiuum in.enis.producunt.vt ren renis ſplen.enis.ſiren.enis. Perſius: quid faciā ſed ſum petulanti ſplene ca
chinno.Hor.ſyrenū ſcopulos & circes pocula noſti.In.inis.vero breuiāt.vt numē.inis.fulmē.inis.volumen.
inis. ¶In.porrigit.inis.In.in.per.i.latinū.vel in.yn.per.y.gręcū producūt.vt delphin.inis.ſalamin.inis.phor
cyn.ynis.Vergi.in bu.orpheus in ſyluis, inter delphinas arion.Hora.pri.carmi.teucer ſalamina patrem
q;. Ouid.iiij.metamorpho.ſquallebant late phorcynidos ora Meduſæ.



On.modo producit, modo corripit.o.genitiui.
Si tenet.o.magnum producit, ſi breue curtat.
Nomen, quod fit in.ar.genitiuo protrahit.aris.
Sed breuiat Cæſar cum nectare, parq;, iubarq;.
Atq; arar & baccar: peregrinaq; nomina quędā.
Tertia quod nomen declinat, ſiue ſecunda,
Si finitur in.r.breuiabis.Demis.iber.ver.
Gręcū nomen in.er.mō curtat.vt æther & aer:
Et modo producit.vt crater atq; caracter.
Sed breuiat treuir & vir, cum martyre gadir.

¶On.modo producit.In.on.partim breuiant, partim producunt: nam quæ apud gręcos mittunt genitiuū
in.onos.penultima per.o.micron breuiant.vt dęmon.onis.canon canonis.lycaon.onis.peon peonis.ami-
thaon.onis.agamemnon.onis.eſon eſonis.amphion āphionis.ixion.onis.parthaon.onis.ſydon.onis.mem
non.onis.emathion.onis.Oui.primo metamorphoſeos: fœda lycaoniæ referens conuiuia menſæ.Idem in.v.
vel nos emathijs ad peonas vſque niuoſos. Vergilius tertio æneidos: phyllirides chiron, amithaoniuſque
melamp⁹.Idem.ij.ęneid. Res Agamēnonias
victriciaq; arma ſequutus. Ouid.vij.metam.
& caſu ſubito formoſior eſone natus. Idem.
vij.meta. duxerat hippodamē audaci ixione
natus.Pap.in achilleide: cūq; ſuo memorantā
phione thebas.Ouid.x.metamor.accipe me ge
nerum dixi parthaone nate.Marti.quid torus
a nilo quid ſindone tinctus olenti.Vergi.pri.
ęñ.Eoaſque acies & nigri memnonis arma.
Quæ vero apud gręcos mittūt genitiuum
in.onos.per.o.mega penultimam producūt eā
dem.vt amidō.onis.ancon.onis.babylō.onis.
citheron.onis.caulon.onis.colophon.onis.cre
myon.onis.cydon.onis.damon.onis.daphnon
onis.dolon.onis.emathion.onis.helicon.onis.
lacon.onis.ladon.onis.naſamon.onis.oriō.onis.
platanon.onis. porphirion.onis.peteon.onis.
ſaſon.onis.ſinon.onis.ſicyon.onis.ſalamon.
onis.tritō.onis.trygō.onis.Iuue.hic alta ſycione, aſt hic amidone relicta.Catul.quoq;: ancona gnidūq; areno
ſā colis.Mart.aſſiduus iactet te babylona labor.Proper.ſaxa citheronis thebas agitata per artē.Verg.iij.æñ.
caulonisq; arces, & naufragū ſcylaceū.Luca.in.viij.& placidi colophona maris ſpumantia paruę.Oui.vij.
metamorpho. quodque ſuam ſecurus arat cremyona colonus.Luca.in.vij.Illic & libyę numidas & cre
ta cydonas.Verg.in buco.paſtorum muſā damonis & alpheſibei.Marti. daphnonas platanonas & acreas
cyparıſſos.Oui.in epiſt.penelo.retulit & ferro rhœſum dolonaque cęſos. Vergil. emathiona liger.cori-
neum ſternit aſilas.Idem.vij.æñ.pandite nunc helicona deæ cantuſque mouete.Papi.vij.tandem ſperatus
nuda de plebe laconum.Ouid.pri.metamorp.donec arenoſi placidum ladonis ad amnem.Sillius lib.vi.exa
nimam naſamona tyram ſuper ipſe iacebat.Ver.iij.æñ.armatumque auro circumſpicit ariona.Martia.&
nomen praſini porphirionis habet.Papi.vij.the.& ſulco petona domant refluuntque meatu.Sillius: a-
driaci fugite infauſti ſaſonis arenas.Verg.ij.ęñ.talibus inſidijs periurique arte ſinonis.Ouid.ij.metamo.
ceruleos habet vnda deos tritona canorum.Maltial.captabit tepidum dextra læuaque trygona. Sunt quę
dam nomina habentia indifferens crementum.vt ſidon ſidonis.egeon egeonis.edon edonis.Verg.pri.æñ.
atque equidem teucrum memini ſidona venire.In deriuatis tum producta tum breuis reperitur: quod ip
ſum argumentū fuerit in primigenio crementum fuiſſe medium, tametſi ſemper longa reperitur. Vergi.
primo æneid.obſtupuit primo aſpectu ſidonia Dido.Idem in.iiij.ſidoniam picto chlamydem circundata
limbo.& iterum in eodem: & quos ſidonia vix vrbe reuelli.Aegeon quoque Ouid.lib.ij.metamorpho.
produxit dicens: ægeona ſuis immania terga lacertis. Claudianus vero breuiauit, cum dixit: nec centum
gemini ſtrictis ægeonis enſes.Edon præterea mons ſiue promontorium thraciæ, quod mediam habet ſe
cundam: quod ex deriuatis licet cognoſcere.vt apud Verg.xij.æneid.ac velut edoni boreæ cum ſpiritus
alto.Ouidius quoque: protinus in ſyluis matres edonidas omnes, vtrobique producitur.Idem tamen.ij.
de reme.breuiauit dicens: ibat vt edonio referens trieterica baccho.&.Luca.in pri.edonis ogygyo decur
rit plena lyęo.& Syll.iiij.puni.edonis vt pangea ſuper trieteride motu.¶Nomen qđ fit in.ar.Quę nomi-
na terminata in.ar.producunt crementū. vt cochlear.aris.puluinar.aris.torcular.aris.Breuiant vero Cę
ſar.aris.& quæ ſequuntur.Verg.in bu.ecce dionei proceſſit cęſaris aſtrum.Idem in primo æneidos: ſtipāt,
& dulci diſtendunt nectare cellas.Idem in buc.& cantare pares & reſpondere parati.Idem.iiij.ęñ.it portis
iubare exorto delecta iuuentus.Idem in eodem opere: aut ararim parth⁹ bibet, aut germania tigrim.Idem
in buco.errantes hederas paſſim cum baccare tellus.Peregrinaque. Quđ quædam etiam nomina propria
barbarorum breuiāt: vt amilcar.aris.gaſpar.aris.boſtar.aris.balthaſar.aris. Sed hęc quemadmodum dixi
mus, ex Gelij & Probi autoritate poſſunt producere: ſed frequentior vſus habet, vt breuientur. ¶Tertia
quod nomen. Quđ nomina in.er.deſinentia ſiue ſint ſecundę ſiue tertiæ declinationis breuiant cremen-
tum.vt puer pueri, gener.i.tener.eri.paſſer paſſeris.mulier mulieris.Nemo vnquā dixit, q; mulier in obli-
quis produceretur, præter vnum Priſcia.neq; in locis illis quibus de hoc agebat, ſed in libello de accentu,
quem multi huius autoris eſſe non putant.Alexandrum vero quanti faciamus, alijs in locis ſumus teſta
ti.Producunt vero iber iberi, quanquam græcis potius annumerari debeat.Lucan.in.iiij. Gallorū celtæ,
miſcentes nomen Iberis.& ab eo compoſita celtiber celtiberi.Martia.vir celtiberis non tacende gentib⁹.
Producit quoque ver veris. Vergilius primo georgico.vere nouo gelidus canis cum montib⁹ humor.
Græcū nomen.Quđ nomina græca modo producunt, modo breuiant crementum.Producunt vt byzer by
zeris.brachioniſter brachioniſteris.crater crateris.clyſter clyſteris.clymater clymateris.character chara
cteris.cremaſter cremaſteris.halter.eris.luter luteris.phyſeter phyſeteris.præſter præſteris. ſer ſeris.ſo-
ter ſoteris. Flaccus libro.v.argonauticę: byzereſque vagi phylliræque a nomine dicta littora.popu-
li ſunt ponti. Vergilius in bucolicis: crateraſque duos ſtatuam tibi pinguis oliui. Martialis: quod pe-
reunt ſtulto fortes haltere lacerti. Ruffus in arato: delphinas virides & phyſeteras anhelos. Sed de
his in declinatione græca plura dicentur.Ex græcis vero quædam breuiāt.vt aer aeris.æther ætheris.¶Sed
breuiant. Nomina in.ir.tam ſecūdæ quam tertiæ declinationis, rara ſunt ea fere, quæ hic explicantur &
breuiant crementum.gadir vero apud Dionyſium, qui perihegeſim ſcripſit de ſitu orbis, gadira in accu
ſatiuo producte legitur.

Porrigit oris.ab.or:breuiāt ſed marmor,& æquor,
Et memor atqꝫ arbor. Græcū quoqꝫ iūgitur illis,
Et quod componit corpuſqꝫ,puerqꝫ,decuſqꝫ.
Vr.breuiat ſemper:ſed de fur dicito furis.
As.atis.produc.Breuiant vas vadis,& mas.
His addatur anas:Et ados capientia græca.
Es.breuiauit.etis,vel.itis. Sed deme quietis.
Et magnes,locupleſqꝫ,Græcum quod facit.etis,
Merces mercedis illis iungatur,& hæres,
Peſqꝫ pedis breuiat: Nomēqꝫ quod ex ſede oſit,
Datqꝫ Ceres cereris,quod ſolū in.ris. breuiabit,
Nomen in.is.quod mittit.idis.vel.eris.breuiabit,
Illud producit,quod mittit in.itis.&.iris.
Et quæ dant.inis.de ſanguis ſanguinis exit.
Protrahe nomen in.os quod mitit in.oris.&.otis,
Cuſtos cuſtodis producit,bos bouis arctat.
Et q̄ componit potis & pote compos & impos,
Vs.breuiabit.oris.&.eris.pecus hęc pecudiſqꝫ.
De pus exit.odis.tibi ſit pro teſte melampus,
Sed palus & ſubſcus,atqꝫ incus: Et quod in.utis,
Tendunt obliquos,intercus.utis.tibi prębet,
Telluris veneriſqꝫ dabunt telluſqꝫ Venuſqꝫ.
Si monoſyllaba ſunt, genitiuus porrigit.uris.

¶Porrigit.oris.Q đ nomina in.or.producunt crementum.vt Amor amoris. Dolor doloris. Breuiant vero Marmor marmoris.Vergilius ſexto æneidos:in lento luctantur marmore tonſę.Aequor æquoris.Vergilius primo Aeneidos : diſiectam æneæ toto videt æquore claſſem. Memor memoris. Idem primo Aeneidos:at ſperate deos memores fandi,atque nefandi.Arbor arboris.Idem primo Georgicorum:cauat arbore lintres.¶Gręcum q̄qꝫ.Quod nomina gręca etiam breuiant crementum.vt Neſtor neſtoris.Hector hectoris.Rhetor rhetoris. Et quod componit.Quod nomina quoqꝫ compoſita a puero,corpore,& decore breuiant.vt Publipor publiporis.Marcipor marciporis.Lucipor.oris. Tricorpor.oris.Bicorpor.oris.indecor.oris. Dedecor.oris. Ador tū breuiare, tum producere Priſcianus autoritate Enij probat dicentis:hic adoris dat primitia ſibi ſanguine libat. Idem alio in loco producit dicens: Emicat in nubes nidoribꝰ .Ador adoris.ab eo q̄qꝫ deriuatum Vergilius produxit.vij.ęneiđ.ſtatuūt que dapes & adorea liba per herbam. ¶Vr. breuiat.Q đ nomina in.ur. ſiue ſint ſecundę ſiue tertię declinationis breuiant:ſed ſecundę vnum tantum reperitur.ſatur ſaturi:tertiæ vero plura.vt fulgur.uris.ſulphur.uris.murmur uris.Et quę faciūt in.oris.vt iecur.oris.femur oris.ebur.oris.robur.oris. fur vero producit.Verg.in buc. quid domini facient,audēt cum talia fures?¶As.atis.ꝓduc.Q đ nomina tertiæ declinationis finita in .as. producunt crementum.vt ciuitas.atis.bonitas.atis. honeſtas.atis.Breuiāt vero vas vadis.Hora.primo ſermo.ille datis vadibus qui rure extractus in vrbem eſt. Mas maris. Perſius:atqꝫ marem ſtrepitum fidis intendiſſe latinæ . Anas.atis. Martialis: & anatis habeat vropygium macræ.Eſt enim trimetrum iambicum habens in primo loco tribrachum. Ruffus in arato:lati pedēque anatem cernes excedere pōto. Macer quoque anſeris,aut anatis mixta pinguedine tauri.Vas quoque vaſis crementum producit per regulam, etiam ſi in atis. genitiuus non exeat:nam per.as.atis.voluimus intelligi nomina in.as.tertiæ declinationis ad differentiam eorū,quæ ſunt primæ.¶Et.ados.Q đ noīa græca tertiæ declinationis mittentia genitiuum in.ados.breuiant cremētū.vt arcas.ados.pallas.ados.dryas.ados.¶Es.breuiabit.etis.vel.itis.Quod nomina tertię declinatiōis mittentia genitiuum in.etis.vel.itis.breuiant crementum.vt paries.etis.ſeges.etis.ſtipes ſtipitis.miles militis. Producit vero quies quietis,& ab eo cōpoſitum inquies.etis.& locuples locupletis.Perſius:in locuplete penu defenſis pinguibus vmbris . Et nomina græca mittentia genitiuum in.etis.vt magnes magnetis.tapes.etis.lebes.etis.dares.etis. Lucanꝰ in.vi.Et magnetes equis,minyę gens cognita remis.Sillius.iiij.puni. illud ſidonio fulgentem ex ære tapeta.Ouidiꝰ in epiſtola briſeidis: viginti fuluos operoſo ex ęre lebetas. Verg.v.æneid.creber vtraqꝫ manu pulſat,verſatque dareta.Merces quoque mercedis ,& hæres hæredis. producunt.Vergi.ij.georgi.cogendæ in ſulcum, ac multa mercede domandę. Sed ceres ,quod ſolum mittit,genitiuum in.ris.breuiat. Vergilius primo ęneidos:tum cererem corruptam vndis,cerealiaque arma. Peſque pedis.Perſius,numeros ille.hic pede liber.¶Nomenqꝫ.vt obſes obſidis.reſes.idis.Ouid.pri.metamor.obſidis vnius iugulum mucrone reſoluit.Verg.iiij.æneid.iampridem reſides animos. ¶Nomen in is,quod mittit.Q đ noīa deſinentia in.is.quę mittunt genitiuum in.idis.breuiāt crementum.vt lapis.idis. cuſpis.idis.caſſis.idis.& nomina gręca.vt paridis.idis.hyaſpis.idis.tigris.idis. Breuiant quoque mittentia genitiuū in.eris.vt cucumis.eris.cinis.eris.puluis.eris.vomis.eris.Producūt vero exeūtia in.iris. vel in.itis.vt glis.iris.dis ditis.ſamnis.itis.lis litis. quiritis.itis.Verg.vi. æn̄.noctes atque dies patet atri ianua Ditis.Oui.tn̄ in epl'a phyllidis breuiauit dicens:& pulſata nigri ianua ditis. Quidam tamē pro ditis legunt dei.Et quæ dant.inis.De nominibus græcis intelligit habentibus in nominatiuo duas terminationes in.in.vel in.is.quę mittunt genitiuum in.inis.penultima longa.vt eleuſin vel eleuſis.inis.ſalamin vel ſalamis.inis.delphin vel delphis.inis.phorcyn vel phorcys.ynis. Vnum tamē latinū reperitur ſanguis.inis. quod breuiat crementum. ¶Protrahe nomē in.os.Quod nomina tertię declinationis finita in.os.quæ mittunt genitiuum in.oris.& in.otis.producunt crementum.vt ros roris.flos floris.mos.oris.lepos.oris.ſacerdos.otis.nepos.otis.rhinoceros.otis.monoceros.otis.phileros.otis.Quæ vero mittunt genitiuum in ois.græca,quemadmodum ſupra diximus,producunt crementum.vt minos.ois.heros.ois.thos.ois. Sed breuiant bos bouis,& compoſita a potis & a pote:compos compotis.impos impotis.¶Vs.breuiauit.eris.&.oris.ꝙ nomina tertiæ declinationis deſinentia in.us.quæ mittunt genitiuū in.eris.vel in.oris.breuiāt. vt genus generis.funus funeris.tēpus temporis.corpus corporis.Quibus annumerari debet hęc pecus pecudis. Et nomina gręca compoſita a pus podos, quod eſt pes.vt melampus melampodis. i.habens pedes nigros.tripus tripodis.decapus.odis.Producunt vero palus paludis.ſubſcus.udis.incus.udis.& mittentia genitiuum in.utis.vt virtus virtutis.iuuentus.utis.ſalus.utis.ſenectus ſenectutis.ſeruitus ſeruitutis. Ex mittentibus vero in.utis.vnum breuiat intercus.utis.Monoſyllaba quoque mittentia genitiuum in.uris. producunt.vt mus muris.ius iuris.thus thuris.rus ruris.



Crementum breuiat.s.conſona,ſi præit illi.
Porrige ſęps & plębs diphthōgo. Gręca notēt.
Tenditur ex illis pars quædam,pars breuiatur.
Sed capitis breuiat caput & ſua compoſitiua.
Quod fit in.ax.nomen producit,fax breuiabit.
Ex græcis partim producūt,pars quoqꝫ curtat,
Nomen in.ex.breuiat, produc in gis duo, rex, lex,
Et vibex,halex,& veruex.Græca notentur.
Protrahit.ix.icis.Nonnulla tamen breuiantur.
Sunt ea coxendix,hiſtixqꝫ.filixqꝫ.larixqꝫ.
Atqꝫ calix,& pix,& onyx,variciſqꝫ,ſalixqꝫ.
Bebryx atqꝫ cilix,& erix, natrix quoqꝫ ſerpēs.
His numeres in.gis.mittentia , nix niuis addes.
Ox.ocis.producit,vt atrox,Gis breuiabit.
Cappadocis breuiat,& præcox iungitur illi.
Porrige nomen in.ux,quod mittit in.ucis. &.ugis.
Quinqꝫ tantum breuiant hæc,nux, crux,dux
ducis,& trux.
Atqꝫ volux volucis,de coniux coniugis exit.

¶Crementū breuiat.Q đ nomina tertiæ declinationis deſinentia in.s.habentia conſonantem ante.s. breuiant crementum:vt hyems.is.inops.opis.arabs arabis, ſcobs ſcobis,ſcrobs.bis. trabs trabis.quamquā Iuuencus produxit libro primo:deripe ſed proprio fallax de lumine trabem.cum apud autores ſemper breuietur.Ouidius:a trabe ſublimi triſte pependit onus.Producunt vero duo ſeps.pis.& plebs.bis. ꝙ a quibuſdā ꝑ æ dipht.ſcribit,atqꝫ ab antiquioribꝰ plebes.is.declinabāt.Ouid.An ſi pulſa ſen nimiū de plebe quiritē.Seps.epis.ꝙ etiā hæc ſepes.is.declinabāt.Verg.in buc.ſepibꝰ ī nr̄is paruā te roſida: Sed ſeps ſepis pro quodā ſerpentis genere breuiat.¶Gręca notentur. Quod nomina gręca partim breuiāt,partim producūt,nam quę retinent o micron breuiant.cecrops.opis. æthiops.opis.quæ vero habent.o.mega producūt:vt hydrops.opis.conops. conopis.ciclos.opis.europs.opis.Sed de his,cum de declinatione gręca agetur,plura dicemus. Gryphs vero gryphis ꝓducit, ſed ciniphs. iphis. breuiat. ¶Sed capitis.De nominibus deſinētibus in.t.vnum tantū reperitur quod declinatur caput.itis,quod breuiat crementū cū ſuis cōpoſitis ſinciput.ipitis & occiput.itis.Cōpoſita vero a capite,quæ deſinūt in.ps.ex. regula ſuperius tradita diximꝰ breuiare. vt biceps.ipitis.anceps.ipitis.capriceps.itis.¶Q đ fit in.ax. Quod noīa deſinentia in.ax.producunt crementum.vt audax.audacis.cōtumax contumacis.pertinax.acis.Breuiant vero fax facis.Verg.in buc.mopſe nouas incide faces. ¶Ex gręcis. Quod noīa gręca in.ax. deſinētia partim producunt.vt trax.acis. aiax. aiacis.ſiphax.acis.Verg.iij.æn̄.thraces arāt acri quondam regnata Lycurgo.Idem in primo: vnius ob noxam,& furias Aiacis oilei, Iuuena.tolle tuum precor Hannibalem uictūqꝫ ſiphacē.Ouid.vj.faſtorū:poſtera lux oritur,ſuperat Maſiniſſa ſiphacē.Claudianus tn̄ breuiauit dicens:cōpullimꝰ durū ſiphacē.ꝑtim breuiāt.vt abax.acis.a quo eſt abacꝰ.i. atax atacis dropax.acis.pharnax pharnacis,ſmilax.acis,ſtorax.acis.Iuue.ornamentū abaci, necnō & paruulus infra.Hora.j.ſer.hoc erat experto fruſtra Varrone atacino.ab atace fluuio Gallię ſic cognominato.Mart.pſilotro faciē lauas,& dropace caluā. Serenꝰ:necnō appoſito curātur dropace mēbra.Luca. in.ij. tigranēqꝫ meū, nec pharnacis arma relinquas. Ouid.iiij.met.& crocon in paruos verſum cū ſmilace flores.Verg. in cyri:nō ſtorace ideo fragrātes picta capillos.Serenus:aut ſtyracē tornes,aut duri vulturis alam. ¶Nomen in.ex.breuiat. Quod noia in.ex.deſinentia ſiue mittāt genitiuum.in.cis.ſiue in.gis, breuiant,vt iudex iudicis,pollex pollicis, pulex pulicis, remex.igis.aquilex.egis.grex gregis. Producunt vero rex regis,lex legis,veruex veruecis, halex halecis, vibex vibicis,quod mutauit.e.in.i.in obliquis:& nomina gręca.vt myrmex myrmecis, ſcolex.ecis, quorum quędā,breuiāt,vt alopex.ecis.ſed de his in declinatione gręca plura dicentur. ¶Protrahit.ix.icis.Q đ nomina deſinentia in.ix.producunt,vt perdix perdicis.lodix lodicis, fœlix fœlicis. Breuiant vero coxendix coxendicis.Serenus:clauſa acies inter germinę coxendicis vmbras.Hyſtrix hyſtricis. calphurnius in æglogis:venit & hirſuta ſpinoſior hiſtrice barba. Filix filicis. Vergilius ſecundo Georgicorum : & filicē curuis inuiſam paſcit aratris.Larix laricis .Luca.in.ix.& larices fumoque grauem ſerpentibus vrunt.Calix calicis.Horatius:fœcundi calices quem non fecere diſertum. Pix picis. Vergilius primo Georgicorū: atrę maſſam picis vrbe reportat.Onyx onychis,& ab eo compoſitum ſardonyx ſardonychis.Iuuenalis: ſardoniches criſpo numerantur pectine cordę. Varix varicis.a quo eſt varicus & varicoſus. Iuuenal'. varicoſus fiet haruſpex.Salix ſalicis. Vergilius in buc.florentem cithiſum & ſalices carperis amaras. Bebryx bebrycis.Flaccus libro ſecundo argonau. bebrycis & ſcythici procul inclęmentia ſaxi. Vergilius quinto ęneidos: bebrycia veniens amici de gente ferebat Sillius tamen tertio.puni.produxit eandem dicens:poſſeſſus bacho ſęua bebrycis in aula.Cilix cilicis.Iuuenal'.Sic pugnas cilicis laudabat & ictus.Eryx erycis.Vergilius primo.ęneidos ſiue ericis fines regemque optatis aceſtem.Natrix natricis. Lucillius. ſecunda ſaty. ſi natibus natricem impreſſit craſſam & capitatam. Sed nomina exeuntia in.gis. breuiant quoque, vt dumnorix.norigis.ambiorix ambiorigis.ſtyx ſtygis, ſtrix ſtrigis,quod tum breuis tum lōga reperitur.Ouidius ſexto.faſto.ſic fatus virgam,qua ſtriges pellere poſſet.Ouidius.in amoribus: vulturis in ramis & ſtrigis oua tulit.De græcis tamen ſuo loco plura dicemus.vnum tamē,quod extra omnem proportionem miſit genitiuum,breuiat,hoc eſt,nix niuis. ¶Ox ocis producit. Quod nomina deſinentia in.ox.producunt, vt atrox atrocis, ferox ferocis , velox velocis, quę omnia mittunt genitiuum in.cis. In.gis.vero quod faciat genitiuum vnum reperio allobrox,quod breuiat. Iuuenal'. Ruffus,qui toties Ciceronem allobroga dixit.Ex facientibus in.cis.duo quoque breuiant.Cappadox cappadocis, pręcox pręcocis. Luca.in ſecundo: capadoces mea ſigna tenent. Calphurnius in æglogis:inſita præcocibus ſubrepere perſica prunis. ¶Porrige nomen in.ux.Quod nomina deſinentia.ux.ſiue mittant genitiuum in.cis.ſiue in.gis.producunt,vt lux lucis.frux frugis.Breuiant vero nux nucis. Vergilius in buc. ſparge marite nuces.Crux crucis.Iuuen̄.iudice me dignus vera cruce. Dux ducis. Vergilius primo ęneidos: regia portabat tyrijs duce lætus achate.& ab eo compoſitum redux reducis. Vergilius primo æneidos:vt reduces illi ludum ſtridentibus alis.Trux trucis,vnde eſt trucido trucidas.Horatius.in arte poetica : nec coram populo natos medea trucidet. Volux volucis proprium viri nomen,quod Priſcianus dixit breuiare.Coniux quoque breuiat. Vergilius in buc.coniugis vt magicis ſanos auertere ſacris.

APlurale.Crementum nominum plurale dicitur,quoties genitiuus numeri pluralis creſcit ſuper genitiuum numeri ſingularis. Dicit igitur.quod.a.&.o.&.e.in cremento partium orationis,quę per caſus declinātur,in plurali producuntur,vt muſa.æ.muſarum.dominus domini dominorum.dies,die.es.dierum:nam genitiuus regularis quintæ declinationis non eſt diei:ſed die vel dies vel dij:vt in declinatione diximus.Qđ ſi genitiuus pluralis non creſcit ſuper genitiuū ſingularē,non dicitur habere cremētum plurale. vt Cæſar cęſaris cęſarum.ſermo.onis.ſermonum.In illis vero,quę nō habent ſingularem,aliorum proportionem ſequimur.vt athenę.arum.ambo ambę. ambo amborum.arum.amborum.ambobus ambabus ambobꝰ. Illa præterea,quę irregulariter declinantur,ſequuntur proportionem regularium.vt quis vel qui cuius quorum quarū quorum.alter alterius alterorum alterarum alterorum.Bos quoque bouis,tametſi cremē tum non habet,nihilominus o producit.Horatius in epodo.paterna rura bobus exercet ſuis.¶Sed breuis eſt.i.Qđ.i.&.u.in cremento plurali breuiantur,quod probat exemplo.

¶De cremento plurali.

APlurale vel.o.crementum protrahit.e.que,
Sed breuis eſt.i.vel.u.patribus probat hoc verubuſq̧.

¶De crementis Verborum,

Caput.Tertium.

PErſonam primi pręſentis verba ſecundam
Si numero vicunt,dicas crementa tenere;
Crementum verbi primum dic,quod poſituram
Aequat:bis ſuperans dicatur habere ſecundū;
Quod ſi ter vincit,tria tunc crementa notabis;
Nam finem verbi ſpecialis regula ſignat,
A.creſcens verbum producere debet vbique.
Ex do ſit.a.breuis.cum primæ compoſitiuis.
E.niſi cum ſubit.r.debes producere ſemper.
Cum ſubit.r.curtā dāt plurima,plurima longā,
Omne lego pręſens breuiat,quartiq̧ ſecūdum;
Pluſquā perfectū per quamlibet eſt breuiandū,
Semper ero vel erim breuiabis,quæq̧ ſequunt̄,
Curta ſit in prima.beris & bere,ſiue ſecunda,
Longum paſsiuo.reris.vel rere.notato.
E verbum creſcens alibi producit vbiq̧.

DE crementis verborū.Cap.iij. ¶Poſt formationem temporum,& perſonarum nihil eſt i verbo magis neceſſariū quam creſcentium ſyllabarum quātitas:vnde pendet accentus.Quare viſum eſt hoc in loco de cremētis verborum regulas tradere. Sed quia hæc pars eſt ſatis commode ab Alexandro pertractata,niſi quatenus in ſubiunctiui præterito & futuro nōnihil aberrauit,quatuordecim illius verſus mutuati ſumus,cætera ex noſtro adiecimus.

PErſonam primi. Quid ſit verbi crementum,in primis oſtendit dicens:Qđ cum ratio verbum declinandi exigat,vt per vnam aut per duas,aut tres ſyllabas creſcat ſupra primam verbi poſitionem,tunc dicetur habere crementum. Quod ſi vna ſyllaba creſcit:ſyllaba,quæ æquiparat ſecundam verbi perſonam,erit in primo cremento:nam vltima ſemper ſequitur regulas,quæ de vltimis ſyllabis traditę ſunt.Secundū vero crementum erit,cum duæ ſyllabę ſuperant poſitionem.Tertium,cum tres ſyllabæ ſuperant poſitionem.Poſitio autem illa dicitur,vnde nomē ſiue verbū incipit declinari:ſed hic ſecundā perſonā pręſentis indicatiui modi facimus poſitionem:quia prima perſona in verbis ſecundę,tertiæ,& quartæ coniugationis in.o.purum deſinens vna ſyllaba vincit ſecundam perſonam.vt doceo doces.cupio cupis.audio audis.¶A.creſcens verbū.Qđ.a.in omnibus tribus crementis,& in omnibus omnium coniugationū temporibus ſemper producitur,vt amamus amabamus.amaueramus.Excipitur primum crementum huius verbi.do das,& ab eo compoſita quæ breuiātur,ſi ſunt primæ coniugationis.vt damus,dabam.dabo.darem,dare,venundamus,venundabam,venundabo,venundarem,venundare.Et in voce paſſiua eodem modo.In alijs crementis regulam ſequitur generalem.¶E.niſi cum ſubit.r.Quod.e.in crementis verborum,niſi ſequatur.r.litera,ſemper producitur.vt amemus,docemus,legemus,audiemus.Quod ſi vocalis ſequitur,ex regula generali breuiabit.vt doceā doceamus.Si vero ſequitur.r.numeroſior eſt ratio:nam aliquando.e.breuiat,aliqñ producitur. ¶Omne lego præſens.Dicit igitur,ꝙ lego legis,hoc eſt,verba tertiæ coniugationis,per quam hoc verbum lego legis declinatur,ſi poſt.e.ſequatur.r.breuiant omne præſens tam in voce actiua,quam in voce paſſiua.Breuiant quoque ſecūdum quarti,id eſt,pręteritum imperfectum,ꝙ eſt tempus ſecundum quarti.i.ſubiunctiui,qui eſt in ordine modorum quartus. vt vtinam legerem cum legerē.Et in voce paſſiua legeris vel legere in pręſenti indicatiui. legere legatur in præſenti imperatiui.vtinam legerer in præſenti optatiui,cum legerer in pręterito imperfecto ſubiunctiui. ¶Pluſquam perfectum quoque in omni coniugatione breuiat.e.ſequenti.r.vt amaueram.docueram,legeram,audiueram. ¶Semper ero.Quod tempora in ero.vel in.erim.deſinentia,hoc eſt,futurum Indicatiui & ſubiunctiui:& præteritum perfectum optatiui & ſubiunctiui.Quęq̧ ſequūtur,id eſt,ſequentes perſonæ cum futuro imperatiui breuiant illud.e.vt amauero,amauerim,amaueris,amauerit. Breuiant etiam eram & ero.i.pręteritum imperfectum & futurum indicatiui a ſum.es.fui. ¶Curta ſit in prima. Quod futurum primæ & ſecundę coniugationis vocis paſſiuæ,breuiat.e.ante.r.vt amabor,amaberis vel amabere.docebor,doceberis,vel docebere. ¶Longum paſſiuo.Quod in voce paſſiua.reris.vel.rere.producit.e. ante.r. quod fit in pręſenti optatiui & pręterito imperfecto ſubiunctiui,vt vtinam amarer amareris,vel amarere.cum amarer amareris,vel amarere. ¶E verbum creſcens.Quod in omnibus alijs locis ab ijs,qui ſupra notati ſunt,e.in cremento ſemper producitur,cum videlicet ſequitur.r.nam ſi non ſequitur,ſuperius iam regula tradita eſt:vt in præſenti optatiui & præterito imperfecto ſubiūctiui vocis actiuæ,vt vtinam docerem cum docerem:& in præterito imperfecto indicatiui. vt amauerunt,vel amauere,& alijs in locis,qui ſuperius notati non ſunt.



I.tibi producunt quartæ creſcentia prima.
Primi præterito reperitur.imus.breuiari.
Rimus,vel ritis.verbum producit vbiq̧.
Sed primi præſens breuiat.ri.pręteritumq̧.
Atq̧ erimus eritis ab ero ſemper breuiabunt,
Inq̧ velim produc crementa priora,vel in ſim,
I.breuies alijs,ſi non.u.conſona ſubſit.
O.creſcens ſemper producitur. V.breuiatur.

¶De primis ſyllabis. Cap.iiij.

A.Ante.b.breuis eſt,vt ſtrabo.onis.Trabes.bis.labo.bas.Producunt vero Abel.Crabro crabronis.Flabrum.bri.Flabellum flabelli.

¶I.tibi producūt.Qđ in primo cremēto verborū quartæ cōiugationis producitur.vt audimus auditis audiui audite audirem.Deinde dicit,ꝙ in verbis quartæ cōiugationis,quorum pręteritū non ſuperat poſitionē in prima plurali perſona niſi vna ſyllaba,cum debuerit produci crementum illud,breuiatur:vt vincio.cis.vinxi vinximus.ſancio.cis.ſanxi.ximus.venio.is.venimus.Itaq̧ partim eſt exceptio regulę ſuperioris:partim eſt regula per ſe,quoniam in oībus cōiugatiōibus in præterito perfecto indicatiui illud.i.breuiatur in penultima.vt amauimus.docuimus,legimus.audiuimus. ¶Rimus & ritis. Quod vbicūq̧ in coniugatione reperitur rimus & ritis.illud.ri.debet produci,hoc eſt,in ſecundo futuro indicatiui,& in futuro imperatiui,& in præterito optatiui & ſubiunctiui & in futuro eiuſdē modi:quibus in locis eadem eſt vox,& idem accentus. Deinde dicit,ꝙ in præſenti & in præterito perfecto indicatiui non producitur rimus & ritis,ſed ſequuntur regulam generalem.vt quæro quęris quęrimus quæritis.gero geris gerimus geritis.pario paris peperi peperimus.curro.is.cucurri currimꝰ:quod de verbis tertiæ coniugatiōis intelligendū eſt,nam de verbis quartæ iam tradita eſt regula,quod producunt in pręſenti.vt eſurimus.partirimus.nam tertiæ omnia breuiant primū crementū.vt curro currimus.ritis.furio furimus.ritis.fero ferimus.itis.pario parimus.itis.tero terimus.itis.verro.rimus.itis.vro vrimus.itis.ſero ſerimus.itis.& deponentia quęrimur.orimur.morimur. Breuiant quoque erimus eritis ab ero eritis. Quod vero illud.i.produci debeat,oēs grāmatici,qui modo eo noīe digni ſunt,teſtantur.Probus de præterito perfecto ſubiunctiui,quē ipſe adiunctiuū appellat:In omnibus(inquit)quatuor cōiugationū modis primā ſecundāq̧ perſonā plurales penultima ſemper ꝓducūt.& ſubdit exempla.vt clamauerimus.eritis.mouerimus.eritis.audierimus.eritis.dixerimus.eritis.Idem quoq̧ vbi de breuibus pro longis,& lōgis pro breuibꝰ agit:Verg.inquit,cum dixit egerimus noſtri.ri.inquit,ſyllabā pręter naturā corripit.Verg.metri cauſa:quia aliter nō poterat ſtare verſus.Serui.quoq̧ in illud Vergi.vj.æn.egerimus noſti,& nimiū meminiſſe neceſſe eſt.Ri,inquit,ſyllabā metri cauſa Verg.corripuit.Nā(qđ Diom.ait)vocalē illā in pręterito perfecto ſubiūctiui debere produci,in futuro vero breuiari. Ego illi(quēadmodū de præterito facile aſtipulor)ita de futuro diſſentio:aut oſtendat mihi vbi eadē ſit breuis,cū apud autores ſemper longa reperiatur niſi metri gratia vſquā reperiatur breuis pro longa.Ennius:non mi aurum poſco,nec mi pretiū dederitis.Verg.in priape.vtilis hęc arā ſi dederitis erit.Ouid.v.met.vitā dederitis in vndis.Idē.iij.de pōto:& maris ionij cōtigeritis aquas.atq̧ iterū in eodē:cōſulis vt limē contigeritis,ait.Prudē.quoq̧ in prooemio pſychomachię:ſi quid trecētis bis nouenis additis poſſint figura nouerimus myſtica.qđ eſt trimetrū iābicū habēs in quarto loco neceſſario iābū.Catullus quoq̧ in carmine phaleutico:& cū millia multa fecerimus.Excuſatur tñ Oui.in.ij.met.ea lē rōne,qua Verg.cū dixit:Nuper honoratas ſummo mea vulnera cęlo videritis ſtellas ¶Inq̧ velim.Qđ velim & ſim in futuro obtatiui & in pręſenti ſubiūctiui ꝓducunt crementū:vt vtinā ſimus ſitis,cū ſimus ſitis.vtinā velimus velitis.cū velimus velitis.¶I.breuies alijs.Qđ in alijs locis ab ijs,qui ſupra notati ſunt.i.ſemper eſt breuis,vt legimus.itis.legite,legito,legimini,amamini.Qđ vero dixit niſi.u.cōſona ſubſit:iā dictū eſt de præteriti perfecti in cremēto in quarta cōiugatione,quod producitur.vt audiui,dormiui,ſtabiliui,nunc vero de alijs coniugationibus idē eſſe dicendū præcipimus,vt cupio.is.iui.ſapio.is.iui.quęro.is.quęſiui. ¶O creſcens.Quod o in crementis verborū ſemper producitur.vt amatote docetote.u.vero ſemper breuiatur,vt volumus quęſumus ſumus.

PRopoſitis regulis gñalibus de ſyllabarū quātitate,proſequitur regulas ſpeciales:per quas,qđ in illis non potuit cōprehēdi,ſupplebitur:atque nonnunquā regulæ ipſæ gñales magis explicabūtur,& primo agit de primis ſyllabis,tū de medijs,poſtea de vltimis.Itaq̧ ſi dictio,cuius quantitatē ſyllabarū ſcire cupis,fuerit monoſyllaba,in vltimis illā requires,ſi diſyllaba,primā in primis,vltimā in vltimis,ſi polyſyllaba,primā in primis,vltimā in vltimis,mediā ſiue illa ſit vna,ſiue plures,in medijs reperies. ¶A.igitur ante.b.in primis ſyllabis breuiatur,vt ſtrabo.onis.Hora.j.ſer.ſi qđ ſit vitiū,nō faſtidire ſtrabonē.Verulanus,cui ſtipulatur Maturantius,dixit primam producere,ſed non probauit.Labo as.nam labor.eris.producit:vt ſtatim dicemus.Verg.ij.æñ.cuſtodes ſufferre valent,labat ariete crebro.& ab eo compoſita.vt labefacio.is.labefacto.as.breuiat quoque Abraam.Arator:principium meminiſſe iuuat Deus(inquit)Abraam.Grabatum etiam breuiat,quamuis græci per.r.duplex ſcribant.Vergil.membra leuat ſenſim vili dimiſſa grabato.Trabes.is.etiam breuiat non obſtante Iuuenco dicente:deripe,ſed proprio fallax de lumine trabem.Vergilius primo ęneidos:ære trabes foribus cardo ſtridebat ahenis.ſiue ſit a trabes ſiue a trabs.is.Producunt vero Abel nomen proprium viri.Prudentius:paſtorem ſternit in Abel.Crabro crabronis.quod ideo ſuſpicamur primam producere natura,quia nunquā breuis reperitur.Vergilius.iiij.Georgic.aut aſper crabro imparibus ſe immiſcuit armis.Ouidius tertio faſto.millia crabronum coeunt,& vertice nudo ſpicula defigunt.Idem.xj.metamorpho.ſpicula crabronum ſpiſſa ceruice gerenti.Idem.in.xv.preſſus humo bellator equus crabronis origo eſt.in ſacris literis pro crabro corrupte legitur ſcrabro.Poteſt tamen fieri,vt ſyllaba illa natura ſit breuis:ſed tutius eſt,vt illam interim pro longa relinquamus:quoad exemplo alicuius autoris probetur eſſe breuis,id quod in multis alijs dictionibus eſt a nobis factum.Flabrum.i.pro ſpiritu ſiue vento Vergil.ij.Geor.nō flabra nec ignes cōuellunt.Idē in.iij.horreſcāt flabris:ſummęq̧ ſonorē dāt ſyluę.Ser.dicit tantū in plurali flabra.orū.declinari.Primā aūt natura longā eſſe probatur autoritate Proper.cū lib.ij.inquit:& modo pauonis cauda flabella ſuperba.& Mar.iiij.epig.ſupina praſino cōcubina flabello.quod eſt carmen trimetrum habens iambum in.v.loco.Clau.quoque in Eutropium:Hannibali pyrrhoq̧ togas flabella perosi. Ouid.tamen in primo

Fabula fabulę. Labicũ. i. Labor. beris. Labes. is. Nabis. bis. Pabulũ pabuli. Sabura ę. Sabus ſabi. Tabraca. ę. Tabes tabis, Tabi tabo. Et verbalia in abilis vt nabilis. fabilis. Breuiant ſtabilis habilis.

A. ãte. c. breuis, vt academia academię, achãtis. idis, acer. eris. p arbore. macer. a um. Producũt vero Acer acris, Acis. is. flu. Brachiũ. ij. Brachæ. arũ. Cacabus. i. Cacus. i. Cacabo. as. Dacus. i. Facũd9. a. um Gracito. as. Machina. ę. Macero. as. Pacuui9. ij. Pachyn9. i. Placo. as Racipolis. is. Trachyn trachynis. Thrace thraces, Vacia vaciæ. Vacienus vacieni. Vaciniũ. ij. Vacillo. as. Zacharias.

A. ante. d. breuis eſt, vt vadum vadi. gradior. eris.

V.āte.t.lōga eſt.vt Cicuta æ.Pręputiū.ij.Cōfuto.as Refuto.as.Breuiāt arbutus.i.Defrutū.i.Recutitus.a.ū Et a quatio.quatis cōpoſita.vt Cōcutio.is.

V.ante.u.conſonantem breuis eſt.vt Diluuium.ij.Exuuię.exuuiarum.

¶De vltimis ſyllabis. Cap.vi.

A Terminalis longa eſt.vt ama.ſupra.Breuiāt vero.ita.puta aduerbiū.quia.Poſtea indifferentē habet.Nominatiuus quoq;,accuſatiuus & vocatiuus vtriuſq; numeri,præterq; nomina nu

DE vltimis ſyllabis.Cap.vi.A.terminalis.Quđ dictiones in.a.terminatæ producūt ſyllabā illam finalem:vt ama.narra.vltra.ſupra.Breuiant vero.ita.Verg.ix.æn.non ita me genitor bellis aſuet9 Opheltes.Puta.Perſius.hoc puta nō iuſtum male rectius iſtud.Quia.Hora.i ſer.non quia Mœcenas lydorum quid quid hetruſcos.Poſtea.indifferentē habet.Ouiđ.i.faſtorū.poſtea mirabar,cur nō ſine litibus eſſet.vbi poſtea breuis eſt,reperitur alias lōga vt Hora.in eppodo.Romanus heu poſtea fugabitis.vbi duæ poſteriores ſyllabæ iambicum faciunt.pari quoq; ratione vltimam producunt antea.præterea.interea.Vltra quoq; Serenus breuiauit dicens.curaq; nil prodeſt,nec ducitur vltra cicatrix Et fruſtra.Auienus in arato.ima vehunt cæli,luxit dum fruſtra frequenter.Breuiant quoq; nominatiu9 accuſatiu9 & vocatiu9 vtriuſq; numeri:vt hæc muſa o muſa:plurali hæc tempora o tempora,quod etiā in compoſitione ſeruatur,vt vtraq;,pleraq;,& eadem,quæ in his caſibus breuiant,in ablatiuo producunt Lucanus in.iiij.vtraq; frugiferis & ſylua nobilis aruis.Verg.v.æneiđ.creber vtraq; manu pulſat,verſatq; Dareta.Hora.in poeti.pleraq; differat & pręſens in tempus omittat.Verg.ij georg.non eadē arborib9 pendet vindemia noſtris.Ouiđ.iiij.meta.at nō duricia iaculū quoq; vicit eadē.Reperitur etiā plerūq; in ablatiuo breuis.Verg.in.x.æn.vna eadēq; via ſanguis,animuſq; ſequunt.Propti9.i.iiij.hac eadē rui9 Lygdame curre via.Calphurni9 i æglogis,rupe ſub hac eadē q plurima pin9 obūbrat.Sed pdu

meralia in.ginta.deſinētia,vt triginta quadraginta. Et a nominibꝰ græcis in as. & in.es. ꝓductas deſinētibus vocatiuus in.a.ꝓducitur.vt Aeneas, o ęnea. Anchiſes o anchiſa. Nominatiuꝰ quoqꝫ a gręcis plerūqꝫ producitur.vt Nemea.ę.Tegea.ę.

E.terminalis breuis eſt: vt hoc mare,lege,legere. Producunt vero accuſatiui trium pronominum ego me,tu te.ſui ſe. Et nomina gręca fœminina quę ad primam declinationem noſtram referūt vt Penelope in nominatiuo, datiuo, vocatiuo & ablatiuo. Et nomina gręca pluraliter declinata: vt mele:cete: tēpe. & vocatiuꝰ ablatiuuſqꝫ a nominibus græcis terminatis in.es. productam, quę ad primam & tertiam declinationem latinā referūt,vt Anchiſes o anchiſe ab āchiſe, Vlyxes o vlyxe ab vlyxe. Et ablatiūs ſingularis a nominibꝰ quintæ declinationis,vt dies a die. Et gtīs regularis quintę declinationis in.e.vt dies die. Et ſecūda pſona ſingularis præſentis imperatiui modi ſecūdę cōiugationis actiuę vocis,vt doce,mone,aude. Et aduerbia illa fere,ferme,quare,ne pro non.næ pro certe.væ ꝓ hei,ſed hęc duo diphthongum habēt. Interiectiones quoqꝫ ꝓducunt ille,pape,ohe

[Produ]cunt numeralia in.ginta.deſinētia,vt triginta,quadraginta,quinquaginta,ſexaginta,ſeptuaginta,octoginta. Verg.i.æneid.triginta magnos voluendis menſibus orbes. Idē in.vii.triginta capitum fœtus enixa iacebit. Petronius arbiter.ſanguine Romano ſexagintaqꝫ triumphos. Quod vero apud Mart.legitur:ſexagintaqꝫ teras cum limina mane ſenator. & alio in loco,mutua quod nobis ter quinquaginta dediſti. Ego ſuſpicor vitio ſcriptorū eſſe factū,vt ꝓ ſexagena ſexaginta,& pro quinquagena,quinquaginta ſcriberetur, quēadmodū pro eo quod Iuue.ſcripſit quadringenta dedit Gracchus ſeſtertia dotem,nonnulli afferunt ad huius regulæ euerſionem quadraginta dedit gracchus, quaſi quadraginta milia ſeſtertium non ſit ſumma,qua equites ex lege Roſcia cenſerentur:vt idem Iuuenā. quadringenta tibi ſi quis deꝰ,aut ſimilis dīs.& Mart.quadringenta tibi non ſunt chereſtrate, ſurge. & alio loco quadringenta ſecat,qui dicit ſycamerice. Producitur præterea vocatiuus a nominibꝰ græcis in.as.vel in.es. deſinentibus,quæ ad primam nominis declinationē latinam referuntur,vt Aeneas o ęne,Anchiſes o anchiſa, & a nominibus græcis in.as. terminatis,quæ ad tertiam declinationē noſtram reducuntur,vt Pallas pallantis o palla.calchas calchātis,o calcha. Ver.x.æneid. ænea vigila.& velis immitte rudentes. Idē in.iii.coniugio anchiſa veneris dignate ſupbo. Idem in.x.teqꝫ iuuat palla:ſed bellis acer Aleſſus: qđ ſi huiuſmodi vocatiui breues reperiantur,a terminatione potius latina veniunt,vt Hora.ii.ſermo.ne quis humaſſe velit aiacem atrida vetas cur? nominatiuus nō atrides,ſed atrida fuit. Propert.non ita dardanio gauiſus atrida triumpho. Nominatiuus quoqꝫ. Producunt etiam nomina gręca q̄ non habent accentum in ante penultimā, vt theologia,philoſophia:nā quę habēt in ante penultima breuiant,vt ægina,Mna producitur circunflectiturqꝫ. ¶ E.terminalis breuis eſt: vt hoc mare,lege, legite,legere. Producunt vero me ab eo qđ eſt ego mei. Verg.ix.æneid.me me adſum,qui feci,in me cōuertite ferrū. Te,ab eo quod eſt tui. Idē in.iiii.te propter Lybicę gētes. Te vero particula, q̄ huic pronomini adiicit breuis eſt. Lucre.in.i. Accipe pręterea quę corpora tute neceſſe eſt, Sed ab eo quod eſt ſui. Verg.in.vi.& magno ſe corpore miſcet. Et nomina græca fœminina,q̄ apud græcos.in.e.longū finiuntur:vt penelope.es.neqꝫ id ſolū in recto ſed etiā in reliquis caſibus illi cōterminalibus, quāqꝫ Iuuē.autoritate ſua ablatiuū a calpe.es.breuiauit dicēs:ſed lōge calpe relicta. Sed hic caſus poteſt eſſe ab altera declinatione.ſ.calpis.is.a calpe ſicut & Verg.pręneſte ſub ipſa dixit.ab eo qđ eſt præneſtis. Et pluraliter declinata.vt tēpe.cete.mele. Oui.i.meta.ſylue vocāt tēpe,ꝑ quæ penetus ab imo.apud Lucre. cygnea mele & muſa mele. Et vocatiuus ablatiuuſqꝫ a noibus græcis terminatis in.es.producta ſiue ſint primę declinationis.vt Anchiſes,o anchiſe ab anchiſe,ſiue tertiæ eorum præſertim,q̄ apud illos in.eus.diphtōgō terminantur, vt achilleus Perſeꝰ.vlyſſeus. achilles o achille ab achille.perſes o perſe a perſe.vlyxes o vlyxe ab vlyxe. Et ablatiuꝰ a nominibus quintæ declinationis.vt dies a die,progenies a progenie. Fames quoqꝫ quia teſte Gellio libro viii.noct.atti.per quintam declinationem apud antiquiores inflectebatur,fecitqꝫ in genitiuo (vt ille ait) fami vel fames more quintæ declinationis,ablatiuum quoqꝫ in.e.longum terminauit. Vergil.vi.æneid.obiicit ille famę rabida tria guttura pēdens. aut quia (vt Priſcia.libro.vii.ſcribit) in quibuſdā nominibꝰ,q̄ ablatiuū in.es.ꝓductā terminātia pares cū genitiuo habēt ſyllabas,in tertia declinatione ſolebāt ātiquiores ꝓducere ablatiuū more quintę declinationis.vt hæc moles a mole.tabes a tabe. Lucretius:imbribus & tabe membrorum arbuſta vacillāt Et genitiuus regularis. Vergil.primo æneid. libra die ſomniqꝫ pares. Ouid.iiii.meta.prima fide vociſqꝫ ratæ. Et ſecunda perſona.&c.vt doce.mone. Vergil.vii.æneid.tu vatem.tu diua mone,dicam horrida bella. Quod vero Propert.dixit.tu caue,ne triſti cupias pugnare puellę.& Hora.tu caue ne minus, tu ne maius facias: id non eſt ab eo quod eſt caueo caues:ſed ab eo quod eſt cauo cauis:quemadmodum in tertia coniugatione diximus:cum de præteritis verborum in.uo.deſinentibus agebamus:nam illud Ouid.in.i.de triſt.idqꝫ quod ignoti faciunt vale dicere ſaltem:aut quaſi nomen breuiauit:aut morem ægre diſcedentium oſtendit,qui verba vix integra proferunt. Verg.vero in buco.aut hac ratione,aut illa potius breuiauit.q vocalis ſequebatur cum dixit.& longum formoſe vale,vale (inquit) iola,aut ab eo quod fuit vallo vallis.ſic Perſiꝰ.vide ſis,quaſi a vido vidis breuē poſuit. Et aduerbia illa.fere.ferme,quare. Iuuenal.nulla fere cauſa eſt in qua nō fœmina litē. Idē.mobilis & varia eſt ferme natura malorū Martial.vxorem quare teleſinam ducere nolo. Ne quoqꝫ pro.vt.non ſiue non producitur, vt apud Verg.ii.æn̄.ne recipi portis,aut duci in mœnia poſſet.næ vero pro certe per.æ.diphthongon ſcribitur,quemadmodum & væ dolentis interiectio. Producunt vero etiam ohe,& pape. Mart.ohe iam ſatis eſt ohe libelle. Perſius.pape marco ſpondente recuſas.



Et aduerbia a nominibus adiectiuis deriuata, vt a pulchro pulchre. Breuiant tamen a bono bene,a malo male. Et prępoſitiones duæ.e.de.pro ducuntur.

I.terminalis longa eſt:vt gummi,amaui. Breuiant vero niſi.quaſi. Datiuus quoqꝫ & vocatiuus gręci in.i.deſinentes a nominibus quintæ declinationis illorum,quæ ad tertiam noſtram referuntur. vt Palladi.Phyllidi.o Priami.o Pari. Mihi vero, tibi.ſibi.ibi.vbi.indifferentem habent.

O.terminalis indifferens eſt. vt ego,ergo ſermo ſermonis.amo amas. Producunt vero datiui & ablatiui ſingulares ſecundæ declinationis, vt domino a domino.& aduerbia datiuis ſimilia,vt falſo.certo. Et nomina græca fœminina in.o.deſinētia,vt ſappho.alecto.clio. Et dictiones monoſyllabæ,vt o. do.pro. Breuiant tamen cedo pro dic. cito.ilico.modo.& duo.& ambo. Gerundia vero datiui & ablatiui indifferenter deſinunt.

V.terminalis longa eſt.vt Cornu,Gelu.

B.terminalis breuis eſt,vt ab.ob ſub. Barbara vero producunt.vt Iacob.Aminadab.

C.terminalis longa eſt. vt hoc.dic. duc ſic. Breuiant vero fac,lac,nec,donec. Hic pronomen indifferens eſt.

Et aduerbia a nominibus adiectiuis non quidē omnibus:ſed ſcdę declinationis deriuata,vt a docto docte,a pio pie,a iuſto iuſte. A bono vero bene:& a malo male breuiāt. Oui.ī ep̄la Helenes. nā male qđ ſuades vtinā bene cogere poſſes Quod vero qdā dicūt apprime quoqꝫ breuiare, idqꝫ autoritate Vergi.ii.geor.confirmāt,cū dicit:flos apprime tenax, ea lectio mēdoſa eſt,nā Verg nō apprime ſed apprima ſcripſit,ꝓ apprime,hoc eſt nomen ꝓ aduerbio figura apđ poetas vſitatiſſima. ¶ I.terminalis longa eſt,vt gūmi,amaui.ſi.ni. Breuiāt vero niſi. Verg. in buc.qđ niſi me quacūqꝫ nouas incidere lites: Quaſi. Ouid.et quaſi diſcedens oſcula nulla dedi. Auiennus tn̄ in arato.ſingulari exēplo lōgū poſuit. Dtūs quoqꝫ & vtūs græcꝰ breuiāt,vt Papi.in achilleide. Palladi littoreę celebrabat Scyros honorē. Catulus morte feror Theſei qualem minoidi luctū. Sabinus in epiſtola demophoōtis. phyllidi demophoon patria dimittit ab vrbe.palladi nāqꝫ,minoidi, & philidi datiui ſunt gręci,nā latini ꝓducerētur. Verg in buc.mirabar,qđ mœſta deos amarylli vocares. Ouid. in epiſto. Chana.prima mihi nutrix Oeoli dixit amas. Idem in epiſtola hele.bella gerāt alii,tu Pari ſemper ama. Nomina quoqꝫ gręca,vt mel:quod interpretatur mel:quod apud nos tantum in compoſitione reperitur vt melimelum, melilothos, melicratū,hydromeli,oxymeli. Moly quoqꝫ radix ab Homero celebrata, cuius inuentio, vt inquit Pli.li.xxv.natu.hiſto.Mercurio aſſignatur: Verg.in priape.quem cur moly vocat,mētula moly fuit. Oui.xiiii.meta. moly vocāt ſuperi:nigra radice tenetur. Pronomina vero illa,mihi,tibi,ſibi finalem indifferentem hn̄t. Verg.i.æn̄.tu mihi quodcunqꝫ hoc regni:tu ſceptra Iouēqꝫ. Idem in eodem, mihi cauſas memora. Ibi quoqꝫ & vbi tū breuiare,tū producere reperiuntur. ¶ O.terminalis indifferēs eſt vt ego.ergo. Propertiꝰ.ii.frater ego tibi ſim,filius vnus ego. Hora. nil tāti eſt:ergo fungar vice cotis acutum. Auguſtus.ergo ne ſupremis potuit vox improba verbis. Producunt vero datiui vel ablatiui ſingulares ſecundæ declinationis. eodem tamen,quod ab eo & dem particula componitur quem admodum de eadē diximus:mediam habet indifferentem. Breuem vt apud Verg.in buc.vno eodemqꝫ igni ſic noſtro Daphnis amore. Idem.xii.æn̄.vno eodemqꝫ tulit partu. Proper.in.i.hoc eodem ferro ſtillet vterqꝫ cruor. Longā Iuue.poſuit ne placeat,curru ſeruus portatur eodem.& Martial cum ſteterit nullus vultu tibi talus eodem. Et nomina græca fœminina in.o.deſinentia,vt alecto.us.clio clius.argo argus. Verg.vii æn̄. alecto toruam faciē & furialia membra. Oui,in i.de arte.nec mihi ſunt viſæ clio cliuſqꝫ ſorores.et dictiones monoſyllabæ, vt o.do.pro. Verg.o regina nouā cui cōdere Iuppiter vrbē. Mar.do tibi naumachiam.tu das epigrāmata nobis. Verg.prima quod ad Troiam pro charis geſſerat argis. Breuiāt tn̄ hęc cedo pro dic. Iuue.cedo ſi breue parui. Cito. Iuue.& cito rapturus de nobilitate comeſa. Ilico. Auſo,illico non marco. Modo Verg.iiii.æn̄.ſi modo quod memoras fatum fortuna ſequatur. Sero tū breue,tū longū reperitur. Tibullus.heu ſero reuocatur amor ſeroqꝫ iuuenta. Papi.ſero memor thalami mœſtę ſolatia matris. Ambo quoqꝫ & duo breuiant ſiue illa ſint maſculina ſeu fœminina in nominatiuo plurali ſeu actō. Mart.eliſium poſſidet ambo nemus. Vergi.ſi duo præterea tales Idea tuliſſet.& Hor.duo ſi diſcordia vexet inertes. Gerundia quoqꝫ ſubſtātiua in.do.indifferenter deſinunt. Vergi.in buco.frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. Idem in eodem.cātando tu illum? haud vnquā tibi fiſtula ceratꝰ Iuuen̄.pluribus hic æger moritur vigilādo,ſed ipſum. Alphius apud Priſci.li.viii.ſpaciādo paulatim trahit. Eſt enim dimetrum iambicum hn̄s neceſſario iambum in ſecūdo loco. ¶ V.terminalis longa eſt vt cornu.gelu.a ſenſu.a manu. Breuiatur tn̄ quādo.s.litera liqueſcit.vt apud Ennium infantibu paruis. ¶ B.finalis breuis eſt,vt ab.ob.ſub.idqꝫ non ſolum in appoſitione,ſed etiam in compoſitione cum dictionibus incipientibus a vocali.vt Vergi. Troiæ qui primus ab oris. Idem cunctus ob Italiam terrarum clauditur orbis. Idem quoqꝫ.fronte ſub aduerſa ſcopulis pendentibus antrum. Barbarę vero ideo producūtur:quia ad noſtram declinationem reducta eandem ſyllabam longā retinent.vt Iacob iacobus. Aminadab.abꝰ. ¶ C.terminalis longa eſt.vt dic.duc.huc.ſic. Breuiant vero.fac. & merito:quoniam abſciſum eſt ab eo quod eſſe debuit face. Ouidi.in epiſtola pphyllid.phylli fac expectes demophoonta tuū.niſi forte Oui.ſynaloephā fecit ſcribens, phylli face expectes demophoonta tuum. Lac qꝫ breuiare ab omnibꝰ dicitur:& ſi nullum mihi ſucurrerit exemplum.apud Serenum tamen reperio produci Lac aſinę placideqꝫ bouis prodeſſe loquuntur. Nec. Ouidi.in epiſtola ſaphus.o nec ad huc iuuenis,neqꝫ iā puer vtilis annis. Donec. Idem in amoribus.donec eras ſimplex:animum cum corpore amaui. Hic pronomē indifferenter reperit. Ver.iiii.æneidos.ſolꝰ hic inflexit ſenſū,animūqꝫ labātē. Idē in ſexto.hic vir hic eſt,tibi quē promitti ſæpiꝰ audis. Martialis.hic eſt quē legis,ille quē reqris. Idē,hic eſt pāpineis viridis mō Veſbiꝰ vmbris,

D.terminalis breuis eſt, vt ad, apud, ſed, illud, iſtud.

L.terminalis breuis eſt, vt tribunal.nalis. Producit vero nil indeclinabile, ſol ſolis. Et nomina barbara: vt Baal. Michael michaelis. Iſrael iſraelis.

M.terminalis ab antiquioribus breuis ponebatur, ſed in vſu autorum, aut abijcitur, aut cũ ſequenti conſonante vocalem pręcedentem producit.

N.terminalis longa eſt. vt pæan pęanis. non, quin. Breuiant vero, an, forſan, forſitã, tamen, in, & ex ijs cõpoſita, vt attamen. exin, dein, proin. Et nomina gręca in.on.finita, quę ad ſecundam nominis declinationem latinam referuntur, vt iliõ ilij, pelion pelij. Accuſatiuus quoq; primę declinationis a nominibus gręcis in a breui terminatis, & ſecundę in.os. & tertię in.is. vt ægina eginam, menelaos.laon. daphnis daphnin. Et nomina latina in.en. deſinentia q̃ mittunt gtm̃ in inis, vt nomen.inis. Fulmen.inis Et dictiones compoſitæ cũ hac particula ne interrogatiua, quæ in fine abſcinduntur: vt egõ ꝓ egone? viden ꝓ videſne?

R.terminalis breuis eſt, vt Cęſar cęſaris. Producit vero Far farris Par Paris Nar naris. Ver veris. Iber iberi. Cor cordis. Fur furis. Cur aduerbium. Et nomina gręca in er mittentia genitiuũ in eris. vt aer aeris ęther ętheris. character characteris.

As terminalis producitur, vt æſtas. atis. Breuiãt vero gręca mittentia genitiuum in adis, vel ados. vt arcas, adis vel arcados. Accuſatiu9 quoq; pluralis a nominibus gręcis, quę ad tertiã nominis declinationẽ referũtur. vt Arcas, das, menas. das.

Hic aduerbium ſemper producit Verg.i.æñ. poſthabita coluiſſe Samo, hic illi9 arma. Hoc ſecũdũ Priſci. breuiat, quod ſi productum reperias duplex.c. debere ſubſequi putat. vt Verg. hoc erat alma parẽs Perſius. hocce eſt, ꝙ palles, cur quis nõ prandeat hocce eſt. ¶ D.terminalis breuis eſt. vt ad, apud, ſed. Verg.i.æñ. alma Venus phrigij genuit Simoentis ad vndam. Iuue. aut apud iſiacæ potius ſacraria lenæ. ¶ L terminalis breuis eſt, vt tribunal.alis. vigil gilis Ouid'. in amoribus. Quod faciet magnas turpe tribunal opes. Producit vero Nil indeclinabile. Hora.ij.epiſtol. nil oriturũ alias, ortum nil tale ferẽtes. Nihil vero breuiat. Sol.is. Ouid. ſol aditus quod quæris ait, nec vana labores. Et nomina barbara, vt Micol, michael, iſrael, quanq; Sidonius apollinaris breuẽ poſuit dicens: Iſrael appenſi per cõcaua gurgitis iret: niſi forte per ſyneræſim proferas. æ. quemadmodum Varro. cũ te flagranti deiectum fulmine phaeton. ¶ M.terminalis ab antiquiſſimis poetis breuis aliquando ponebatur ſequenti dictione, quę inciperet a vocali. vt Ennius. inſignita forent tũ milia militum octo. vbi non fecit ecthlipſim. Iuniores quoq; aliquando ſibi hanc licẽtiã vſurparunt. Sed de hoc in principio huius libri diximus plura. ¶ N.terminalis longa eſt, vt pæan pæanis, ſyren ſyrenis. delphin. inis. dęmon. onis. quum coniunctio. Verg. iiij.æñ. quin etiam hyberno moliris ſydere claſſem. Breuiant vero an cõiunctio interrogatiua. Iuue. accipit & madidæ facies dicet, an huic9? Forſan. Verg. .æñ. mittite, forſan & hęc olim meminiſſe iuuabit. Forſitan. Iuue. forſitan expectes, vt gaditana canoro. In præpoſitio & ab in compoſita. vt proin. dein. exin. verg. .æneid'. ſocios partitur in omnes Tamen, & ab eo compoſita. vt attamẽ veruntamen. Ouid'. Nil mihi reſcribas: attamen ipſe veni. Et nomina gręca in.on. finita. &c. vt ilion ilij pelion. pelij. verg. ilion & omnis fumat neptunia Troia. Luca. peliõ opponit radijs naſcentibus vmbras. Accuſatiu9 quoq;. &c. vt ægina æginã. Papi. in theba. Quippe ferũt raptã patrijs Æginã ab vndis. Cilla cillam. Oui. xiiij. meta. me tenedon chryſæq; & cillã apollinis vrbes. Menelaos menelaõ. Idem in epiſtola Oenones: ardet amore tui, ſic & Menelaõ amauit. Pilos pylõ. Idẽ i epl'a penelopes. nos pylõ ãtiquã Neleia neſtoris arua. Daphnis daphnin. thyrſis thyrſin. Propter. thyrſin & attritis daphnin arũdinibus. Et nomina latina in.en. deſinentia, quæ mittũt genitiuũ in.inis. vt nomen.inis. nam gręca vt ſyren ſyrenis: & latina mittentia genitiuum in.enis. vt ren. renis producũt. Viden in fine abſciſſum ꝓ videſne breuiat. Verg.vj.æñ videñ vt geminę. ſ.ud. c. Catul. videñ vt velociter exiluere. ¶ R terminalis breuis eſt: vt cęſar aris. amatur. legitur. per. nuper. igitur. Quod vero quidam autore Beda producunt puluinar. torcular. cochlear & hmõi, non probant cum e diuerſo Iuuenalis puluinar breuiarit dicens: fœda lupanaris tulit ad puluinar odorem. Producunt vero far farris Ouidius in faſtis: far erat & puri lucida mica ſalis. Par paris. Hora. ludere par impar, equitare in arundine longa. Nar. naris. fluuius Italię Vergil' vij ęneid' ſulphurea Nar albus aqua, fonteſq; velini. Iber iberi. Lucan. in.v. ſi tibi durus iber, aut ſi tibi terga dediſſet. Ver veris. Ouidius.i. metamor. ver erat ęternum placidiq; tepentibus auris. Cor cordis. Ouidius in epiſtola Sapph9. mille meũ leuibus cor eſt violabile telis. Idem tamẽ breuiauit.v. metamor. ph. Inq; cor hamata ꝑcuſſit arundine Ditẽ, & Martial'. dotatæ vxori cor arundine fixit acuta. Fur furis j. Perſius. Fures (ait Pedio) Pedius quid? crimina raſis. Cur aduerbium. Ouidius, cur opus affectas ambitioſe nouum? Beda torcular & puluinar & ſimilia produxit ex obliquorum analogia ¶ Et nomina græca in er. deſinentia, quæ apud illos per. eta. longum ſcribuntur, vt aer aeris, aether aeteris. Claudian9 tamen breuiauit aer dicens. Lucidus vmbroſo miſcebitur aer auerno. Sunt tamen qui non aer ſed axis legant hoc in loco. Produxit tamen Ouid'. j faſtorum, lucidus hic aer, quę duo corpora reſtant. Idem. audiet hoc aether, & ſi deus vllus in illo eſt. & quę incremento diximus mittere genitiuum in.eris penultima longa vt crater. eris. ſtater. eris. ¶ As. terminalis producitur vt ęſtas. atis. amas. amabas. Breuiant vero nomina gręca mittentia genitiuũ in. adis. vel in. ados vt areas. adis. vel. ados. pallas. adis. vel. ados. Oui. ij. meta arcas adeſt ter quinq; ferens natalibus annos Idem. Vt vidit vultus Pallas in amne ſuos. ¶ Et accuſatiu9, &c. vt arcas acuſatiuo arcadas. menas. adas troas adas Mart. ad matrem fugiet Penthe9, ad menadas Orpheus. Ouid'. in epiſtol. Troadas inuideo, quę ſic lachrymoſa ſuorum.



Es, terminalis longa eſt. vt proles prolis. leges. Breuiant vero. Es, a Sum es fui cum cõpoſitis. Penes præpoſitio Seges. etis, Teges. etis, Indiges. etis. Perpes. etis. Interpres. etis. Teres. etis. Prępes. etis Hebes. etis. Inquies. etis. Et mittentia genitiuum in. itis. vel. idis. vt Stipes. itis. Obſes. idis. & pes cũ ſuis compoſitis. vt bipes, tripes. Et nomina græca quintæ declinationis, quæ ad noſtram declinationem referunt in nominatiuo & vocatiuo plurali, vt arcades o arcades. peliades o peliades.

In. is breuiant. vt panis, legis. Producũt vero. dis. ditis. Lis litis. Sãnis. itis. Quiris. itis. Glis gliris. Pyrois, entis. Simois. entis. & ſimilia, quę per. ei. diphthongon a græcis ſcribuntur. Et gręca mittentia genitiuum in. inis, vt Salamis ſalaminis, Delphis delphinis. Et græca per y pſilon mittentia genitiuũ in. yos. vt Tethys tethyos. Erynnis. ios, Datiuus quoq; & ablatiuus pluralis primę & ſecundæ declinationis, vt muſa muſis a muſis, dñs dominis a dominis. Et accuſatiuus tertię declinationis quando exit in is. vt omnis. tris. Vis etiã in nominatiuo & genitiuo. Vis quoq; in ſecunda pſona a volo, Velis quoq; & nolis, & ſis a ſum es fui. & Fis a fio. Et ſecunda perſona ſingularis pręſentis indicatiui modi quartę coniugationis: vt audio audis, venio venis, neſcio neſcis.

Os terminalis ꝓducit: vt Ros roris. Sacerdos. otis Breuiãt vero Os oſſis, nam Os oris, producitur. Cõpos. otis. Impos. otis. Et gręca quartę declinationis deſinẽtia in os. quę ad ſecundã declinationem latinã referũtur, vt Abydos. i. Chaos. i. Et genitiuus græcus in. os. vt Tereus, eos. Arcas. ados.

¶ In. es. ꝓducunt vt proles. is. dies. ei. ſpecies. ei. ames. leges. Prudẽ nimis licenter fames & lues breuiauit in pſychomachia. ſpoliatq; ſuos fames impia natos. Idem in eodem opere ſtupuit lues improba caſtis. Breuiat vero es ſecũda perſona a ſum. es. fui. cum ſuis cõpoſitis, vt Verg. ij æñ. quiſquis es amiſſos hinc iam obliuiſcere gaios. Idem in Buco. huc ades o formoſe puer tibi lilia plenis. Reperitur tñ es aliquando producta. Flacus. vij. argonau. tu ſupplice digno dignior es: & fames meis. Properti9. ſi puer es alio trance tela tua: ſed hoc forte ex ratione cæſurę. Penes ꝓpoſitio. Horatius in poetria, quẽ penes arbitrium ius eſt & norma loquendi. Seges ſegetis, quod a ſeco ſecas. & teges. tegetis. q̃d a tego tegis deriuat teſte Priſcia: vltimã breuiant. Inquies quoq;, quanquã a quies quietis, cui9 vltima longa eſt, cõponitur teſte tamen Probo finalem breuiat. Indiges quoq; & cætera q̃ ſequũtur breuiant autore Priſcia. Et nomina mittentia genitiuũ in. itis. vl' i. idis. vt miles. itis. obſes idis. Pes. dis. bipes. tripes. quadrupes. cõpes: nã breuiari autor eſt Priſcia. aſtipulãte Probo Quod ſi reperit producta hoc erit ratione cęſuræ. vt Verg. x. æñ. arrectum quadrupes & calcibus auras. Idẽ in. iiij. æñ. ſtat ſompes & calcibus auras. ¶ Noiatiuus quoq; & vocatiuus plurales a nominibus græcis, q ad tertiam nominis declinationẽ latinã referuntur, vt arcas arcades. Vaſcõ. ones. Verg. in buc. arcades iuidia rũpãtur, vt ilia codro Iuue. vaſcones (vt fama eſt) alimẽtis talib9 vſi. ¶ Is. terminalis breuiatur, vt panis, legis amatis legitis. Producũt vero dis ditis. lis litis. ſamnis ſamnitis. quiris quiritis. glis gliris. Ouid'. in epiſto. paridis. lis eſt cũ forma magna pudicitię. Pyrois quoq; & ſimois, quoniam a gręcis per. ei. diphthongõ ſcribuntur, ꝓducunt. Ouid'. ij. meta. interea volucres pyrois eous & ęthon. Idem in epiſtola penelop. hac ibat ſimois, hic eſt ſigeia tell9. Et nomina græca mittẽtia genitiuũ in. inis, vt ſalamis vl' ſalamin vl' ſalaminis. eleuſis vel eleuſin eleuſinis, delphis vel delphin delphinis, & habẽtia ypſilõ añ. s. vt tethys. Verg j. geor. teq; ſibi generũ tethys emat oĩbus vndis. Quę vero in. ydos. exeunt breuiãt, vt chlamys. ydos. Papi. chlamys horrida pẽdet. ¶ Datiuus quoq; & abltũs pluralis primæ & ſcd'æ declinationis, vt muſa muſis a muſis, dñs dñi a dñis. adde etiã tu nomina græca in. a. diſinẽtia, quę datiuũ & ablatiuũ nũeri pl'alis ĩ. atis. mittũt. vt epigrãma atis. ab epigrammatis. Accuſatiuus quoq; pluralis tertiæ declinationis cũ in. is. exit. quemadmodum in tertia declinatione diximus, vt omnis. tris. Verg. i. æñ. omnis vt tecum meritis pro talib9 annos Idẽ in eodẽ, dorſum immane mari ſummo tris Eurus ab alto. Vis quoq; nomen, q̃d in nominatiuo atq; etiã in genitiuo Priſc. teſte ꝓducitur. ¶ Vis pręterea ſcd'a pſona ab eo q̃d eſt volo, & ſis ab hoc verbo. Sũ es fui cũ cõpoſitis. Hora. ij. epiſt. cuilibet argilla q̃d vis imitabit vda. Ver. Aeneid. v. quãuis elyſios miretur græcia cãpos. Oui. ſis argumẽtũ maius an auxiliũ. Idẽ. tu quoq; fac ꝓſis intra tua clauſtra iacẽti. Et fis a fio. Hora lenior & melior fis accedẽte ſenecta. Idẽ i. iij. car. Audiuere Lyce fis anus: vbi fis anus dactylus eſt. ¶ Secũda quoq; pſona ſingularis præſentis indicatiui mõi quartæ cõiugationis. vt audio. is. venio. is. neſcio is. Propter. non audis & verba ſinis mea ludere cũ iam. Verg. ij. æñ. expectate venis. vt te poſt multa tuorũ. Reperit tñ breuis apud Sedulium in paſchali cũ dixit. peruenis ad Chriſtũ, nõ Chriſtus peruenit ad te, niſi forte eſt a veno. is. tertiæ cõiugationis, queadmodũ ſupra in verbis diuerſarũ cõiugationũ diximus. ¶ Os. terminalis ꝓducitur, vt ros. mos dños. Breuiãt vero os oſſis, vt autor eſt Priſc, ſed autoritate non probat: ex cõpoſito tñ probari põt ſi de ſimplici nõ conſtat. Luc. lib. iij. exos & xanguis. Cõpos. Ouid'. poſt modo cõpos eris. Os oris. ꝓducit Verg. i. æñ. virginis os, habitũq; gerens & virginis arma. Idẽ in eodẽ. Os humeroſq; deo ſimilis naq; ipſa decorã. Cõpos. otis. & impos. otis. eodẽ autore breuiãt. Et nomina græca in. os deſinentia. vt abydos. chaos. ſamos, leſbos. Ouid'. in epiſt. leand'. ſolueret in ſpeculis oĩs abydos erat. Verg. v. æñ. Et chaos & phlegetõ loca nocte ſilentia late, quæ vero ad tertiam nominum declinationem latinam referuntur, aut declinatione attica mittũt in. o. genitiuum producunt, vt egoceros. otis. rhinoceros. otis. apollos apollo. athos atho. Androgeos. geo. Verg. ij. æñ. Androgeos offert nobis. Iuue. velificatus athos: & quicquid græcia mendax. Genitiuus quoq; græcus cũ exit in. os. breuiatur, vt tereus tereos. Mart. flet philomena nefas inceſti tereos, & quæ. Arcas arcados. Ouid'. j. meta. arcados hinc ſedes & inhoſpita tecta tyrani.

Vs.terminalis breuis eſt, vt Dominus. Amamus, Palus.paludis, mediam habet. Producunt vero Tellus telluris. Incus incudis. Subſeus ſubſcudis. Et nomina monoſyllaba, vt Grus gruis, Thus thuris. Et quę mittunt genitiuum in.vtis, penultima longa: vt Virtus virtutis. Et nomina græca mittentia genitiuum in. vntis. vel in odis. Amathus amathuntis, Melampus melampodis. Et nomina quę habẽt apud illos.oy.diphtongon, vt Panthus pãthu, Ieſus ieſu, & genitiui ſynærizati a nominibꝰ fœmininis deſinẽtibꝰ in.o.vt Sappho ſapphus. Mãto.tus. Genitiuus quoq; ſingularis & Nominatiuus & Accuſatiuus & Vocatiuus quartę declinationis, vt Manus. Senſus.

T.terminalis breuis eſt, vt Caput. Amat.

Omnis ſyllaba in fine carminis, aut proſę orationis clauſula indifferens eſt, quia lõga ꝓ breui, & breuis pro longa inuicem ponuntur.

Dictiones barbarę: quę accentu acuto in fine proferuntur, in quãcunq; literam deſinant, vltimas ſyllabas producunt, vt Iacob. Ioſeph. Alaric.

## ¶Longę pro breuibus.

Pro breuibus longas poſuerunt ſæpe poetę,
Pro longis contra correptas ſępe dederunt.
Matri longa decem tulerunt faſtidia meſes.
Obſtupui, ſteteruntq; comę: & vox faucibus hęſit.
Poſthabita coluiſſe Samo. hic illius arma.
Vnius ob noxam & furias Aiacis Oilei.
Ipſius ante oculos ingens a vertice pontus.
Cum ſubito aſſurgens fluctu nimboſus Orion.
Egerimus, noſti, & nimiũ meminiſſe neceſſe eſt.
Hi tibi Nomentum, & Gabios vrbemq; Fidenam.

## ¶Breues ꝓ longis.

Italiam fato profugus, lauinaq; venit.
Exercet Diana choros quam mille ſequutę.
Troas reliquias Danaum, atq; immitis Achilli.
Relligione patrum multos ſeruata per annos.

¶Vs.terminalis breuis eſt, vt dominus domini. corpus corporis. Palus paludis mediam habet. apud Horati. breuiatur cum dicit ſterilis palus aptaq; remis. Vergil. tamen ſexto æneidos dixit. ſtygiaq; palus innabilis vnda. Quintil. libro primo vbi de grammatica: ſimpliciter produci debere dicit palus paludis. ſic palus.i. breuiari. Producunt vero tellus telluris. Vergil. iiij. ęneidos, deueniũt prima & tellus & pronuba Iuno. Incus incudis. finalem producere ex obliquis coniectamus. ¶Et nomina monoſyllaba, vt grus gruis. ſus ſuis. thus thuris. ius iuris Marti. in ius o fallallax, atq; inficiator eamꝰ. & q̃ mittũt genitiuũ in. vtis. penultima longa, vt virtus virtutis. nam intercus q̃m in obliquis breuiat, in recto quoq; breuiare ſuſpicamur. ¶Et nomina græca mittentia genitiuũ in. vtis. vel in. odis. vel in. v. quoniam a græcis in. oys. diphtongõ, quæ apud nos vertitur in. vs. terminãtur. vt amathus amathuntis. Vergil. decimo æneidos. eſt amathus, eſt celſa mihi paphos atq; cythera. Et nomina quæ habent apud illos. oy. diphthõgon. vt pãthus. Vergil. in ſecũdo æneidos. Pãthꝰ othryades cuſtos, phœbiq; ſacerdos atq; eadem ratione Ieſus producitur. Et genitiui ſynærizati. vt ſappho ſapphus, mãto mãtꝰ, Vergil. decimo æneidos, fatidicę mãtꝰ & Tuſci filius amnis. ¶Genitiuus q̃q; ſingularis. &c. vt genitiuo ſenſus, nominatiuo plurali ſenſus, acuſatiuo ſenſus, vocatiuo o ſenſus. Sedullius nimis licenter in genitiuo ſingulari. vs. produxit dicens, ſexus & ætatis ſatiauit quatuor illic: nam qđ alibi dixit, dicemꝰ ſcti cõiunctio ſpũs. actu. legi poteſt pro ſpũ flaminis aut pneumatis. Illđ nullo modo excuſari poteſt quod dixit, primoſq; necans vagitus & audens. ¶T. terminalis breuis eſt, vt amat. caput. ſicut. qđ intelligendum eſt ſi non præcedat alia cõſonans aut diphthongus vt amat. aſt. aut. In abſciſis vero producit: vt cum dixit Vergiliꝰ tertio ęneidos, fumat neptunia Troia: pro fumauit (vt exponit Seruiꝰ) poſitũ eſt. ſed hic producit poſitione. Iuuenalis, quis neſcit, aut quis nõ vidit vulnera pali. Sed dicet quiſpiam hoc loco ſemipẽthemimerim eſſe. quid ꝙ Martiani autoritate dictiones i. t. deſinentes indifferentes eſſe poſſunt: quãuis in vſu autorũ propeſemꝑ breuiantur. ¶Omnis ſyllaba. huius regulę autores ſunt Cicero. Quintilianus. Ruffinus quoq; de pedibꝰ oratorum ſic inquit: Breuis vltima claudet: longa ſit an breuis nullũ diſcremen habetur: vt ſolet in metris doctus cõponere vates. Itaq; in fine carminis ſiue clauſularũ quæ proſa oratione conſcribunt, ſyllabæ finales indifferenter poni poſſunt, hoc eſt longa pro breui, & breuis pro longa. Horati. primo carmi. iam ſatis terris niuis atq; dirę. in fine ſpondeum poſuit ꝓ trocheo: eſt eĩm carmen ſaphicum. e contrario Vergiliꝰ primo æneidos Italiam fato profugꝰ lauinaq; venit. trocheũ poſuit pro ſpondeo. trocheꝰ enim non reperit in verſu heroico: vt putauit Alexander. ¶Dictiones barbaræ. hæc regula colligit ex ijs, q̃ multis in locis a nobis ſunt repetita. Dicit igitur ꝙ dictiones barbaræ. quales ſunt Hebraicæ, vt Iacob. Abraam. Ioſeph & Gothicæ. vt Theodoric, Alaric. Roderic. Federic. & Hiſpanæ. vt Iſabel. Leonor. Guiomar & Teutonicæ, vt Manric. Enric, Federic. quæ accentu acuto proferuntur in quãcũq; literam deſinant. vltimas ſyllabas producunt. Cuius ſignum eſt, quod cum ex ratione declinationis latinæ ſyllabam adijcimus: accentus remanet in eadem, quod non faceremꝰ niſi ſyllaba illa eſſet longa. vt Iacobus Abraam Abraamus. Ioſeph Ioſephus. Theodoric Teodoricus. Alaric Alaricus. Roderic Rodericus. Iſabel Iſabela. Leonor Leonora. Giomor Guiomara. Manric Manricus. Enric Enricus. Federic Federicus.



¶De pedibus, qui ſyllabis conſtant. Caput. vij.

PEs eſt ſublatio, ac poſitio duarũ, amplius ve ſyllabarum ſpacio comprehenſa.

Duarum ſyllabarum pedes ſunt quatuor.

Pyrrhichius duabus ſyllabis breuibus conſtat, vt deus, furor amat.

Spondeus conſtat duabus ſyllabis longis, vt montes gentes. audi.

Iambus conſtat ex breui & longa. vt dies. amant.

Throcheus, ſiue choreus conſtat ex longa, & breui. vt tempus.

DE pedibus. caput. vij. Pes eſt ſublatio. Hucuſq; diſputatum eſt a nobis de quantitate ſyllabarum, nũc vero conſequens eſt, vt de pedibus dicamus, qui eo modo ſyllabis conſtant, quo ſyllabæ ex literis conficiũtur. Principio itaq; ponitur pedis diffinitio ex Diomede ſumpta. Pes, inquit, eſt ſublatio, ac poſitio.i. conſtat ex ſublatione ac poſitione. Cõprehẽſa ſpacio duarum, aut amplius, hoc eſt plurium ſyllabarum, quia ex vna ſyllaba non poteſt eſſe pes, etiã ſi longa ſit. Sublatio namque & poſitio non in temporibꝰ, ſed in ſyllabis debet fieri. Addit quoq; idem autor aliã differentiã ijſdem pene verbis. Pes, inquit, eſt poeticę dictionis duarum amplius ve ſyllabarum ex certa temporum obſeruatione modis recipiens arſin & theſin.i. qui incipit ſublatione, & finitur poſitione: nam arſis gręce interpretatur eleuatio, theſis vero poſitio. Dicti ſunt autem pedes, quia quemadmodum nos pedibus ambulamus, ita & verſus pedibus incedunt: ad quod videt̃ reſpixiſſe Ver. cum in. j. geor. ſcripſit: ferte ſimul faunique pedẽ driadeſq; puellæ. Aut pedes dicti ſunt. quia illis eo modo verſus menſurãtur, quo nos ſpacia pedibus metiri conſueuimꝰ. Nã Ariſtote. x. metaphyſi. autore, in quolibet genere quantitatis eſt aliquid vnum, quo reliqua metimur, & eſt minimũ in illo genere: quemadmodũ in numeris vnitas, in vocibus dieſis, in quãtitate continua digitus, aut vlna, aut pes aut paſſus, aut aliquid ſimile. Hinc igitur trãslatũ eſt vt verſũ ita pedibus metiremur, quemadmodũ arcę, cubiculi, atrij, cœnaculi, aut cuiuſcũque ſpacij lõgitudinem latitudinẽq;. Accidũt aũt pedi ſex. nũerꝰ ſyllabarũ. tp̃a. ſublatio, & poſitio. inter vtrãque ꝓportio. figura. ordo. Syllabę in pede (vt parũ) debẽt eſſe duæ, vt paulo ante diximꝰ. Itaq; pedis cuiuſq; ſyllabæ. aut ſũt duę aut tres, aut quatuor, aut q̃nque. quamq; pedes, q ſunt pluriũ q̃ triũ ſyllabarũ. cõpoſiti ſint: vt paulo poſt dicemus. ¶Tẽpora in pede aut ſunt duo, vt in pyrrhichio: aut tria, vt in iãbo & trocheo: aut quatuor, vt in ſpõdeo et dactylo, et eodẽ modo de reliquis. ¶Sublatio ſiue arſis eſt a qua pedis tẽpora in priore parte eleuãtur. poſitio ſiue theſis qua pedis tẽpora in poſteriori ſua parte deprimuntur. Nam cũ pedis tẽpora in duas partes diuidãtur: prior arſi eleuatur: poſterior theſi deprimitur. ¶Proportio quoque accidit pedis partibus illis inter ſe cõparatis Eſt enim proportio cũ duas quantitates inter ſe comparamus. Proportio itaque inter cuiuſquepedis partes aut eſt æqua, aut dupla, aut tripla, aut ſeſqualtera. aut ſeſquitertia. Aequa diuiſio eſt, quoties ſublatio pedis in tẽporibus par eſt poſitioni, vt in pyrrhichio, ſpõdeo, dactylo, anapeſto, ꝓceleumatico, diſpõdeo, coriãbo, horũ enim arſis tantũ in ſe habet quantum & theſis. Dupla vero eſt quoties pedis ſublatio duplo maior aut duplo minor eſt quam poſitio. vt in trocheo, iãbo. et duobus ionicis. Nã in trocheo arſis duo habet tempora, theſis vero vnum. E cõtrario in iãbo arſis vnũ tẽpus habet, theſis duo. In ionico a maiori arſis duo habet tẽpora, theſis vero quatuor. E cõtrario in ionico a minori arſis quatuor habet tẽpora. theſis vero duo. Tripla vero eſt quoties ſublatio triplo maior eſt quã poſitio: quod ſoli amphibracho cõtingit. Seſquialtera proportio eſt, quoties arſis continet tantum tẽporis, quãtũ & theſis, & vltra hoc illiꝰ dimidiũ: aut e cõtrario. vt in bacchio & amphimacro & quatuor pæonibus, qui pedes cũ tẽporibus quinq; conſtẽt, ſi cõparẽtur tria ſublationis ad duo poſitionis: aut e cõtrario. ſeſqaltera ꝓportio reſultabit. Seſquitertia ꝓportio eſt. quoties arſis ſe habet ad theſin in epitrita ꝓportione, vt in epitritis, qui cũ ſint tẽporũ ſeptẽ, ſi cõparentur quatuor ad tria, fit proportio ſeſquitertia, quã græci epitritã vocãt: a qua & quatuor pedes epitriti ſũt apellati. ¶Figura etiã in pedibꝰ reꝑitur: quoniam alij ſunt ſimplices: vt illi qui cõſtãt binis vel ternis ſyllabis: alij cõpoſiti: vt qui cõſtãt quaternis, aut quinis, aut pluribus ſyllabis: nã ex duobus ſimplicibꝰ cõponuntur, vt ꝓceleumaticus ex duobus pyrrhichijs. choriãbus ex choreo & iãbo, pyrrhianapeſtꝰ ex pyrrhichio & anapeſto. ¶Ordo præterea accidit pedibꝰ. quoniã in verſu alij alijs in locis ſiue regionibus diſponũtur. vt in ſaphico trocheus in primo loco. ſpõdeus in ſecũdo. dactylus in tertio. trocheus in quarto. & iterũ trocheꝰ in q̃nto. & eodẽ mõ de reliq̃s. quẽadmodũ capite in ſeq̃nti diſſeremus. ¶Duarũ igit̃ ſyllabarũ. q̃m diximꝰ nũerũ ſyllabarũ pedi accidere: atq; eſſe duas: aut tres. aut quatuor, aut deinceps. ¶Primo ponit pedes q duabꝰ ſyllabis cõſtãt, & ſũt tãtũ quatuor: qui nũerus ex eo colligit̃, ꝙ aut vtraq; eſt breuis, & eſt pyrrhichiꝰ: aut vtraq; lõga & eſt ſpõdeus, aut prima breuis & altera lõga & eſt iãbꝰ. aut e diuerſo prima longa & altera breuis & eſt trocheus. ¶Pyrrhichiꝰ itaque cõſtat duabus ſyllabis breuibus, totidẽque tẽporibus. vt deus. furor. amat. docet. hic a græcis dibrachus apellatur, quia duas ſyllabas habet breues dicit̃ etiã per iãbus & egeõ. Pyrrhichius, vt autor eſt Diome. dictus a pyrrhichia ſaltatione. vł a Pyrrho Achilis filio, a q̃ neutrũ pyrrhichiũ eſt cognominatũ. alij a cõcitatione quadam ignea, qua mouetur, pyrrhichiũ appellatũ eſſe dicũt. ¶Spõdeus pyrrichio cõtrariꝰ cõſtat ex duabꝰ ſyllabis lõgis, & quatuor tẽporibus. vt mõtes. heros. audis. dictus, vt autor eſt Diome. ꝙ in tẽplis hoc pede q̃dam carmina, ſpõdẽtes: hoc eſt, libãtes decantabãt. ſpõde enim libamẽtũ interpretatur. Numa Põpilius, vt idẽ autor inquit, rei diuinæ deditꝰ hũc pedẽ põtificiũ appellauit. ¶Iãbus cõſtat ex prima breui & ſecũda lõga, tẽporũq; triũ. vt dies. amas. doces, dictus, vt Diome. ait, a iãbizin, hoc eſt, a maledicẽdo: eſt enim pes verſibus maledicis aptiſſimus. vel a Iambe Celei & Menalinę vxoris famula: que Cererem dũ Proſerpinam quęreret, ad eos delatã maledictis inſectata eſt. Hunc pedem Appuli a Dauno duce ſuo Daunium appellarunt. Alij gradalem martique gradiuo ſacrum: ꝙ gradariæ pugnæ huius effectu mouerentur. De quo inquit Horati. in poet. ſyllaba longa breui ſubiecta vocatur iãbus. pes citus vnde etiam trimetris accedere iuſſit. ¶Trocheus, qui & choreus cognominatur iambo contrarius, conſtãt ex prima longa & ſecunda breui, trium temporum vt ſanguis. tempus, audit. dictus eſt aut a trechin hoc eſt, a currendo. vel a trocho.i. rota. quia in verſu rotatim ac volubiliter fluit. Hunc a Mercurio repertum ferunt. Arunci vero Italiæ populi hunc pedem Rutulum, a Rutulis Italiæ populis appellarunt.

¶Trium ſyllabarũ pedes octo ſunt.aut enim omnes tres ſunt breues,& appellatur tribrachus:aut prima eſt longa & duæ breues,vocaturq; dactylus.aut primæ duæ breues & tertia longa,& vocatur anapeſtus.aut prima breuis,& duæ longæ,& vocatur Bacchiꝰ.aut prima,& ſecunda longa,& tertia breuis & vocatur Antibacchius:aut prima longa,ſecunda breuis,& tertia rurſus longa:& vocatur anphimacer.aut econtrario prima breuis.& ſecunda lõga,& tertia iterum breuis,& vocatur amphibrachus,aut omnes tres ſunt longę,& vocatur moloſſꝰ.

¶Tribrachus igitur conſtat ex tribus ſyllabis breuibus,totidẽq; temporibus,vt Dñs. Anima,Legimus,dictus eſt autẽ tribrachꝰ quaſi tribreuis:quoniam tres ſyllabas habet breues. ¶Dactylus conſtat ex prima longa & duabus breuibus,quatuorq; temporibus.vt tempora.audiat.Appellatus eſt autem dactylus a tractu digitorũ.qui pter pollicem ternis internodijs,ſiue articulis cõſtat,græce namq; dactylus,latine digitus eſt.Vel vt alij putant ab ideis dactylis Cretæ pplis:qui iouẽ infantem in ida ſylua cretæ educarũt:atq; huius pedis rhythmica cõpoſitione,& ex tympanorũ atq; æris tinnitu vagitũ pueri occultauerunt. ¶Anapeſtꝰ dactylo contrarius conſtat ex prima & ſecũda breuibus:& tertia longa quatuorq; tẽporibus.vt Dominos.Animos.Docui:dictus anapeſtus ab anapin hoc eſt repercutiendo:quia ſono reciproco recurrẽdo dactylũ repercutit.vnde a græcis antidactylus eſt cognominatus.Bacchius conſtat ex prima breui:& reliquis duabus longis,temporibusq; quinq;.vt Athenæ.Sacerdos.Amaui dictus Bacchius quia bacchantibus dithyrranbi,hoc eſt verſus in laudes liberi patris hoc pede compoſiti,conueniebant. ¶Antibacchius bacchio contrarius conſtat primis duabus longis,& tertia breui temporibusq; quinq;,vt Natura.Fortuna.Audiret dictus ab anti,quod eſt cõtra & bacchius:quia(vt diximus)bacchio eſt contrariꝰ.vnde ab alijs palimbacchiꝰ eſt appellatus:quia palin græce rurſus ſiue e contrario interpretatur.Hũc pedẽ alij latinum,alij ſaturnium apellarunt. ¶Amphimacer conſtat ex prima longa,& ſecunda breui,& tertia iterũ longa tẽporibusq; qnque,vt Aureos.Dęmones.Audiunt.Appellatus eſt autẽ ab amphi quod eſt circum & macros longus:quia ſyllaba breuis vtrinque duabus longis clauditur:hic quoque pes creticus eſt appellatus quia cretes ſaltãdo eius rhythmica cõpoſitione vtebantur. ¶Amphibrachus ſyllabarũ ordine ſuperiori cõtrarius cõſtat prima breui.ſcd'a lõga,& tertia rurſus breui:quatuorq; tẽporibus,vt amoris.carina.amauit.dictus ab amphi circum,& brachys breuis:quia ſyllaba longa duabus vndiq; breuibus continetur.hũc alij ſcholiũ appellabã:ꝙ ſcolio,q̃ erat cytharę ſpecies conueniebat. ¶Moloſſus cõſtat ex tribus lõgis temporibuſq; ſex,vt Aeneas,Anchiſes,audiui.dictus quia moloſſi hoc eſt epirotæ ad bellũ procedẽtes huius pedis modulata cõpoſititione vtebãtur.hippiꝰ quoque dicitꝰ eſt hic pes,quia equiſtri pugnæ cõueniebat:hippos enim equus interpretatꝰ. ¶Quatuo ſyllabarũ pedes ſunt ſedecim:aut enim omnes quatuor ſunt breues:& vocatur ꝓceleumaticus:aut omnes quatuor ſunt longæ & vocatur diſpondeꝰ.&c.Sed quẽ admodũ ſupra diximus quatuor,atq; amplius ſyllabarũ pedes ex duarum aut triũ ſyllabarũ pedibus cõponũtur,itaq; maior illorum pars ab illorũ cõiugatiõe nomina ſortiũtur. ¶Proceleumaticus igitur pes ex duobus pyrrichijs cõficitꝰ:eſtq; temporũ quatuor,vt ariete,pariete,abiete,tenuia.ſed eſt animaduertẽdũ id,qđ etiã Ser.notauit in illud ver.i.geor.tenuia nec lanæ per cælũ vellera ferri ꝓceleumaticus,inquit eſt ꝓ dactylo:quã rem quotieſcũq; facit Verg.ſeruat locũ ſynęreſi:vt in buc.tytire paſcẽtes a flumine reijce capellas.Et in.ij.æñ.ſectaq; intexunt abiete coſtas.Et in eodem.labat ariete crebro.& iterũ in eodẽ,hærẽt parietibꝰ ſcalę.& in.v.genua Labãt,vaſtos quatit æger anhelitꝰ artꝰ.vnde in reijce capellas ex duabꝰ vocalibꝰ.e.i.cõficitꝰ lõga,itaq; erit dactylus in abiete,ariete,qm̃.i.e.in vnã ſyllabã lõgã coaleſcũt,cõficiturq; ãphibrachꝰ:q poſitione tantũ ſyllabarũ a dactylo differt.dictus eſt aũt ꝓceleumaticus hic pes,vt autor eſt Vale.a proceleuo,hoc eſt,hortor:quia ij,q ſe ad aliquod opus faciendũ ſiue molẽ impelendam,vel attollendam hortantur,hoc pede ob nimiã celeritatẽ ſyllabarũ vtuntur,vnde Mar.lentos figitis ad celeuma remos.& Hiero.in epiſtola quadam ad Heliodorum.quoniam e ſcopulis enauigauit oratio,iam epilogi celeuma cantandum eſt.ſic enim appellatur cantus ille nauticus:quo proreta remiges hortatur vt ſimul & quaſi vno ictu ſiue impulſu remorum incumbentes nauem impellant. ¶Diſpondeus conſtat duobus ſpondeis:hoc eſt quatuor ſyllabis longis,temporibuſq; octo.vt oratores.mœcenates.audiuiſſent:dictus eſt autem diſpondeus a dis quod eſt bis & ſpondeus:quia ex duobus ſpondeis compoſitus eſt. ¶Dichoreus conſtat ex duobus choreis ſiue trocheis:hoc eſt ex prima longa,ſecunda breui,tertia longa,quarta breui temporibuſq; ſex.vt cantilena,audiemus,dimicare.appellatuſq; eſt dichoreus ſiue ditrocheus:ꝙ ex duobus choreis ſiue trocheis componitur.a quibuſdam etiam catatrocheus dicitur. ¶Dijambus ſuperiori contrarius conſtat ex duobus iambis:hoc eſt prima breui,ſecunda longa,tertia breui,quarta lõga temporibuſque ſex:vt ꝓpinquitas.propagines.amauerant,dictus eſt autem qm̃ ex duobus iãbis cõponitꝰ.

¶Trium ſyllabarum pedes ſunt octo,

Tribrachus conſtat ex tribus ſyllabis breuibus,vt dominus.
Dactylus conſtat ex prima longa & duabus breuibus,vt tempora.
Anapeſtus conſtat ex duabus breuibus & longa,vt dominos,
Bacchiꝰ cõſtat ex breui & duabꝰ lõgis.vt Athenę.
Antibacchius conſtat ex duabus longis & breui,vt natura.
Amphimacer conſtat ex longa,breui,& lõga,vt aureos.
Amphibrachus conſtat ex breui,longa,& breui,vt amoris.
Moloſſus cõſtat ex tribꝰ ſyllabis longis,vt Aeneas;

¶Quatuor ſyllabarum pedes ſunt.xvi.

Proceleumaticus conſtat ex duobus pyrrhichijs.vt ariete,
Diſpondeus conſtat ex duobꝰ ſpõdeis,vt oratores.
Dichoreus,ſiue ditrocheꝰ ex duobus choreis,vt cãtilena.
Dijambus conſtat ex duobꝰ iãbis,vt propinquitas,



¶Choriambus conſtat ex choreo,hoc eſt trocheo & iãbo.i.prima lõga,ſcđa breui,tertia breui:& quarta lõga tẽporibuſque ſex,vt nobilitas.armipotẽs.audierã.dictus:quoniã ex choreo & iambo conſtat. ¶Antipaſtus ſupiori cõtrarius:cõſtat ex iãbo & trocheo:hoc eſt ex prima breui,ſcđa longa,tertia longa,& quarta breui:tpibuſque ſex.vt Medulina.Saloninus.Legebamus:dictꝰ.antipaſtus ab anti cõtra. ¶Pęones quatuor ſunt,cõſtãtque ſinguli tpibus quinis,ſyllabis quatuor:ſed tribus breuibꝰ & vna lõga,q̃ ſi primo loco ponatꝰ,erit pæõ primus:qui cõponitꝰ ex trocheo & pyrrhichio,vt tpibus.corporibꝰ. Si ſyllaba lõga ſcđo loco ponatꝰ,erit pęõ ſcđs,qui conſtat ex pyrrhichio,vt colonia.amaueris. Si ſyllaba lõga ponatꝰ in tertio loco,erit pęõ tertiꝰ:q cõſtat ex pyrrhichio et trocheo,vt catamitꝰ.legerimꝰ. Si ſyllaba lõga ponatꝰ in quarto loco,erit pæõ quartꝰ:qui cõſtat ex pyrrhichio & iãbo,vt facilitas,docuerãt.dicti ſũt aũt pæones a pęonibꝰ pplis,q forte illis pedibꝰ in carmine vtebantꝰ. ¶Epitriti pedes,qui hippij appellãtur,quatuor quoq; ſunt,cõſtantq; ſinguli tpibus ſeptenis,ſyllabis quatuor:ſed tribus lõgis & vna breui:q ſi primo loco ponatꝰ,erit epitritꝰ primꝰ,qui cõponitꝰ ex iãbo & ſpõdeo,vt ſacerdotes.amauerũt. Si ſyllaba breuis ponatꝰ in ſcđo loco:erit epitritꝰ ſcđs:q cõponitꝰ ex trocheo & ſpõdeo,vt cõditores.audierũt. Si ſyllaba breuis ponatꝰ in tertio loco,erit epitritꝰ tertiꝰ:qui cõponitꝰ ex ſpõdeo & iãbo,vt diſcordię.audierãt. Si ſyllaba breuis ponatꝰ in quarto loco,erit epitritꝰ quartꝰ:qui cõponitꝰ ex ſpõdeo & trocheo,vt oratores.audiuiſtis. Dicti ſunt aũt epitriti(vt diximus) quia arſis & theſis horũ pedũ in epitrita,hoc eſt,ſeſquiteria ꝓportiõe ſunt. ¶Ionici pedes duo ſunt,cõſtãtque ſinguli tpibus ſenis ex quatuor ſyllabis,duabꝰ lõgis totidẽq; breuibꝰ.ꝙ ſi duę ſyllabę breues pręcedãt totidẽq; lõgæ ſequantꝰ,erit ionicꝰ a maiori:qui cõponitꝰ ex pyrrhichio & ſpõdeo,vt Diomedes docuiſſent.ſi vo duę ſyllabæ lõgæ pcedãt,totidẽq; breues ſequãtꝰ,erit ionicꝰ a minori:q cõponitꝰ ex ſpõdeo & pyrrhichio.vt Demetriꝰ.audiuerat.dicti ꝙ iones in carminibꝰ eo pede vtebantꝰ. ¶Sunt etiã quinq; ſyllabarꝫ pedes ex ſymplicibus quoq; cõpoſiti numero triginta duo,vt orthius ex pyrrhichio & tribracho,hoc eſt,quinq; ſyllabis breuibꝰ. ¶Periãbꝰ ex trocheo & tribracho,hoc eſt,ex longa & quatuor breuibꝰ,& reliqui de quibꝰ Diome.diſſeruit:qui ad rõnẽ pedũ ſimpliciũ reducẽdi ſunt.& raro apud autores nominãtꝰ pterq; ꝙ dochimi crebra fit apđ autores mẽtio. Cõſtat aũt dochimꝰ ex bacchio & iãbo.de quo Ruffinꝰ.rhetoricas pulcher ſtructuras dochimꝰ ornat,principiũ bacchiꝰ erit:cõcludet iãbus. Atq; idẽ iterũ,ſyllaba prima breuis cũ ſyllaba lõga ſcđa:tertia lõga,breuis q̃rta,ꝓducta qnta. Fit etiã hic pes ex iãbo & cretico ſiue ãphimacro.de quo idẽ Ruffinꝰ,primus iambus erit,cum finem creticus explet,prima breuis longæque duæ,breuis vltima longa exemplumque artis dabitur reſpublica nobis,quam Cicero caſu genitiuo ponere gaudet.

DE metris.Ca.viij.Metrũ eſt pedũ.Quẽadmodũ pedes ex ſyllabis cõſtat,ita metra ex pedibꝰ cõficiũtꝰ.Primo igitꝰ ponit metri definitionẽ ex Diome.ſũpta dicẽs,ꝙ metrũ eſt iunctura pedũ finita nũero & mõ.Metrũ gręce dicitꝰ,qđ interptatꝰ mẽſura.Latine vo vſus ſiue carmẽ potiꝰ dicitꝰ. Eſt aũt vſus,vt idẽ Diome.definit.legitima partiũ diſpoſitio,et pedũ apta copulatio cõſonãti ſpecie metricã exhibẽs regulã,ac ſi dicat,metrũ cõſtat partibꝰ orõnis legitime diſpoſitis,quarũ ſyllabas metiũtur pedes,vnde reſultat cõſonãtia & q̃dã carminis volubilitas.Dictꝰ eſt aũt verſus aut a vertẽdo,ꝙ tãdiu verti debet quoad recte cõſtituatꝰ,dicẽte Hor.in poet.& male tornatos incudi reddere vſus. Vel ab eo potiꝰ qđ vno verſu finito ad principiũ ſequẽtis reuertimur:tractũq; videtꝰ a ſulco,q ex eo verſus dicitꝰ.vt apđ Verg iiij.geor.ille etiã ſeras in verſum diſtulit vlmos.Verſus etiã teſte Varrone in.j.de re ruſti.erat terræ ſpaciũ cẽtũ pedes quoquo verſus quadratũ.Carmẽ dicitꝰ a canẽdo,qđ tñ vnum tãtũ verſum ſignificat:vt apđ Verg.iij.æñ.Rẽ carmine ſigno,& ſubiecit vnũ tñ verſũ,Aeneas hęc de Danais victoribꝰ arma,ſubaudi poſuit.aliqñ totũ poema ſiue opus vſibus cõpoſitũ carmen appellatꝰ.vt tota æneis Vergilij.meta.Oui.pharſalia Lucani.Sed cũ vnicꝰ verſus eſt,monoſticũ dicitꝰ.cũ duo verſus,diſtichũ.cũ quatuor,tetraſtichũ.cũ vo verſus dimidiũ,hemiſtichiũ dicitꝰ. ¶Metra igitꝰ ſiue carmina vſus,aut denominantꝰ ab autoribus,vt Alcaicũ ab Alceo poeta Mitilenæo.aut Archilochiũ ab Archiloco.aut Hipponacticum ab Hipponacte.aut Pindaricum a Pindaro.aut Anacreontium ab Anacreonte.aut Aſclepiadeum ab Aſclepiade.aut Bachilidum a Bachilide.aut Alcmanium ab Alcmane.aut Sterſichorium ab Sterſichoro,aut Ibicum ab Ibico,aut Sapphicũ a Sappho,aut Homericum ab Homero,

Choriãbus cõſtat ex choreo & iãbo,vt nobilitas.
Antipaſtus cõſtat ex iãbo & trocheo,vt medulina.
Pęõ primꝰ cõſtat ex choreo & pyrrhichio,vt tpibꝰ.
Pęon ſcđs cõſtat ex iãbo & pyrrhichio.vt colonia.
Pæon tertius conſtat ex pyrrhichio & trocheo,vt catamitus.
Pęõ q̃rtus cõſtat ex pyrrhichio & iãbo,vt celeritas.
Epitritus primus conſtat ex iambo & ſpõdeo,vt ſacerdotes.
Epitritus ſecundus conſtat ex trocheo & ſpõdeo,vt conditores.
Epitritꝰ tertiꝰ cõſtat ex ſpõdeo & iãbo,vt diſcordię.
Epitritꝰ q̃rtꝰ cõſtat ex ſpõdeo et trocheo,vt audiſtis.
Ionicus a maiori ex pyrrhichio & ſpõdeo,vt Diomedes.
Ionicus a minori ex ſpondeo & pyrrhichio,vt Demetrius.

¶Quinq; ſyllabarũ pedes ſunt.xxxij.

Orthius conſtat ex pyrrhichio & tribracho,vt anima mea.
Periambus ex trocheo & tribracho,vt tẽpora tua.
Reliqui quoque pedes qui ex ſuperioribus cõponuntur,de quibus Diomedes multa.
Eſt quoq; huius ordinis pes cõſtans ex bacchio & iambo,appellaturq; dochimus.de quo apud autores crebra fit mentio,de illo Ruffinus ſcribit.
Rhetoricas pulcher ſtructuras dochimus ornat.
Principium bacchius erit,concludet iambus.

¶De metris q ex pedibꝰ cõponũtur. Ca.viij.

METrũ eſt pedũ iunctura nũero modoq; finita. denoĩatꝰ aũt ab autoribꝰ,vt alcaicum.archilochiũ,hipponacticũ.ſapphicũ.alcmaniũ.ſimonideũ,

Aut a materia. vt heroicũ, elegiacũ, lyricũ, tragicum, comicũ. Aut a pede frequentiori: vt iãbicũ, trochaicũ, ſpõdaicũ, dactylicũ, anapeſticũ. Aut a nũero pedũ vt hexametrũ, pẽtametrũ, tetrametrũ. Aut a nũero ſyllabarũ: vt tetraſyllabũ, pẽtaſyllabũ, heptaſyllabũ, octoſyllabũ, duodecaſyllabũ.

Preterea aut dificit vna ſyllaba, & dicitur catalecticum: aut deficit duabus ſyllabis, & dicitur brachycatalecticum: aut abundat vna ſyllaba vel pluribus, & dicitur hypercatalecticum ſiue hypermetrum: aut neqꝫ abundat, neqꝫ deficit, & dicitur acatalecticũ. Qualia ſunt omnia carmina regularia.

Conſtat preterea carmen vnico genere verſus & dicĩ monocolon, vt Aeneis Vergi. Metamorphoſis Ouidij. Pharſalia Lucani. Aut conſtat duplici genere verſus, appellaturqꝫ dicolon, vt Ouidij opa preter metamorphoſin. Tibuli quoqꝫ & Propertij elegię, & carmina ſapphica mixta adonicis, & aſclepiadea mixta glyconicis. Aut conſtat triplici genere carminis, appellaturqꝫ tricolon, vt quędam odę Horatii poetæ.

Preterea carmen aut eſt diſtrophon, hoc eſt, cũ tertius verſus primo ſimilis eſt, & quartus ſecũdo, vt in carmine elego, qđ ex diſtichis conſtat. Aut Triſtrophon, cum quartus verſus ſimilis eſt primo, quintus ſecundo, ſextus tertio: vt apud Prudentium in prefatione cathemerinon. Aut Tetraſtrophon, cum quintus verſus primo, ſecundo ſextus, tertio ſeptimus, quarto octauus ſimiles ſũt: vt in carmine ſapphico: quod per tetraſticha, ideſt, per quaternos verſus digeritur.

Aut a materia, vt heroicũ, quo res geſtę cũ laude ſcribũtur. Tragicũ, quo heroũ fortuna in aduerſis. Elegum, quo res flebiles, quales ſunt amatorum & mortuorum. Bucolicum, quo res paſtoriciæ. Georgicũ, quo res ruſticæ canuntur. Lyricũ, quod in materia diuerſa ad lyram canebatur. Satyricũ, quo vitia hominum taxantur, cui reſpondet apud græcos comœdia priſca. Iambicum, quo maledicimus & inuehimur in aliquem: nã comœdia noua eſt, qua res atque perſonæ humiles comprehenduntur. Eſt autem & hęc multiplex: ꝗ aut eſt togata, quæ habet argumentum latinum: aut palliata, quæ habet argumẽtum gręcum: aut pretextata, in qua eorũ perſonæ, qui pretextę togæ vſum habent, inducuntur: aut atellanæ, in qua introductæ perſonę iocis quibuſdã laſciuis ſe laceſſebant. Planipes, in qua mimi inducebantur. Aut a pede frequentiori, a quo nouem metrorum genera denominantur. Iambicũ, trochaicũ, dactylicũ, anapeſticũ, coriambicum, pæonicũ, Ionicum a maiori, ionicum a minori, antipaſticũ. Sed nos illa tantum in quolibet genere deguſtabimus, quę ſunt magis in vſu apud autores. Curioſos vero ad Seruiũ, Diomedem, Theodoſiũqꝫ remittimus, & ſi qui ſunt, qui hac de re copioſius ſcripſerunt. Aut a numero pedum, vt Hexametrum, quod ſex habet pedes Dactylos ſiue ſpondeos indifferenter. Pẽtametrũ qđ quinque, Tetrametrũ, qđ quatuor. vt in iãbico octonario, in quo duo pedes ꝓ vno cõputãtur. Trimetrũ, qđ tres: vt in iãbico ſenario. Dimetrũ, qđ duos, vt in iambico quaternario. Aut a numero ſyllabarũ, quod ſyllabas vndecim continet, quale eſt Phaleuticũ & Sapphicũ. Pẽtaſyllabũ. q̃le eſt Adonicũ, aut Heptaſyllabum: quale eſt Glyconicũ. ¶ Preterea aut deficit, aliud ꝑ ſupponit documentũ, ꝙ verſus aut deficit vna ſyllaba, & dicitur catalecticus aut duabus, &c. de quibus in quolibet gñe vbi opus fuerit, ſingulatim dicemus. ¶ Cõſtat præterea carmen, dicit quemadmodũ inter ſe ſuperiora verſuũ genera iungantur. Nam & ſi ex quolibet ſimplici genere verſus poema confici põt, inueniuntur tamẽ apud autores aliquando permixta, nõ quidem oĩa paſſim, ſed quædã cũ aliquibus. Itaque carmen, qđ vnico genere verſus componitur monocolõ, i. vnimembre dicitur, quale eſt heroicũ, vt Verg. æñ. buco. & georg. eiuſdem. Oui. meta. & Phaleuticũ, vt cõplura Catulli, atque Mart. epigrã. Aut eſt dicolõ, i. bimẽbre, hoc eſt, duplici genere verſus cõſtans, quale eſt carmen elegũ in quo verſus pentameter hexametro ſubijcitur, & ſaphica permixta adonicis. Aut eſt tricolon ideſt trimembre, hoc eſt, triplici genere verſus cõpoſitum, qua figura ſunt cõplures odæ apud Horatiũ, qualis eſt illa apud eũdem in .j. lib. car. cuius initiũ eſt. Quod multa gracilis te puer in roſa, perfuſus liquidis vrget odoribus grato pyrrha ſub anthro, cui flauã religas comã. Cõſtat enim duobꝰ aſclepiadæis, & tertio pherecratio & quarto glyconico. ¶ Præterea carmen, aut eſt diſtrophõ, hoc eſt, poſt duos pedes cõuerſionẽ habẽs ad primũ. dis enim bis interpretatur: & ſtrophe cõuerſio. Aut Triſtrophon. & eſt carmen cũ quartus verſus ſimilis eſt primo. &c. vt Pruden. in principio catha. Aut tetraſtrophon, hoc eſt, cũ poſt quatuor pedes in orbem fit reditus ad primũ, quod tetra quatuor interpretatur. & ſtrophe eſ, (vt diximus) eſt cõuerſio. exẽpla vtriuſque generis paſſim reperies. ¶ Hexametrũ carmẽ. Principio igitur de verſu hexametro diſſerit. Hexameter dicĩ, q͂a ſex pedibꝰ cõſtat, heroicꝰ a materia, q̃m (vt diximꝰ) hoc gñe carminis res geſtę heroũ deſcribi maxime cõſueuerũt, vt a Verg. Aneę, a Lucano Cęſaris, & Põpei. a Valerio Flacco Argonautarũ, a Syllio Italico Romanorũ. dicẽte Horatio in poetria. res geſtæ regũqꝫ, ducũqꝫ & triſtia bella carmine, quo ſcribi poſſent, monſtrauit Homerꝰ Homerꝰ nãqꝫ iliada atqꝫ odyſſeã hoc verſu ſcripſit. vnde & homericꝰ a q̃buſdã appellaĩ. Sed deinde receptũ eſt, vt alię quoque res hoc gñe carminis deſcriberenĩ. vt a Lucilio, Horatio. Perſio. & Iuuenale ſatyræ, a Lucretio natura rerũ a Manilio aſtronomica a Ver. buco. & georg. ab Ouid. meta. Dicĩ etiã hic verſus pythius, hoc eſt, apollineus: quoniã apollo pythius a pythone ſagittis cõfecto ſic appellatus, eo verſus genere per ſibyllas reſponſa dare cõſueuit: atque vt autor eſt Euſebius Pãphili, & Phemonœ prima ex numero Sibyllarum hexametris verſibus futura cecinit. Appellatur & ſpõdaicus, quia in omnibus aut plæriſque locis ſpõdeum habere põt. quin potius, vt Diome. autor eſt, eius initiũ ſpõdeis cõſtitit. Nã, vt ait, cũ apollo in vltionẽ Lacone matris pytona ſerpẽtẽ necaſſet, icolę carmẽ ſex ſpõdeis fecerũt, quod deinde ſoluta ſpõdei poſteriori ſyllaba manẽte eadẽ quãtitate dactylũ recipit. Priſcia. ecõtrario dactylicũ appellat: quia dactylis aut ſpõdeis, q̃ i dactylos ſoluũĩ, cõſtat. Epicꝰ quoque apellaĩ, atque ipſum poema, qđ eo verſu deſcribit, epos.



Hexametrum carmen, qđ etiã heroicum appellatur, conſtat dactylo & ſpondeo indifferẽter: niſi ꝙ in quinta regione frequentior eſt dactylus, in ſexta vero ſpõdeus. In quo genere carminũ ſcribuntur geſta heroũ, clariſſimorũqꝫ virorũ. Debet habere vnam ex tribus cæſuris ſaltem, hoc eſt, penthemimerim. i. ſemiquinariam: depthemimerim. i. ſemiſeptenariã: hemipenthemimerim. i. ſemiquinariæ dimidiam, vt in hoc verſu, Arma virumqꝫ cano Troię, qui primꝰ ab oris. arma virum: hemipenthemimeris eſt. arma virũqꝫ cano, pẽthemimeris eſt. arma virũqꝫ cano Troię hepthemimeris eſt. Quod ſi nulla harum triũ cæſurarũ interuenit, verſus erit retorridus.

Eſt autem epos carmen, quo res diuinæ, humanę, atque heroicę continentur: quod apud Latinos primus omnium Liuius Andronicus ſcripſit. ¶ Hexameter itaque verſus, qui & ſenarius dici poteſt, conſtat dactylo vel ſpondeo indifferenter: niſi ꝙ in quinto loco frequentior eſt dactylus, vbi etiam nonunquã reperitur ſpondeus. vt apud Verg. in Buc. chara deum ſoboles, magnum Iouis incrementum. Et in .iij. æneid. Cornua velatarũ obuertimus antẽnarum. & alio loco: aut leues ocreas lento ducunt argento. In ſexto quoque loco ſemper fere eſt ſpondeus, niſi quibuſdam verſibus hypermetris, hoc eſt, ſuperabundantibus: quam redundantiã excipiunt verſus, qui ſequuntur a vocali incipientes, facta ecthlipſi aut ſynaloepha. Itaqꝫ vitium quod erat in fine verſus, continuatio ſequentis emendat. Verg. ij. geor. Inſeritur vero ex fœtu nucis arbutus horrida, vbi in ſexto loco dactylus eſt, ſed exteritur vltima ſyllaba, quia ſequitur verſus incipiens a vocali, & ſteriles platani malos geſſere valentes. Idem in eodem ſexto loco antibacchium ſiue moloſſum poſuit dicens: aut dulcis muſti Vulcano decoquit humorem. ſed diſpungitur ſyllaba finalis: quia ſequitur verſus a vocali incipiens, aut folijs vndam tepidi deſpumat aheni. Reperitur etiã dactylus in ſexto loco, ſed duæ ſyllabæ breues reſoluuntur in vnam longam: efficiturqꝫ ſpondeus. Vergi. in bucol. Nec tantum rhodope miratur & iſmarus orphea. Idem in primo æneid. Atria dependent lychni laquearibus aureis. Itaque verſus hexametri ſumma conſtat quatuor & viginti tẽporibus, cum dactyli & ſpondei quaterna habeant tempora. Nam quod quidam dixerat poſſe in fine recipere trocheum, cum de vltimis ſyllabis ageremus, exploſum eſt: quia (vt diximus) apud poetas vltima ſyllaba verſus, & apud oratores vltima clauſulæ indifferens eſt: atque vt ratio carminis exigit aut proſæ, longa pro breui, breuis pro longa ponitur. Quod etiam in penthemimeri, & plerumque in hepthemimeri nonnunquam: ſed in ſemipenthemimeri raro reperitur, vt ſtatim dicemus. Sed excuſatur vitium, quoniam ſilentium illud, quod fit in cæſura, ſupplet tempus, quo ſyllaba breuis erat minor. Recipit quoque verſus hexameter alios pedes non earundem ſyllabarum, ſed eorundem temporum, vt proceleumaticum, qui dactylo, vel ſpondeo in temporibus æqualis eſt: de quo ſuo loco diximus. Recipit preterea anapeſtum, qui etiam dactylo vel ſpondeo ſpacio temporum ęquiparatur, ſed raro. vt apud Vergilium primo georgicorũ: fluuiorum rex Eridanus, campoſque per omnes. vbi in prima regione anapeſtus collocatur. Poteſt autem habere omnibus in locis dactylos vt apud Vergilium: panditur interea domus omnipotentis olympi: & illud eiuſdem. xj. quadrupedumque putrem curſu quatit vngula campum. Poteſt habere & ſpondeos omnes præterqꝫ in vna regione. vt apud eundem primo æne. Tune ille Aeneas, quem Dardanio anchiſæ. Et in tertio: armatumque auro circumſpicit oriona. nã carmen, quod ſex ſpondeis conſtat, nuſquam reperitur, niſi quis de induſtria faciat, vt ſi quis vno verbo mutato ex carmine Vergiliano dixerit: aut leues peltas lento ducunt argento. Quare, vt Priſci. de duodecim carminibus ait, verſus hexameter duas & viginti figuras habere poteſt, q̃ colliguntur ex varietate dactyli & ſpondei in ſex regionibus vario modo poſitorum. Quam rem ideo in præſentiarũ omittamus, quia facilis eſt, atque etiam inertiſſimo cuiqꝫ obuia, & expoſita. Illud tamen non eſt omitendum hoc genus carminis tres poſſe recipere cæſuras, quæ gręci commata vocant, hoc eſt, pentemimerim hepthemimerim. Nam trochaicam omittamus, quæ fit cum in tertio pede dictio trocheo terminatur. vt apud Verg. in buc. nil noſtri miſerere, mori me denique cogis. Igitur penthemimeris, hoc eſt, ſemiquinaria diuiſio eſt, cũ poſt duos pedes inuenitur ſyllaba partẽ oratiõis terminãs. vt Arma, virumqꝫ cano. poſt duos namqꝫ dactylos non ſyllaba cæſuram verſus fecit. Dicta autem penthemimeris a pente quod interpretatur quinque & hemis ſemis, & meri diuiſio, quaſi diuiſio ſemiquinaria. nam duo pedes & ſemipedes, qui vna ſyllaba conſtat, dimidium eſt quinqꝫ pedum. Dicitur autem penthemimeris heroica: quoniam ex dimidio quinque verſuum carminis heroici conſtat. Hepthemimeris, id eſt, ſemiſeptenaria diuiſio eſt, cum poſt tres pedes ſyllaba dictionem aliquam terminat: vt arma, virunque cano Troiæ.. poſt duos namque dactylos & vnum ſpondeum, iæ. ſyllaba cęſuram fecit. Dicitur autem hepthemimeris ab hepta ſeptem, & hemi ſemis, & meri diuiſio, quaſi diuiſio ſemiſeptenaria: quoniam tres pedes & ſemis dimidium ſeptem pedum eſt. Hemipenthemimeris eſt, cum poſt primum pedem inuenitur ſyllaba dictionem terminans. vt muſa mihi cauſas memora, poſt dactylum enim. hi ſyllaba cæſuram fecit. Dicitur autem hemipenthemimeris ab hemi ſemis & penthemimeris, quaſi ſemiquinaria diuiſio: qui ſyllaba illa in media regione duorum pedum & ſemis reperitur. His in locis ſyllaba breuis pro longa nonnunquã ponitur: ſed in penthemimeri raro, in hepthemimeri rarius, in hemipenthemimeri rariſſime. De primo Vergilius ſecũdo ęneid. Noſtrorum obruimur, oriturque miſerrima cædes. de ſecundo. Idem in duodecimo. congredior, fer ſacra pater, & concipe fœdus. de tertio. Lucanus in .ij. dum ſanguis inerat, dum vis materna peregi & illud Iuue. Quis neſcit, aut quis non vidit vulnera pali? Sed quemadmodũ hoc metrum omnes tres cæſuras poteſt recipere: ita neceſſe eſt, vt vnam ex illis recipiat pẽthemimerim maxime, aut ſaltem hepthemimerim, alioqui verſus eſſet retorridus & inſulſus. Carmen igitur heroicum ſic examinabis. Arma virumqꝫ cano Troiæ qui primus ab oris, verſus eſt hexameter, id eſt, ſex habens pedes heroicus, ſiue pithius, ſiue homericus, ſiue epicus, habenſqꝫ duas cæſuras penthemimerim, & hepthemimerim: conſtatque tribus dactylis totidemque ſpondeis: vt Arma vi. rumque ca. no Tro. iæ qui. primus ab oris. Itali. am fa. to profu. gus la. uinaque. venit. omnes tres cæſuras habet, & tres dactylos, totidemque ſpondeos.

¶Pentametrum elegiacum. Dicitur autem & hic verſus pentameter a numero pedum quinque, elegiacū vero dictum eſt ab eleos græce, quod interpretatur miſeratio: quod veteres miſeriam & lamentationes ſuas elegis decantabant. Poſtea vero etiam res aliæ eo gñe verſus deſcribi cœptæ ſūt dicēte Horatio in poeti. verſibus imparibus iunctis querimonia primum, poſt etiam incluſa eſt voti ſententia compos. Pentametri verſus inuentionem quidam in Theoclem naxium referunt, qui cum per inſaniam vociferaretur, eũ effiſit, & elegiacus (vt dicunt quidam) vocatus: ab eo quod elegino eſt inſanio. Conſtat itaque verſus pentameter elegiacus ex duplici penthemimeri heroica. priore ex dactylo vel ſpondeo indifferenter, & ſyllaba, quæ ſemipedem facit: poſteriori vero ex duob9 dactylis atque iterum ſemipede, vt in ſumma ſint pedes quinque, quatuor integri & ex duplici ſemipede vnus omnino temporum viginti. Scanditur quoque hic verſ9 aliter per pedes integros quinque. vt duo primi pedes ſint dactyli vel ſpōdei indifferenter, deinde vnus ſpondeus, tum duo anapeſti, ſemper tamen poſt duos primos pedes debet ſubnecti ſyllaba, quę dictionē terminet, vt fiat penthemimeris heroica: quæ ſi breuis ſit, excuſatur vitium ea ratione, qua diximus in hexametro. Appellatur autem pentametrum elegiacum, quoniam hexametro ſubiunctum conſtituit diſtichon: ex quo poema elegiacum ſcribi conſueuit: quo oīa Ouidij opera p̄ter metamorphoſim. Tibulli. Propertij, atque Mar. pleraque epigrammata ſcripta ſunt. Scanditur autem ſic. nil mihi. reſcri. bas. at tamen. ipſe ve. ni. aut ſic, nil mihi. reſcri. bas at. tamen ip. ſe veni. ¶Phaleuticum carmen dictum autore Diomed. a phaleutio illius inuentore. pentametrum a numero quinque pedum. endecaſyllabum a numero vndecim ſyllabarum. conſtat ſpōdeo. dactylo, & trib9 trocheis, vt paſſer, delici. um me. ę pu. ellę. & eſt carmē Catull. poetæ Veronēſis, qui eo genere verſus complura epigrammata ſcripſit Martial. quoque, Auſonius, atque Vergilius in priapeia. ¶Sapphicū carmen a ſapho illius inuentrice dictum. pentametrū a numero pedum, endecaſyllabum a numero ſyllabarum. iiſdem pedibus conſtat, quibus phaleuticum: ſed alio ordine diſpoſitis: hoc eſt, trocheo ſpondeo dactylo. & duobus trocheis. vt nocte. ſurgen. tes vigi. lemus. omnes. Recipit hic verſus cæſuram poſt duos pedes, quod Horati. in odis fere ſemper obſeruat. Catullus nonmultum id curat, nam ab vtroque hoc genus carminis celebratur. Alij hoc metrum aliter ſcandunt: hoc eſt, per epitritū ſecundum. choriambum & bacchium ſic. nocte ſurgentes vigilemus omnes. ¶Adonicum carmen ab autore quoque appellatum pētaſyllabum eſt, conſtatque dactylo & ſpondeo. vt Boet. nubibus atris condita nullum fundere poſſūt ſydera lumen. Conſueuit hic verſus poſt tres ſapphicos plerumque poni, vt claudat tetraſticon, quod tribus ſapphicis & adonico conſtat. Reperiuntur & adonici ſine ſapphicis & ſapphici ſine adonicis impermixti, vt apud Senecā in tragœdijs. ¶Aſclepiadæum, ab autore Aſclepiade cognominatum duodecaſyllabum, hoc eſt, duodecim ſyllabarum eſt: conſtans ex penthemimeri heroica, quæ ex ſpondeo. dactylo ſemipede conficitur: & deinde duobus dactylis: vt apud hymnographum. Sancto. rum meri. tis incly ta gaudia. Alij aliter ſcandunt per ſpondeum. duos choriambos, & pyrrichium ſic. Sancto. rum meritis. incly. ta gau. dia. ¶Glyconicum ab autore quoque cognominatum octoſyllabum eſt, conſtans ex ſpondeo & duobus dactylis. vt autor hymnorum. Victo. rum genus. optimum. ¶Pherecratium ab inuentore cognominatum heptaſyllabum eſt, conſtans ſpondeo. dactylo. atque iterum ſpondeo. vt Horat. in. j. carmin. grato pyrrha ſub antro. Scanditur autem ſic. grato. pyrrha ſub. antro. Phaliſcum a phaliſcis Italiæ populis, qui in cantionibus eo vtebantur, tetrametrum eſt: cōſtat enim quatuor vltimis pedibus verſus Heroici, hoc eſt, primo & ſecundo dactylo vel ſpondeo indifferenter, tertio dactylo. & quarto ſpondeo. Horatius primo carminum: aut ephe. ſum bima. riſue co. rinthi. ¶Alcaicum ab Alceo poeta dictum, hendecaſyllabum eſt, conſtans ex penthemimeri iambico. quę conficitur ex ſpondeo, iambo, & ſemipede. in quo fit verſus cæſura. deinde duobus dactylis. Idem Horatius in primo carminum. O ma. tre pul. chra. filia. pulchrior. Alij ſcandunt per hippum ſiue epitritum tertium & ſemipedem choriambum & iambum: ſic. o matre pul. chra fili. a pul. chrior. Alij ſcandunt per hippium, ſiue epitritum tertium, & ſemipedem. choriambum, & iambum, ſic o matre. pul. chra filia pul. chrior.

Pentametrum elegiacū conſtat primis duobus pedibus verſus heroici, hoc eſt, dactylo vel ſpōdeo indifferēter & cęſura: tum duobus dactylis atque iterum ceſura, vel potius ſyllaba terminānte verſum. vt Nil mihi reſcribas, attamen ipſe veni. Eſt autem cæſura ſyllaba terminans dictionē in medio carminis: quæ cū poſt duos pedes carminis heroici venit, penthemimeris heroica dicitur. Iābica vero dicitur, cum alteruter ex illis pedibus eſt iambus, vt apud Horatium in primo carminum. O matre pulchra filia pulchrior, vbi poſt ſpondeum & iambum ſequitur cæſura.

Phaleuticum carmen conſtat ſpondeo, dactylo, & tribus trocheis. vt Paſſer delicium meæ puellæ.

Sapphicum conſtat trocheo, ſpondeo, dactylo, & duobus trocheis. vt Nocte ſurgentes vigilemus omnes.

Adonicum conſtat dactylo & ſpōdeo, vt Dulciter hymnos.

Aſclepiadeum conſtat ſpondeo, & duobus choriābis & pyrrhichio, vt Sanctorum meritis inclyta gaudia.

Glyconicum conſtat ſpondeo, & duobus dactylis. vt hymnographus. Victorum genus optimū.

Pherecratium conſtat ſpōdeo, dactylo, atque iterum ſpondeo. vt Horatius. Grato pyrrha ſub antro.

Phaliſcum conſtat vltimis quatuor pedibus verſ9 heroici, vt idem. Aut epheſum bimaris ve corinthi.

Alcaicum conſtat ſpondeo, iambo, cæſura, & duobus dactylis, vt Hora. O matre pulchra filia pulchrior.



¶Alcaicum etiam alterum, quo idem autor vſus eſt, conſtat ex hippio ſiue epitrito ſecundo & duobus choriābis & bacchio: vt Horatius in eodē: Te deos oro Sybarim, cur properes amādo. ¶Anacreontiū ab Anacreōte dictum heptaſyllabum eſt, conſtans ex choriambo & bacchio. vt Horatius ibidem: Lydia dic per omnes. ¶Sapphicum hexdecaſyllabum, quod Diomedes etiam archilochium appellat, cōſtat ſpondeo, tribus choriambis, & pyrrhichio. vt Horatius in eodem: nullam Vare ſacra vite prius ſeueris arborem. ¶Archilochium carmen ab archilocho denominatum conſtat parte carminis heroici, quæ appellatur bucolice, hoc eſt, dactylo vel ſpondeo in tribus primis pedibus: & dactylo in quarta regione: deinde tribus trocheis. vt Horatius primo carmi. ſoluitur acris hyēs grata vice Veris & Fauoni. Bucolice autem appellatur prior pars huius verſus: quoniā in carmine bucolico Theocritus poeta ſemper illud obſeruat, vt in quarto loco dactylum collocet: quod Vergi. illius alioqui imitator negligit. Superioribus carminum generibus raro autores vtuntur. Hora. in odis frequēter: quare ſi plura exempla voles, inde petenda ſunt. ¶Dimetrum iambicum. In carmine iambico illud eſt commune, quod duo pedes pro vno computantur, vnde dimetrum quatuor habet pedes. trimetrum ſex. tetrametrum octo. hoc autem fit, quia in vno quoque metro ſiue pede ictus ſeu mora quædam fit. illud quoque his verſibus commune eſt, quod in locis paribus ſemper habent iambum, in imparibus vero indifferenter iambum vel ſpondeum: vnde a iambi frequentia iambici dicti ſunt. Verſus itaque dimeter iambicus, qui a latinis quaternarius dicitur, conſtat duobus metris: vnde dimeter dicitur. & quatuor pedibus, vnde quaternarius. octo ſyllabis: vnde octoſyllab9 dici poteſt: vt in hymno illo, qui ad primā diei horam in re diuina canitur. Iam lucis orto ſydere. Iam lu. ſpondeus eſt. cis or. iābus. to ſy. ſpondeus. dere. iambus. quoniam, vt ſæpe diximus, finalis indifferens eſt: quare hoc in loco breuis pro lōga poſita eſt. Hoc genere carminis maior pars hymnorum compoſita eſt: apud reliquos autores rarum: vt apud Martialem & Auſonium, quale eſt huius poetæ epigramma ad Theonem grammaticū: Aut adſit interpres tuus, Aenigmatum qui cognitor fuit: Fuit meorū cum tibi Cadmi nigellas filias Melonis albam paginam, Notaſque furuę ſepiæ, Gnidioſque nodos ꝑdidit. Hi verſus omnes iambici ſunt acatalectici: quoniam in illis nihil deficit, nihilque rurſus redundat. ¶Eſt & dimeter iambicus catalecticus, qui vna ſyllaba deficit: qualis eſt apud Senecam in tragœdia quæ Medæa inſcribitur: Quo nam cruenta menas. & quæ ſequuntur. ſcanditur autem ſic. Quo nam, ſpondeus eſt. cruen. iambus. tame. iambus. nas ſyllaba. quod ſi dixeris menades integrum, & acatalecticum erit dimetrum iambicum. Eſt & dimetrum iambicum brachicatalecticum, hoc eſt duabus ſyllabis deficiēs, quale voluit eſſe illud: Aue maris ſtella. ſed non conſtitit niſi in principio. ſcanditur autem ſic. Aue, iambus eſt. maris, iterum iambus. ſtella ſpondeus, quia in fine breuis pro longa poteſt poni, quo ſi adiecſſet placens, fuiſſet dimetrum acatalecticum. ¶Trimetrum iambicum archilochium, quem Varro, Tullius, & Quintilianus ſenarium appellant, conſtat tribus metris: vnde trimetrum dictum eſt, & ſex pedibus: vnde ſenarium. iambo ſcilicet in locis paribus, hoc eſt ſecunda, quarta, & ſexta regione, & ſpōdeo vel iambo indifferēter in primo, tertio loco, & ſexto: vt apud Martialem in pri. epigram. vir Celtiberis non tacēde gentibus. ſcanditur autem ſic. vir cel. ſpondeus eſt. ti be. iambus. ris non, ſpondeus. ta cen. iambus. de gen. iambus. tibus. iambus. nam finalis breuis pro longa ponitur. ¶Eſt & aliud genus trimetri iambici, quod appellatur hipponacticum, differtque ab archilochio: ꝙ hipponacticum in fine habet ſpondeum, archilochium vero iambum. vt Perſius in prologo ſuarum ſatyrarum: nec fonte labra prolui caballino. ſcāditur autem ſic. nec fon. ſpondeus eſt. te la. iambus. bra pro. iambus lui. iambus. cabal. iambus. lino. ſpondeus. huius repertor fuit Hipponax poeta, qui loco iambi inducto ſpondeo contra legem trimetri iambici metrum innouauit. Itaque archilochium rectum, hipponacticum claudum appellatur, a græcis vero tum Cylliambos, tum choliambos, tum ſcazon appellatur. Martialis: mollem debilitare choliambon. Idem in alio loco. Apollinarem conueni meum ſcazon. De quo Ruffinus: ponitur aut ſcazon, ſpondeum finis habebit. Sed archilochio tragœdiæ maxime ſcribuntur. hipponatico magis vtuntur Catullus, & Martialis. Recipit tamen hic verſus frequenter tribrachum pro iambo: & anapeſtum pro ſpondeo, quia (& ſi non ſunt earundem ſyllabarum) ſunt tamen eorundem temporum. vt Perſius.

Alcaicū alterū cōſtat ex hippio ſecundo ſiue epitrito, duobus choriābis & bacchio: vt idē Horati9. Te deos oro Sybarim cur properes amādo.

Anacreontium cōſtat coriambo & bacchio: vt Lydia dic per omnes, & ſequitur Te deos oro Sybarim. &c.

Sapphicum alterum hexdecaſyllabum cōſtat ſpōdeo. trib9 choriambis & pyrrhichio. vt Horati9. Nullam vare ſacra vite prius ſeueris arborem.

Archilochium conſtat parte verſus heroici, q̄ vocatur bucolice. hoc eſt primis tribus pedibus dactylo vel ſpondeo: deinde dactylo bucolice clauditur: poſtea vero trib9 trocheis. vt Soluitur acris hyems grata vice Veris & Fauoni.

Dimetrum iambicum conſtat ſpondeo vel iambo indifferenter in primo & tertio loco, & iambo neceſſario in ſecundo & quarto loco: vt Iam lucis orto ſydere Deum precemur ſupplices.

Dimetrum iambicum catalecticum deficit vna ſyllaba a ſuperiori: vt Prudentius in hymno ante ſomnum: Ades pater ſupreme.

Trimetrū iābicum archilochium cōſtat ſpōdeo vel iambo indifferēter in locis imparibus: hoc eſt in primo, tertio, & quinto loco: & iābo neceſſario in locis paribus, vt Mart. Vir Celtiberis nō tacē de gentibus Videbis altam Liciane Bilbilim.

Trimetrum iambicum hypponacticum, quod & ſcazon & choliambon, & golliambon dicitur, eadem lege currit, qua & archilochium: niſi ꝙ vltimi duo pedes permutantur, iambus pro ſpondeo, & ſpōdeus pro iambo: vt Perſius.

Nec in bicipiti ſomniaſſe Parnaſſo. Eſt tribrachus in ſcunda regione. Idem: memini me, vt ſic repente poeta prodirem. vbi anapeſtus eſt in primo loco. Apud eos quoque qui hoc carmine licentius vtuntur, in locis paribus recipit & anapeſtum: in imparibus vero trocheum & anapeſtum. Reperitur etiam trimetrum iambicum catalecticum. vt apud Horat. mea renidet in domo lacunar. quod ſi dixeris lacunare erit trimetrum abſolutum. Reperitur quoqꝫ iambicus ſeptenarius teſte Diom. qui Varronem induxit: & fit quoties ad trimetrum iambicū triſyllabus pes additur. vt apud Teren. Nam ſi remittant quippiam philomenæ dolores. ſcanditur autem ſic: nam ſi ſpondeus eſt. remit. iambus. tant quip. ſpōdeus. piā. iābus. philo. pyrrhichius pro iambo. menæ. ſpondeus dolores. triſyllabus pes eſt. ¶ Tetrametrum iābicum octonariū conſtat metris quatuor. vnde tetrametrū dictū eſt. octo pedibus, vnde octonariꝰ in locis imparibus, vt de dimetro, & trimetro diximus iambo vel ſpondeo. in paribus vero iambo. Sed hoc genere carminis poetæ tantū Comici vtuntur, nimis tamen licenter; nam alios pedes in crebro recipiunt. vt multi putauerunt nō eſſe carmina. vt Plautus in amphytriōe: qui me alter eſt audacior hō, aut qui cōfidētior? ſcāditur autē ſic. qui mal. ſpōdeꝰ eſt. ter eſt, iābꝰ. auda. eſt ſpōdeꝰ. cior. iābus. homo aut. iābus. q cō. ſpōdeꝰ. fiden. ſpōdeus. tior. iābus. Terēt. quoqꝫ: Enimuero Daue nihil loci eſt ſegnitię, neqꝫ ſocordiæ. ſcanditur autē ſic. enim iābus eſt. vero. ſpōdeꝰ. ꝓ iābo. Daue trocheus ꝓ ſpōdeo. nihil. iābꝰ. loceſt. iābꝰ. ſegni. ſpondeus. ciæ. iambus. neqꝫ. pyrrhichius pro iambo. ſocor. ſpondeus. diæ. iambus. Sed (quemadmodum ait Quintilianus) latini in comœdia claudicarunt, cum apud gręcos comœdiæ certa lege ſcribantur. ¶ Dimetrum anapeſticū pindaricum conſtat duobus metris, quod duo pedes pro vno computantur. Quemadmodū in iambicis: conſtat autem plerūque quatuor anapeſtis, recipit tamen dactylum vel ſpondeū in locis imparibus, in paribus vero ſpondeum. Qualia ſunt multa in Senecæ tragœdiis, vt in herculis furētis primo choro: Turbine magno ſpes ſollicitæ. ſcanditur aūt ſic turbine. dactylus eſt. magno. ſpondeus. ſpes ſol. ſpondeus licitæ. anapeſtus, nam & anapeſticum dicitur etiam ſi nullū anapeſtum recipiat. ¶ Tetrametrum trochaicum archilochiū. Carminis trochaici genera ſunt complura: ſed ideo ex illis tantum archilochium poſuimus: quod reliquis obſoletis, hoc ſolum (quod ego ſciam) apud autores (& quidem rariſſime) reperitur. conſtat autem quatuor metris. vnde tetrametrum dicitur: & trocheis in locis imparibus, vnde trochaicum appellatur: nam in paribus ſpondeum quoque recipit. Eſt autem catalecticū, quoniam a tetrametro integro vna ſyllaba deficit, vt apud Martianum Capellā: Scande cęli templa virgo digna tanto fœdere. Te ſocer ſubire celſa poſſit aſtra Iupiter. ſcanditur autem ſic. ſcande. trocheus eſt. cęli ſpondeus. templa. trocheus, virgo. trocheus. digna. trocheus. tāto. ſpondeus. fœde. trocheus. re. ſyllaba, qđ ſi dixiſſet fœderata. fuiſſet integrum tetrametrum trochaicum. Sextus tamen pes (vt ait Priſ.) neceſſario debet eſſe ſpondeus. adducitque Terentiani carmen huius generis ad probandum, quod alterius poteſt penultimam producere, vt ſuo loco diximus. Carmen autem eſt Seſcuplus vel vnam vincet alterius ſingulā. Hoc quoque genere verſus compoſitus eſt hymnus ille. Pange lingua glorioſi prœlium certaminis. Ex qua ratione conuincitur mendum illud, qđ in recognitione hymnorum notauimus: vbi vulgo ſcriptum reperitur. agnus in cruce leuatur immolandus ſtipite. Nam pro cruce crucis repoſuimus: quoniam in .iij. loco neceſſario debet eſſe trocheus: & contextus quoque ratio exigit, vt crucis dicamus, eritque ordo: agnus leuatur immolādus in ſtipite crucis. ¶ Alcmanium ab alcmane poeta vno de nouem lyricis apud græcos: dactylicum quoniam tribus dactylis conſtat: hypercatalecticū, quia vna ſyllaba ſuperabūdat. Et ponit exēplū eiuſdem Prudentij hymno anteqꝫ cibus ſumatur cuius initium eſt: o crucifer bone. ¶ Parthenaicum ab autore: anapeſticum a pede frequentiore: catalecticum, quia ſuperabundat vna ſyllaba: & ponit exemplum eiuſdem in exequijs defunctorum. ¶ Euripidium ab Euripide poeta tragico, cuius ponit exemplum ex eodem Prudentio.

Nec fonte labra prolui caballino.
Tetrametrum iambicum cōſtat iambo vel ſpōdeo in locis imparibus. in locis vero paribus iambo, Qualia ſunt multa apud Plautum & Terētiū.
Dimetrū anapeſticū pindaricū cōſtat quatuor pedibus, q plerūqꝫ ſūt anapeſti. Recipit tñ & alios pedes, vt Seneca: Turbine magno ſpes ſolicitæ.
Tetrametrū trochaicū archilochiū catalecticum cōſtat octo pedibus minꝰ vna ſyllaba. vñ & catalecticū appellat, habetqꝫ in locis īparibꝰ trocheū: in locis vero paribꝰ trocheū vel ſpōdeū indifferēter. vt Scāde cęli tēpla virgo digna tanto fœdere Luſtra ſex qui iā peracta tēpus implēs corpis. Qđ ſi dixeris, tp̄s implēs corporale, erit catalecticū.
Alcmaniū dactylicū trimetrum hypercatalecticū conſtat tribus dactylis & ſemipede, vt Prudētius in hymno ante cibū. O crucifer bone lucis ſator;
Partenaicū anapeſticū dimetrū catalecticū cōſtat tribus pedibus & ſyllaba; recipitqꝫ in primis duobus locis anapeſtū & ſpōdeū indifferēter: intertio autē ſēper anapeſtū, vt Prudētꝰ in exequijs defunctorum. Deus ignee fons animarum.
Euripidiū dimetrū catalecticū cōſtat tribꝰ pedibꝰ & ſyllaba: qui oēs plerūqꝫ ſunt trochei: vt prudentius in operis ſui coronide, Dona conſcientiæ,

## ¶ De Accentu. Cap. ix.

Accentus nobis, dicta eſt proſodia græcis;
Atqꝫ tonus: quem Romani dixere tenorem.

¶ De Accentu. Cap. ix.

Cum in reliquis grāmaticæ partibus noſtri ſæculi homines multū aberrarint: tū maxime circa vocū accētus, ita turpiter lapſi ſūt, vt quo minus vitiū latere poteſt, eo magis culpādi eſſe videātur. Quā quā ſūt iudicio meo venia digniſſimi: qꝛ eius rei conſideratio nō tā lectione quam viua (vti aiunt) p̄ceptoris voce conſtare debet. Hoc igitur in loco nobis repetendum eſt, quod in principio huius libri annotauimus: ſyllabā (quātum ad p̄ſens negotiū attinet) duplicē habere cōſiderationē, aut enim cōſideratur quantū ad temporis longitudinē in qua profertur, qua de re hactenus eſt a nobis diſputatū, aut quātum ad illius altitudinem ſiue profunditatem: de qua in hoc capite, quod inſcribitur de accentu, diſſeremus,



Accentus lex eſt, qua tendit ſyllaba ſurſum:
Vel qua deprimitur: vel qua ſignatur vtrumqꝫ.
Primus acutus erit, quo ſyllaba ſurgit in altum.
Rurſus & ille grauis, quo ſyllaba preſſa deorſū.
Eſt circumflexus, quo ſurgit deprimiturque.
Sed circumflexus, & acutus dicitur eſſe
Verborum accentus: grauis eſt, quo ſyllaba cōſtat.

Principio itaque dicit quam græci Proſodiam appellant, latine interpretari tum accentum, tum accentiunculam: tum notam vocis: tum moderamētum: tum voculationem. Totum hoc a Gellio noct. attica. lib. xij. translatum eſt. Sed & Quint. autor eſt ab eo quod tonos græci dicunt, antiquiores noſtros accentū etiam vocaſſe tenorem. Verba illius in li. pri. ſunt: Difficilior obſeruatio eſt per tenores: quos quidem ab antiquis dictos tenores comperio, videlicet declinato verbo a græcis, qui tonos dicunt. Sed ſi verbum ex verbo interpretari velimus, quam græci proſodiam dicūt, latine interpretabimur accentū: apros quod eſt ad præpoſitio, & ode cantus. Erit igitur accētus, quaſi cantus, quēadmodū lib. iij. diximus. ¶ Acentus eſt lex. Ponit diffinitionē accentus ab antiquis atque etiam iunioribus grammaticis celebratam dicens: qꝛ accentus eſt certa lex, ſiue regula, ſiue præceptio accommodata ad ſyllabam eleuandam, cum ſcilicet acuitur: vel deprimendam, cum grauatur: adde etiam tu ad eleuandam deprimendāque, cum ſcilicet circumflectitur, hoc eſt, eleuatur deprimiturque. Eſtque accentus triplex vt ex diffinitione ſuperiori colligitur, qꝛ accentus eſt triplex, hoc eſt, acutus, grauis, & circumflexus. Nam omnis ſyllaba dictionis, cum pronuntiatur, aut acuitur tantum: aut grauatur tātum: aut circumflectitur. i. partim acuitur, partim grauatur. Sed cum de accentu loquimur, per excellētiam de acuto, vel circunflexo intelligimus, quem tum p̄dominantem, tum principalem appellamus. Itaque tā apud latinos, quam etiam apud græcos atque reliquas nationes barbaras in qualibet dictione vnus eſt tantum accentus prædominans, qui aut eſt acutus, aut circumflexus, neque habere poteſt, aut plures acutos, aut plures circunflexos, aut alterum acutum, & alterum circumflexum. Nam cum ſit accentus ille prædominans, velut anima vocis (vt Diomedes ait) non modo vnus eſſe debet, verumetiam efficit, vt dictiones inter ſe diſtinguantur. Omnis enim res (vt philoſophi tradunt) a forma habet, quod ſit vna. Cum vero accentus circunflexus in ſyllaba longa debeat collocari, quæ duo tempora in prolatione conſumit: primum tempus accentu acuto, alterum accentu graui profertur: & ſic colligitur accentus circūflexus, qui compoſitus eſt ex acuto & graui. De quo quid nos ſentiamus, ſtatim dicetur, ſi prius ſtultitiam illorum coarguerimus, qui accentum neſcio quem moderatum finxere. Cuius inuenti artifex (quātum ego ſuſpicari poſſum) fuit Alexander a villa dei, qui neſcio quibus laruis exagitatus ſibi perſuaſit eſſe apud latinos quartum illum accentū latinis inauditum. Quem idcirco moderatum appellauit, qꝛ inter acutum & grauem quodammodo ſit medius: quod nemo vnquam ante illum, ſed neque poſt illum quiſquam ſanæ mentis non modo non dixit, ſed nec ſuſpicatus quidem eſt. Sed iam video quid illū deceperit. Nam cum videret homo natura muſicus (quippe qui Gallus erat) dictiones quaſdā barbaras (hebraicas maxime) vehementiori quodam ſono & pluſquā latinæ linguæ ratio patitur in fine acui, ſyllabas illarū terminales accentu acuto debere proferri putauit. Quæ vero ſecundum latini ſermonis regulam accentu acuto proferendæ erant, ipſe noua quadam ratione & a ſe primum excogitata moderato accentu proferendas eſſe dixit: qui (quemadmodum ipſe putat) tantum vincetur ab acuto, quantum grauis ab illo ſuperatur. Quod ſi tantopere Alexander dictionibus barbaris proſpicere volebat, vt cum ſuo illo vehementi ſono, vel ſtridore potius latino ſermoni miſcendas eſſe putauit: non ex antiquorum præceptis, quę ſunt de accentu tradita, quicquam immutare debuit, ſed dictionibus barbaris accentum a ſe nuper excogitatum accommodare appellans illum hyperoxiam, id eſt, ſuperacutū, aut hyperboliam, id eſt, tranſcendentem: quandoquidem ſupra latinum accentum finales illarum dictionū ſyllabę proferuntur. Sed vide obſecro quam in perniciem Alexandrina hæc licentia euaſerit, vt cum nos voces barbaras accentu latino mollire debuerimus, imitatores iſti, vel potius Alexandri admiratores e diuerſo conati ſint accentu barbaro dictiones latinas efferre. Sed cum, quemadmodum in eo ſermone diximꝰ, in quo eſt a nobis de vi & poteſtate literarum ſatis prolixe diſputatum, multa fuerunt in vſu apud maiores noſtros, quorum neqꝫ veſtigium quidem vllum noſtro ſæculo vidimꝰ: cuiuſmodi eſt, quod de accentu circumflexo inpręſentiarum agitur, qui cum ab antiquioribus æque fuerit, atqꝫ acutus & grauis prolatus, nemo eſt hodie, qui illum enunciet: aut ſi ab alio fuerit prolatus, qui illum auditu percipiat, ſenſuque diiudicet. Neque id mirum cuiquam videri debet, cum in re huic cognata atqꝫ germaniſſima tale aliquid acciderit. Nam cum legamus tria muſices genera fuiſſe apud veteres, chromaticum, enharmonicum, & diatonicum. duo illa priora ſic obliterata ſunt, vt nemo ſit hodie, qui (pręterquam in diatonico genere) poſſit canere: ſed neqꝫ ſi alius quiſpiam in chromatico, vel enharmonico genere caneret, poſſet conſonantias perpendere, atque de illis recte iudicare. Quemadmodum igitur non ratione aliqua, ſed potius maiorum noſtrorum negligentia duo illa muſices genera funditus interierūt, fortaſſe quod in illis conſonantijs ratio erat aliquanto ſcrupuloſior: idem quoque ego ſuſpicor accentui circunflexo accidiſſe, qui ex eo quod in ſyllaba per naturam longa ſedere amat, neque omnes, quæ ea ſit, facile intelligunt, ex incuria, vel ignoratione potius noſtri ſęculi cœpit in deſuetudinem abire. Quod vero quidam exiſtimant, eundem eſſe circumflexum, quem ipſi moderatum appellant, nimirum in eo falluntur. Neque enim quia alter ab vſu receſſit, alter nuperrime inductus eſt, eundem eſſe putare debemus. cum præſertim circunflexus in vltima tantum & penultima ſyllaba, moderatus vero ſuus in penultimā & antepenultimam tantum collocetur. Sed quanquā propter rei difficultatem in primis introductionibus noſtris pręceptum ſit confundere circumflexum cum acuto, quippe qui iam inde ab initio teſtati ſumus, nos puerorum eruditioni tantum introductiones ſcribere: nihilominus tamen regulas ab antiquis traditas proponemus. ¶ Sed circunflexus. Quēadmodū ſupra diximus, duo ſunt accentus prædominantes, acutus videlicet & circunflexus, qui proprie dicuntur accentus: vnde & accentus dictionum appellantur: grauis vero non accentus ſimplex, ſed accentus ſyllabæ dicitur. Eſt tamen, cum accentus grauis eſt, accentus dictionis, hoc eſt, in conſequētia, quam græci vocant ſinaptiam: ſed de hoc alias.

Quæ monoſyllaba ſit natura dictio longa,
Circumflectetur: ſi non, profertur acute.
Syllaba ſi duplex fuerit, ſuſpende priorem.
Quæ ſi natura longa eſt, curtaq; ſequatur,
Circumflectenda prior eſt: reprimeſque ſecūdā.
Si polyſyllaba ſit vox; atq; penultima longa
Natura, ſequiturq; breuis: tunc flecte priorem.
Si fuerit longa prior, & tunc longa ſequatur,
Eſt acuenda prior; quæ ſi breuis eſt, acuetur
Antepenultima: ſed non ſemper regula ſeruit.
In primis fallit, vt ſit diſtinctio vocum.
Vt puta, pone, palā, porro, ergoq;, vna, aliaſq;
Quæ circūflectit: ſed & illa in fine acuuntur.
Dictio præterea, ſi ſit conſciſſa, manebit
Integer accentus in eadem ſede locoq;.

¶Quæ monoſyllaba. Incipit tradere regulas accentus, & primo de dictionibus monoſyllabis dicens, qđ dictio vnius ſyllabę, ſi eſt natura longa circumflectitur. vt res, mos. & ſubdit. quod ſi non, ſubaudi, eſt natura longa: ſed aut breuis aut poſitione longa. acuitur, vt ſal, gens. ſed quæ ſint natura longę per regulas ſuperius traditas ſcire poſſumus: quę vero ſint natura breues & poſitiōe longę, non ſatis liquet. ¶Syllaba ſi duplex. Secūda regula eſt, quod ſi dictio eſt duarum ſyllabarū: fueritque aut vtraq; breuis, aut vtraq; longa, aut prima breuis & altera longa. prior ex illis acuetur. vt deus, muſæ, dei. qđ ſi prior fuerit longa & ſequatur breuis, prior circunflectenda eſt, vt muſa in nominatiuo & vocatiuo. ¶Si polyſyllaba. iii. regula eſt, qđ ſi dictio eſt plurium ſyllabarum, conſiderandę ſūt duæ vltimæ, & ſi vtraque fuerit longa, prior acuetur. vt Romanos. ſi prior longa eſt, & poſterior breuis, prior circumflectetur. vt Romanus o romane: ſed ſi vtraq; fuerit breuis, aut prior breuis ſequenti longa, transfertur accētus in antepenultimā. vt animus animi. Et ſubdit, ꝙ hæ regulæ non vſquequaque ſunt verę: nam aliquando patiuntur exceptionem: nam in ſex caſibus fallunt. ¶In primis fallit. Dicit ꝙ regulæ ſuperiores fallunt primo diſtinctione: hoc eſt differentiæ cauſa, ponitque aliquot exempla, in quibus autores differentię cauſa mutauerūt accētus. vt puta pro ſicut, ne putetur eſſe ſecunda pſona imperatiui modi huius verbi puto. as. acuit vltimā. Perſi. Hoc puta non iuſtum, illud male, rectius iſtud. Pone, p eo quod eſt retro. ne putetur eſſe perſona ſecunda imperatiui modi huius verbi pono. is. Verg. ij. æneid'. pone legunt ſinuantq; immenſa volumina terga. Palam, pro eo, ꝙ eſt publice: ne putetur eſſe accuſatiuus ab eo, quod eſt pala inſtrumento ruſtico. Porro, pro eo, ꝙ eſt deinde ne putetur eſſe ablatiuus ſiue datiuus ab eo, quod eſt porrum. i. vt illud ex euangel. porro vnum eſt neceſſarium. Ergo, pro cauſa, ne putetur eſſe coniunctio illatiua. vt apud Vergil'. vj. æneid'. illius ergo venimus. Vna. pro eo, quod ſimul. ne putetur eſſe nominatiuus generis fœminini ab eo, quod eſt vnus vna vnum. Alias, pro alio loco & tempore, ne putetur eſſe accuſatiuus pluralis ab alius alia aliud, quod Priſcianus dicit vltimam circumflectere: cum ſuperiora illa in fine acuantur. In alijs vero particulis in quibus autores non aſſignauerunt hanc accentus differentiam, nec nos aſſignare debemus. Quod ſi autores in his voluerunt facere diſtinctionem: cur non & in illis falſo. ſedulo. modo. forte. repente. & ſimilibus, ne putetur eſſe caſus obliqui, ab eo quod eſt falſus, ſedulus. modus. fors. repens? Sed reſpondebunt opinor, differentiam in illis tantum eſſe faciendam, in quibus autores facere voluerunt. Priſcia. quoq; libro. xv. ſcribit compoſita ab inde: vt deinde, perinde, ſubinde antepenultimam habere acutam. Sed eſto, aſſentiamur Priſciano, atque illius ſęculi grammaticis in ijs, quæ antiquiores ſiluerunt: quid in illis alonge. delonge. deinceps. deorſum etiam ne accentum corrumpemus? faceſſat obſecro vos tantum dedecus a ſermone latino: & niſi vbi nos neceſſitas maiorum autoritate, definita coegerit, nunquam ab accentu regulari diſcedamus. atq; illam fœditatem in primis fugiemus, quam voces latinæ reformidant, cum accentu illo ſuperacuto proferuntur. Atq; (vt ſemel dicam, quid hac de re ſentiam) ſemper in accentu dictionum latinarum latina regula eſt obſeruanda, pręterquam vbi optimi autores aliter cenſuerunt eſſe faciendum. Quos autem velim optimos intelligi tam a principio huius operis teſtati ſumus. Quod cum autoritate, vt ſæpe diximus, faciendum ſit: non tamen fieri debet, quemadmodum iſti putant: vt accentus acutus grauem ſuperet ſeſquitono, ſed ſemitono, vel potius dieſi, hoc eſt, non ſuo illo acuto, qui latinis inauditus eſt: ſed clæmenti atque modico accentu, & fere qualis ille eſt, quem ipſi moderatum appellant. ¶Dictio præterea. Fallit præterea accentus latini regula in quibuſdam dictionibus abſciſſis, quę in eadem ſyllaba retinent accentum principalem, in qua erat ante abſciſſionem, quemadmodum in nominibus proprijs ſecundæ declinationis terminatis in ius, quæ apud antiquiores fecerunt vocatiuum. us. mutata in. e. vt hic Vergilius o vergilie. hic mercurius o mercurię antepenultima acuta, abiecta deinde. e. finali o Vergili, o Mercuri penultima acuta, quāquam ſit breuis, qđ eſt contra regulam latinam de dictionibus polyſyllabis. quamquam. P. Nigidius vir ſui ſæculi (pręter vnum Ciceronem) omniū eruditiſſimus, putauerit in caſu vocandi huius nominis Valerius primam accentu acuto eſſe proferendā. Quod & ſi Gell'. libro. xij. noct. att. ſcribit, non defuiſſe, qui irriderent: ego tantum Nigidio tribuo, vt libentius velim cum eo errare, quā cum omnibus grammaticis verum dicere. Et nomina gentilia terminata in. as. vt hic hęc hoc arpinas. larinas. toloſas. pro quibus antiquiores dicebant. arpinatis. te. larinatis. te. toloſatis. te. acuuntur in fine, vel potius autore Priſciano circunflectuntur: quod etiam de duobus illis pronominibus noſtras & veſtras intelligendum eſt, quę & ipſa quodammodo gentilia ſunt. Abſciſſa quoque ſunt illa donec, pro quo antiquiores dicebant donecum. quod apud Plau. multis in locis legimus. huc. adhuc. iſthuc. illuc. pro quib9 hucce. iſthucce. illucce. illi dicebant, & cōpoſita a dic. duc. fac. quę videtur abſciſſa a dice. duce. face. vt benedic. maledic. deduc. educ. benefac. quāquam de compoſitis a facio non liquet quo accentu quibuſdam in locis proferri debeant. Nā latina regula exigit. vt benefac. malefac. & benefacis benefacit. malefacis malefacit, & ſimilia antepenultima acuta proferamus. De illis enim, quę in compoſitione mutant. a. in. i. nihil eſt dubitandum, niſi quod accentum regularem ſequuntur. Sed neſcio qua de cauſa iunioribus grammaticis placuerit priuilegio quodā vti in compoſitis ab hoc verbo facio. is. cum in compoſitione. a. non mutatur in. i. vt in ſecunda & tertia perſona pſentis indicatiui modi numeri ſingularis penultima accētu acuto pferatur. vt benefacis,



benefacit. tepefacis tepefacit, cum penultima breuis ſit. Pari licentia vtuntur in compoſitis ab illius appēdice fio fis, cum ratione declinationis monoſyllabum efficitur: in fine nāq; accentu acuto efferuntur, vt tepefis. tepefit. Quid? qđ video grāmaticis quibuſdā placuiſſe, vt quoties pręſens indicatiui pro præterito eiuſdē ponitur, quia tertia perſona ſingularis pauciores habet ſyllabas, quaſi abſciſſa in fine circunflecteretur. vt audit pro audiuit, fumat pro fumauit. E diuerſo barbara nomina in fine acuta, quæ ſyllabæ extenſione latina efficiuntur, in eodem loco habent accentū, in quo erat, cum eſſent barbara. vt Iacobus. Sathanas. Ioſephus, & ex Hiſpanis Iſabel, Iſabela. Leonor, Leonora.

Cum coniunctiuæ voces, & præpoſitiuæ
Diſſimulentq; tonos ſemper, ſempq; grauētur,
Si poſponantur, retinebit finis acutum.
Attrahit accentum vox attractiua prioris
Particulę finalem acuendo. Quatuor hęc ſunt.
Cum. q;. ne. ve. ſed cum, ſi ſit pnomine iunctum,
Finales acuit percunctans teq; roganſq;.
Hebrææ voces plerumq; in fine acuuntur:
Non tn̄ & ſemper, quia ſępe in fine grauantur.

¶Cum coniunctiuæ. Fallit quoq; accentus regula, cum prępoſitiones poſtponuntur ſuis caſualibus, quod eſt contra illarum naturam: cum. n. præpoſitiones omnibus ſyllabis grauentur, atq; vt autor eſt Quin. ita caſui iungātur, vt diſſimulata diſtinctione ſub vno accentu cum eo enūtientur, & veluti in vna dictione vna tantum ſyllaba ſit acuta vel circunflexa: ſi poſtponūtur, aut per ſe & abſolute pronuntientur, regularem ſeruant accentum, hoc eſt, ꝙ monoſyllabæ accentu acuto, diſſyllabæ vero priore acuto proferri debent. vt Verg. v. æn̄. trāſtra p & remos. & in ſeptimo: decus imperiiq; latini te penes. aut ſi dixeris: penesq; pars orōnis eſt? aut: ppoſitiões accuſatiui ſūt ad. apd'. ante. Differētię tn̄ cauſa ppoſitio poſtpoſita quādoque acuitur in fine. Verg. pri. æneid'. Errabant acti fatis maria omnia circum. vbi Serui. inquit accentum poni contra morem latinum, ſed corrupte hoc fieri: quia præpoſitio poſtpoſita corrupta eſt. In quo ego Priſcia. potius aſſentior, quā Seruio: neq; enim vltima ob eam rationem acui debet, quia poſtponitur. nam ea ratione omnes præpoſitiones diſſyllabæ acuerentur in fine, cum poſtponuntur: ſed differentiæ cauſa (quod & Quin. ſcribit) nōnullis grammaticis placuiſſe. vt dictiones quędā propter vocum diſcrimina acuto ſono in fine proferrētur. vt apud Ver. iiij. ęn̄. Quę circū littora circū piſcoſos ſcopulos. vt ſi non acuerent circus circi videretur: ſed id ſibi non placere oſtendit, quoniam (vt diximus) præpoſitio præpoſita omnibus ſyllabis grauatur. Eſt tamen (eodem priſcia. autore) quando prępoſitio poſita grauatur omnibus ſyllabis, hoc eſt, ſi genitiuus ſequatur, redditur ſuprapoſito caſuali, vt ſi dixeris virtutem propter imperatoris, aut ſi alterum caſuale ſine coniunctione ſequatur. vt Verg. iiij. æn̄. te propter eundem extinctus pudor. Quod ſi media ſit coniunctio, nihilominus ſeruit regula. vt quod ex Vergil'. attulimus tranſtra per & remos. At vero præpoſitio compoſita in vnum corpus coaleſcit cum ea dictione, cui per compoſitionem adhæret: itaque cum ea vnum habet accentum prędominātem, vt perficio. is. In prima. n. & vltima per (ſi grauatur) in media acuitur. Quod ſi poſtponatur, aut ſoluta eſt, & per ſe, vt diximus, accentum habet: aut compoſita, & tunc aduerbium ex vtraque dictione cōficitur, vt hactenus, quaten9. Nam ſi tenus compoſita non eſſet, priorem ſyllabam acueret. Cum quoque præpoſitio poſtpoſita illis pronominibus me. te. ſe. nobis. vobis. compoſita eſſe intelligitur. Itaque ſemper cū illis grauatur. Sunt tamen qui dicant encliticæ particulę vim tunc habere: & ideo attrahere accentum ad ſyllabam pręcedentem. Quod de præpoſitione diximus, etiam de coniunctiōe dici poteſt: nam poſtpoſitiua vel cōmunis (ſi poſtponatur) finalem ſyllabam acuit: vt ſi dixeris currit, mouetur igitur, alias omnibus ſyllabis grauatur. ¶Attrahit accētum. Quod particulę attractiuę, quas gręci encliticas, id eſt, inclinatiuas appellant, attrahunt ſiue inclinant ad ſe accentum ſyllabę pręcedentis, hoc eſt, attrahendo ſiue inclinando ad ſe eadem acuunt. Verg. pri. æn̄. o qui rex hominumque deorūque. ſyllaba. um. vtrobique acuitur: non quemadmodū imperita multitudo ſolet acuere, ſed modice atque (vt ſupra diximus) ſono quodam moderato. Sūt aūt particulę inclinatiuę quatuor. q;. ne. ve. coniunctiones ſunt. cum vero præpoſitio contra naturam ſuam poſtpoſita inclinat ad ſe accentum in quinque tantum ablatiuis pronominum, hoc eſt, mecum. tecum. ſecum. nobiſcum. vobiſcum. Sed de. q;. ne. ve. exempla ſunt in promptu. Illud tamen aduertendum, quod etiam obſeruatur a gręcis, vt quoties vltima dictionis ſyllaba ratione particulę encliticę acuitur, nihilominus dictio illa ſuum accentum retinet: ita (vt contra id, quod ſupra diximus) vna dictio duos accentus acutos habeat, aut circunflexum ſit & acutum: quod & Aldum Manutium obſeruaſſe video in illis codicibus quos ex impreſſione ad nos cotidie mittit. Et quanquā ex communi pręcipiendi modo particulas illas dixerimus encliticas, id eſt, inclinatiuas, ſiue attractiuas, ex eo quod pręcedentis dictionis vltimam ſyllabam acuendo ad ſe inclinent ſiue attrahāt. Gręci aliter dicunt, quod videlicet dicuntur encliticę ex eo, quod illarum accentus inclinetur, & remittatur ad vltimā ſyllabam dictionis præcedentis. Nam cum particulæ illę ſint coniunctiones, illudque ſit coniunctionum proprium, vt poſtpoſitæ habeant accentum, quē præpoſitę non habent: illę tamen, quę dicuntur encliticę, non habent accentum: ſed remittunt (vt diximus) illum in dictionem pręcedentem. Hoc quoque ſentit Priſcianus in examinatione primi carminis Vergiliani. Quę (inquit) & aliæ duę cōiunctiones ne videlicet & ve ſunt apud latinos inclinatiuę, quas gręci encliticas vocāt: ſolent enim ſuos accentus in extremam ſyllabam pręcedentis dictionis remittere. Siue igitur hoc ſit, ſiue illud in idem recidit, quod ad rationē proferendi attinet. ¶Finales acuit. Quinto deficiunt regulę ſuperiores, quoniam vltimę clauſularum ſyllabę, quę interrogatiue proferūtur, habent accētū. Sed interrogationis genera duo ſunt, altera nāque dicitur percunctatio, altera nomine generis dicitur interrogatio. Atque (vt Auguſti. in. iiij. lib. de doctrina Chriſtiana notat) inter percūctationem & interrogationē hoc intereſt: ꝙ ad percunctationem multa reſponderi poſſunt, ad interrogationem non poteſt reſponderi niſi aut non, aut etiam: vt ſi dicas quis nouus hic noſtris ſucceſſit ſedibus hoſpes? poſt percūctationem multa poterunt reſponderi. At cum dicitur, aut quid in euerſa vidi crudelius vrbe? vnum tantum potuit reſponderi, hoc eſt, nihil. ¶Hebrææ voces. Sexto deficiunt regulę ſuperiores idiomate, hoc eſt, cum dictiones peregrinę cum ſua literatura in ſermonem latinum transferuntur. Peregrinas autem hoc in loco intelligimus hebraicas, & gręcas. Itaque de hebraicis tradit primam regulam: quod plerumque

hoc eſt, pro maiori parte, acuunt vltimam: non tamen ſemper id quod Alexander a Villa dei putauit, quoniam complures acuunt penultimam & nonnullæ in tertia a fine acuũtur. Nam quemadmodum in repetitione illa, quam fecimus nuper, pluribus eſt a nobis diſputatum, q̄ dictiones hebraicę, quæ in veteri ac nouo inſtrumento continentur, nam de alijs impræſentiarum non curamus, non excedunt numerum quinq; milium ex quibus quadringentæ, aut non multo plures acuunt penultimam. Tertia vero a fine multo pauciores ſexaginta opinor, aut multum octoginta, quas licebit videas ĩ ſuo loco. Sed qđ de dictionibus hebraicis diximus, intelligendũ eſt de illis, quæ non declinantur græca, aut latina inflexione. Nam ſi græce declinantur, accentum quoque græcum habebunt, ſi latine, accentum latinum: vt ecce Abias, ſi non declinetur, accentum habet in fine: ſi declinetur gręce abias abiu, accentum habet in penultima, quia vltima eſt lõga: ſi latine abias abię accẽtũ in antepenultima, quia penultima eſt breuis. Sed de hoc in memorata repetitione plura. ¶ Si caſus græcos. Subiũgit alteram partẽ de dictionibus græcis: dicitque quod ſi ex declinatione gręca latini aliquos caſus vſurpauerint, neceſſario accentu græco ſunt proferẽdi. Hęc regula ab omnibus in commune doctis pariter & indoctis recepta eſt. nondum tamẽ ab aliquo (quod ego ſciã) elucubrata. Nos tamen in præfata repetitione pro virili noſtra hanc partem enucleauimus. Hoc etiam in loco tãtum admonuiſſe lectorem duximus eſſe ſatis. Deinde ſubdit, qđ ſi dictio gręca declinatione latina inflectatur accentu quoque latino eſt proferenda. Eſto exempli cauſa: lampas in recto caſu græca eſt ſimul & latina. Sed a græcis in fine, a latinis in penultima acuitur. In genitiuo lampadis latine accentu in antepenultima, lampados græce in penultima profertur. In datiuo quoque lampadi vltima longa accentu in antepenultima profertur a latinis. Sed lampadi vltima breui accentu in penultima profertur a gręcis. In accuſatiuo preterea lampadem & lampada, ſed lampadem latini, lampada gręci vtrique ſuo accentu proferunt. Vocatiuus ſimiliter vt nominatiuus. Ablatiuus, quia mere latinus eſt, accentu latino tantum profertur. In plurali nominatiuo lampades a gręcis. es. correpta terminatur: atque proinde ab illis accentu in penultima ꝓfertur. Latini tamen eandem producunt: quare ſuo accentu, hoc eſt, in antepenultima acuto enuntiabunt. In accuſatiuo plurali lampades, quia mere latinus eſt, accentu latino profertur, lampadas vero: quia gręcus, gręcum quoque accentum habebit, hoc eſt, in penultima. Sed de his ad ſufficientiam in repetitione identidem repetita diſſeruimus.

Id quod Alexander (deceptus forte) putauit,
Si caſus græcos vſurpet ſermo latinus:
Accentu græco talis vox eſt referenda,
Græca ſit atſi vox, ſed declinata latine:
Accentus noſter caſus moderabitur illos.

¶ Donati Grammatici Barbariſmus incipitur.

BArbariſmus eſt vna pars orationis vitioſa in communi ſermone: in poemate Metaplaſmus. Item Barbariſmus in noſtra loquela: in peregrina Barbaralexis dicitur: vt ſi quis dicat maſtruca, cateia, magalia, acinacis.

DOnati grammatici. Hic eſt ille Donatus, quo pręceptore multis in locis diuus Hieronym9 gloriatur, extat eiuſdem opuſculum de octo partibus orationis Enarrationes quoque in Terentium & Vergilium ſcripſit, etiam in Lucanũ referente Hieronymo. Opus autem inſcribitur Barbariſmus: non quod de ſolo barbariſmo hic agatur, cum multo plura dicenda ſint de ſolœciſmo, de metaplaſmo, de figuris, ac tropis: ſed quod in titulis librorum aliquando plura promittuntur, aut pauciora, quam poſtea reddãtur: aut quod eſt conſuetudo nominandi libros ex ipſorum initio, quemadmodum apud hebręos quem appellamus nos Geneſim, ipſe vocant Bereſit, qđ interpretatur in principio: quia ſcilicet ille ſic incipit: In principio creauit Deus cęlum & terram. & eodem modo Helleſemoth. Exhodum. Vaicra. Leuiticum.

BArbariſmus. Inter Barbariſmum & Soloeciſmũ eſt differentia, quod barbariſmus eſt vitium in vna parte orationis, ſoloeciſmus in contextu partiũ orationis: ſed aduertendũ eſt hoc in loco id, qđ Seruius annotauit in libro quinto ęneidos, inter barbariſmum & lexim, hoc eſt, latinam perfectamque locutionem eſſe metaplaſmum, qui in vno verbo fit ratione vitioſus, hoc eſt, quod quanquã ſit vitium, ratione tamen defenditur, excuſaturque. Inter ſoloeciſmum rurſus & ſchema, id eſt, perfectam ſermonum cõnexionem eſſe figuram, quæ fit in contextu partium orationis ratione vitioſa, id eſt, vt ſtatim diximus, quod quanquam ſit vitium, ratione tamen quadam excuſatur. Ergo metaplaſmus (inquit) & figura media ſunt, diſcernũturque peritia & imperitia. ¶ Dicit igitur, quod barbariſm9 eſt vna pars orationis vitioſa. i. vitiũ, quod contingit in vna parte oratiõis. In cõmuni ſermone. i. ſiue ꝓſa, ſiue oratiõe ſoluta & pedeſtri, vbi non relinquitur locus excuſationi, niſi deffendatur vitium vſu & autoritate. In poemate, id eſt, apud poetas, quibus licet multa facere, quæ non licet hiſtoricis & oratoribus: ſed de metaplaſmo infra diſputabitur. Item barbariſmus. ponit differentiam inter barbariſmum & barbaralexim. Nam barbariſmus eſt vitium partis alicuius in eadem lingua, vt ſi dicas domini pro dominus. Barbaralexis eſt, cum dictio peregrina aſciſcitur in ſermonem noſtrum. vt maſtruca, quod eſt genus veſtis Sardorum, id eſt, ſardiniæ incolarum, quo vocabulo vtitur Cicero in oratione pro Scauro. Cateia, genus teli Germanorum: de quo Vergilius in æneidis: teutonico ritu ſoliti intorquere cateias. Magalia domus paſtoricię aphrorum. Vergilius primo ęneidos: Miratur molem æneas magalia quondam. Acinacis Medorum gladius, de quo Horatius. pri. carmi. vino & lucernis Medus acinacis.



Barbariſmus autẽ fit duobus modis ſcripto & pronuntiatione. His bipartitis quatuor ſpecies ſupponuntur: additio, detractio, immutatio, trãſmutatio literæ, ſyllabæ, temporis, toni, aſpirationis.

Per additionẽ literæ fiunt barbariſmi: vt Relliqas Danaum, cum reliquias per vnum. l. dicere debeamus. Syllabæ, vt Nos abijſſe rati. ꝓ abiſſe. Temporis: vt Italiam fato, cũ Italiam correpta prima dicere debeamus.

Per detractionem literæ, vt infantibu paruis, pro infantibus. Syllabæ: vt Salmentum pro ſalſamẽtum. Temporis: vt Vnius obnoxam, correpte pro vnius producte.

Per immutationem literę: vt Olli pro illi. Syllabæ: vt pernuces pro pernices. Temporis: vt Feruere leucatem: cum feruere ſit ſecundæ coniugationis, & producte dici debeat.

Per tranſmutationem literę: vt Euandre pro euander. Syllabæ: vt Diſplicina pro diſciplina. Temporis: vt ſi quis deos producta priori ſyllaba & correpta poſteriori pronuntiet.

Toni quoq; ſimiliter per has quatuor ſpecies commutantur: nam & ipſi adijciuntur, detrahuntur, mutantur & tranſmutantur: quorum exempla vltro ſe offerent, ſi quis inquirat.

Totidẽ etiã modis per aſpirationem deprehẽditur barbariſmus, quem quidã ſcripto, quidam pronuntiationi indicant adſcribendũ propter. h. ſ. quã alij literã, alij aſpirationis notã deputant.

Fiunt autem barbariſmi per hiatus & colliſiones. Sunt etiam malæ compoſitiones cacoſyntheton, quæ vitia nonnulli barbariſmum eſſe putant, in quibus ſunt metaciſmi, lambdaciſmi.

¶ Barbariſmus autem. Diuidit barbariſmum in duo genera, hoc eſt eius quod fit ſcripto, & eius qđ pronuntiatione, quorum quodlibet rurſus diuidit in quatuor genera. ſ. additione, detractione, immutatiõe, tranſmutatione literæ, ſyllabæ, temporis, toni, aſpirationis: & ita colliguntur quadraginta barbariſmi ſpecies, hoc eſt viginti ex ſcripto, & totidẽ pronũtiatione, de quibus ſtatim ponit exẽpla. ¶ Per additionem literæ. Vergilius primo æneidos: Troas relliquias danaum, atque immitis Achilli. Nam relliquiæ a relinquendo ſunt appellatæ prima vtrobiq; breui: ſed poeta produxit: ideo. l. litera eſt adiecta. excuſatur autem vitium carminis neceſſitate. ¶ Per additionẽ ſyllabæ fit barbariſmus, vt quod ponit exemplum abiſſe pro abijſſe ex Vergilij. ij. æneidos. Nos abijſſe rati & vento petijſſe mycenas. Imo detractio eſt literę abijſſe pro abiuiſſe: cõmodiuſque exẽplum eſſet illud ex Iuuena. & barbarus induperator. interiecta ſyllaba. du. pro imperator. ¶ Per additionem temporis. vt Vergi. primo ęneidos: Italiam fato profugus. nam prima ꝓ naturã breuiatur. Idem in. vij. antiqua ex cedro Italuſque paterque Sabinus. ¶ Per detractionem literę. vt infantibu paruis: pro infantibus paruis. & eſt (opinor) Lucilij exemplũ. Per detractionem ſyllabę. vt ſalmentum, pro ſalſamẽtum: & eſt poetę cuiuſpiam antiquiſſimi. Per detractionem temporis: vt Vergili9 primo æneiđ. Vnius ob noxam & furias Aiacis oilei. cum vnius vltima producta proferri debeat. ¶ Per immutationem literę. vt Verg. j. ęneidos. Olli ſubridẽs hominũ ſator atq; deorum, pro illi ſubridens. Per immutationẽ ſyllabę: vt q̄ dicit pernuces ꝓ pernicies: ſed hoc exemplum non facit niſi ad mutationẽ literę ſed commodius exemplum eſſet illud Catulli. Quoi dono lepidum nouũ libellum, pro cui. Per immutationem temporis. vt Vergi. viij. æneiđ. Feruere leucatem. penultima breui: cũ feruere per ſecũdam penultimam producere debeat, tametſi feruo. is. per tertiã declinetur. ¶ Per tranſmutationem literę, vt Verg. xi. ęñ. Hęc mea magna fides, at nõ Euandre pudendis. quãquã Euandre poſſit eſſe ab eo qđ eſt Euandrus. vt idem: tunc rex Euãdrus Romanæ conditor arcis. ¶ Syllabæ, vt diſplicina pro diſciplina. & forte eſt exemplum ab aliquo autore ſumptum. Temporis, vt ſi longã pro breui, & breuem pro longa poſuiſti. vt quod ponit exemplũ deos, cuius prima ſyllaba eſt breuis & vltima longa. ¶ Toni quoque. Superius tantum poſuit exempla de additione, immutatione, tranſmutatione literæ vel ſyllabæ, vel temporis: vnde colliguntur duodecim ſpecies barbariſmi in prolatione, totidemque in ſcripto. Nũc dicit quod etiam per accentus poſſunt fieri quatuor ſpecies barbariſmi in prolatione: & quia etiam accentus per apices deſignantur, totidemque etiam ſpecies colligentur ex ſcripto. Tempora quoque in ambiguis per apices debere notari Quintilianus præcipit: quare barbariſmi ſpecies circa tempus dupliciter erunt, hoc eſt, ſcripto & prolatione: & ſic habemus duas & triginta barbariſmi ſpecies. ¶ Totidem etiam modis. Octo quoque aliæ ſpecies barbariſmi colliguntur circa aſpirationem: nam & ipſa poteſt addi, vt ſi tamen ſcribas per. th. Detrahi, vt ſi thalamus ſcribatur ſine aſpiratione. Immutari, vt ſi Tethys vxor Oceani ſcribatur in ſecũda per. t. exile. Tranſmutari, vt ſi eadem ſcribatur primo aſpirato, & ſecundo exili. Itaque ex ſcripto ſuboriuntur quatuor barbariſmi ſpecies: & quia ſic proferri debemus quemadmodum ſcribimus, & ſcribere vt proferimus: colliguntur aliæ quatuor ſpecies ex prolatione aſpirationis, aut ſaltem ſi non eſt prolatio, erit quædam ſpiritus expreſſio: & ſic reſultant quadraginta (quas diximus) barbariſmi ſpecies: de quibus hactenus dictum eſt. ¶ Fiunt autem. Sunt alia vitia in ſermone, puta hiatus per concurſus plurium vocalium, aut colliſiones per concurſus plurium conſonantium, illarum maxime, quæ duriores ſunt, vt. f. r. flagro. frango. quemadmodum in illo verſu, quem affert Horatius: poſtquam ferratos poſtes portaſque refregit. & illud Vergilij: poſt tergum nodis fremet horridus ore cruento. Sunt etiam vitia malæ compoſitionis: quam græci vocant cacoſyntheton, vt quod per. m. literam fit cum ſequitur vocalis: nam. m. magis videtur ſonare cum vocali ſequente quam cum præcedente, vt ſi dixeris: Venturum excidio Lybiæ. & dicitur metaciſmus, id eſt, vitium circa. m. literam ea figura, qua barbariſmus. Lambdaciſmus fit per. l. literam, quando videlicet, aut nimis ſonat, aut parum ſonat: quod & circa alias literas contingit. Nam (quemadmodum Quintilianus ait) ſonus literarum neque debet eſſe oppreſſus, neque expreſſus.

Iotaciſmus fit per.i.literā,quæ a græcis dicitur iota;per quam frequenter oratio fit hiulca.Quæ omnia, ſubaudi vitia ſonantia plus aut minus æquo.i.eo quod oportet.quod vitioſum eſt:nam, vt dixi ex Quintilia.autoritate, ſonus literarū neque debet eſſe oppreſſus neq̨ expreſſus,hoc eſt,neque nimiū,neque parum ſonare.Sed quantum literæ debeant ſonare,non eſt cuiuſque iudicium,ſed illius tm̄, qui eſt eruditus nam ( vt eſt in prouerbio )cæcus male iudicat de coloribus:& hoc eſt: quod Quintili.dixit: Neq̨ enim cuiuſque auris eſt exigere literarum ſonos:nō magis hercle quā neruorum. Nos cauenda.ſenſus eſt ; an huiuſmodi vitia ſint barbariſmi ſpecies,an ſub alio genere reponi debeant, nihil refert,neque in eo multum eſt diſputandū: nobis ſatis ſit admonuiſſe lectores, vt fugiant huiuſmodi vitia:ſed quid fugere,aut ſequi debeant,iam nō eſt cuiuſque,ſed vt dixi,eius qui eſt eruditus.

DE ſolœciſmo.Solœciſmus dictus eſt a ciuitate Ciliciæ ſoloe .orum. quam ſolon Salaminus condidit : cuius incolæ cum eſſent ſemigreci & ſemibarbari,ſermonē græcum corrumpere cœperūt:& inde a loco ſolœciſmus dici cœptus,quēadmodū barbariſmus a barbaris.Hoc vitium ab Aſinio Pollione imparilitas, ab alijs ſtribiligo appellatur .i. orationis quædā detorſio.Solœciſmus igitur eſt vitium in contextu partium orationis. nam eo differt a barbariſmo, qui eſt vitium in vna tātum dictione.Sed hoc vitium committitur, quoties quis peccat cōtra regulas artis grammaticæ,puta de conueniētia nominatiui cū verbo,adiectiui cū ſubſtantiuo.relatiui cum antecedente,prępoſitiōis cum ſuo caſuali,verbi cū caſu cum quo debet cōſtrui : & eodem modo de reliquis. Inter ſolœciſmum.Ex diffinitiōe barbariſmi & ſolœciſmi iam patuit hęc differentia. Diſcrepantes.i.diſconuenientes:vt ſi dicas vir bona legunt lectionis. Incōſequentes, vt ſi dicas,vir lectionem legit bonus. Nā licet partes orationis in ordine permutari poſſint: eſt tamen quædam incōpactibilis iunctura,q̄ admitti non debet.Scriptis aut ꝓnuntiatis.& hoc dictum eſt,vnde barbariſmi ſpecies duplicatæ ſunt. ¶Quāquā multi.Quæſtionē quādam ſoluit,an in vna tantum particula orationis poſſit ſolœciſmus fieri. Reſpōdetq̨ poſſe fieri:ſi particula illa habeat implicitā vim contextæ orationis:Et ponit exēpla,vt ſi quis q̄reret a te,quis fecit hoc? & reſpōdeas vno v̄bo hic:oratio eſſet perfecta,ſubintelligitur namque vir fecit.quare ſi reſponderet hæc,barbariſmus non erit,ſed ſolœciſmus:ac ſi explicite diceret:hæc vir fecit hoc, aut hic fœmina fecit hoc.Reſpōdeamus Romæ,pro Romam. Aut vnū.Hoc ſolœciſmi vitio ſermo Hiſpanus frequens eſt,qđ nulla ratione defendi poteſt: ſed ſolo vſu:qa docti ſimul & indocti ita loquūtur:& loquendū eſſe vt plures,ſentiēdū vt pauci Ariſto,autor eſt.¶Multi etiam.Quadrigæ arum.& ſcopæ.arum.in numero tātum plurali poſſe declinari Cæſar i libris de analogia.Aulus Gell. Phocas.Diome. atque alij teſtantur. Igitur cum Pliū.lib.xxxiiij.dixit:quadriga regitur ab Alcibiade.erat dubium.ſed in vno verbo tantū ex diffinitione vtriuſque vitij conſtat eſſe potius barbariſmum.¶Solœciſmus fit duobus modis.Duo ſolœciſmi genera ponit:alterum quod fit ꝑ partes orationis,cum alia pars pro alia ponitur:vt nomen pro aduerbio.& econtrario aduerbium pro nomine,aut cum eadem pro ſeipſa,ſed aliter accipitur. Alterum genus eſt,quod fit per accidentia partium orationis:cuius tot ſūt ſpecies,quot ſunt accidentia cuiuſque dictionis. Deinde ponit exēpla vtriuſque generis. Et primo prioris membri.vt Ver.vi.æñ. Toruūq̨ repente clamat.toruū nomē poſuit ꝓ torue aduerbio. Sub hoc genere eſt alia ſolœciſmi ſpecies cū eadē pro ſeipſa:ſed aliter poſita accipitur.vt apud Vergi.vi.ęñ. Cui tm̄ de te licuit:pro in te,nā caſus eſt pro caſu.i.abltūs pro actō.nā quod præpoſitio de,ꝑ in ponitur, ſuperioris mēbri exēplū eſt.¶Per accidētia. Alteri9 gēnis qđ fit ꝑ accidētia partiū orōnis ponit exēpla.Et primo de qualitate,q̄ in nōie eſt illud ꝑ qđ nomē ꝓpriū diſtinguit ab appellatiuo.vt Ver.iiij.ęñ.Hauriat hūc oculis ignē crudelis ab alto Dardan9.Nā ꝓpriū nomen eius,qui Troiā cōdidit,hoc eſt, filius Iouis pro Dardanius poſuit,quod eſt appellatiuum,& omnibus Troianis competere poteſt,

Iotaciſmi,Hiatus, Colliſiones:quæ omnia plus æquo minus ve ſonantia ab eruditis auribus reſpuuntur.Nos cauenda hæc omnia vitia prælo quuti controuerſiā de nomine pertinacibus relinquamus.

## ¶De Solœciſmo.

SOlœciſmus eſt vitium in contextu partium orationis contra regulam artis grammaticæ factum. Inter Solœciſmum & Barbariſmum hoc intereſt: q̨ Solœciſmus diſcrepantes, aut inconſequentes inter ſe dictiones habet. Barbariſmus autem in ſingulis verbis fit,aut ſcriptis,aut pronunciatis. Quamquā multi errent,qui putant in vna parte orationis etiam fieri Solœciſmum:vt ſi demonſtrantes virum hanc,aut fœminam hunc dicamus. Aut interrogāti quo pergamus,reſpōdeamus Romæ. Aut vnum ſalutātes:ſaluete dicam9.Cum vtiq̨ pręcedēs demōſtratio,vel interrogatio,vel ſalutatio vim contextæ orationis obtineat.

Multi etiam dubitauerunt vtrum quadriga,ſcopa, ſolœciſmus,an barbariſmus eſſet,cum ſcilicet id genus dictionis barbariſmū eſſe, vel ipſius vitij diffinitione poſſit agnoſci facile.

Solœciſmus fit duobus modis,aut ꝑ partes orationis,aut ꝑ accidentia partiū orationis. Per partes orationis fit,cū alia ꝓ alia ponitur:ut Toruumq̨ repēte clamat. pro torue.nomen pro aduerbio ponitur. Fit etiam in eadē parte orationis hoc vitium,cum ipſa pro ſe nō in ſuo loco,neq̨,vt cōuenit,ponitur:vt Cui tātum de te licuit,ꝓ in te.

Per accidentia partium orationis fiunt tot modis ſolœciſmi,quot ſunt accidentia partium orationis: ſed in his propter compendium, id eſt,breuitatem pauca monſtrabimus.

Per qualitates nominum fiunt ſolœciſmi: vt Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto Dardanus:proprium pro appellatiuo poſuit.



¶Per genera fiunt ſolœciſmi:vt ſi dicas validæ ſilices.forte validæ & ſilices dixit alludens ad illud Vergilii.in bucoli.Ah ſilice in nuda connixa reliquit.ſicut quod ſequitur eiuſdem Vergi.in eodem: Tum Phaetontiadas muſco circūdat amaræ corticis.nam ſilex & cortex fœminina ſunt.& Plautus in captiuis.collus caret collaria pro collum caret collario: ſed hoc vitium potius ad barbariſmum pertinet, cum nō ſit in contextu orationis,ſed in vno tātū verbo:ſed validæ ſilices & amaræ corticis ſub ſolœciſmo. ¶Per numeros fiunt ſolœciſmi:vt ſi dicas illud ex Vergilij primo æneidos:Pars in fruſtra ſecāt,nam pars non iungitur niſi vitioſe cum verbo plurali ſecāt,ſed in carmine habet excuſationem: in proſa oratione hoc vitiū excuſabile nō eſt. ¶Per comparationem fiunt ſolœciſmi: quoniam Donatus, & Diomedes comparationem inter nominis accidentia numerant.Et ponūt exemplum alicuius poetæ,qui non extat:puta Ennij aut Lucilij.Reſpondit Iuno ſaturina ſancta dearum,pro ſanctiſſima,hoc eſt, poſitiuū pro ſuperlatiuo. ¶Per caſus fiunt ſolœciſmi ſi ponatur caſus pro caſu.vt Vergilius primo æneidos. Vrbem quam ſtatuo veſtra eſt.pro vrbs,hoc eſt ,accuſatiuus pro nominatiuo. ¶Per modos verborum.per accidentia quoq̨ verborum fiunt ſolœciſmi,puta per modum, quod eſt vnum de verbi accidentibus.Et ponit exemplum ignoti cuiuſdam poetæ.Itis paratis arma quā primum viri.pro ite parate arma.indicatiuum pro imperatiuo.¶Per ſignificationes verborum,quod etiam verbi accidēs eſt,fiunt ſolœciſmi.Et ponit exemplū cuiuſdā incogniti poetæ:expoliātur eos & corpora nuda relinquunt.hoc eſt,pro actiua ſignificatione paſſiuam poſuit.¶Per tempora fiunt ſolœciſmi,cum tempus,quod eſt vnum de accidentibus verbi,pro alio tempore ponitur.vt Vergilius tertio æñ.Ceciditque ſuperbum Ilium, & omnis humo fumat Neptunia Troia.fumat, id eſt,præſens poſuit pro præterito fumauit. ¶Per perſonas fiūt ſolœciſmi,cum alia perſona pro alia accipitur,& ponit exēplum . vt Danai,qui parent Atridis,quamprimum arma ſumite:pro qui paretis.hoc eſt tertia perſona pluralis pro ſecunda eiuſdem numeri.¶Per aduerbia fiunt ſolœciſmi:vt ſi dicas,eo intus,pro intro:quia intus ſignificat in loco.intro ad locū: ſed alterū pro altero ponitur hoc in loco.Italia venio non dicimus:ſed de Italia, & quod Vergilius in principio æñ.dixit: Italiam fato ꝓfugus Lauinaque venit littora.quia nomina vrbium ponuntur aduerbialiter ſine præpoſitione.Nomina autem regionum & prouinciarum non ponuntur aduerbialiter,ideo iūgi debent præpoſitionibus. Ad Romam vado non dicimus:ſed Romam,quia ponitur aduerbialiter. Separatim addenda,id eſt,nō per compoſitionem,ſed per appoſitionem:quod cū aduerbio non poteſt facere,ſed cū dictiōe caſus habēte. ¶Per prępoſitiones fiunt ſolœciſmi cum alia pro alia ponitur.vt Verg.ſub lucem exportāt calatis.pro ante lucem:immo circa lucē. Illud quoq̨ eiuſdem in pri.æñ.Syluis te Tyrrhene feras agitare putaſti,ꝑ in ſyluis ſubintellige. ¶Per cōiūctiōes q̨q̨ fiunt ſolœciſmi cū altera ꝓ altera ponit.vt Ver. .ęñ.ſubiectiſq̨ vrere flāmis.q̨.copulatiuā poſuit,ꝓ diſiūctiua ve ſiue vel,& hic ſolœciſm9 fit ꝑ ſignificatiōes cōiūctiōis.¶Per ordinē cōiunctionū( qđ eſt vnū ex illi9 accidētibus )fit ſolœciſmus:cū cōiūctio ꝓpoſitiua ponitur ꝓ poſtpoſitiua,aut ecōtrario.vt ſi dixeris:aūt fieri nō debet:ꝓ fieri aūt nō debet:aūt nāq̨ cōiūctio eſt poſtpoſitiua.¶Fiūt ꝓterea.Plurib9 alijs modis pōt fieri ſolœciſm9 q̨ ſuperi9 eſt diſputatū:cū omne vitiū circa orōnis ſtructurā in ſolœciſmū cadat qđ multipliciter pōt cōtingere.Sed notād9 eſt,vt nō imitemur:ſed vt fugiam9.¶Solœciſm9 eſt in ꝓſa.Quēadmodū metaplaſmū diximus eſſe mediū inter barbariſmū & lexim:ita nūc diximus ſchema eſſe inter ſolœciſmum & rectam loquutionem.Sed ſchema excuſatur ratione carminis:ſolœciſmus vitium eſt inexcuſabile.

Per genera,vt Validę ſilices,ꝓ validi,& Amarę corticis,pro amari,& collus collaria caret.

Per numeros,vt Pars in fruſtra ſecant,pro ſecat.

Per caſus:vt Vrbē quam ſtatuo veſtra eſt,ꝓ vrbs quam ſtatuo.

Per comparationem,vt Reſpondit Iuno Saturnia ſancta dearum.

Per modos verborum. vt Itis paratis arma quam primū viri. pro ite parate arma: indicatiuū pro imperatiuo.

Per ſignificationes verborum,vt Expoliantur eos & corpora nuda relinquunt,pro expoliant.

Per tempora,vt Ceciditque ſuperbū Ilium, & omnis humo fumat Neptunia Troia. pro fumauit.

Per perſonas,vt Danai,qui parent Atridis, quam primum arma ſumite.pro eo qui paretis,

Per aduerbia , vt intus eo , pro intro, & Italia venio,pro de Italia.& ad Romam vado,pro Romam.cum præpoſitio ſeparatim nominibus addenda ſit,non aduerbio.

Per præpoſitiones, cū alia pro alia ponitur.vt Sub lucem ibāt,pro ante lucem. Aut neceſſitate ſubtrahitur :vt Syluis te Tyrrhene feras agitare putaſti,pro in ſyluis.

Per cōiunctiones, vt Subiectiſque vrere flammis. q̨.pro ve.

Per ordinem coniunctionum,vt Autem fieri non debet,pro fieri autem non debet.

Fiunt præterea ſolœciſmi pluribus modis:quos reprehendendo potius,quā imitando poſſumus adnotare.

Solœciſmus eſt in ꝓſa, in poemate Schema dicit.

## ¶Sequitur de decem Vitijs.

CVm Barbariſmo & Solœciſmo decem vitia nominantur:hoc modo. Acyrologia. Cacemphaton. Pleonaſmos. Periſſologia.Macrologia. Tautologia.Eclypſis.Tapinoſis.Cacoſyntheton.Amphibologia.

¶ De decem Vitijs.

CVm barbariſmo. Decem vitia dicit eſſe communia Barbariſmo & Solœciſmo ; quæ nominatim primo ,deinde quę illa ſint,exponit ſingulatim.

¶ Acyrologia, quæ interp̄retatur improprietas, eſt cū aliqua dictio improprie ponitur: vt cum ſpes ſit de bono futuro opinato: timor autē de malo futuro opinato, cū Verg. iiij. æn. lib. dixit: hunc ego ſi potui tantum ſperare dolorem, acyrologiam commiſit: q̄ improprietas quãuis in vno verbo ſit: quia ſpero ponitur ꝓ timeo: tñ non liquet de vitio, niſi ex ſtructura vtriuſq; particulæ, hoc eſt, ſperare & dolorē. ¶ Cacēphaton, quod interp̄tatur mala ſiue turpis loquutio, fit duobus modis: vel ex iunctura partiū orationis: cum videlicet ex fine p̄cedentis dictionis, & principio ſequentis aliquis ſonus durus aut turpis ſenſus ſequitur. Et ponit exemplum de dura compoſitione ex Verg. j. æn. Et numerū cum nauibus æquat. Nam rum & cū dure coeunt. de ſecundo Mart. nunc in adoptiuis per ſica cara ſumus. Aut cōmittitur cacēphaton cum ipſi verbo ſubeſt aliqua turpitudo. vt apud Terentiū in Andria. Arrige aures Pamphile. cum arrectio ꝓprie ſit membri genitalis tētigo. Martia. Arrigis ad vetulas, faſtidis Baſſe puellas. ¶ Pleonaſmos interp̄tatur plenitudo ſiue ſuperabūdãtia: & fit qñ ſupfluit aliquod verbum, ſine quo ſententia nihilominus erat perfecta. vt Verg. j. ęñ. Sic ore loquuta eſt: ſupfluit nãque ore particula: quia ſine ore loqui non poſſumus. ¶ Periſſologia interp̄tatur ſermonis ſuperfluitas, nã periſſos eſt ſuperfluus. & eſt quoties verba ſuperflua adduntur: ſiue cum eãdē rem varijs modis diximus. vt ibant qua poterant: quod vero additur, qua poterant nō ibant: otioſe adiectum eſt: quia in ſuperiori ſermōe intelligitur etiã ſi non dicatur. ¶ Macrologia interp̄tatur lōgus ſermo, ſiue longitudo ſermonis, nam macros eſt longus. & eſt qñ breuis ſentētia multis verbis contexitur. Et ponit exēplū ex Liuio lib. viij. ab vrbe. legati nō impetrata pace retro vnde venerunt reuerſi ſunt. ſatis enim fuiſſet dicere: legati non impetrata pace redierunt. ¶ Tautologia interp̄tatur identitas ſermonis, a tautos quod eſt idē. & eſt qñ repetitur eadē res per diuerſa verba. vt ſi dicas: egomet ipſe feci. met & ipſe otioſe adiecta ſunt: ſaltē alterum illorum. ¶ Eclypſis interpretatur defect9, ab eclipto, qđ eſt deficio. & eſt qñ particula neceſſaria in oratiōe deficit verbum maxime, ſine quo oratio imperfecta eſt. Et ponit exēplū ex Verg. j. æn. Cū Iuno ęternū ſeruãs ſub pectore vulnus: hæc ſecum, ſubaudi loquuta eſt. ¶ Tapinoſis interp̄tatur humiliatio. nã tapinos eſt humilis: & eſt qñ rem magnã verbo humili & minus ſignificãti exprimimus. Et ponit exemplū ex Vergi. ij. æn. Vterumq; armato milite complent. Nam milite ꝓ militibus minus dixit, & plus intellexit. & Dulichias rates. idem Vergi. dixit in buc. pro naues Vlyxis: cum ratis non ſit nauis: ſed lignorum ſtrucs ad trajcienda flumina. Additq; tertiū exēplū ex Hor. in .: car. Pelidę ſtomachū cedere neſcij. i. Achillis nepotis Pelei irã, q̄ neſciebat alicui cedere. porēdo igitur ſtomachū ꝓ ira, partem ignobiliorem ꝓ nobiliori poſuit. ¶ Cacoſynthetō interp̄tat̃ male cōpoſitū: & eſt qñ partes inter ſe male coordinãtur: quod plerūq; in carmine contingit. Et ponit exēplū ex Verg. ix. æn. Verſaq; iuuēcū tergã fatigam9 haſta, hoc eſt, nos agimus. i. inſtigamus terga iuuēcū, ꝓ iuuencorū. haſta verſa. i. eadē haſta, qua ferro pugnam9 verſa in ſtimulū. ¶ Amphibologia interp̄tat̃ ambiguitas ſermōis: ſiue amphibloia ambiguitas. ab amphibolos, qđ eſt ambiguus: & eſt qñ ſub eiſdē verbis varij ſenſus poſſunt intelligi, qđ plurib9 modis fieri pōt: ponit aūt exēpla quorūdã illorū modorū: & in primis actm̄ cū quo mod9 infinitiu9 cōſtruitur ante ſe & poſt ſe. Nã dubiū eſt vter illorū ſit poſit9 in pſōna agēti aut patienti. vt ſi quis dicat, audio ſecutorē retiariū occidiſſe: ambiguū eſt, vter illorū alterū occiderit. Fuit autē lud9 apud antiquos, in quo ſecutor qui idē mirmillo dicebat̃, cū retiario cōfligebat: de cuiuſmodi ludo multa apđ Iuue. Mart. Trãqui. atq; alios autores dñr. Aut ꝑ verbū. ſubaudi cōis ſignificatiōis fit ãphibologia. vt Cato criminat̃: cū actionē & paſſionē ſignificet: dubiū eſt an Cato accuſet, an accuſet: quare ex adiūctis amphibologia eſt tollenda, hoc eſt, exprimēdo quē, aut a quo criminat̃: & eodē modo de vador. aris. qđ eſt vades dare, aut vades accipere. Fit etiã per omonyma, hoc eſt, per equiuocationē alicui9 verbi: cum vnū nomē plura ſignificat. nã ſi ſimpliciter ꝓferat̃, amphibologiã relinquit: cum lector aut auditor neſciat, in quã partē debeat accipere vocabulum illud. Et ponit exēplū de cane: qđ tum animal nobis familiare, tum ſtellam notam, tum piſcem maleficum ſignificat. Addit p̄terea pluribus alijs modis poſſe fieri amphibologiam.

Acyrologia eſt impropria dictiōis poſitio: vt Hūc ego ſi potui tm̄ ſperare dolorem, pro timere.

Cacemphatō eſt obſcœna ꝓnūtiatio, vel in cōpoſita dictiōe, vel in vno verbo: vt Numerū cū nauibus æquat. & Arrige aures Pamphile.

Pleonaſmos eſt adiectio ſuperuacua ad plenam ſignificationem. vt Sic ore loquuta eſt.

Periſſologia eſt adiectio verborum ſuperuacua ſine vlla vi rerum: vt Ibant qua poterant, qua nō poterant non ibant.

Macrologia eſt longa ſententia res nō neceſſarias comp̄hendēs: vt Legati nō impetrata pace retro (vnde venerunt) reuerſi ſunt.

Tautologia eſt eiuſdem dictionis repetitio vitioſa: vt Egomet ipſe venio.

Eclypſis eſt defect9 q̄dã neceſſarię dictiōis, quã deſiderat p̄ciſa ſentētia: vt Hęc ſecū, deeſt loq̄batur.

Tapinoſis eſt humilitas magnę rei, nō id agēte ſententia qđ demōſtrat: vt Penituſq; cauernas ingētes, vtrūq; armato milite cōplent. i. multę legiones armatorū militū impleuerunt multas cauernas. Et Dulichias vexaſſe rates, & Pelidę ſtomachum cedere neſcij.

Cacoſynthetō eſt vitioſa dictionū cōpoſitio: vt Verſaque iuuencum terga fatigamus haſta.

Amphibologia ē ãbiguitas dictiōis. q̄ fit ꝑ actm̄, vt ſiqs dicat: Audio ſecutorē retiariū occidiſſe. Aut ꝑ ꝟbū: vt Criminat̃ Cato, Vadat̃ Iuli9. nec addat quē, vel a quo. Aut ꝑ participiū: vt Video ſtatuã aureã haſtã tenētē. Fit etiã ꝑ omonyma: vt ſi qs dicat aciem, neq; addat oculorū, aut exercitus, aut ferri. Fit etiam pluribus modis: quos recēſere oēs, ne nimis longū eſſet non oportet.

## ¶ De Metaplaſmo.

¶ De Metaplaſmo.



Metaplaſmus interpretatur transformatio: & eſt quando id quod proprie dicitur, trãsformatur in aliam ſpeciem, quod non poteſt fieri niſi per vitium: quod quia excuſabile eſt per aliquã rationem dicitur metaplaſmus: quem diximus eſſe medium inter barbariſmū & lexim. Ratio autē quæ poteſt excuſare hoc vitium, eſt aut metri neceſſitas, aut ornatus: quod aliquid elegantius dicitur per figuratum quam per proprium. aut neceſſitas cum non habemus proprium, vtimur mutuo aut accommodato.

Metaplaſmus eſt trãsformatio q̄dam recti ſolitiq; ſermonis in alterã ſpeciē metri ornat9, neceſſitatiſve cauſa. Huius ſūt ſpēs quindecī. Proſtheſis. Epētheſis. Paragoge. Aphereſis. Syncopa. Apocopa. Ectaſis. Syſtole. Dięreſis. Synæreſis. Epiſynalœpha. Synalœpha. Ecthlypſis. Antitheſis. Metatheſis.

Proſtheſis eſt appoſitio q̄dã ad principiū dictiōis, lrę vel ſyllabę, vt gnate pro nate, retulit pro tulit.

Epentheſis eſt interpoſitio q̄dam ad mediã dictionem literæ vel ſyllabæ, vt relliquias ꝓ reliquias. induperator pro imperator. Hanc autē alij epētheſim, alij parentheſim vocant.

Paragoge eſt appoſitio q̄dam ad finem dictionis literæ vel ſyllabæ, vt magis pro magne. & poteſtur pro poteſt. Hanc alij paralepſim, alij prolepſim. i. p̄ſumptionem vocant.

Aphæreſis eſt ablatio de principio dictionis literæ vel ſyllabæ, contraria ꝓtheſi. vt mitte pro dimitte, temno pro contemno.

Syncopa eſt ablatio de media dictione literę vel ſyllabę contraria epentheſi, vt audacter pro audaciter & commorit pro commouerit.

Apocopa eſt ablatio de fine dictionis literę vel ſyllabæ cōtraria paragogæ: vt Achilli ꝓ Achillis. poſſis ꝓ poſſitis. potes ꝓ poteſtis. mutu ꝓ mutuo.

Ectaſis eſt extenſio ſyllabę contra naturã verbi. vt Italiam fato profugus. cum Italia prima ſyllaba correpta dicere debeamus.

Syſtole ē correptio ſyllabę cōtra naturã ꝟbi facta: cōtraria ectaſi, vt Aquoſus oriō, ꝓ oriō ꝓducte.

Diæreſis eſt diuiſio vnius ſyllabę in duas. vt olli reſpōdit rex Albai lōgai. pro albæ longæ. Et aulai in medio libabant pocula Bacchi, pro aulę. Et diues pictai veſtis & auri, pro pictæ:

Synæreſis eſt conglutinatio duarum vocalium in vnam. contraria diæreſi. vt phæton pro phaetō. & ęripedem pro Aeripedem.

Epiſynalœpha, q̄ & ſynæreſis, eſt duarum ſyllabarum in vnã facta cōglutinatio. vt Ecce autem telis Panthus elapſus achiuum, pro panthoos.

Ponit autem metaplaſmi quindecim ſpecies, de quibus ſingulatim diſſerit. ¶ Proſtheſis interp̄tatur appoſitio: & eſt cū in principio dictionis apponitur litera vel ſyllaba. Et de litera ponit exemplū ex Verg. primo æneiđ. Gnate, meę vires, mea magna potentia ſolus, pro eo quod eſſe debuit nate de naſcor naſceris natus. De additione ſyllabæ nō ponit exemplum: ſed poſſunt eſſe exempla ex præpoſitionibus cū in compoſitione nihil ſignificant. vt adſimilis, adnoto. ¶ Epentheſis interpretatur interpoſitio ab Epen, quod eſt inter & theſis, & eſt quando in medio dictionis interponitur litera. vt redeo a re & eo, interiecta. d. Aut ſyllaba. vt Iuu. Graius & Barbarus induperator: hanc alij parentheſim vocant: quæ æque interpoſitio interpretatur. ¶ Paragoge intepretatur adductio, a parago, quod eſt adduco: & eſt quando in fine dictionis additur litera, vel ſyllaba. vt magis pro mage. Nam mage debet eſſe ab eo qđ magne. Et quod Verg. viij. æn. Liquido ve poteſtur electro. & dominarier pro dominari. ¶ Aphęreſis interp̄tatur ablatio, ab aphæreome, qđ eſt auferri. & eſt quando a principio dictionis aufertur litera vel ſyllaba, vt q dixit: Mitte arcana dei. Et quod Verg. j. ęñ. Qui tela typhœa temnis pro contemnis. ¶ Syncopa interpretatur conciſio, a ſin con & copto ſcindo: & eſt quando ex medio dictionis intercidi tur litera vel ſyllaba. vt audacter pro audaciter. i. litera diſpuncta. & illud Horat. in. ij. ſer. At illū, qui me commorit melius non tangere clamo, pro commouerit. ¶ Apocopa interpretatur abſciſio ab apo de, & copto ſcindo: & eſt quando ex fine dictionis abſcinditur litera vel ſyllaba. vt Verg. j. ęñ. Relliquias Danaum atq; immitis Achilli. pro Achillis. & ſi quis dicat poſſis pro poſſitis. & potes pro poteſtis. & mutu pro mutuo. Et ſunt forte exempla ſumpta ex antiquis autorib9. ¶ Ectaſis interpretatur productio, ab ectino quod eſt produco: & eſt quando ſyllaba breuis ponitur pro longa ſiue producta. & ponit exēplū ex principio æñ. Vergilianæ. Italiam fato profug9 lauinaq; venit littora, nã in primogeneo breuiatur. Idem in. vij. Italus paterq; Sabin9. & in poſſeſſiuo gentili ſemp breuiat eandē, niſi neceſſitas vrgeat. vt in. viij. Italos in prælia Cæſar. ¶ Syſtole interpretatur contractio, a ſyſtelo quod eſt cuntraho: & eſt quando ſyllaba longa ponitur pro breui. vt apud Vergilium primo ęñ. Cum ſubito aſſurgens fluctu nimboſus orion. Idem in. iiij. Dum pelago deſæuit hyems & aquoſus orion, nã o longa eſt: & a græcis ꝑ o mega vtrobiq; ſcribit̃. ¶ Diæreſis interpretatur diuiſio, a diæreo, qđ eſt diuido: & eſt quando ex vna ſyllaba diphthongo conglutinata duæ fiunt. vt Verg. iij. æñ. Aulai in medio libabāt pocula bacchi. aulai fecit ab eo qđ eſt aulę. Idē in. ix. diues pictai veſtis & auri pro pictæ. & poſuit aliud exēplū ex poeta quodã antiquo. olli reſpōdit rex Albai longai pro albæ lōgæ. ¶ Synæreſis eſt interp̄tata cōtractio: & eſt cōglutinatio duarū ſyllabarū in vnã. vt phaetō qđ triſyllabū eſt. P. Varro. ꝓtulit diſſyllabū. vt autor eſt Quinti. qui citat illi9 verſiculū. Cū te flagrãti deiectū fulmine phætō. ſic quoq; dicim9 dī ꝓ dei. & dis ꝓ deis. & ijs, ꝓ ei & eis. Ver. quoq; vi. æñ. Fixerit ęripedē ceruam licet aut erimanthi, pro aeripedem, id eſt, velocem, quaſi ventum. ¶ Epiſynalœppha ſpecies eſt ſynæreſis, immo ſynæreſis, vt patet exemplo, quod ponit ex ſecundo. æñ. Ecce autē telis pãthus elapſus achiuum. nam ab eo quod eſt panthoos fit panthus. hoc eſt duabus ſyllabis in vnam contractis.

Synalœpha eſt per interemptionem cõcurrẽtium inter ſe vocaliũ lubrica quędã leniſq; colliſio, vt Atq; ea diuerſa penitus dũ parte gerũtur. Hęc a quibuſdam ſynęreſis vel colliſio nuncupatur. Ecthlipſis eſt conſonantium cũ vocalibus aſpere concurrẽtibꝰ difficilis ac dura colliſio. vt Litora multum ille & terris iactatus & alto. Antitheſis eſt literæ ꝓ lr̃a poſitio. vt Olli ſubridẽs, ꝓ illi. Metatheſis eſt trãſformatio literarum.

¶ De Schematis.

Schemata lexeos, & dianœas ſunt ꝗdã figuræ verborum & ſententiarum. Sed ſchemata dianœas ad oratores pertinet. ad grãmaticos vero lexeos. Quę cũ multa ſint, ex omnibus fere neceſſaria ſunt, quæ ſequuntur ſcilicet. Prolepſis. Zeugma. Hypozeuſis. Syllepſis. Anadiploſis. Anaphora. Epanalepſis. Epizeuſis. Paronomaſia. Scheſiſſonomatõ. Paromœõ. Homœoteleutõ. Homœoptotõ. Polyptotõ. Hirmos. Polyſynthetõ. Dialitõ. Antithetõ. Hyppallage. Climax.

Prolepſis eſt præſumptio reꝝ ordine ſequutarũ: vt Interea reges ingẽti mole Latinus Procedũt caſtris Turnꝰ, deinde Aeneas.

Zeugma eſt vnius verbi concluſio diuerſis clauſulis apte coniuncta. vt Troiugena interpres diuũ qui numina Phœbi. Qui tripodas, clarij lauros, qui ſydera ſentis.

Hypozeuxis eſt figura ſupiori cõtraria: vbi diuerſa verba ſingulis clauſulis redduntur: vt Regem adijt, regi memorat nomenq; genuſq;.

Syllepſis eſt diuerſarum clauſularũ per vnum verbum conglutinata conceptio. vt Hic illius arma hic currus fuit. Hoc ſchema late patet: & fieri ſolet non ſolum per partes orationis: ſed per accidentia partium orationis. Item ſyllepſis eſt in diſſimilibus clauſulis, quando dictio ſingularis verbo plurali adiũgitur: vt Sunt nobis mitia poma: caſtaneæ molles; & preſſi copia lactis.

¶ Synalœpha interpretatur coniũctio: & eſt cũ dictio finitur in vocali, ſequiturq; dictio æque incipiẽs a vocali, quia tunc interimitur vocalis illa prior. Et ponit exemplũ ex principio libri. ix. æñ. Atq; ea diuerſa penitus dum parte geruntur. legendumque eſt atque a diuerſa. hæc a quibuſdam ſynæreſis dicitur quia videlicet ex duabus ſyllabis vna coaleſcit. ¶ Ecthlipſis interpretatur eliſio ab ecthlibo quod eſt elido elidis: & eſt quando ex duro & aſpero concurſu conſonantis cum vocali, conſonans exterenda eſt: Et ponit exemplum ex Verg in principio æñ. Littora multum ille & terris iactatus & alto. pro multil le & ter ris ia ctatus & alto. hoc eſt, extrita m litera ne fiat metaciſmus ille, de quo ſupra diximus. ¶ Antitheſis interpretatur pro alio poſitio, ab anti pro, & theſis: & eſt qñ alia litera pro alia ponitur, vt apud Verg. i. æñ. Olli ſubridens hominũ ſator atq; deorum. pro illi, hoc eſt. o. pro. i. Metatheſis interpretatur tranſpoſitio. & eſt quando literarum ordo inuertitur. vt apud Verg. libro. xi. æñ. At non Euãdre pudẽdis. pro euander, quã ꝗ (vt ſupra diximus) euandre põt eſſe abeo quod eſt Euãdrus. vt apud Verg. Tunc rex Euandrus Romanæ conditor arcis. quinimmo omnia nomina græca terminata in bros, aut cros, aut dros, aut gros, aut pros, aut tros. poſſunt habere duplices recti terminationes: vt thymbros thymber vel thymbrus. teucros teucer vel teucrus, Alexandros alexãder vel alexandrus. meleagros meleager, vel meleagrus. capros caper, vel caprus. Itaq; cum Verg. dixit. x. æñ. At tibi thymbre caput Euãdrius abſtulit enſis. vetus ille potuit eſſe ab eo, quod eſt thymbrus.

De ſchematis. Diximus metaplaſmum eſſe medium inter lexim & barbariſmum: ſchema vero inter phraſin & ſolœciſmũ Itaq; reſtat dicendum de ſchemate, hoc eſt, de figuris. hoc eſt de vitijs: quæ committi conſueuerunt in contextu partiũ orationis: & ſũt excuſabilia ratiõe aliqua. Sed ea vitia, aut in verbis, aut in ſententia contingunt. itaq; duo genera ſchematon, hoc eſt, figurarum eſſe dicit: quia aut ſunt lexeos, id eſt, dictionis, aut dianœas. i. ſententiæ: nam lexis lexeos eſt dictio: dianœa dianœas, ſententia: ſed excuſat ſe de tractatu figurarũ, quæ ad ſentẽtiam pertinent, quoniã illæ oratorũ ſunt magis propriæ. Figuras itaque dictiõis, quę ad grammaticum pertinẽt, dicit eſſe complures: ſed ex illis frequẽtiores elegit, de quibus ſingulatim diſſerit dicens. &c. ¶ Prolepſis interpretatur pręſũptio. a pro ante & lepſis captio Et eſt quando aliquid in genere pręſumitur, quod per partes poſtea explicatur. Et ponit exemplum ex Verg. lib. xij æñ. Interea reges ingenti mole Latinus procedunt caſtris: dein de Turnus, deinde Aeneas. Zeugma interpratur coniunctio: & eſt quãdo vnũ verbum diuerſis ſuppoſitis accommodatur. vt Vergil. lib. iij. æñ. Troiugena interpres diuum, qui numina phœbi. ſubaudi ex inferioribus ſentis, qui tripodas etiã ſentis, clarij lauros, iterũ accipe ſentis. & qui ſydera ſentis. ¶ Hypozeuxis interpretatur ſubiunctio. & eſt quando econtrario zeumati vnum ſuppoſitum accommodatur diuerſis verbis: vt Vergil. lib. viij. æñ. Regem adijt, regi memorat nomenque, genuſque. vtrobique namque intelligitur æneas. Hypozeuxis autem dicitur ab hypo, ſub, & zeuxis iunctio. quaſi ſpecies quædã zeugmatis. ¶ Syllepſis interpretatur conceptio, ſiue comprehenſio. a ſyn quod eſt con, & lepſis captio. & fit cum per vnũ verbũ ſuppoſita diuerſorum numerorum colligimꝰ. Et ponit exemplũ ex Verg. in primo æñ. Hic illius arma, hic currus fuit. nam in priori caſo arma, fuerũt debet ſub intelligi. Sed dicit Donatus hanc figuram latiſſime patere, & ad multa ſe extendere: fieriq; non ſolum per partes orationis, ſed per accidentia partiũ orationis. immo ſylepſis prope ſemper fit per accidentia partium orationis. vt quod genus maſculinum cõcipiat fœmininũ, vt Apollo & muſa ſunt docti, ego & tu ſumus boni. aliqñ quod fœmininũ, concipiat neutrum. vt Luca. hinc leges & plæbiſcita coactæ: aliqñ quod neutrum concipiat maſculinũ & fœmininum, vt virga tua, & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt. Aliquando ratione affinitatis quod fœmininũ concipiat maſculinum. vt vidi virum & fœminam honeſtam. & per numeros fit plerumq; hæc conceptio. vt alijs in locis copioſius diſputatur, hoc eſt, vbi de figuris conſtructionis agitur.



Anadiploſis eſt geminatio dictionis, ꝗ ex vltimo loco ꝓcedẽtis verſus, & principio ſeꝗntis iteratur: vt Sequit̃ pulcherrimꝰ aſtur, Aſtur equo fidẽs.

Anaphora eſt relatio eiuſdem verbi per principia plurimorũ verſuum: vt Gnate, meæ vires, mea magna potentia ſolus, Gnate patris ſummi, qui tela Typhoëa temnis.

Epanalepſis eſt verbi in principio verſus poſiti, & in eiuſdẽ fine repetitio. vt Multa ſuper Priamo rogitãs, ſuper Hectore multa. Et alibi. Ante etiã ſceptrũ Dictęi regis & ante Impia quam cęſis.

Epizeuſis eſt eiuſdem verbi in eodem verſu ſine aliqua dilatiõe geminatio: vt Me me adſum qui feci: in me conuertite ferrum.

Paronomaſia eſt veluti quædam denominatio, vel quoties aliud nomen efficitur de alio: vt Nã inceptio eſt amentium, haud amantium.

Scheſis onomaton eſt multitudo nominum cõiunctorum eodem habitu copulandi: vt Marſa manus, Peligna cohors: feſtina virum vis.

Paromœõ eſt quãdo ab eiſdẽ literis diuerſa nomina ſumũt: vt O tite tute tibi tu tãta tyrãne tuliſti.

Homœoteleuton eſt cum ſimili modo dictiões plurimę finiuntur: vt Eos deduci, quam relinqui, deuehi, quam deferri malui.

Homœoptoton eſt cum in cõſimiles caſus exeunt diuerſa verba: vt Mœrentes, flentes, lachrymantes, comitantes.

Polyptoton eſt multitudo caſuũ varietate diſtincta: vt Littora littoribus cõtraria fluctibus vndas. Imprecor arma armis pugnent, ipſiq; nepotes.

Hyrmos eſt ſeries orationis cõtinuæ tenorẽ ſuum vſq; ad vltimum ſeruans: vt Principio cęlum, terras, campoſq; liquentes Lucentẽq; globum lunæ titaniaq; aſtra.

Polyſyntheton eſt dictio multis connexa coniunctionibus: vt Athamaſq; thoaſq; pelideſq; neoptolemus, primuſq; Machaon.

Dialyton ſiue aſyntheton eſt figura ſuperiori cõtraria, carens coniuctionibus: vt Ite, ferte citi flammas, date tela, impellite remos.

Anthiteton eſt contra poſitum, & fit quando cõtraria cõtrarijs opponuntur: vt Frigida pugnabãt calidis, & humentia ſiccis. mollia cum duris: ſine pondere habentia pondus.

¶ Anadiploſis eſt interpretata reduplicatio, ab ana præpoſitione, quod eſt re, & diploſis plicatio: & fit quoties ſequens verſus incipit a verbo, in quo deſinit præcedens. Et ponit exemplum ex Vergilio libro decimo æneid. vrbs Hetruſca ſolo ſequitur pulcherrimus aſtur, Aſtur equo fidens. ¶ Anaphora eſt interꝑtata relatio ſiue repetitio, ab ana re, & phoreo fero, & fit quoties plures verſus ab eadẽ dictione incipiunt. Et ponit exemplum ex Vergilio primo æneid. Gnate, meæ vires. &c. ¶ Epanalepſis interpretatur repetitio, ab epi & ana & lepſis, & eſt verbũ epanalambano repeto: & fit hæc figura quoties in eodem verbo incipit & finitur verſus. vt Vergilius in calce primi libri æneid. Multa ſuper Priamo rogitãs ſuper Hectore multa. Aliud quoque exemplum ponit ex ſecundo georgico. Antea etiam ſceptrũ. &c. ¶ Epizeuſis interpretatur iniunctio: & fit quãdo verbum iteratur nõ interueniente alia parte orationis, & accipit exẽplum ex Verg. ix. æñ. Me me adſum, qui feci in me conuertite ferrũ o rutuli. & hæc figura frequens eſt in ſermone familiari: & in ſacris literis. ¶ Paronomaſia interpretatur denominatio, a para de & onoma nomen, & eſt quando nomen de nomine aliud ſignificanti deducitur nonq; etymologiam, ſed per literarum ſimilitudinem. Et ponit exemplum ex Terẽtio in Andria. nam inceptio (inquit) eſt amẽtium, haud amantium. ¶ Scheſis onomaton interpretatur habitudo nominum, nam ſcheſis eſt habitudo & onoma nomen, & eſt cum ſingulis ſua epitheta ſunt adiũcta. Et ponit exẽplum ex poeta. Marſa manus, peligna cohors feſtina virum, pro virorum, vis. Sunt autem marſi & peligni populi Italiæ notiſſimi. ¶ Paromœon interpretatur ad ſimile: & fit cum plures dictiones ab eadem litera incipiũt. Et ponit exẽmplum ex Ennio poeta, quemadmodum refert Priſcia. li. xij. cum diſputat de pronomine. O tite tute tibi. &c. ¶ Homœoteleuton interpretatur ſimiliter deſinens: nam homœos eſt ſimilis vel ſimiliter, & teleutao finio: & eſt quando plures dictiones ſimiliter terminantur, dummodo id nõ fiat per caſus. Et ponit exemplũ ex aliquo poeta, aut autore antiquo: eos deduci, quã relinqui. quę omnia verba ſunt ſimiliter deſinẽtia. ¶ Homœoptoton interpretatur ſimiliter cadens: ab homœos, quod eſt ſimilis, & ptoſis caſus, & eſt quando plures dictiones per caſuum declinationem ſimiliter deſinunt. vt mœrentes, flentes. &c. ¶ Polyptoton interpretatur multitudo caſuum, a poly multũ, & ptoſis caſus, & eſt quãdo diuerſi caſus ſibi inuicem reſpõdent: & ponit exemplum ex Verg. iiij. æneid. littora littoribus cõtraria. ¶ Hyrmos interpretatur tractus, & eſt quando oratio ꝑ longam verborũ ſeriem trahitur, extenditurq;. & ponit exemplum ex Vergilij ſexto eneid. principio cælum. &c. vſq; ad locũ illius ſpiritus intus alit. ¶ Polyſyntheton intepretatur multitudo caſuũ, compoſitũ a poly multum & ſyntheton compoſitum, & eſt quando multæ dictiones per coniunctiones iungũtur. Et ponit exẽplũ ex Vergilij ſecundo æñ. Athamaſq; thoaſq;. &c. ¶ Dialyton interꝑtatur diſſolutum, a dialyo, qđ eſt diſſoluo: & eſt qñ ſine cõiũctionibꝰ plures dictiones eiuſdẽ generis ꝓferũtur: & eſt figura ſuperiori contraria. Et ponit exẽplum ex Vergilij quarto æneid. Ite, ferte citi flammas, nã plura verba iungũtur non interuenientibus cõiũctionibus. A Cicerone dicitur articulus color. Dicitur quoque hæc figura aſyntheton, quod interpretatur incompoſitũ, ab a particula priuatiua, & theton poſitum, quia (vt diximus) plura verba iunguntur ſine coniunctione. ¶ Antitheton interpretatur contrapoſitum, ab anti contra, & theton poſitum: & fit cum contraria contrarijs opponuntur. Et ponit exemplum ex Ouidio primo metamor. Frigida pugnabãt calidis. &c. de hac figura dixit Perſius. Crimina raſis librat in antithetis.

¶Hypallage interpretatur ſubmutatio. ab hypo ſub & allage mutatio: & eſt cum verba per cõtrarium intelliguntur. Vergilius quarto æneidos: Regina e ſpeculis cum primum albeſcere lucem vidit. id eſt, res omnes per lucem albeſcere: quoniam lux colorem non habet: ſed per eã oia colorantur. ¶Climax interpretatur gradatio, & eſt quando verba repetita progrediuntur. Et ponit exemplum ex Vergilio in bucolicis: Torua leæna lupũ ſequitur: lupus ipſe capellam, florentem cytiſum ſequitur laſciua capella.

¶De Tropis.

Metaplaſmus (vt diximꝰ) excuſat vitiũ in vna dictione. Schema in cõtextu partium orationis. Tropus vero nullum excuſat vitium: quin potius contra, virtus quædam eſt, vnde a Quintiliano definitur: Tropus eſt verbi vel ſermonis a propria ſignificatione in aliam cum virtute mutatio. Nam quod Donatus dicit cauſa neceſſitatis illud eſt, quando non habemus vocabulum proprium, quo rem, de qua loquimur, efferamus. Ornatus vero, cum verbum translatũ ſignificantius dicit rẽ, quam propriũ. Et ſubdit ſpecies tropi. quas ſingulatim ꝓſequitur. ¶Metaphora interpretatur translatio ꝯ meta trãs & phoreo fero. Cuius ſubdiuidit rurſus quatuor ſpecies ſecundum quatuor modos, quibus contingit fieri translatio. Quorum primus eſt, quoties fit translatio a verbo ſignificanti animal, ad verbum quoque animal ſignificans. vt tiphyn aurigam celeres fecere carinæ. Aurigam ponit pro gubernatore: cum auriga ſit homo, qui regit currꝰ, hoc eſt, bigas, aut quadrigas: gubernator vero ꝓprie ſit, qui naues regit moderaturque: ſed vterque homo eſt, ergo translatio ab animali ad animale: ſed cuius autoris ſit hic verſus non liquet mihi. ¶Ab animali ad animale fit translatio. vt ſi rates (quod ſignificat lignorum ſtruem) ponatur pro naui. vtrũque namque inanimatum eſt. Et ponit exemplum ex quinto æneidos: Vt pelagus tenuere rates, nec amplius vllæ. ¶Ab inanimali ad animale, vt cum Atlas ſit mauritaniæ mons, dat illi Vergilius caput, humeros, mentũ: quæ ſunt animalium mẽbra. verſus ſunt illius ex quarto æneidos. ¶Ab animali ad inanimale. vt Vergilius vndecimo æneidos: Si tantum in pectore robur concipis. Nam robur arbor eſt anima carens. Scire autem debemus, ꝙ metaphoræ quædam ſunt reciprocæ. vt qd̃ æquor ponatur pro campo, & campus pro æquore: aut altum pro profundo, & profundum pro alto: & pubertas pro flore: & flos ꝓ pubertate. Aliæ ſunt metaphoræ partis vniꝰ, id eſt, non reciprocæ: ſed alterius tantum partis cuiuſmodi ſunt ſuperiores. ¶Catachreſis interpretatur contra vſum: & eſt quoties ponitur verbum pro eo quod proprie nõ ſignificat, vt ecce parricida proprie ſignificat parentum interfectorem. quod ſi quis dixerit fratricidam parricidam improprie dixit. Preterea piſcina dicitur ſtagnum, piſcium receptaculum. quod ſi quis poſuerit pro loco vbi non ſunt piſces catachreſticos dixit. Deinde dicit huiuſmodi improprietates venire in vſum propter neceſſitatem: quoniam non habemus propria vocabula, quibus rem illam ſignificemus. ¶Metalepſis interpretatur tranſumptio, a meta quod eſt trans, & lepſis acceptio: & eſt cum aliqua dictio aliud a ſua propria ſignificatione deſignat ex ijs, quæ præceſſerunt, & quæ ſequuntur.
Et ponit exemplum ex Vergilio primo æneidos: Sed pater omnipotens ſpeluncis abdidit atris. &c. pro cauernis & receptaculis, ſiue domibus: ab atris enim ſpeluncæ nigræ intelliguntur. & ex nigris tenebras habentes. & ex bucolicis: Poſt aliquot mea regna videns mirabor ariſtas, pro annos, neque enim ex iunctura aliud poteſt ſignificare ariſta.

Hypallage eſt verborum per contrarium intellectus: vt Regina e ſpeculis vt primum albeſcere lucem vidit.

Climax eſt ſubſcripta gradatio: vt Torua leæna lupum ſequitur: lupus ipſe capellam.

## ¶De tropis.

Tropus eſt dictio translata a propria ſignificatione ad impropriam ornatus, neceſſitatis ve cauſa. ſunt autem quæ ſequuntur. Metaphora. Catachreſis. Metalepſis. Metonymia, Antonomaſia. Epytheton. Synecdoche. Onomatopœia. Periphraſis. Hiperbaton tropus in ſuas ſpecies diuiſus. Hiperbole. Allegoria tropus in ſuas ſpecies diuiſus. Homeœſis in ſuas ſpecies diuiſus.

Metaphora eſt rerum verborũq; translatio. Hæc fit quatuor modis. Ab animali ad animale. Ab inanimali ad inanimale. Ab inaniamli ad animale. Ab animali ad inanimale.

Ab animali ad animale. vt Tiphyn aurigã celeres fecere carinę. Nam auriga, & gubernator nauis animam habent.

Ab inanimali ad inanimale, Vt pelagus tenuere rates. Nã naues ſicut & rates animã nõ habent.

Ab inanimali ad animale, vt Atlantis cinctũ aſſidue cui nubibus atris Piniferum caput & vẽto pulſatur & imbri. Nam mons animã nõ habet, cui membra hominis attibuuntur.

Ab animali ad inanimale. vt Si tãtũ in pectore robur concipis. Nam robur animam non habet, cum Turnus, cui hæc dicuntur, animã habebat. Scire autem debemus, alias metaphoras eſſe reciprocas, alias autem eſſe partis vnius.

Catachreſis eſt vſurpatio nominis alieni. vt parricidam dicimus, qui occidit fratrem: & piſcinã, quæ piſces nõ habet. Hæc enim vnde extrinſecus ſumerent vocabulum ſuum, non haberent.

Metalepſis eſt dictio pergẽs gradatim ad id, quod oſtendit: vt Speluncis abdidit atris. Hoc metuens. Et poſt aliquot mea regna videns mirabor ariſtas.



¶Metonymia interpretatur tranſnominatio, a meta trans: & onoma nomen. Et eſt quando vna dictio propter affinitatem, quam habet cum alia, ponitur pro ea, & quia hoc pluribus modis contingit, ſubiungit illius plures ſpecies, quarum prima eſt, cum continens ponitur pro contento. Verg. v. æñ. Nunc pateras libate ioui: neq; enim patera libatur, ſed vinum quod in patera continetur: aut econtrario, cum contentũ ponitur pro continenti. Verg. primo ænei. Crateras magno ſtatuunt, & vina coronant: neq; enim vina coronãtur, ſed pateræ, in quibus vinum cõtinetur. Eſt præterea metonymia, cum inuentor alicuius rei ponitur ꝓ illa re cuius fuit inuentor. vt apud Ter. in Eunucho: ſine Cerere & Libero friget Venus, quod videlicet ceres fuit inuentrix frumenti. bacchus vini, venus dea eſt amorũ & coitus. aut e diuerſo, cũ rem ipſam pro inuentore ponimus: vt qui dixit, vinũq; præcamur pro bacchũ, ideo ſubdit, nãq; id deus adeſt præſens. Eſt etiam metonymia. Cũ efficiens pro effectu ponitur, vt tenebras explorat inertes, & contriſtat frigore cælum: cum præterea materia ponitur ꝓ re, quæ fit ex illa materia. vt Verg. ij. ænei. Ferro accincta tenet. ¶Antonomaſia interpretatur pro nomine, ab anti pro & onoma nomẽ, hoc eſt, quod vice nominis ꝓprij ponitur. Et ponit tres illius ſpecies. Ab animo, vt magnanimus anchiſiades, pro Aeneas per excellẽtiam magnitudinis animi, quod eſt bonũ animi. A corpore, vt Verg. iij. ænei. Ipſe arduus. ſcilicet polyphemus, qui alijs præſtabat ciclopibus proceritate corporis, quod eſt bonũ naturæ. Extrinſecus vt infœlix puer, id eſt, infortunatus pro Troilo ponit. & erat a bonis externis, qualia ſunt bona fortunæ. ¶Epithetõ interpretatur appoſitio ſiue adiectio, quo nomine græci appellãt nomen adiectiuũ. Latini vero epitheton vocant adiectiuum, qd̓ additum nomini proprio, vt dicit Donatus, aut etiã nomini ſubſtãtiuo exprimit aliquid proprium & inſeparabile. Et ponit ex Vergilio exemplum ex tertio æneidos. Dira celęno, harpyięq; colunt aliæ. & alibi dia camilla & dicit fieri tot modis, quod antonomaſia, hoc eſt a bonis animi, a bonis fortunæ, a bonis naturæ. Vnde oratores conſueuerunt ſumere locos laudandi & a contrarijs vituperãdi & iudicãdi (vt Diom. inqt). ¶Synecdoche interpretatur comprehenſio. Cicero intellectionem vocat, & accipit hic ſynecdochen pro figura loquutionis. nam de figura conſtructionis alibi diſputatum eſt. Sed cũ plus minus ve ſignificant verba, quam intelligimus, fit aut accipiendo partem pro toto, aut pro parte totum. Et ponit exemplum, quo ponitur pars pro toto ex. j. æñ. Pubes tuorũ pro iuuentus, cum etiam eſſent viri ſenes & pueri, non tantum puberes. Ex eodem quoq; libro ponit exemplum, quo ponitur totum pro parte. vt ingens a vertice pontus: Nam pontum poſuit pro vnda ponti, & illud ex Verg. iiij. ænei. fontẽq; ignemq; ferebãt. neq; enim ferebant fontem, ſed partem aquæ fontanæ. Sed cum in parte totum intelligimus, dicit debere intelligi in parte illa multum totius illius partis. ¶Onomatopeiæ interpretatur nominis fictio: nam componitur ex onoma, quod eſt nomen, & pico facio vel fingo, fit autem maxime cum ex ſono vocis nomina fingimus. Et ponit exemplum ex Vergilij. xj. æneidos: It cælo clamorq; virum clangorque tubarum: nam clamare, a ſono vocis in homine, & clangere a ſono tubarum, facta ſunt. Tinnitus quoque æris dicitur, quod ærea vaſa tinniant pulſata. crepitare quoque fictum eſt a ſono vocis. vt Vergilius. j. Georgicorum. atque leuem ſtipulam crepitantibus vrere flammis. ¶Periphraſis interpretatur circuitio ſiue circumloquutio a peri circum & phraſis loquutio: & fit quoties ornandæ rei cauſa vtimur exaggeratione de eadem re plura verba iuculcando. Et ponit exemplum ex libro. iiij. æneidos: Et iam prima nouo. &c. Pro eo quod ſatis erat dixiſſe, & iam aurora illuſtrabat terras. Et eodẽ modo cauſa vituperandæ alicuius rei vtimur circuitione, id eſt, longo verborum ambitu: ſed non ponit exemplum huius ſpeciei: ſed alterius, hoc eſt, quando rem turpem abſcœnamque circuitione ſignificamus. vt Verg. iij. geo. Hoc faciũt. &c. et eſt ſẽſus, ꝙ equabus ſubducitur paſtus cibuſque, ne pingueſcãt, quo tẽpore admittere debẽt equos ad fœtus ꝓcreãdos, qd̓ fit ne meatus excipiendi ſeminis obturentur præpinguedine: vtiturque translatione ſumpta ab agro, qui ſemine ſpargendus eſt, cuius ſulci debent eſſe aperti & reſoluti.

Metonymia eſt dictiõis quædã veluti trãſnominatio. Huius autem multæ ſunt ſpecies: aut per id quod continet id quod continetur, vt nunc pateras libate Ioui: aut cõtra, vt crateras magnos ſtatuunt, & vina coronant: aut pro inuẽtore, quod inuẽtũ eſt, vt ſine Cerere & Libero friget Vẽus aut contra, vt vinumq; precamur. nãq; hic deus adeſt preſens. Hæc exẽpli cauſa poſita ſunt addiſcentibus, reliqua monſtrabit lectio.

Antonomaſia eſt ſignificatio vice nominis poſita: q̃ fit tribus modis: ab animo, vt magnanimꝰ anchiſiades: a corpore, vt ipſe arduꝰ polyphemꝰ, extriſecꝰ, vt infœlix puer, atq; impar cõgreſſus achilli.

Epitheton eſt ſuppoſitio dictionis cum proprio nomine. Nam antonomaſia vicẽ nominis ſuſtinet. epitheton nũquã eſt ſine proprio nomine. vt dira Celęno. dia camilla. Fit etiam tribus modis, ab animo, a corpore, extrinſecus. His duobus tropis vel vituperamus, vel offẽdimus, vel laudamus.

Synecdoche eſt ſignificatio plenii intellectus capax, cum plus minus ve pronuntiat: aut enim a parte totum oſtendit. vt puppeſq; tuæ, pubeſq; tuorũ. Aut cõtra partem a toto, vt ipſius ante oculos ingens a vertice põtus in puppim ferit: & alibi fõtemq; ignemq; ferebãt. Meminiſſe autem debemus quando fit a parte totum, faciendũ eſſe ab inſigniori parte.

Onomatopeia eſt nomen de ſono factum, vt clamorq; virum, clangorq; tubarum. Tinnitus ęris Atque leuem ſtipulã crepitantibus vrere flãmis.

Periphraſis eſt circũloquutio quædã, quæ fit aut ornandæ rei cauſa, quæ pulchra eſt: aut vituperãdę quæ turpis eſt, vt Et iam prima nouo ſpargebat lumine terras Tritoni croceum linquens aurora cubile. & Hoc faciũt nimio ne luxu obtuſior vſꝰ ſit genitali aruo, & ſulcos oblimet inertes.

Hyperbaton eſt tranſcenſio quædã verborum ordinem perturbãs:cuius ſpecies ſunt quinq;. Hyſterologia ſiue hyſteron proteron. Anaſtrophe, Syncheſis. Parentheſis. Temeſis.

Hyſterologia, ſiue hyſteron proteron eſt ſententiæ cum verbis ordo mutatus. vt & Cererẽ corruptam vndis, & torrere parant flammis, & frãgere ſaxo.

Anaſtrophe eſt verborum tantum ordo præpoſterus. vt Italiam contra, pro contra Italiam.

Parentheſis eſt interpoſita formatio diuerſæ ſentẽtiæ. vt Aeneas (neq; enim patrius cõſiſtere mentem paſſus amor) rapidum ad naues præmittit Achatem.

Temeſis eſt vnius cõpoſiti vel ſimplicis ſectio vna dictione vel pluribus interiectis: vt ſeptem ſubiecta trioni, & ſaxo cere comminuit brum. Et Maſſili portant iuuenes ad littora tanas: pro cerebrum, & maſſilitanas.

Syncheſis eſt hyperbaton obſcurũ, & ex omni parte confuſũ. vt tris notus abreptas in ſaxa latentia torquet: ſaxa vocant Itali medijs quæ in fluctibus aras. Eſt autem hic ordo. tris naues abreptas notus torquet in ſaxa, quæ ſaxa in medijs fluctibus latentia Itali vocant aras.

Hyperbole eſt dictio fidem excedens augendi minuendi ve cauſa. Augẽdi, vt niue candidior. Minuendi, vt tardior teſtudine.

Allegoria eſt tropus quo aliud ſignificatur, & aliud dicitur: vt Et iam tempus equum fumantia ſoluere colla. hoc eſt carmen finire. Huiuſmodi ſpecies multæ ſunt. ex quibus ſeptem eminent. Ironia, Antiphraſis. Aenigma. Charientiſmos. Parœmia Sarcaſmos. Aſtyſmos.

Ironia eſt tropus, qui per contrariũ conatur oſtendere, q̄d dicit. vt Egregiã vero laudem, & ſpolia ampla refertis tuq; puerq; tu9. Hæc, vbi grauitas ꝓnuntiantis adiuuerit, confiteri videbitur, quod negare intendit.

¶Hyperbaton interpretatur tranſcenſio ab hyperbeno, q̄d eſt tranſcendo: & fit quoties in longiori clauſula verborum ſtructura non habet ordinem explicitum, qui poſſit facile ſenſum præ ſe ferre. Et ponit illius quinq; ſpecies: quas deinde proſequitur ſingulatim. ¶Hyſterologia interpretatur poſterior ſermo vel verbum, hyſteron proteron interpretatur prius poſterius: & eſt quoties oratio, quæ debuit poſtponi, præponitur: & ecõtrario, quæ præponi, poſtponitur. Et ponit exemplum ex primo æneid. & torrere. & cætera. Prius enim fruges erant frangendæ ſaxo, id eſt, molendæ: & in farinã reſoluendæ: & deinde torrendę flãmis. i. furno inferędę, vt coquerentur. ¶Anaſtrophe interpretatur inuerſio ab ana re, & ſtrophe conuerſio: & eſt quando dictio, quę debuit pręponi, poſtponit: et ediuerſo, differtq; ab hyſterologia: quod illa in ordine prępoſtero duarum aut plurium orationum eſt: hæc vero in duobus aut tribus verbis. & ponit exemplum ex principio æneidos. Italiam cõtra pro contra Italiam. ¶Parentheſis interpretatur interpoſitio: a para & en quod eſt inter & theſis poſitio. & eſt quoties in aliquaclauſula interpretatur aliq̄d extraneũ. vt Verg. i. ęñ. Aeneas rapidũ ad naues ꝑmittit Achatẽ, & interpoſuit, neq; enim amor patrius paſſus eſt mentẽ cõſiſtere, id eſt, quieſcere. ¶Temeſis interp̄tatur ſectio ſiue inciſio: a temno q̄d eſt incido, & fit quoties dictioni compoſitę diuiſæ in partes componentes interponuntur, aut vnum aut plura verba, vt illud: eſt Boreæ regio ſeptem ſubiecta trioni pro eo, quod eſt ſubiecta ſeptentrioni, antiqui nõ modo dictiones compoſitas ad hoc officium diuidebant: ſed etiam integras, vt qui dixit ſaxo cere comminuit brum. ꝓcomminuit cerebrum: interiecta vna particula cõminuit, & quod ſequitur: Maſſili portant iuuenes ad littora tanas, pro eo quod eſt portant iuuenes ad littora Maſſilitanas ſubaudi prædas: interpoſitis plurib9 verbis, hoc eſt, portant iuuenes ad littora. ¶Sincheſis interpretatur confuſio. a ſin con & cheſis confuſio atq; (vt dixit Donatus) eſt hyperbaton, hoc eſt, oratio ex omni parte confuſa. Et ponit exemplum eſt primo æneidos. Tris notus abreptas. &c. n. (vt dicit) ordo eſt. Tris naues abreptas. & notandum eſt in ordine ab accuſatiuo poſſe incipi: vt fruſtra grammatici neſcio quas ordinis regulas tradiderint. ¶Hyperbole interpretatur tranſcenſus: ab hyper. trans, & bole ſcanſio: diciτque fieri augendi, aut minuendi cauſa. Augendi. vt Vergil. in Buco. Candidior cignis, hedera formoſior alba. Minuendi. vt quod quiſpiam dixit, tardior teſtudine, quia teſtitudinis inceſſus tardus eſt. vnde Plautus in Aulularia: teſtudineum iſtum gradibo gradum. ¶Allegoria interpretatur aliena loquutio, ab alleos, quod eſt varius, ſiue diuerſus: & eſt quando id quod dicimus aliud eſt, quam quod volumus intelligi. vt Vergilius in calce ſecundi Gergico. Et iam tempus equum fumantia ſoluere colla. per equum namque intelligimus ingenium, vt Iuuenalis: per quem magnus equos Aruncæ flexit alumnus, id eſt, exercuit ingeniũ. per colla fumancia, id eſt, præ ſudore exhallantia laborem operis componendi finire. & ſubdit allegoriæ ſeptem ſpecies, de quibus ſingulatim dicturus eſt. ¶Ironia, interpretatur ſimulatio, vel diſſimulatio: quoniam ironeuome eſt diſſimulo ſiue cauillor cauillaris. & eſt quando id quod dicimus per contrarium volumus intelligi: & in hoc cum ſuo genere concordat, ſed differt in eo, quod ironia eſt ſimulatio quædam cauillatoria. vt Iuno apud Vergilium quarto æneidos ad Venerem: Egregiam vero laudem. &c. quaſi dicat: non eſt magna laus, quod tu & filius tuus, qui eſtis duo magna numina, per dolos decepiſtis vnã fœminam. Itaq; ſi quis grauitate quadam pronunciauerit dicta ironice, verborum ſenſus in contrarium vertitur.



Antiphraſis eſt vnius verbi ironia: vt bellũ quod minime bellũ eſt: & lucum quod minime lucet.

Aenigma eſt obſcura ſententia per obſcurã ſilitudinem rerum: vt mater me genuit eadem mox gignitur ex me: ſignificat enim aquam in niuẽ conuerti, & ex eadem rurſus effluere.

Charientiſmos eſt, quo dura dictu gratius ꝓferuntur: vt interrogantibus nobis nũ quis nos q̄ſierit: reſpõſum detur: bona fortuna, exinde intelligitur neminem nos quæſiſſe.

Parœmia eſt accõmodatũ rebus tẽporibuſq; prouerbiũ, vt aduerſus ſtimulũ calces, & lupus eſt in fabula.

Sarcaſmos eſt plena odio, atq; hoſtilis deriſio: vt en agros, & quã bello Troiane petiſti Heſperiã metire iacens.

Aſtyſmos eſt tropus multiplex numeroſæq; virtutis. Nam aſtyſmos eſt quicquid ruſtica ſimplicitate caret: & faceta ſatis vrbanitate exponitur. vt qui Bauium non odit: amet tua carmina meui: atq; idem iungat vulpes, & mulgeat hircos.

Homœoſis eſt minus note rei per ſimilitudinem eius, quæ magis nota eſt, demonſtratio. Huius autem tres ſunt ſpecies. icon. parabola. paradigma.

Icon eſt perſonarum per ſe, vel eorum, quæ perſonis accidunt, cõparatio, vt: os humeroſq; deo ſimilis.

Parabola eſt rerũ genere diſſimiliũ cõparatio. vt qualis mugitus fugit cũ ſaucius arã taurus: & incertã excuſſit ceruice bipennem.

Paradigma eſt exempli hortantis, vel deterrentis enarratio. Hortantis, vt Antenor potuit medijs elapſus Achiuis Illyricos penetrare ſin9. Deterrentis: vt At non ſic Phrygius penetrat Lacedæmona paſtor, Ledęamq; Helenam Troianas vexit ad vrbes?

¶Antiphraſis interpretatur cõtraria loquutio. ab ãti q̄d eſt cõtra & phraſis loquutio: & eſt q̄n in vno verbo ſubeſt cõtrariũ eius. quod d̄r: cũ ironia ſit in pluribus verbis. vt bellus, q̄d eſt diminutiuũ a bonus bona bonũ. vñ d̄r bellũ ꝑ contrariũ q̄d non eſt bonũ: & lucus, qui eſt ſylua cõdenſa, ꝑ contrarium d̄r a luceo luces: quia ex arborũ opacitate minime lucet. ¶Aenigma interpretatur obſcuritas ſermõis. ab ænitrome, q̄d eſt obſcure loqui. Et ponit exẽplũ illi9, qui induxit niuẽ loquẽtẽ, mater me genuit &c. & illud Cleobuli Lindij: Eſt vn9 genitor nati bona pignora bis ſex: triginta cuius nati ſed diſpare forma. ſignificat namq; annum habere duodecim mẽſes, quorũ quilibet habet dies triginta, totidẽq; noctes. ¶Charientiſmos interpretari põt gratioſitas. a charis charietos, q̄d eſt gratioſum: & eſt, q̄n id, q̄d durum dictu eſſet, mitioribus verbis tẽperamus. vt ſi ſacrilegũ, furẽ dicamus: & eũ, qui ſit ſtrabo, pœtum. Et ponit exẽplũ. vt ſi quis dicat, quæſiuit ne me quiſquã? & rñdeat q̄s huic interrogationi, bona fortuna: cũ debuiſſet rñdere, nemo te quæſiuit. ¶Parœmia interpretatur prouerbium: & eſt ſẽtẽtia lõgo vſu cõprobata & experta ad id, q̄d volum9, efficiendũ vſurpata. vt Terẽti9 in phormiõe aduerſ9 ſtimulum calces: ſubaudi nõ iaceas. Idem quoq; in Adelphis, lupus eſt in fabula quo ſignificatur tacendũ eſſe: quoniam is: de quo erat ſermo, aduentat. ¶Sarcaſmos interpretatur deriſio, nõ quæcunq; ſed ea, quæ a capitali odio ꝓficiſcitur. Qualis eſt illa ex Euangelio: Vah qui deſtruis templũ dei: & in triduo illud reædificas. deriuaturq; a ſarx ſarcos, q̄d interpretatur caro: q̄d, qui ea vtitur, vitam petit illius, in quẽ inuehitur. Ver. xij. ęñ. En agros. &c. Iacẽs igitur, id eſt, mortuus metire agros, & Heſperiã cadauere, ſcilicet, ſtrato terrã premẽdo. ¶Aſtyſmos interpretatur vrbanitas, quoniã Aſtys eſt vrbs. dicitq; Donatus hunc tropum multipliciter patere: vt quicquid vrbaniter dicatur aſtyſmo fiat. vt ſunt illæ facetiæ de quibus Iuue. Et ſalib9 vehemẽs inter pomaria natis. Ver. in Bu. Qui bauiũ nõ odit, amet tua carmina Meui, cum vterq; ſit peſſimus vir. atq; alter illorũ malus poeta. ſed q̄d ſequitur magis ſpectat ad vrbanitatẽ, ſcilicet, q̄ iũgat vulpes more puerorũ, qui ploſtello adiungunt mures. vt dicit Horatius. Et mulgeat hircos. vñ nõ magis poſſis expectare lac, quã ex gallo gallinaceo, vt inq̄t Plinius. ¶Homœoſis interpretatur ſimilitudo, & eſt quoties minus notũ cõparatiõe & ſimilitudine magis noti demõſtramus. cuius tres ſubdit ſpecies: quas ordine ꝓſequitur. ¶Icon interp̄tatur imago ſiue ſimilitudo, & eſt quoties res eiuſdẽ gn̄is comparantur. vt Verg. i. æñ. Os humeroſq; deo ſimilis, quoniam pulchritudo Aeneæ aſſimilatur pulchritudini alicuius dei, cũ de9 & homo (ſcd̄m Epicurũ) maxime mẽbrorũ ſimilitudine teneantur. ¶Parabola interpretatur comparatio, & eſt quoties res diuerſorum generum inter ſe comparantur. vt Ver. li. ij. æñ. Comparat Laocoonta tauro ſacrificando, qui excuſſit ex ceruice ictum ſacerdotis impacta ſecuri in collum. Eſtq; ſenſus, q̄ talis erat Laocoontis mugitus & clamor, qualis taurus. &c. ¶Paradigma paradigmatos interpretatur exẽplũ, quod ſolet accommodari dictis & factis. idq; vt dicit hortãdi aut deterrẽdi cauſa. Hortãdi, vt Verg. j. æñ. Antenor potuit medijs elapſus Achiuis. quaſi dicat, antenor potuit ex medijs hoſtibus in Italiam venire: & Aeneas, qui Antenore potior atq; melior eſt, nõ poterit? Dehortantis deterrentiſq;. vt idem Vergilius ſeptimo Aeneidos: At non ſic Phrygius. & cętera. & eſt ſenſus. quod Aeneas ſic venit in Italiam, vt raperet Lauiniam; quemadmodum Paris Lacedæmoniam, vt raperet Helenam.

LIBRI QVINTI FINIS.

# ❡ DIFFERENTIAE EXcerptę ex Laurētio Valla ab Antonio Nebriſſen. ſ.

❡ Di litera. A.

ABſtinentia eſt à rebus alienis cohibitio.
Cōtinētia eſt tm̄ à proprijs voluptatibus.
Abdico filiū, id eſt, viuēs à bonis expello.
Exhęredo filiū. i. teſtamēto à bonis ꝓhibeo.
Acus eſt, qua ſarcinatores veſtes ſarciunt.
Acicula vero, qua mulieres vtūtur ad ornatum.
Abhorreo ab omni humanitate. i. alienus ſum.
Exhorreo inimicos, id eſt, illos pertimeſco.
Acceſſus eſt additio ſiue appropinquatio.
Acceſſio eſt adiectio ſiue incrementum
Actio cauſarum recte dicitur, & non actus.
Actus comœdiarum recte dicitur, & non actio.
Acta, & actus ſunt rerum priuatarum & familiarium.
Geſta ſunt rerum publicarum & magiſtratuum.
Actor eſt cauſidicus & alicuius rei repræſentator.
Auctor eſt (vt ita loquar) alicuius rei factor.
Acini ſunt grana in vnum racemum coeuntia.
Baccę vero cū ſint parua poma, diſperſius naſcūtur.
Aceruus eſt minutarum rerū congeries, vt ſalis.
Strues eſt proprie lignorum compoſitorum.
Strages eſt cadauerum iacentium multitudo.
Sarcina eſt vtenſilium, quę ad cultum pertinent.
Accola eſt, qui iuxta locum habitat. vt accola Ponti.
Incola eſt, qui in loco habitat. vt incola montis.
Inquilinus eſt, q in aliena domo vel agro habitat.
Accuſare eſt oſtendere aliquem peccauiſſe.
Incuſare vero eſt mores alicuius reprehendere.
Excuſare excuſationem accuſanti afferre.
Adeo pro in tantū ſequenti particula vt.
Adeo pro valde non ſequenti particula vt.
Aduocatus eſt, qui alteri adeſt vtcunq; illi faueat.
Patronus eſt, qui agit cauſam maxime accuſati.
Cliens vero eſt, cuius cauſa à patrono defenditur.
Adorare fit etiam ſine verbis cum genuum plicatione.
Supplicare fit ſine genuum plicatione ſola voce.
Addicere eſt in auctione aliquid vendere.
Liceri & licitari eſt pretium in auctione facere.
Adſum, id eſt, pręſens, vel prope ſum.
Adſum tibi. i. ſtudeo & patrocinor tibi.
Aduerſor tibi, id eſt, contrarius tibi ſum.
Auerſor te. i. vultum auerto à te, quem deteſtor.
Aduerto oculos. i. aliquo oculos conuerto.
Auerto oculos. i. alicunde oculos conuerto.
Admoueo manum vulneri. i. appono & applico.
Amoueo manum à vulnere. i. remoueo.
Ad votum mihi euenit. i. vt ego optabā.
Ex ſententia mihi euenit. i. vt ego intelligebam.
Adulterium eſt, quod in nuptam committitur.
Stuprum eſt coitus contra legem violentus.
Aedes in ſingulari et in pluali eſt tēplū, et ſemp addit cui⁹.
Aedes in plurali, domū profanam ſignificat.
Aeſtimare eſt taxare, quod dicunt appretiare.
Aeſtimare, etiā conſiderare. Exiſtimare eſt iudicare.
Aequalis eſt æquus & coętaneus.
Aequabilis eſt ęqualis in priori ſignificatione.
Aedilis eſt, qui ędilitatem adminiſtrat.
Aedilicius vero, qui ędilitate perfunctus eſt,
Affectus ſiue Affectio eſt in animo, quod mēs nō eſt.
Mēs vero ſiue Ratio ī animo eſt, qđ affect⁹ nō eſt,
Afficio te iniuria. i. facio tibi iniuriam.
Afficio te beneficio i. facio tibi beneficium.
Agitur mecū pręclare. i. bona conditione ſum.
Agitur mecum male. i. malo ſtatu ſum.
Actum eſt, ſemꝑ in malam partem accipitur.
Agere gratias eſt verbis gratitudinem oſtendere.
Habere gratiam, vel gratias eſt in animo.
Referre gratiam eſt re ipſa beneficium diſſoluere.
Aguntur animalia à ſeſſoribus & inſtigatoribus.
Ducuntur illa, quæ ſponte ducem ſequuntur.
Trahuntur, quę per vim & raptando portantur.
Portare eſt ferre, & ſuo corpore baiulare.
Vehi eſt equo, naui, curru, & ſimilibus.
Agere (ꝑter alias ſignificationes) eſt rerū immanentium.
Facere eſt rerum in materiā exteriorē exeuntium.
Age aduerbium cum ſingulari iungitur.
Agite, cū plurali. Agedū, cū ſingulari & plurali.
Ager modo eſt territorium vrbi circumiectum.
Ager etiam eſt locus, quem ruri colimus.
Aruum eſt, quod frumento ſeritur, ab arando.
Fundus eſt agri pars, vt vinea, oliuetum, pratum.
Prædium eſt poſſeſſio ruſtica, ſiue vrbana.
Campus eſt planicies terrę ampla & grandis.
Area eſt planicies anguſtior in agro vel vrbe.
Aliquantiſper & Pauliſper ad breue tempus pertinet.
Tantiſper pro in tantū poſtulat adiūgi dū ꝓ donec.
Alter de duobus dicitur, aut de ſecundo loco.
Alius de pluribus dicitur, & quādoq; ꝓ diuerſis.
Albani ex oppido Alba in Latio dicuntur.
Albenſes, ex oppido Alba ad Fuſcinum lacum.
Alumnus eſt, non qui alit, ſed tantum qui alitur.
Alitor vero, qui alit, ſemper actiue.
Ambitio in animo eſt eius, qui cupit honores.
Ambitus in actu eius, qui pecunijs honorē habet.
Amor ad omnes res pertinet. vt amor vini & vxoris.
Charitas ad homines tantum pertinet.
Caritas eſt penuria, quā indocti cariſtiam dicunt.
Amare eſt cum affectu, & vehementiſſime.
Diligere eſt cum ratione & remiſſius.
Adamare eſt amatorie aliquid amare.
Amicus honeſta res eſt. vnde & amicitia dr̄.
Amica, ſi ad virum referatur, inhoneſta res eſt.
Amator, qui modo amatorio amat.
An particula coniunctio eſt, per quam interrogamus.
Aut coniunctio q̄q; eſt, ſed per eam non interrogam⁹.
Annuum tempus eſt, quod per anni ſpatiū durat.
Annuum feſtum eſt, quod ſemel in anno contigit.
Ante hac legi. i. ante hoc tempus legi.
Poſthac legam. i. poſt hoc tempus legam.
Antiqui dicuntur & ſenes & veteres.
Senes dicūtur quantum ad ipſorum vitam priuatā.
Veteres dicuntur, qui alia ętate vixerunt.
Appeto cum affectu qualiacūq; illa ſunt.
Expeto tantum honeſta, vt virtutes.



Apparare ad pompam tantum pertinet.
Præparare vero eſt aliquid ante parare.
Apparere alicui eſt illi miniſterium exhibere.
Apud me eſt liber, perſonam & locum ſignificat.
Penes me eſt liber, perſonam & dominium.
Argutus eſt, qui eſt acuta quadam ſolertia.
Argutus eſt ſonorus. Argutus quoque breuis.
Armiger eſt, qui domino arma in prælio miniſtrat.
Armatus, qui armis ad pugnam inſtructus eſt.
Arcere eſt prohibere, ac vetare: vnde Arx dicitur.
Abigere eſt à loco fugare: vn̄ Abactores, & Abigei.
Aſſurgere alicui eſt in honorem illius ſurgere.
Surgere eſt quocūq; modo ſe erigere.
Aſſentari eſt falſo laudare, & vtilitatis gratia.
Adulari vero eſt inſeruire, vt honorem mereamur.
Blandiri, q̄q̄ eſt tactus, ad animum transfertur.
Aſciſcere eſt, remotum aliquid capere.
Conſciſcere ſemper fere mortem deſiderat.
Deſciſcere eſt ab imperio alterius ſe ſubtrahere.
Aſſerere eſt affirmare: & in libertatem vindicare.
Aſſeuerare eſt vim, atq; animi motum addere.
Autem coniunctio poſtponitur huic negationi nō.
Vero poſtponitur his neq;. tum. ſine. iam. enim. at.
Auſculto te dicimus, ſicut & audio te.
Auſculto tibi, eſt obtempero tibi.
Audiens ſum te, tantum valet, quantum Audio te.
Audiens ſum tibi, non audio tibi, id eſt, obediēs ſū.
Auis eſt, quę parit oua, penniſq; prędita eſt.
Volucris eſt, quęcunq; volat. vt apis. culex,

❡ De litera. B.

BArba (inquit Seruius) hominum eſt.
Barbę vero in numero plurali, quadrupedum.
Mentum vero eſt ipſa barba, pilorumq; ſedes.
Benefactor eſt, qui cuipiam benefacit.
Beneficiarius, in quem beneficium collocatur.
Bene aliquando capitur pro valde. vt bene doctus.
Male aliquando accipitur pro non. vt male ſanus.
Bellum eſt totum tempus, quo in militia ſumus.
Prętium, ipſum tantum armorum certamen.
Pugna etiam citra arma fit ſolis verbis.
Beatus eſt, qui omnibus rebus ad vitę vſum abundat.
Fœlix, qui omnium bonorum compos eſt.
Bonum genus eſt ad vtile, iucundum, & honeſtum.
Bonitas vero idem eſt, quod benignitas.
Bractea tenuis eſt, & ſua ſponte plicatilis.
Lamina vero craſſior, vt ex qua arma fiunt.
Bucca pars illa eſt, quæ inflatur. vt in cornicine.
Mala eſt rotundum illud, quod eſt ſupra buccā.
Gena oculorum tegmen eſt: tum malā ſignificat.
Cilium eſt ambitum genarum. vnde Supercilium

❡ De litera. C.

CEdo tibi. i. cōcedo tibi, id eſt, nō repugno tibi.
Cædo cęcidi te, id eſt, percutio, & occido.
Catuli ſunt ferarū, q̄ fere ex raptu viuunt.
Pulli vero cicurum, vt aſini, & equi, & auis.
Fœtus generalius eſt, vnde fœtificari & fœtura.
Capitale odiū eſt, qđ & caput & vitā alterius petit.
Capitale vitium, propter quod peccans punitur.
Capere eſt ſponte, vel non ſponte accipere.
Sumere eſt vltro, & nō ſponte aliorū capere.
Captare eſt velle capere: & inſidias parare.
Candet, dicit Marcellus, quod ignitum eſt.
Candet etiam quod candidum, & album eſt.
Cauſari eſt cauſam rei geſtæ afferre in accuſationem.
Cauſare nunq̄ apud idoneos inuenitur ꝓ efficere.
Caupona eſt taberna, vbi vinum venditur.
Caupona quoq; mulier, quę vinum vendit.
Calūniari, dicit Martian⁹ eſt falſa crimina intēdere.
Pręuaricari, dicit Vulpian⁹, cauſas aduerſarijs dare.
Ceruix in ſingulari eſt poſterior colli pars.
Ceruices in plurali pro ſuperbia ponuntur.
Collum omnes partes in ſolidum complectitur.
Iugulus eſt anterior colli pars. vnde Iugulare.
Celebris paſſiue ponitur. vt locus & homo celebris.
Frequens actiue & paſſiue. vt vrbs & ſenatus.
Cęlebs eſt, qui non duxit vxorem legitimam.
Maritus eſt, qui vxorem per leges accepit.
Certum eſt, modo accipitur pro manifeſtū eſt.
Certum eſt pro deliberatū eſt iungitur infinitiuo.
Cenſor eſt, qui in adminiſtratione cenſurę eſt.
Cenſorius eſt, qui perfunctus eſt cenſura.
Circunſtare pro eo eſt, quod circundare.
Circunſiſtere eſt inuadere, & circūuenire.
Circiter frequentiſſime ad numerū refertur.
Refertur quandoq; ad tempus, & ad locum.
Continuo. protinus. ſtatim, notum eſt, quid ſint.
Quod ſi additur negatio, valet pro non ideo.
Cōmeatus in ſingulari, eſt licēcia (vt ita dixerim) ad tēp⁹.
Cōmeat⁹ in vtroq; nūero ſunt alimēta publica & priuata.
Commendo te regi, id eſt, committo te.
Commendo te apud Regem, id eſt, laudo te.
Commentarius eſt, in quo res nudæ ſcribuntur.
Libri ſunt, in quos autorum opera diuiduntur.
Volumen eſt minus, quā liber.
Cocilio amorem dicimus: ſed non gratiam.
Inimus gratiam: ſed non inimus amorem.
Reconciliare, & in gratiam redire, idem.
Conciliamus nouos amicos. Recōciliamus veteres.
Comitari eſt minores maioribus comitatū pręſtare.
Aſſectari eſt, comitatū alicui pſtare quocūq; modo.
Deducere eſt aliquem de illius domo comitari.
Reducere eſt illum vſq; in domū comitari.
Cœnaculū eſt pars dom⁹ ſuperior ad quoſcūq; vſus.
Cœnatio eſt locus inferior ad cœnandum.
Comes eſt, qui alterius ductum ſequitur vtcunq;.
Sotius eſt in negotijs, ſerijs rebus, & laboribus.
Sodalis eſt in leuiorib⁹, & iocoſis, & voluptarijs.
Comes eſt benign⁹, & q alijs inſeruit, q feſtiuus dr̄.
Collis eſt mōticulus ſeparatus, ſiue pars montis.
Iugum eſt (vt ſic dicam) ipſa montis arduitas.
Cliuus eſt eadem arduitas: ſed clemens.
Promontorium eſt mons in mare prominens.
Coxa eſt pars ſupra femora, vertebrumq; ipſum.
Femora partem cruris exterioris ſignificant.
Femina partem interiorem, molliorem q; tantum.
Copia in ſingulari eſt facultas: & iūgitur do & facio.

Cõpia quocꝫ eſt abundantia: vt vini & olei.
Copiæ in numero plurali eſt exercitus.
Conductio eſt denunciatio, ſiue actio in perſonam.
Conditio vero fortunam dicit, & ordinem.
Corpus in nobis viuentibus eſt: vnde corpulentus.
Caro eſt cadaueris, quæ & pulpa dicitur.
Cõſolor & Cõſolatio verbis fit in alicuiꝰ calamitate.
Solor & Solatiũ rebus ipſis fit in alteriꝰ egeſtate.
Solamen magis eſt Poeticum q̃ Oratorium.
Corporeum eſt exiſtẽs in materia corporea. vt lapis.
Corporale eſt exiſtẽs ex materia corporea. vt domꝰ.
Complodere eſt, manus inuicẽ illiſas collidere.
Explodere eſt, cum ſonitu manibus eijcere.
Supplodere eſt, pedem terræ incutere.
Cordi eſt mihi ire aliquo, id eſt, placet mihi ire.
In animo eſt mihi ire aliquo. i. conſtituo ire.
Compertum eſt, & exploratum eſt mihi, id eſt, ſcio.
Conſtitutum, & deliberatum eſt mihi. i. decreui.
Conſulo te, id eſt, conſilium peto: vnde Conſultor.
Conſulo tibi, id eſt, cõſilium do: a quo eſt Cõſultus.
Cõuenit mihi, id eſt, decens & cõueniens eſt mihi.
Cõuenit inter nos i. cõtrouerſia nõ eſt inter nos.
Conflaui æs alienum, id eſt, factus ſum debitor.
Diſſolui æs alienum, id eſt, quod contraxi, ſolui.
Conſternere, ad corpus tantum pertinet.
Conſternari ad animum quum mens turbata eſt.
Conſul eſt, qui in adminiſtratione conſulatus eſt.
Conſularis, qui iã perfunctus eſt conſulatu.
Crimen modo pro delicto, modo pro criminatione eſt.
Flagitium proprie eſt in libidine, q̃ſi flagris dignũ.
Crudus eſt, qui egre, difficulterq́ꝫ concoquit.
Crudus etiam eſt qui habet aſpectum truculentum.
Crudũ eſt etiã vulnus, qđ recẽs eſt & ſanguinolẽtũ.
Crudum etiã dicitur non coctum, & immaturum.
Crepitus eſt ſonitus violentus ex aeris impulſu.
Crepitus etiam eſt ventris ventus excluſus. i. peditũ.
Strepitus fit ex corporũ & vocũ colliſione.
Fremitus eſt ſtrepitus vehementior.
Stridor eſt acrior, & quaſi ſibilans colliſio.
Confero me ad Catonem: nõ in Catonẽ, id eſt, eo.
Cõfero beneficia in Catonẽ, nõ ad Catonem. i. do.
Cũprimũ cõiunctio eſt. vt cũ primũ veneris, dabo librũ.
Quãprimũ aduerbiũ eſt pro cito: vt quãprimũ dabo.
Cumani dicuntur à Cumis oppido Campaniȩ.
Comenſes à Como oppido Galliȩ Ciſalpinȩ.
Culpa medici perit, qui moriturus non erat.
Defectu medici perit, cui medicus non affuit.
Cum pͥpoſitio nunq̃ iungitur rei nomini inſtrumẽtum.
Cum cõiunctio ſi refert ad tum, rei minori iungit.
Tum vero rei maiori. vt cũ pecunias, tum vitam.
Tum & tum, inter eq̃lia. vt tum pecuias. tum libros.
Colorię veſtes ſunt, quæ natiuo ſunt colore.
Verſicoloriæ, quæ natiuum colorem mutarunt.

¶ De litera. D.

Debellare eſt, bello vincere, & bello capere.
Expugnare eſt pugnando vincere & capere.
Propugnare eſt pugnando defendere.
Impugnare & oppugnare eſt pugnando laceſſere.

Decus eſt honorificentia ex rebus pręclare geſtis.
Decor eſt pulchritudo ex decẽtia rerũ & pſonarũ.
Deſipio & deſipiſco eſt aliquid a ſenſu deficio.
Reſipiſco eſt ad meliorem mentem redeo.
Deſcendo de monte, id eſt, de alto ad imum.
Deſcẽdo in certamẽ, id eſt, de tuto in periculoſum.
Deuenimus in planum, in vallem a loco altiori.
Deuenimus in paupertatẽ, id eſt, a maiori fortuna.
Deſpicio inferiores me, loco & fortuna.
Suſpicio ſuperiores, id eſt, admiror, vel aſpicio.
Deſpicere eſt circumſpicere & prouidere.
Deligere eſt magis idoneum ad res gerendas ſecernere.
Eligere vero eſt ex multis ad noſtram vtilitatem.
Cooptare eſt, inter collegas & pares eligere.
Declamator eſt, qui ſtudet apud Rhetorem.
Orator eſt, qui veras cauſas in iudicio agit.
Defunctus officio eſt, qui ſuo officio eſt perfunctus.
Defunctus quoqꝫ vita, qui vitam finiuit.
Deturbare eſt, violenter & deorſum deijcere.
Exturbare eſt, eodem modo & loco deijcere.
Diſturbare eſt, diſſipando, diruendoqꝫ deijcere.
Deprecor ſupplicium, id eſt, deteſtor, & execror.
Deprecor veniã, id eſt, precibus veniam precor.
Imprecor eſt, alicui malum & infortunium pͥcor.
Decuriones ſunt, q decenis equibꝰ ex nobilioribꝰ pͥſunt.
Centuriones, qui centum ex inferioribus pręſunt.
Depectus (dicit Vulpianus) qui turpiter pactus.
Pactus eſt, qui quomodocunqꝫ pepigit.
Decedere eſt, ex officio abire. vnde dicitur Deceſſor.
Succedere eſt in officium ire, vnde dicitur Succeſſor.
Decedere vita eſt, officio vitę excedere.
Depoſitor eſt, qui depoſitum alicuius fidei credit.
Depoſitarius vero. cui depoſitum creditur.
Diſcere eſt, vt aliquid intelligas, quod ignoras.
Ediſcere vero eſt, vt memoria complectaris.
Dediſcere eſt, quod didiceris obliuiſci.
Dicere pͥprium eſt Oratorum, & elegãter loquentium.
Dictitare eſt frequenti loco, & tempore dicere.
Dictare eſt, alio verba excipiente (vt ſcribat) dicere.
Docere diſcipulos, notum eſt, quid ſignificet.
Dedocere eſt, quod alter docuit, falſum oſtendere.
Dico ſententiam in ſenatu, quaſi conſiliarius.
Fero ſententiam in foro, quaſi Pretor, ſiue iudex.
Dicere leges, eſt ad eos, qui bello ſuperati ſunt.
Ferre leges, eſt ad ſuos, vnde Legum latores.
Dies pro certo die generis eſt maſculini.
Dies pro tempore fœmininum eſt, & caret plurali.
Domus, quãdo facit domi in genitiuo, locũ ſignificat.
Domus cum facit domus, ædificium & familiam.
Do literas tabellario, ad aliquem perferendas.
Do literas ad amicum, vt eas legat.
Dono te corona. eſt pręmij & honoris gratia.
Dono tibi coronam, notum eſt, quid ſignificet.
Do tibi fidem, id eſt, perſancte tibi iuro, & promitto.
Habeo tibi fidem, hoc eſt credo tibi.
Dudum & iamdudum de breui tempore dicitur.
Nuper, pridem, & iampridem de longiori.
Diu, & iamdiu, eſt per longum tempus.

¶ De litera. E.

Epulę ſunt cibi miniſterio hominum comparati.
Epulũ, ſunt cibi ſolẽniores & cõuiuiũ publicum.
Edicere eſt magiſtratuũ regũqꝫ. vñ edictum Pręſtoris.
Indicere eſt denũtiare. vt indico bellum hoſtibus.
Elogium eſt teſtificatio laudis vel infamię.
En nͭõ & actõ iungit. vt en Priamus. En capellas.
Apud oratores (exprobrãdo) cum nͭõ. vt En homo.
Ecce apud Vergilium ſemꝑ de re improuiſa dicitur.
E republica. i. pro republica. & vtilitate reipublicę.
E regione domus meę, pro ex oppoſito domus.
Ex tempore dixit, pro ex improuiſo dixit.
Ergo & igitur breuioribus adhibentur concluſionibus.
Quare. quapropter. quamobrem maioribus.
Etſi, quamquam in principijs poſcunt indicatiuum.
Quamuis. licet. tametſi in alijs locis ſubiunctiuum.
Euẽtꝰ. iuſſus. pͥmiſſus, in ſingulari q̃rtę declinatiõis.
Euenta. iuſſa. pͥmiſſa, in plurali ſecũdę declinationis.
Excubię tam diurnę quam nocturnę dicuntur.
Vigilię, tãtũmodo nocturnę diuiſę in quatuor.
Exemplum eſt, quod ſequimur: aut vitamus.
Exemplar de quo ſimile aliquid facimus.
Exiſtit, quod eminet, & exurgit cum motu.
Extat quod eminet, & ſuperſtat ſine motu.
Exprobrare eſt, immemorem beneficij culpare.
Imputare eſt, citra reprehenſionem id facere.
Eſſe præſens verbi infiniti eſt. Fore, Futuri.
Eodẽ mõ differunt adeſſe, adfore, pͥdeſſe, profore.

¶ De litera. F.

Facio te certiorem, non facio certum, neqꝫ ago.
Facio rem gratam, rem diuinã, damnum: nõ ago.
Facies magis ad corpus pertinet, vt facies longa.
Vultus ad animum refertur. vt vultus triſtis.
Factio eſt diuiſio ciuium in diuerſa ſtudia.
Seditio cum populo diſcorde res agitur.
Fama grece, idem eſt, quod rumor latine.
Sed rumor eſt tm̃ de re, q̃ recens eſt, et ſine autore.
Fama vero etiã de antiq̃ dͬr, & de alicuiꝰ celebritate.
Fatuus eſt inſipiens, tractum a ſapore ciborum.
Stolidus, qui proxime ad naturã pecorum accedit.
Stultus eſt, qui improuidẽs eſt, & imprudens.
Facile ſcribit pͥeo, qđ eſt, leuiter ſcribit & nõ laborioſe.
Facile princeps oratorum eſt. i. nõ dubie princeps.
Fero auxilium. Do auxilium recte dicitur vtrumqꝫ.
Do opem non dicitur, ſed fero opem: vnde opitulor.
Feſtus dies recte dicitur, & non feſtiuus. Vnde feſtum.
Feſtiuus homo, id eſt, iucundus. vnde feſtiuitas.
Ferus homo, qui animum ferinum obtinet.
Ferox homo, qui animoſus eſt ad certandum.
Feſſus eſt fatigatus, ſiue animo, ſiue corpore.
Defeſſus & defatigatus, q ampliꝰ fatigari nõ poteſt.
Ficus. ci. vel ficꝰ pͥ fructu et pͥ arbore gñis eſt fœminini.
Ficus. ci. genere maſculino pro morbo accipitur.
Filius. pater. mater. magis ab oratoribus dicitur.
Gnatus. genitor. genitrix. magis ſunt poetarum.
Fingere dͬr, qui formas ducit ex luto: & dicitur Plaſtes.
Effingere, qui ad alterius formam aliquid fingit.
Flere eſt lachrymas fundere in dolore.
Gemere eſt præ anguſtia in ſonum erumpere.
Plorare eſt voce flebili dolorem ſuum aperire.
Plangere eſt percuſſione membrorum ſe affligere.
Eiulare eſt alta voce flere, quod eſt mulierum.
Vociferari eſt nõ mõ dolorẽ, ſed indignationẽ oſtẽdere.
Lamentari eſt oratione triſti cladem teſtari.
Fœlix eſt, q pͥſperitatem recipit. vt homo fœlix.
Proſperum eſt, quod fœlicitatem affert. vt ſydus.
Fœlix etiam aliquando ab effectu dicitur.
Fœnero tibi dicitur, ſicut mutuo tibi, & pͥmitto tibi.
Fœneror abs te, ſicut mutuor abs te, et ſtipulor abs te.
Fœnus eſt prouentus ex ipſo ſolo, quod eſt naturale.
Fœnus, qđ eſt vſura, à priori ſignificato defluxit.
Vectigal ex omi pͥdio eſt, vel publicum, vel priuatũ.
Frux eſt quicquid ex terrę fructu in cibum vertimus.
Seges eſt, ex qua conficitur panis, non demeſſa.
Seges etiam eſt terra ſementi excipiendę ſubacta.
Frondes ſunt tantum arborum.
Folia etiã ſunt aliarum rerum. vt florum herbarum.
Frui eſt potiri aliqua re propter ſeipſam.
Vti vero eſt alterius rei gratia. i. propter finem.
Fungi eſt officium, munuſque agere.
Potior cum hoc nomine res gͭõ plurali iungitur.
Potior alias cum ablatiuo, & ſignificat obtinere.

¶ De litera. G.

Geſtus eſt actio quędã, & corporis pronuntiatio.
Geſtio eſt adminiſtratio quędam, & actio.
Gemmę ſunt lapilli omnes pręcioſi pręter margaritam.
Margarita eſt, quæ in concha naſcitur.
Vnio vero eſt, cum magnitudinem ſolitã excedit.
Gratus eſt in aduerſis. Iucundus in proſperis.
Iucundus, nõ eſt lętus, ſed q lęticiã affert.
Gratulari alicui, eſt verbo teſtari ſe gaudere de illiꝰ fœlicitate.
Gratari, idem: niſi ꝙ magis eſt poeticum q̃ oratoriũ.
Gratificari eſt beneficium minori conferre.
Gratum facere eſt maioribus inſeruire.
Graue eſt, quod ſuapte natura eſt ponderoſum.
Grauem etiam virum per tranſlationem dicimus.
Gremium eſt intra complexum feminum in fœminis.
Sinus eſt intra pectoris brachiorumqꝫ complexum.
Sinus etiam eſt veſtis fluxus, & littorum curuitas.

¶ De litera. H.

Habeo rationem ſalutis, id eſt, habeo reſpectum.
Cõſtat ratio. i. rationẽ legitimã eſſe oſtẽdo.
Habeo orationem dicimus: non facio orationem.
Facio ſermonem dicimus: non habeo ſermonem.
Hei ſemper iungitur datiuo. vt Hei mihi qualis erat.
Heu accuſatiuo, & nominatiuo nonnunquam.
Vę ſemper dtõ iungitur. vt ve tibi cauſidice.
Hiſtrio eſt, qui perſonatus fabulas in ſcœna agit.
Mimus, qui quouis in loco geſticulationes exercet.
Hiare eſt aliquid ſua ſponte, vel externa vi aperire.
Hiſcere eſt tantum oris, & quidem humani.
Hortus eſt, vbi ſunt olera, quibus veſcimur.
Horti ſunt arbores conſiti voluptatis gratia.
Hoſpes eſt, qui in aliena ciuitate eſt.
Peregrinus eſt, qui in propria ciuitate non eſt.
Hic ad primã pſonã, vel ad res primę pſonę pertinet.
Iſte, ad ſecundã perſonã, vel ad res ſecũdę perſonę.

Ille ad tertiam perſonam, vel ad res tertię perſonæ.
Eodem modo differunt aduerbia ab eis tracta.

¶De litera.I.

IAm,notum eſt quid ſignificet,vt iam venit.
Vſurpatur quoq; pro tunc:vt ſi ſedet,iam non ſtat.
Interdico tibi aqua & igni:non aquam & ignem.
Interdicitur tibi à me aqua & igni. Et
Interdicitur tibi à me aqua & ignis.
Incumbo ſtudijs,vel in ſtudia,vel ad ſtudia.
Incumbo remis:non in remos,vel ad remos.
Intercedit mihi tecum amor.i.amor eſt inter nos.
Interceſſerunt tribuni,hoc eſt,ſe oppoſuerunt.
Inſtituta ſunt boni mores ratione ſumpti.
Inſtitutiones ſunt pręceptiones,quibus docemur.
Indulgentia eſt mollis,& delicata educatio.
Venia,etiam quandoq; indulgentiam ſignificat.
Infidus eſt,cui non eſt fidendum,à fido fidis.
Perfidus eſt,qui fidem violat,à fides fidei.
Infenſus eſt vehementer iratus,& odium gerens.
Infeſtus eſt vehementer moleſtus & nocens.
In dię viuo tm̃.i.diei præſentis rationem habeo.
Indies ſeneſco.i.cotidie magis efficior ſenex.
Inhibemus rem incœptam,vt tela inhibete Latini.
Prohibemus āte rē incœptā.vt hoſpitio ꝓhibemur.
Inuertere eſt rem aliquam in contrarium vertere.
Peruertere eſt rem aliquam in malum vertere.
In manu mea eſt negotium,id eſt,in poteſtate mea eſt.
In manibus eſt liber,id eſt,in manus meas.
Ingredior forum,id eſt,intro in forum.
Ingredior,id eſt,ambulo,vt ſi ſtas,ingredere.
Interrogamus,cauſa aliquid intelligendi.
Percontamur vero gratia argumentandi.
Sciſcitamur,vt vox indicat,ſciendi gratia.
Introduco te,id eſt,in interioribus claudo.
Intercludo te,id eſt,iter tuum claudo,& impedio.
Incedere eſt ambulare cum faſtu & pompa.
Ambulare eſt ſimpliciter pedibus ingredi.
Impēdere eſt quaſi ſupra caput in ruinā imminere.
Impendere penultima breui,eſt quaſi dare.
Perpendere eſt exacte ponderare & examinare.
Appendere eſt ſuſpendere & ad lancem ponderare.
Inter cœnandum venit,id eſt,dum eſſem in cœna.
Inter agendum dormio,id eſt,dum ſum in actione.
Impono tibi onus,id eſt,iniungo tibi onus.
Impono tibi.i.decipio te. Vnde Impoſtores dicti.
Inficiari,& inficias ire.i.negare ſic dicitur,vt
Opem ferre,& ſuppetias ferre,pro auxiliari.
Indoles in pueris eſt ſignum futuræ virtutis.
Indoles etiam in malum accipitur,ſed raro.
Iocus & iocari proprie ad verba tantum pertinent.
Ludus & ludere ad facta. vt ludere pila.
Iter facere eſt,quod imperiti dicunt,itinerare.
Viam facere eſt,vbi via non erat,aperire.
Munire viam eſt reficere & repurgare.
Iter habere eſt iter aliquem eſſe facturum.

¶De litera.L.

LAbare aliquid,eſt ruere & repente cadere.
Labi vero eſt leniter,& ſenſim deſcendere,
Laceſſo,prouoco,quod eſt in certamen vocare,
Plerũq; in bonũ, nonnũquā in malum accipitur.
Latebrę hominum proprie dicuntur.
Latibula ſunt ferarũ,ſed quādoq; cōfundũtur.
Legere literas,legere libros notũ eſt quid ſignificet.
Perlegere literas eſt vſq; ad finē legere.
Eodem modo differunt vigilare,& peruigilare:
Negare & ꝑnegare. Agere & peragere,& ſimilia.
Leges ſunt aut principis,aut populi alicuius liberi.
Rogationes dicebantur,quia populus rogabatur.
Leuo & alleuo eſt moleſtiam,laboremq; extenuo.
Subleuo eſt auxilium,defenſionemq; præſto.
Litera in ſingulari,eſt vnum elementũ.vt.a.b.c.
Literę in plurali,eſt epiſtola,quæ mittitur.
Libertus eſt,qui de ſeruo liber factus eſt:ſemperq; habet relationē ad eũ,cuius eſt libertꝰ.vt libertꝰ Cęſaris.
Libertinus idem ſignificat:niſi quod eſt abſolutũ.
Libertas,aliquādo in bonum,aliqñ in malũ accipitur.
Licentia vero eſt,cum quis libertate abutitur.
Libri ſunt,in quibus autorum opera diuiduntur.
Volumina vero ſunt minora,quā libri.
Ludicrũ ſubſtātiue eſt quodcũq; luſorium opus. Vnde
Ludicrus.a.ũ.non(vt dicit Priſcianus) ludicer.
Lucus eſt ſylua cędua Deo vel homini conſecrata.
Saltꝰ,ſylua vbi pecudes hyemare,aut ęſtiuare ſolēt.
Nemora voluptatis cauſa cōſtant arte,ſiue natura.
Sylua eſt,vbicunq; ſunt arbores cędue vel incęduæ.
Lues eſt morbꝰ in hoīes ſęuiēs,in pecora,& agros.
Peſtis eſt peſtilentia,q̃ aut cito occidit,aut cito abit.
Lubricus locus eſt,in quo nequeas inſiſtere.
Lubrica eſt anguilla,quæ nō poteſt retineri facile.
Lubrica ætas,in qua qui ſunt facile labuntur.
Luce & tenebris,ꝓ die ac nocte accipimꝰ,ſed prima luce & primis tenebris eſt pricipio diei et pricipio noctis.
Prima die,prima nocte reſpectu ſecūdæ dicitur.
Reperitur vero luci ꝓ luce,veſperi ꝓ veſpere,& ruri ꝓ rure. Carthagini pro Carthagine. Sed Seruius vult hæc nomina vrbium propria debere poni in dtō.

¶De litera.M.

MAle de te ſentio,exiſtimo,iudico,nō errorē ſentētis:ſed eius,de quo ſentimus,vitium deſignat.
Male audio,eſt malam famā habeo.i.infamor.
Magni.parui.tanti.quāti.in gtō ſolũ iūgũtur cũ illis verbis intereſt & refert.vt magni intereſt,parui refert.
Cętera ī noīatiuo vl̓ aduerbiali,vt plurimũ intereſt.
ſex ꝓnoīa in ablō mea.tua.ſua.noſtra.veſtra.cuia.
Malleolꝰ eſt ī modũ mallei roſtratis,aptus plantatiōi.
Sarmentũ eſt areſactũ,quod igni reſeruatur.
Palmes eſt cum in vitę frondes,vuaſq; habet.
Marinum eſt,quod in mari eſt.vt piſcis marinus.
Maritimũ eſt,qđ iuxta mare eſt, vt vrbs maritima.
Trāſmarinũ eſt,qđ trās mare eſt.vt bellũ trāſmarinũ.
Meditari, ꝑter eā ſignificationē, quā habet in ꝓrōptu,
Eſt etiā ad aliquid ſe exercere,vt ad paleſtram.
Memoria teneo,recte dicitur:non memoriter teneo.
Memoriter recito,memoriter pronũtio:nō memoria.
Memoria & memoriter cōplector .repeto.recolo.
Memini ꝓ recordor,genitiuo & accuſatiuo iungitur.



Memini pro mentionem facio,gtō & ablatiuo cũ de.
Meſſis,tum ipſa meſſio eſt,tum ſeges iam matura.
Sementis eſt ſatio,ſiue(vt ita dicam) ſeminatio.
Semen eſt,quod in terram ſubactam iacitur.
Seminariũ eſt locꝰ,vbi plātę ad trāſplandũ ſeruntur.
Mereri eſt mercede operari,& in militia exerceri. vnde
Meritoria taberna,quo ſine mercede nō eſt aditus.
Meritorius puer,qui mercede proſtat libidini.
Meritoria puella non dicitur,ſed meretrix:q̃a meret.
Mereor de te bene,id eſt,beneficium in te confero.
Mereor de te male,id eſt,mala in te contuli.
Demereor amicos.i.beneficijs illos obnoxios facio.
Emereor,vnde eſt Emeritus, à labore ceſſare.
Miniſterium in ſingulari eſt miniſtri opera.
Miniſteria in plurali,pro miniſtris accipiuntur.
Eodē modo differunt ſeruitium & ſeruitia.
Mille in ſingulari,ſubſtantiuũ eſt.vt Cic.mille hominũ verſabatur.& mille nummum expēſum.
Millia vero in plurali,ab eo quod eſt mille.
Mille in plurali adiectiuum eſt.vt mille viri.
Moratus ille dicitur,qui bonis moribus eſt pręditꝰ.
Morigeratus eſt obſeq̄ns & obediēs,à verbo morigeror.
Moroſus,q eſt difficilis & ꝑuerſis moribus.
Mollis homo in vituperationē dicitur.i.effœminatus.
Molle opus,in laudem.i.pulchre fabrefactum.
Moror te & maneo te,pro expecto te:ſed poetice.
Moror te.i.detineo te,magis oratorium eſt.
Maneo,ꝑ eo qđ futurũ eſt.vt quis te manet exitus.
Munimēta ſunt munitiones caſtrorũ.vt vallum.foſſa.
Monumenta ſunt ſepulchra.ſtatuę.tituli.literæ.
Murus eſt ambitus vrbis,aut etiam caſtrorum.
Paries eſt ambitꝰ ille domorum,quo tecta fulciũtur.
Mœnia,& muros ſignificant,& vrbis ędificia.
Mulier ea dicitur,q̃ corrupta eſt. Virgo, q̃ integra.
Patitur tamen vtrũque aliquādo exceptionem.
Munus(teſte Paulo) dicitur,quod dono mittitur.
Munus alio modo eſt onus. vnde immunitas dr̄.
Munus præterea eſt officium. vt militare munus.

¶De litera.N.

NAtalis & Natale ſubſtātiue,eſt dies natalitius.
Natales vero ī plr̄ali,ſāguinis cōditionē ſignificat.
Ne dicā ſubſtātiuo ꝑcedēte,vult poſt ſe actũm,vt Cic. crudelis Caſtor ne dicam ſceleratum,& impium.
Secus autē ſequēti ſubſtātiuo. vt ſi dicamus. Crudelis,ne dicam ſceleratus,& impius Caſtor.
Necatus generalem habet ſignificationem.
Nectus non dicitur ſine certo genere mortis.
Nedũ vno mō vtimur, cũ vtrāq; ſentētiā vno claudimus verbo.vt funderē ꝑ te ſanguinē,nedũ pecuniā.
Altero cũ ſuũ vtriq; ſentētę verbũ damꝰ:vt funderē ꝑ te ſanguinē,nedũ pecuniā crederē:ſed affirmādo, qđ eſt maioris momēti ꝑponimus,negando vero cōtra,quod eſt maius poſtponimus.
Næ cum diphthongo,pro valde accipitur.
Ne producte accepta,pro non. Ne correpte pro an.
Niſi,q̃ties ponitur in principio,indicatiuũ poſtulat.
Alias vero,etiam ſubiunctiuo iungi poteſt.
Nihil ad cęſaris ęq̄tatũ.i.nihil ad cōparationē cęſaris ęq̄tatꝰ.
Terē.Nihil ad noſtrā.i.nihil ad cōparationē huiꝰ nr̄æ.
Non me fallit,non me pręterit,nō me fugit,nō me capit.eſt non ignoro.teſte Quintiliano.
Noualis(inquit Paulus(eſt terra ꝓſciſſa,anno ceſſans.
Ager reſtibilis(inquit Varro)quod reſtituitur.
Nunc aduerbium,tempus inſtans ſignificat.
Nũc etiā ſine tēporis ſignificatiōe vſurpať.Cic.plura euenirēt,ſi ad ętatem integri iremꝰ:nũc vero onuſti cibo & vino cōfuſa & perturbata cernimus.
Nutare eſt male ſolidata molis ruinam minari.
Titubare,eſt pedibus non valentis inſiſtere.
Vacillare eſt alterno motu inconſtantē eſſe.
Nũtiꝰ eſt,q nũtiat:nō qđ nũtiatur.Quod enim dicit Seruius,nũtium eſſe qđ nũtiatur,non eſt verum.

¶De litera.O.

O Vctō & actō iungi pōt. vt o me miſerum. o te fœlicem. Aliqñ ſupprimitur:ſed in re leuiori,vt hominem indoctum,qui hæc ignoret.
Obſeruo.i.cuſtodio:à quo verbo eſt Obſeruatio.
Obſeruo.i.colo,et veneror:à q̃ verbo eſt obſeruātia.
Obeo legationē.i. exequor munꝰ & officiũ legationis.
Sic obeo mortē,exeq̄r officiũ mortis.Et obeo nō addēdo mortē:ſicut oppeto mortē et oppeto.Defūctꝰ vita et defūctꝰ.
Obuio tibi,et obuiꝰ tibi fio.obuiũ me tibi fero.
Obuius tibi ſum.obuiā tibi ꝓceſſi:idem ſignificant.
Obſes eſt,q traditur imperio alterius,quaſi pignus.
Vas eſt,qui ſponſor alterius in capitis periculo eſt.
Fideiuſſor eſt,qui ſpondet in cauſis leuioribus.
Otiũ eſt vacatio à labore:cuius cōtrariũ eſt Negotiũ.
Otium quoq; ꝓ ſtudio literario accipitur.
Occupare,eſt locum tenere:& vi capere,& etiam
Occupare,antecapere,quod dicunt præoccupare.
Odor,notum eſt quid ſignificet in vtroq; numero.
Odores in plurali numero,ſunt odoramenta.
Officium eſt virtutis actio,ꝓ loco & tempore.
Officium eſt beneficiũ & obſequium in amicos.
Officiũ eſt quoq; magiſtratuũ,& aliarum rerum.
Officina eſt vbi opera fiunt,vnde opifices.
Taberna eſt,vbi opera venduntur. vnde tabernarij.
Opera(vt dicit Vulpianus)eſt diurnum officium.
Opus eſt finis fructuſq; operæ.vt opus Ouidij.
Operepretium eſt fructuoſum & ad rem pertinens.
Orare eſt verbis aliquam rem petere.
Exorare eſt orando & precibus aliquid impetrare.
Oriundus à Roma.i. cuius Maiores fuerunt Romani.
Ortus Romę.i.qui in vrbe Roma natus eſt.
Ordo eſt digeſtio,& ſuo cuiuſq; rei loco diſpoſitio.
Series eſt rerũ quędā continuata progreſſio.
Orphanus eſt,qui caret patre,pręſidioq; paterno.
Pupillus eſt,q caret patre,ſed tātiſper dũ eſt in ętate, cui dari conſueuerunt tutores per leges.
Orbus eſt,qui aliqua re chara priuatus eſt,vt filijs.

¶De litera.P.

PArasitus eſt,qui ventris grā nihil recuſat ferre,& omnia loquitur ad voluntatem inuitantis eũ.
Scurra eſt,q riſum ab audiētibꝰ captat ſine differētia.
Paſtio eſt ipſa paſcēdi actio,q̃ ad pecudes pertinet.
Paſtus homini cōpetit,& potius ad animũ ꝑtinet.

Pabulū eſt cib⁹ pecorū, qui ſine ſemine eſt. vt palea.
Eſca & hoim eſt, & qđ captandis piſcibus ſubdit.
Paſci pecudū eſt, & conſtruitur cum accuſatiuo.
Veſci hominum eſt, & conſtruitur cum ablatiuo.
Partior, idem eſt, quod partes facio & diſtribuo.
Partio raro reperitur, ſed impertio frequenter.
Pacificatus ſum, id eſt, pacem feci.
Pacatus ſum. i. in pace ſum, vel ab armis receſſi.
Placatus ſum. i. ab indignatione ad lenitatem redij.
Parē eſſe, idē eſt, quod ſufficere alicui operi.
Par eſſe, idem eſt, quod eſſe conueniens & deceſ.
Paria facere eſt, qđ alibi omiſſum eſt, compenſare.
Patres (inquit Paulus) vſq; ad tritauos proprie dici.
Qui ſuper tritauos ſunt, Maiores debere appellari.
Minores (dicit Seruius) nuncupari, quoties deficit no
nomen in Poſteris. Sed potius dicendum eſt, eſſe
Maiores, qui nos præceſſerunt.
Minores vero qui ſequuntur.
Penu continentur, quæ ad victum priuatum pertinent.
Penariū eſt locus, teſte Varrone, vbi penu reponitur.
Cōmeatus dicitur, quod ad victum publicū ptinet.
Pecus ſignificat omne animal, quod ſub homine ex pa
bulo terræ paſcitur. Significat etiam multitudinem
pecudum.
Pergameni, ab oppido Aſiæ, quod eſt Pergamus.
Bergomenſes, a Bergomo Galliæ ciſalpinæ oppido.
Per in compoſitione cum nomine poſitiuo iungitur.
Quam ſuperlatiuo. vt perdoctus, quam doctiſſim⁹.
Perq; vero poſitiuo. vt perquam doctus homo.
Quam pro quantum ſemper poſitiuo iungitur.
Per aliquando in malū accipitur. vt piur⁹, perfidus.
Aliquando accipitur quaſi per mediū. vt perſpicuus.
Pre idē ſignificat, ſed cū alijs dictionibus iungitur,
quā per. vt præclarus. prædulcis, prædiues: non per
clarus. perdulcis. perdiues.
Perinde vult poſt ſe acſi, vel atq;: vt fac perinde, ac ſi
tua res eſſet, vel atq; tua res eſſet.
Proinde idem eſt, quod ideo, vel ideoq;.
Subinde accipitur pro inde, ſtatim, vel identidem.
Petere in bonum & in malum accipitur.
Poſco eſt proprie rem debitam & honeſtam peto.
Poſtulo eſt quodammodo requiro. vt res poſtulat.
Expoſtulo eſt, cum querela amici officium deſidero.
Flagito vehementer & importune poſtulo.
Perſequor, in bonam partem, & malam accipitur.
Proſequor ablatiuo iungitur. vt proſequor te oculis.
Peculium eſt, quicquid labore noſtro comparatur.
Peculatus eſt furtum rerum ad rempublicā ptinētiū.
Sacrilegium eſt furtum rerum ſacrarum.
Pellex eſt, quæ cum eo, cui eſt vxor, miſcetur.
Pallaca eſt concubina eius, qui non habet vxorem.
Pluit caret ſuppoſito, & conſtruitur cum ablatiuo.
Ningit. tonat. ſerenat, & ſimilia vtrūq; reſpuunt.
Plura poſſunt eſſe duo, & eſt nomen comparatiuum.
Cōplura, duo eſſe nō poſſunt, & nō eſt cōparatiuū.
Pleriq;, modo maximā partē ſignificat, mō nōnulli.
Porro (licet eiuſdē ſignificatiōis ſit, cuius vero & autē)
hæc ſemp. poſtponuntur: illud poteſt etiam pponi.

Pondo (teſte Phoca) ſingulari numero caret. dicim⁹ ta
men duo tria pondo: non bina, terna pondo.
Potior cum hoc nomine res in plurali gtō iungitur.
Cū vero alijs noibus frequentius abltō copulatur.
Potus vini. aquæ. lactis. & ſimilium recte dicitur.
Potio datur ægrotanti, quod grece pharmacum dr.
Pompa eſt ſpectaculum in proſperis reb⁹ & aduerſis.
Spectaculū vero eſt, qđ ſpectatur & ipſa ſpectatio.
Locus etiā vnde ſpectamus ſpectaculum dicitur.
Proteruus. procax. petulans, aliud alio magis increſcit &
in factis quā in dictis, ſignificantq; quandam laſci
uiam libidinemque, & impudentiam.
Præſens non modo dicitur, quod eſt huius tēporis, ſed
alterius. vt Horatius: præſens in tempus omittat.
Præſens quoq; dr, qđ ſubitū eſt, et nō dilatatū tēp⁹, vñ
Præſentiſſimū periculū, & pſentaneum remedium.
Præeſſe eſt rei adminiſtrandæ præpoſitū eſſe. ab hoc fit
Præſes, quod à verbi ſignificatione receſſit.
Præſidere eſt ad opem præſtandam præeſſe, à quo fit
Præſes, ſicut à deſideo Deſes. à reſideo Reſes.
Præſidium eſt præcipuum auxilium.
Subſidium eſt, quod in auxilium ſuccedit.
Præſtare (pter eā ſignificationē, quā præ ſe fert) ſignifi
cat etiā prohibere, ne alicui fiat incommodum.
Pridie & Poſtridie gtō ſeruiunt & actō. vt pridie no
narum decembrium, & pridie nonas decembres.
Procul apud quoſdā autores accuſatiuo ſeruit: vt Cur
tius procul vrbem. &c.
Primus vocaui te, ad tempus referri debet.
Prior vocaui te, ad pſonā poti⁹ refert, eſtq; inter duo,
ſicut prim⁹ inter plura, vt ego prior q̄ tu veni domū,
& ego primus omnium veni.
Eadē rō eſt de poſterior, poſteri⁹, & poſtremus.
Premefero, eſt dicto vel facto qualem opinionem ha
beam, quaſi ipſa frōte confiteri. In eadē ſignificatio
ne ſunt. Præ me duco. præ me gero.
Priſca ſunt, quæ prioribus ſæculis fuerunt.
Priſtina, quæ fuerunt prioribus annis.
Probrum idē eſt, quod dedecus & ignominia.
Opprobriū eſt aliquādo facto: ſed freqntius dicto.
Pulſare eſt graui & vehementi ictu cædere.
Verberare eſt cædere inſtrumēto lōgo, & exili.
Præuaricatores ſunt, q cauſam aduerſarijs donant.
Tergiuerſatores, q in totū ab excuſatiōe deſiſtunt.

## ¶ De litera. Q.

Quando & q̄nquidē: idē eſt quod quoniam.
Quatenus idem ſignificabat Quintiliani ſæ
culo. Cicero tñ quatenus, p in quantum vtitur.
Queſtus in plurali pro querela, à queror quereris.
Queſtus etiā in ſingulari ſignificat lucrū nūmarium,
deriuaturq; à verbo quæro quæris.
Quidē vno modo accipitur ad diſtinguendum res,
quod græci nimium faciunt. vt alius quidem bo
nus: alius vero non. Altero modo per exceptionem
illius, quod affirmes. vt Quintilianus: Torquebis
quidem filium, ſed fatebitur mater. Tertio modo
ponitur completiue non ſequente eius aduerſatiu.



Quin, modo pro Quinetiam, ſiue atq; etiā accipitur.
Quin pro nō, deſiderat ſubiunctiuum. vt qn adeas.
Quin pro cur nō, ſemp interrogat per indicatiuum.
Quid ſubſtantiuum eſt. vt quid negotij eſt tibi.
Quod adiectiuum. vt quod negotium eſt tibi.
Quiſq; cū ſuplatiuo iūgitur. vt optimus q̄ſq;.
Cūcti & oīs, poſitiuo: vt cūcti ſapiētes, oēs docti.
At vero oīs cōparatiuo additur. vt oēs doctiores.
Quæ vero ſuperlatiuo caret. etiā cū q̄ſq; iūguntur.
Quotuſquiſq; ſemp interrogatiue ponitur.

## ¶ De litera. R.

Rhegini, ex oppido Calabriæ Rhegio dicuntur.
Rhegienſes, ex Rhegio Galliæ ciſalpinæ oppido.
Retulit Pōpeius ad ſenatū. i. in cōſultationē poſuit.
Refero tibi beneficiū. i. cōfiteor me accepiſſe bñficiū
Rixa (vt dicit Vulpianus) poteſt eſſe inter duos.
Turba vero, in multitudine & cœtu hominum tñ.

## ¶ De litera. S.

Saluber cibus, ſaluberæ aer, eſt ſanitatem conferens.
Sanus homo, & ſanū caput, eſt ſanitatem habens.
Satiare ad oēs ſenſus pertinet, atq; etiā ad animum.
Saturare ad vnum guſtum pertinet tantum.
Salio, vnde ſaltus deducitur, eſt ſaltum facere.
Salto, vnde ſaltatio fit, eſt tripudium facere.
Scilicet et videlicet idē ſignificare videntr, qđ certe: ſed
per amaritudinē quādā cum derſu mixtam.
Recentiores vtuntur expoſitiue his particulis.
Sciens feci, id eſt, cum faciebā, ſciui me facere.
Ignorās feci. i. cum ignorabā. Scienter feci, ignorāter
feci. i. cum ſciētia & ignorātia: nō ſciui me ignorare.
Secūdum particula, notum eſt quid ſignificet.
Secūdum pretere a accipitur, p iuxta, & poſt.
Secundum etiā, p eo quod eſt pro. vt ſecundum me
iudicatum eſt, id eſt, pro me ſententia eſt lata.
Senecta & ſenectus vtraq; eſt ſenilis ætas.
Iuuentus non modo ætas, ſed multitudo iuuenū eſt.
Sin, p ſi nūq̄ in prima parte collocat, ſed i ſcđa cū pceſ
Igitur exponēdum eſt, ſin pro ſed ſi. (ſit ſi.
Syncer⁹ (vt dicit Donat⁹) eſt ſine cera. vt mel ſimplex.
Sed poti⁹ dicēdū eſt, ſyncer⁹. i. integer et incorrupt⁹,
quaſi cū cera & nulla pte fraudatū, hoc eſt, diminutū.
Situs (vt dicit Priſcianus) eſt negligentia: ſed potius eſt
ſordes illa & illuuies domus diunō repurgatæ.
Solus & vnus inter omnia adiectiua, q̄ nō ſunt ſupla
tiua, gtō plurali iūguntr. vt ſolus oīm. vnus cūctorū.
Stare eſt non ire in ijs, q̄ ſunt ſine pedib⁹. vt nauis.
Stant q̄ recta ſunt, q̄diu nō cadunt. vt ſtat turris.
Stāt qdā, q̄ nō eunt, cū ire poſſint. vt equus. homo.
Sedere in omnibus notum eſt, quomodo ſit.
Sidere eſt peſſum ire, deorſumq; deſcendere.
Sto verbum abſolutum eſt. Siſto actiuum. vt Vergi.
Siſte gradum. vtrūq; habet ſupinum ſtatum.
Stellæ (inquit Macrobius) ſunt ſingulares. vt erraticæ.
Sidera cōſtāt multarum compoſitione. vt Aries.
Aſtrum eſt ſignum ex ſtellis coactum, qđ nos dici
mus ſydus, q̄ differentia non ſemper obſeruatur.

Super contiguitatem ſignificat. vt ſedeo ſuper lapidem.
Supra ſpatij interpoſitionē. vt nubes pēdēt ſupra nos
Suffragia ſunt voces, quæ dantur in electione. Vnde
Suffragari pro auxiliari pleruq; inuenitur.

## ¶ De litera. T.

Tantū abeſt, poſt ſe hēt vt, aut ſemel. vt Cic. tantum
abeſt ab officio, vt nihil officio poſſit magis
eſſe contrarium.
Aut bis, vt idē. tñ abeſt, vt aliquā bonā grām q̄ſiſſe
videar, vt multas etiā ſimultates ſubeundas intelligā.
Tāti & quāti, & ab eis cōpoſita tātidē & quantilibet.
quātiuſcūq;. totidē, pluris & minoris iūgūtur his ver
bis emo. vendo. veneo. mercor. cōparo. eſtimo. ta
xo. liceo. addico. diſtrahe. metior. cōduco. loco. fœne
ror. paciſcor. pāgo. cōdeno. poſtulo & ſiñb⁹ verbis.
Tenus ſemp poſtponit, atq; in ſingulari cū abltō tñ,
in plurali cum gtō. vt Verg. Crurum tenus à mento
palearia pendent.
Thebani à Thebis, quæ eſt vrbs in Bœotia inſignis.
Thebeus, à Thebe vrbe antiquiſſima in Aegypto.
Timeo te, id eſt. tanq̄ inimicum metuo te.
Timeo tibi, id eſt, metuo tibi tanq̄ amico.
Traijcio exercitū. i. trās mare. trās mōtes, trās flumē duco
Traijcio mare, id eſt, tranſeo mare.
Tricliniū à trib⁹ thoris, mēſiſve triplicib⁹ appellatū ē.
Aula eſt græce, quā latini atrium appellant.
Tollo aliquādo pro capio dicitur. vt tolle librum.
Tollo aliqū, p educo accipi ſolet. vt ſuſtuli filium.

## ¶ De litera. V.

Valde poſitiuo et verbo iungitur, ſed nō lōge, vt
valde doctus, valde legit: nō lōge doct⁹, lon
ge legit: nec valde ditior, valde ditiſſimus.
Venio in ſuſpitionem, ſemper accipitur paſſiue. vt
Veni in obliuionē, veni in vituperationē, etiā paſſiue.
Veni in opnionē actiue & paſſiue ſolet accipi.
Vector vnū ex verbalib⁹ in. or. paſſionē ſignificat, id
eſt, eum qui vehitur, aliquando eum qui vehit.
Venale ſignificat rem vēditioni expoſitam.
vendibile, quod cito & facile vendi poteſt.
Vēdico (vt ſic dicā) eſt approprio & meum eſſe dico.
vindico eſt vlciſcor. aliquādo ab iniuria defendo.
Ventitare eſt frequēter venire ad locum.
Aduentare eſt proximum eſſe, vt veniat.
Verſicoloria dicuntur, quæ natiuum colorē mutant.
Coloria, quæ colorē habent natiuum.
Vicus vrbis eſt pars: ſed vicus paganus muris caret.
Caſtellum eſt, quod muris cinctum eſt vndiq;.
Oppidum eſt omnis vrbs, pter Romam.
Vict⁹ appellatiōe cōtinētur homini neceſſaria ad vitā.
Penus eſt omne, quo homines veſcuntur.
Vltro citroq;, ad dicta & facta referuntur.
Vſurpare eſt vti tū dicto, tū facto. i. vſum capere.
Vt, p vtpote, ſiue quippe ſeqnti relatiuo. Quintilianus
nō dāno, vt q dixerim eſſe in oībus vtilitatis aliquid

¶ FINIS.

# ¶EIVSDEM ANTONII NEBRISSENSIS

## De nominibus numeralibus.

Nihil eſt in hac vita mortali magis neceſſariũ cognitu,& qđ minus à noſtri ſeculi hoĩbus ſciatur,q̃ tria illa,in quibꝰ ſator rerũ,ideq̃ mũdi arbiter oia diſpoſuit.Omnia (inquit) in menſura numero & põdere diſpoſuiſti.Omitto nũc põdus & meſurã,ſine quibus multe artes,atq̃ in primis medicamẽtaria,imo neq̃ ipſa hoĩm ſocietas,quã ciuitatẽ appellamus,cõſtare poteſt: breui nãq̃ ijs de rebus tradituri ſumus certã rationẽ etati nr̃e (q̃tũ ego exiſtimo) incognitã. Venio ad nũeros,in quos põdera ipſa & menſuræ referuntur:quotuſquiſq̃ nouit latine numeros ſuis proprijs vocabulis appellare,poſtea quã à primis illis infantilibus etiam notis diſceſſerũt?Refert Ariſtoteles in problematis,eſſe quaſdã nationes adeo immanes & barbaras,vt neſciant cõputare vltra numerũ quaternariũ.Quid ſi ego mõſtrauero eos,qui vulgo habentur ſapientes,neſcire quomodo latine dicãt. Tres letras tuyas recebi en vn dia, y cada quatro dias recibi dos:q̃ de alos frayles q̃ andã emparejados de dos en dos cada quatro hueuos. Et hoc intra numeros illos notos:qd ſi trãſgrediamur denariũ?quid ſi cẽtenariũ?qd ſi millenariũ?qd ſi milionẽ?Sed cũ mihi ſemp fuerit in aĩo ꝓ virili Hiſpanis meis opẽ ferre in ijs potiſſimũ,qbꝰ maiorẽ in modũ opꝰ eſt:libuit hoc in loco diſponere in prima ſerie noĩa nũeralia,atq̃ e regiõe ſcđo in loco noĩa ex numeralibꝰ diuidua ſiue diſtributiua.tertio noĩa ordinalia,q̃rto aduerbia nũeralia.Sequutiq̃ ſumꝰ in hac parte,tũ vſum doctiſſimorum:tũ rõnem:tũ etiã ꝓportionẽ.Poſuimꝰ vero numeros explicitos vſq̃ ad triginta.ceteros vero collegimꝰ in decuplatiões tm̃.ex qbꝰ & ſimplis poſſumꝰ cõponere medios,quẽadmodũ fecimꝰ à viginti in triginta.Prohibuimꝰ aũt vicies bis,& vicies ter,& ſilia,qđ certi autores ſequuti in cõmẽtationibꝰ nr̃is,dici poſſe putabamꝰ:propterea qđ vicies bis potiꝰ quadragies.& vicies ter ſexagies deſignãt,& alia ad hunc modũ.Preterea vltra cẽtum nõ poſſumus dicere cẽties bis.ſicut dicimus cẽtum duo,& cẽteni bini,& cẽteſimꝰ ſecundꝰ:ꝓpterea,qđ cẽties bis potiꝰ ſignificat ducẽties,& centies ter trecenties,& ſimiliter deinceps. Itaq̃ rationẽ ſequuti potius dicendum eſſe crediderim cẽties & bis:cẽties & ter:aut bis ſupra centies,& ter ſupra centies.&c.

¶Aduertẽdum tamẽ antiquiores poſt centum millia,potius conſueuiſſe dicere bis centum millia.ter centũ millia.quater centum millia,quã ducenta,trecenta,quadringenta millia.Et pro eo,qđ nos dicimus: vn cuento. decies centum millia.dos cuentos.vicies centum millia,& deinceps eodem modo.

¶Illud quoq̃ eſt aĩaduertẽdũ,qđ interrogãti quot paſcit ſeruos,quot poſſidet agri iugera,reſpõdẽdũ eſt p̃ noĩa numeralia puta decẽ.cẽtum Interrogãti vero quot dẽtes hñt hoĩes,reſpõdẽdũ eſt p̃ noĩa diuidua ſiue diſtributiua:puta crãteres binos.caninos q̃ternos.primores octonos.molares vicenos.Nã ſi diceres ſimpliciter,q̃ hoĩes hñt duos,aut quatuor,aut octo,aut viginti dẽtes:non dixiſti qđ volebas. Interroganti vero p̃ quotus.a.ũ.reſpondẽdũ eſt p̃ noĩa ordinalia,vt quotus ſedet in eccl'ia Cãtor ab Epiſcopo?reſpõdẽdũ eſt tertius,aut quartus.aut quotã partem habent clerici ex frugibus,reſpondendum eſt decimam,id eſt,vnã aliquam ex decem.

¶Sunt & aliæ denominatiões à noĩbus numeralibꝰ,q̃ dicũtur multiplicia,vt duplus.triplus.quadruplus,quincuplus.ſexcuplus.ſeptuplus.octuplus.nonuplus.decuplꝰ,quatuordecuplus,quindecuplꝰ,ſexdecuplus.centuplus.

¶Cetera vero multiplicia cũ nõ habeãt ꝓpria nomina,per q̃ poſſint deſignari. circũloquimur ea p̃ numeralia & ablatiuũ huius noĩs tãtus.a.ũ.vt ſi dixeris,qui ſurripuerit ſimplum,luat viginti tãto,aut mille tãto,aut mille quingẽta tãto.Et eodẽ modo de multiplicibus illis,q̃ ſignificãt plicaturã.vt duplex.triplex.quadruplex.quincuplex.ſexcuplex.ſeptuplex.octuplex.nonuplex.decuplex.vndecuplex.duodecuplex.tredecuplex. quatuordecuplex.quindecuplex.ſexdecuplex.cẽtuplex.vt Horatiꝰ:cõtra quẽ duplici panno patiẽtia velat.Triplices quoq̃ & quincuplices tabellas apud Martialẽ legimꝰ:& apud Ouidiũ.Surgit ad hos clypei dominꝰ ſeptẽplicis Aiax.vbi non poſſis dicere duplus,triplus.quadruplus.quincuplus.ſextuplus.Nam quod Perſius dixit rem duplica,feci iam triplex.& Iuue.qui triplicem vſuram preſtare paratus:manifeſtum eſt,pro triplo poſuiſſe.

¶Sunt & alia diuerſarum ſignificationum nomina à numeralibus compoſita & deriuata,que vltra certos numeros non procedunt.vt biduo.triduo.quatriduo: ſed non dicimus quinquiduo.ſextduo.&c.

¶Biennio.triennio.quadriennio.quinquennio.ſexennio.ſeptennio.decennio.centennio:ſed non dicimus.octennio.nouennio.ducentennio.&c.

¶Nũdiꝰ tertiꝰ.nudiꝰ quartꝰ.& Plaut.nudiꝰ q̃ntus.nudiꝰ ſextꝰ.& Cice.nudiꝰ tertiꝰ decimꝰ.cetera exẽplo carẽt.

¶Bimꝰ.a.ũ.trimꝰ.a.ũ.quadrimꝰ.a.ũ.& denoĩatiua ab illis bimatꝰ.us.trimatꝰ.us.q̃drimatꝰ.us.cetera nõ legũt.

¶Et aduerbia bifariã.trifariã.q̃drifariã.omifariã.multifariã.plurifariã:ſed nõ dicimꝰ q̃nq̃fariã.ſextifariã.&c.

¶Sũt & alia noĩa numeralia numerorũ triplacatiua,q̃ nõ reperiũtur,niſi à certis numeris hec fere.binio.onis.ꝑ eo qđ eſt bis duo bis,hoc eſt octo.ternio.onis.ꝓ ter tria ter,hoc eſt ſeptẽ & viginti. q̃ternio.onis.ꝓ quater quatuor quater.hoc eſt,quatuor & ſexaginta.quinio.onis.ꝓ quinquies q̃nq̃ quinquies,hoc eſt, cẽtum viginti quinq̃.&c.Eodẽ modo poſſent ex ꝓportiõe formari,ſed nõ legi,niſi hec ſuperiora.& qđ ſuſpicor millionẽ dictum,quem vulgus Hiſpane appellat millon,hoc eſt,millies mille millies.

¶Sunt quoq̃ alia noĩa à diuiduis deriuata,q̃ ſignificãt illũ numerũ,ad quẽ pertinẽt habere, vt ſingularius,vel ſingularis,quod vnum cõtinet.binariꝰ qđ duo.ternarius,quod tria.quaternarius, quod quatuor. quinariꝰ qđ



quinq̃,ſenarius quod ſex,ſeptenarius quod ſeptem.octonarius quod octo.nouenarius quod nouẽ.denarius qđ decẽ.vndenarius quod vndecim.duodenarius quod duodecim.tredenarius quod tredecim.quatuordenarius quod quatuordecim.quindenarius quod quindecim vicenarius quod viginti.tricenarius quod triginta.quadragenarius quod quadraginta.quinquagenarius quod quinquaginta.ſexagenarius quod ſexaginta.ſeptuagenarius quod ſeptuaginta.octogenarius quod octoginta.nonagenarius quod nonaginta.centenarius quod centum.millenariꝰ quod mille.vt numerus binarius continet duo.ſexagenarius ſenex,qui habet,id eſt vixit annos ſexaginta.

¶Sunt preterea q̃dã ab ordinalibus denominata,que ſignificãt ad illum ordinẽ pertinere,aut eſſe ex illo ordine,vt ſecundanus miles,qui eſt ex ſecunda legione.octumanus ex octaua.decumanus ex decima. & decumana porta in caſtris.& æs decumanum apud Lucillium.& decumanum frumentum.quod ex decimis ſoluitur.

¶Tertiana quoque febris,que die tertio contingit.& quartana,que quarto. Et ab his rurſus denominatiua,vt tertianarius.quartanarius,& alia eodem modo.

# DE NOMINIBVS NVMERALIBVS.

| Numeralia. | Diuidua. | Ordinalia. | Aduerbia. |
| --- | --- | --- | --- |
| Vnus vna vnum. | Singuli.æ.a. | Primus.a.um. | Semel. |
| Duo duæ duo. | Bini.næ.na. | Secundus.a.um. | Bis. |
| Tres & tria. | Terni.næ.na. | Tertius.a.um. | Ter. |
| Quatuor. | Quaterni.næ.na. | Quartus.ta.tum. | Quater. |
| Quinq̃. | Quini.næ.na. | Quintus.ta.tum. | Quinquies. |
| Sex. | Seni.næ.na. | Sextus.ta.tum. | Sexties. |
| Septem. | Septeni.næ.na. | Septimus.a.um. | Septies. |
| Octo. | Octoni.næ.na. | Octauus.a.um. | Octies. |
| Nouem. | Noueni.næ.na. | Nonus nona nonum. | Nouies. |
| Decem. | Deni.næ.na. | Decimus decima decimũ. | Decies. |
| Vndecim. | Vndeni.næ.Vndena. | Vndecimus.a.um. | Vndecies. |
| Duodecim. | Duodeni.næ.na. | Duodecimus.a.um. | Duodecies. |
| Tredecim. | Tredeni tredenæ tredena. | Tredecimus.a.um. | Tredecies. |
| Quatuordecim. | Quatuordeni.næ.na. | Quartus decimus.a.um. | Quatuordecies. |
| Quindecim. | Quindeni.næ.na. | Quintus decimus. | Quindecies. |
| Sedecim. | Sedeni.næ.na. | Sextus decimus. | Sedecies. |
| Septendecim. | Septendeni.næ.na. | Septimus decimus. | Septindecies. |
| Decem & octo. | Octoni & deni. | Octauus decimus. | Octies & decies. |
| Duodeuiginti. | Duodeuiceni. | Duodeuiceſimus. | Duodeuicies. |
| Decem & nouem. | Noueni & deni. | Nonus decimus. | Nouies & decies. |
| Vndeuiginti. | Vndeuiceni.næ.na. | Vndeuiceſimus. | Vndeuicies. |
| Viginti. | Viceni.næ.na. | Viceſimus. | Vicies. |
| Viginti vnus,vel | Viceni ſinguli. | Viceſimus primus. | Vicies ſemel. |
| Vnus & viginti. | Singuli & viceni. | Primus & viceſimus. | Semel & vicies. |
| Viginti duo. | Viceni bini.næ.na. | Viceſimus ſecundus. | Vicies bis non dicitur. |
| Duo & viginti. | Bini & viceni. | Secundus & viceſimus. | Bis & vicies dicitur. |
| Viginti tres. | Viceni terni,vel | Viceſimus tertius. | Vicies ter nõ dicitur. |
| Tres & viginti. | Terni & viceni. | Tertius & viceſimus. | Ter & vicies dicitur. |
| Vigiti quatuor. | Viceni quaterni,vel | Viceſimus quartus. | Vicies quater nõ dicitur. |
| Quatuor & viginti. | Quaterni & viceni. | Quartus & viceſimus. | Quater & vicies dicitur. |
| Viginti quinq̃. | Viceni quini,vel | Viceſimus quintus. | Vicies quinquies nõ dr. |
| Quinq̃ & viginti. | Quini & viceni. | Quintus & viceſimus. | Quinquies & vicies dr. |
| Viginti ſex. | Viceni ſeni,vel | Viceſimus ſextus. | Vicies ſexies non dicitur |
| Sex & viginti. | Seni & viceni. | Sextus & viceſimus. | Sexies & vicies dicitur. |
| Viginti ſeptem. | Viceni ſepteni,vel | Viceſimus ſeptimus. | Vicies ſepties nõ dicitur. |
| Septem & viginti. | Septeni & viceni. | Septimus & viceſimus. | Septies & vicies dicitur. |
| Viginti octo. | Viceni octoni,vel | Viceſimus octauus. | vicies & octies nõ dicitur. |
| Octo & viginti. | Octoni & viceni,vel | Octauus & viceſimus. | Octies & vicies dicitur. |
| Duo de triginta. | Duodetriceni. | Duodetriceſimus. | Duodetricies dicitur. |
| Viginti nouem. | Viceni noueni,vel | Viceſimus nonus. | Vicies nouies nõ dicitur. |

# DE NOMINIBVS NVMERALIBVS.

| Numeralia. | Diuidua. | Ordinalia. | Aduerbia. |
|---|---|---|---|
| Nouem & viginti. | Vndetriceni. | Nonus & viceſimus. | Nouies & vicies dicitur, |
| Vndetriginta. | Triceni.næ.na. | Vndetriceſimus. | Vndetricies dicitur. |
| Triginta, &c. ſimiliter. | Quadrageni.næ.na. | Triceſ.mus. | Tricies. |
| Quadraginta. | Quinquageni.næ.na. | Quadrageſimus. | Quadragies. |
| Quinquaginta. | Sexageni.næ.na. | Quinquageſimus. | Quinquagies. |
| Sexaginta. | Septuageni.næ.na. | Sexageſimus. | Sexagies. |
| Septuaginta. | Octogeni.næ.na. | Septuageſimus. | Septuagies. |
| Octoginta. | Nonageni næ.na. | Octogeſimus. | Octogies. |
| Nonaginta. | Centeni.næ.na. | Nonageſimus. | Nanagies. |
| Centum. | Centeni ſinguli. | Centeſimus.a.um. | Centies. |
| Centum vnus. | Singuli ſupra centenos. | Centeſimus primus. | Centies & ſemel. |
| Vnus ſupra centum. | Centeni bini. | Primus ſupra centeſ.mũ. | Semel & centies. |
| Centum duo. | Bini ſupra centenos. | Centeſimus ſecundus. | Centies & bis. |
| Duo ſupra centum. | Centeni terni. | Secũdus ſupra cẽteſimũ. | Bis & centies. |
| Centum tria. | Terni ſupra centenos. | Centeſimus tertius. | Centies & ter. |
| Tria ſupra centum.&c. | Ducenteni, vel duceni. | Tertius ſupra cẽteſimũ. | Ter & centies. |
| Ducenti.tæ.ta.vel | Bis centeni. | Ducenteſimus, vel | Ducenties, vel |
| Bis centum. | Trecenteni. vel treceni.l. | Bis centeſ mus, | Bis centies. |
| Trecẽti.tę.ta.vel | Tercenteni. | Trecenteſimus, vel | Trecenties, vel |
| Tercentum. | Quadringẽteni, vel.geni.l. | Tercenteſimus. | Tercenties. |
| Quadringenti tę.ta.vel | Quatercenteni. | Quadringẽteſimus, vel | Quadringẽties, vel |
| Quater centum. | Quingenteni, vel qngeni. | Quatercenteſimus. | Quatercenties. |
| Quingenti.tę.ta.vel | Quinquies centeni. | Quingenteſimus, vel | Quingenties, vel |
| Quinquies centum. | Sexcenteni, vel ſexceni. | Quinquies centeſimus. | Quinquies centies. |
| Sexcenti.ę.a.vel | Sexies centeni. | Sexcenteſimus, vel | Sexcenties, vel |
| Sexies centum. | Septingenteni, vel.geni. | Sexies centeſ.mus. | Sexcies centies. |
| Septingenti.tæ.ta.vel | Septies centeni. | Septingenteſ mus, vel | Septingenties, vel |
| Septies centum | Octingenteni, vel.geni. | Septies centeſ.mus. | Sept es centies. |
| Octingenti.tæ.ta.vel | Octies centeni. | Octingenteſimus, vel | Octingenties, vel |
| Octies centum. | Nongenteni, vel nõgeni. | Octies centeſimus. | Octies centies. |
| Nongenti.tæ.ta.vel | Nouies centeni. | Nongenteſ.mus, vel | Nongenties, vel |
| Nouies centum. | Milleni.næ na.vel | Nouies centeſ.mus. | Nouies centies, |
| Mille adiectiuũ.vel | Singuli milleni. | Milleſimus. | Millies. |
| Vnum mille. | Singuli milleni. | Milleſ.mus. | Millies. |
| Duo mille, vel | Bini milleni, vel | Bis milleſ.mus. | Bis millies. |
| Duo millia. | Bis milleni. | Bis milleſimus. | Bis millies. |
| Tria mille, vel | Ter milleni, vel | Ter milleſimus. | Ter millies. |
| Tria millia.&c. | Terni milleni. | Ter milleſimus. | Ter millies. |
| Decem mille, vel | Deni milleni. | Decies milleſ mus. | Decies millies. |
| Decem millia. | Decies milleni. | Decies milleſimus. | Decies millies. |
| Viginti mille, vel | Viceni milleni. | Vicies milleſ.mus. | Vicies millies. |
| Viginti millia. | Vicies milleni. | Vicies milleſimus. | Vicies millies. |
| Triginta mille, vel | Triceni milleni. | Tricies milleſimus. | Tricies millies. |
| Triginta millia. | Tricies milleni. | Tricies mill.ſ.mus. | Tricies millies. |
| Quadraginta mille, vel | Quadrageni milleni. | Quadragies milleſ.mus. | Quadragies millies. |
| Quadraginta millia. | Quadragies milleni. | Quadragies milleſimus. | Quadragies millies. |
| Quinquaginta mille, vel | Quinquageni milleni. | Quinquagies milleſimus. | Quinquagies millies. |
| Quinquaginta millia. | Quinquagies milleni. | Quinquagies milleſimus. | Quinquagies millies. |
| Sexaginta mille, vel | Sexageni milleni. | Sexagies milleſimus. | Sexagies millies. |
| Sexaginta millia. | Sexagies milleni. | Sexagies milleſimus. | Sexagies millies. |
| Septuaginta mille, vel | Septuageni milleni. | Septuagies milleſimus. | Septuagies millies. |
| Septuaginta millia. | Septuagies milleni. | Septuagies milleſ.mus. | Septuagies millies. |
| Octoginta mille, vel | Octogeni milleni. | Octogies milleſimus. | Octogies millies. |
| Octoginta millia. | Octogies milleni. | Octogies milleſimus. | Octogies millies. |
| Nonaginta mille, vel | Nonageni milleni. | Nonagies milleſimus. | Nonagies millies. |
| Nonaginta millia. | Nonagies milleni. | Nonagies milleſimus. | Nonagies millies. |
| Centum mille, vel millia. | Centeni.l.centies milleni. | Centies milleſimus. | Centies millies. |



# DE PVNCTIS CLAVSVLARVM

Quemadmodum in ſermonis ductu neceſſe eſt fieri quaſdam ſilentij diſtinctiones, tũ vt auditor intelligat clauſularum diuerſitatem: tum etiam vt is, qui loquitur, captato ſpiritu maiori acrimonia pronunciet: idem quoq; faciamus oportet in ſcripto: vt per quædam ſigna confuſionem illam diſtinguamus. Eſtq; illud in primis animaduertendũ duas tãtũ eſſe notas: quibus eruditi omnem contextus ambiguitatem illam diſtingunt, dicente Hieronymo in ꝓlogo Eſaiæ. Sed quod in Demoſthene, & Tullio ſolet fieri: vt ꝑ cola ſcribantur & commata. Nam qui, quas appellant periodos, virgulas, & parẽtheſes addiderunt, nullos habẽt autores, cum econtrario ſacræ ſcripturæ libri colo & commate contenti ſint. Eſt igitur comma, quod per duo puncta deſignatur, quoties orationis tractus eo peruenit, vbi oratio cũ verbo aut aliquo vim verbi obtinente finitur: ſed tamen aliam quandam orationem ſibi adiungi deſiderat. vt conuertente domino captiuitatem ſyon: vel cum cõuerteret dominus captiuitatem ſyon. Comma autem dicitur a copto verbo Græco, quod eſt incido: vnde latine poteſt appellari inciſio: quoniã ſuo loco inciditur oratio. Colum, cuius nota punctus eſt, ponitur vbi clauſula finitur, atq; quieſcit. vt Cum cõuerteret dominus captiuitatem ſyon: facti ſumus ſicut conſolati. Sunt quędam loca in quibus neſcias an oratio, quę ſequitur, ex ſuperiori dependeat. vt Dixit dominus domino meo: ſede a dextris meis. hoc loco cõma colum poteſt eſſe. Colũ quoq; ponimus inter ſingulas partes orationis, quæ per articulum aut diſſolutum ſine coniunctione annectuntur, vt Grammaticus. Rhetor. Geometres. pictor. Aliptes. Non tamen diſſimulauerim oportunam eſſe notam interrogationis in fine clauſularum, quas interrogatiue, aut interrogatione admiratiue proferimus. vt hic pietatis honos? ſic nos in ſceptra reponis? Prætermittere vero nullo modo poſſum: quod video Quintiliano exactiſſimo harũ rerũ iudici placuiſſe: vt quoties dictio eſſet ambigua vel ſignificatione, vel declinatione, vel mutatione in aliam partem orationis: ambiguitas illa ſuper impoſito apice tolleretur. Eſto exempli gracia. óccidit ſi habet apicẽ in prima ſyllaba, ſignificat in eo eſſe accentum prædominantem, ſequentemq; eſſe breuẽ: proferturque accẽtu grauí: valetque tunc óccido. i. pereo: quod ſi ſuper ſecundam ponatur apex, ſignificat ſyllabam illam eſſe longam, in eaque proferri accentum prædominantem. vt occído, valetque pro eo, quod interficio.

## DE ORDINE PARTIVM ORATIONIS.

CVM ESSEM COTIDIANO PROPE CONVICIO REQVISITUS, tum ab amicis: tum etiam ab alienoribus, vt ſcriberem aliquid de conſtructione, quam ipſi appellãt, ego vero ordinem potius partium orationis dixerim: non potui negotium recuſare, quod tantopere efflagitabatur. Oratio vero a Grammaticis non ea lege ordinatur qua iuniores putant: vt nominatiuus ſemper præcedat & verbum ſequatur. &c. Sed ita ordinanda eſt, vt (quod eſt inuolutũ) explicetur, ita vt ex diſpoſitiõe partium, ſenſus lectionis poſſit percipi: & an ex oratiõis ſerie aliqua dictio ſit otioſa, & ab oratione ſoluta. Non tamen fuiſſe illum ordinem apud antiquos, quem iſti nunc deſiderant licet videre apud autores, qui plerũq; deſcẽdunt ad ordinẽ lectionis. vt Donatus in Barbariſmo cũ de Syncheſi, Hiperbatõ ſpecie differerẽt, citans illud Vergilij in primo æneidos Tris Notus abreptas in ſaxa latentia torquet. Saxa vocant Itali medijs ꝙ in fluctibus aras. Ordo (inquit) eſt. Tris naues abreptas notus torquet in ſaxa: quę ſaxa in medijs fluctibus latentia, Itali vocãt aras. En tibi actũ prępoſitũ, non modo verbo, ſed etiã verbi ſuppoſito, & in medijs fluctibus, hoc eſt abltm̃ cũ ꝑpoſitione præpoſitũ participio: & in hũc modũ alia. Sed vt his morem geramus, hunc ordinem ſequi poterunt. Igitur poſita ante oculos clauſula, principio verbũ contemplabimur, deinde verbi ſuppoſitũ: conſequẽter caſus, cum quibus verbũ cõſtruitur. Ordinamus vero ſic. Si fuerit vocatiuus, ab eo faciemus initium. Quod ſi nõ fuerit, a ntõ incipiemus. Deinde verbum ſequitur, cui adiungitur aduerbium: nam aduerbium, quod verbum determinat, aut participium, aut nomen continuo poſt illas particulas poni debet, quemadmodum præpoſitio ante ſuum caſualem, & coniunctio ante illud, quod ſuperioribus adnectit. Quod ſi duo verba aut plura fuerint in eadem clauſula, à principali verbo, hoc eſt, quod facit orationem quieſcere, incipiendum erit. vt liber quem emiſti, erat meus. verbum principale eſt erat. Tunc apponemus datiuum aut actm̃, vt commodius erit: tandem caſum, qui præpoſitionibus adiũgitur, ſiue effectiuum ponemus. Adiectiuum quoq; poſt ſubſtantiuum, & relatiuum poſt antecedentem, & genitiuũ poſt dictionem, à qua regitur, ordinabimus. Præponuntur quoque particulæ interrogatiuæ. vt quis. nũquid. & negatiuæ. vt nemo. & vocatiuæ. vt. o. heus, & exhortatiuæ & optatiuæ.

# ÆL. ANTONII NEBRISSENSIS GRAMMATICI ET RHETORIS RELECTIO NONA DE ACCENTU LATINO AUT LATINITATE DONATO.

## QVAM HABVIT SALMANTICAE III. IDVS IVNIAS ANNO. M. D. XIII.

ET SI OMNES DISCIPLINAE, QVAE ACTIONE ALIQVA ſiue contemplatione terminantur, maxima ex parte circa res difficiles, ambiguas, incertasq; verſentur: tamen propenſiori quodammodo id cotidie in re literaria experimur. Atq; vt omittamus illa, quæ ſunt nobis inſpirata diuinitus, quibus nihil certius eſſe poteſt: quid eſt, quod humana diligencia poſſit aſſequi, niſi hallucians, & quaſi per noctis vmbras aliquid explorans? Iam illa, quæ primũ certitudinis gradum obtinere dicitur matheſeos doctrina, tantis hodie tenebris inuoluta eſt, vt pauca illius veſtigia extent. Nam de phyſicis quota pars rerum eſt inuenta, quas natura in ſinu maieſtatis ſuæ repoſuit? Excutiamus nũc artes illas, quarum finis eſt actio: atq; Ciuilem imprimis, quæ intra ſe omnia illa complectitur, quibus humana ſocietas conſtat: accipe, quid de illa philoſophorum maximus dicat: Iuſta (inquit) & honeſta de quibus ciuilis conſiderat, tantam varietatem & diſcrepantiam in ſe habent, vt lege dumtaxat, & conſuetudine, non autẽ natura cõſtare videantur. Medicina quoq;, ſiue ſit illa methodica, ſiue clinica, ſiue empirica, nihil incertius excogitari põt, cũ pro loci, pro ætatis, pro medicamẽtorũ ratione labatur, atq; ſubinde nouitatibus victa mutetur. Nolo nunc commemorare aliarum artium inconſtantiam: venio ad grammaticem, cui ratio dicendi coniuncta eſt: quæ cum ſit ex diuerſorum temporum autoribus, aut ex contemporaneis diſcrepantibus collecta, nihil ꝑpemodum certi ac definiti de ea tradi poteſt. Quare illud vnicum tantæ ambiguitatis remedium eſt nobis reliquũ, vt optimi cuiuſq; autoritati innitamur. Qui ſint autem optimi, aut qui alijs preſtantes, alibi eſt a nobis copioſius diſputatum. Sed cum ſint alia complura, quæ longa deſuetudine interciderunt: illud imprimis eſt, quod in proferendis verborum ſyllabis a pleriſq; omnibus peccatur, tum in extenſionis quantitate, tum in acumine & grauitate. Nam cum inter alias ſyllabæ accidentias duæ potiſſimum ſint neceſſariæ, extenſionis quantitas, & ſublatio, atq; depreſſio, nemo eſt hodie, qui ſyllabas ſua temporis duratione proferat, hoc eſt, breuem vno tempore, longam duobus, etiam ſi artis præcepta calleat, quæ de hac ratione traduntur. Quid? quod neq; ſatis compertum eſt a grammaticis de quibuſdam longæne, an breues ſint? Nam quis hodie ſcit, quã tẽporis duratione proferatur inclytus, qua inſanus in prima ſyllaba? Quia ſi dicis, quod breui, quia per naturam ſemper breuiatur, etiam ſi poſitione ſit longa: quo modo nunq; in carmine reperitur breuis, niſi cum vocalis ſequitur, vt inanis, iners? Aut ſi longa eſt natura ſequente conſonãte, quomodo Cicero de oratore ad Brutũ dicit, quod inclytus breuiat & inſanus producit? Verba illius ſunt: Inclytus dicimus breui prima, inſanus producta, inſipiens, inhumanus breui: infœlix longa. Itaq; iam ſyllabarum quantitas ad nullos alios vſus eſt neceſſaria, q̃ ad examinanda carmina & ad accẽtus rationẽ, ad extenſionem, contractionemq; nihil prorſus: cum indifferenter longis pro breuibus, & breuibus pro longis vtamur. Sed cum in arte mea de accentu latino regulas proponerem: cur cum longe lateq; paterent, in anguſtias quaſdam coarctaui? Aut quid mihi venit in mentem, vt cum Quintilianus libro primo inſtitutionum oratoriarum latini accentus regulas ſimpliciter & ſine vlla exceptione traderet, ego illas in arctũ quendam locum augens artis difficultatẽ contraxerim: hoc eſt, nigrum in candida vertere, in tenebras ſplendore conſpicua. Apud nos, inquit ille, accentus latini ratio breuiſſima eſt. Namq; in omni voce acuta intra numerũ triũ ſyllabarũ cõtinetur, ſiue hæ ſint in verbo ſolæ, ſiue vltimæ, & in his, aut proxima extremę, aut a fine tertia. Triũ porro, de quibus loqmur, media lõga, aut acuta erit, aut flexa. eodẽ loco breuis vtiq; tertiã acuet. Eſt autẽ in omni voce vtiq; acuta, ſed nunq; plus vna, neq; vnq; vltima, ideoq; in diſſyllabis prior acuta. Præterea nunq; in eadẽ flexa & acuta, quia eadẽ flexa ex acuta vtiq; neutra claudet vocẽ latinã. Ea vero, quæ ſunt ſyllabæ vnius, erunt acuta, aut flexa: ne ſit aliqua vox ſine acuta. Quid apertius dici potuit, aut quid ſimplicius? Atq; vt eandem præceptionẽ nobis inculcaret, idem ſæpe, ſed alijs verbis repetit. Eſt, inquit, in omni voce acuta ſyllaba, neq; vnq; vltima: ideoq; in diſſyllabis prior: Et ſubdit, quod neq; flexa neq; acuta claudet vocem latinam: quia (vt dixit) accentus acutus in penultima aut in antepenultima, circũflexus in vltima



vltima, aut in proxima à fine ſemper collocari debet. Idem quoque autor libro eiuſdem operis duodecimo vbi oratorem officio inſtruit, moribuſque informat: accentus (inquit) cum rigore quodam: tum ſimilitudine ipſa minus ſuaues habemus: quod vltima ſyllaba, neque acuta vnquam excitatur, nec flexa circunducitur: ſed in grauem, vel in duas graues cadit ſemper. Vides, quemadmodum per abnegationem vtrobique interponit decretum irritans, cum dicit: neque vnquam vltima: & vtique neutra claudit vocem latinam, ſed in grauem, vel in duas graues cadit ſemper. Quam generalitatem nullis coarctat limitibus, nulla exceptione contrahit, nullis præſcribit finibus. Quid igitur ſibi voluit, quod in calce noſtrarum introductionum diximus, accentus latini regulas tot modis fallere? Ac primo quidem diſtinctione, hoc eſt, differentiæ cauſa. Secundo abſciſione. Tertio attractione. Quarto interrogatione. Nam de ſynepia, hoc eſt, conſequentia & de idiomate poſtea diſſeremus. Ego tibi ô amice (vt ingenue verum fatear) quo tempore rudimenta illa in vulgus ædidi, non putaram tanto conſenſu omnes Hiſpanos meos in ſententiam meam ituros. Itaque non fueram auſus immutare quicquam ex ijs voculationibus, quæ illorum auribus iampridem inſederant, cum præſertim eſſent autores, quibus poſſent errata ſua defendere. Nam quis mihi crederet, ſi iam inde à principio dediſſem præceptum, quod in crementis verborum proferendum eſſet Amauerimus amaueritis. Docuerimus docueritis, & ſimiliter cadentia, accentu in penultima circumflexo? Atqui iam nemo eſt, vel mediocriter doctus, qui non ita proferat: tantum potuit efficere iuncta cum ratione autoritas. Quod ſpero etiam futurum in ijs vocibus, de quibus in præſentiarum diſputaturi ſumus. Fallunt, inquam, regulæ ſuperiores, & primo quidem diſtinctione: hoc eſt differentiæ cauſa: idque quoſdam putaſſe deberi fieri, Quintilianus refert. Cæterum iam ſcio (inquit) eruditos quoſdam, & nonnullos etiam grammaticos ſic docere, ac loqui: vt propter quædam vocum diſcrimina verbum interim acuto ſono finiant, vt in illis: Quæ circum littora circum piſcoſos ſcopulos: ne ſi grauem poſuerint ſecundam, circus dici videatur, non circuitus. Quod nullo modo poſſe dici Quintilianus ſtatim oſtendit dicens: Mihi videtur conditionem mutare, quod in his locis verba coniungimus. Nam cum dico circum littora, tanquam vnum dico diſſimulata diſtinctione. itaque tanquam in vna voce vna eſt acuta, quod idem accidit in illo: Troiæ qui primus ab oris. Hæc Quintilianus. & ſubdit: Separata vero hæc à præcepto noſtro non recedent, quod perinde eſt, ac ſi dicat: præpoſitiones ſuo caſui præpoſitas cum illo coaleſcere, communemque accentum habere, quandoquidem vna vox vtraque particula cenſetur: ita tamen vt præpoſitionis ſyllabæ omnes grauentur, & accentus accommodetur dictioni, cui prępoſitio illa deſeruit. Quod ſi præpoſitio ſeparetur, quod poteſt fieri, cũ contra naturã ſuã poſt ponitur, vt cũ Vergilius dixit: Tranſtra per & remos. & alio in loco: Errabant acti fatis maria omnia circum. aut per ſe præpoſitio ſine ſuo caſu profertur. vt cum dico, circum præpoſitio iungitur accuſatiuo, palam vero ablatiuo: tunc Quintilianus dicit, ꝙ tales voces à præcepto ſuo non recedent, hoc eſt, ꝙ ſequuntur regulas accentus latini perinde, ac ſi eſſent per ſe dictiones. Quod vero Quintilianus ait, diſtinctionem illam ſiue differentiæ cauſam in aduerbijs tantum vindicaſſe quoſdam: id ſibi non placere oſtendit, cum regulas proponens nihil excipit. Sed neque legi quemquam, cuius autoritas admitti debeat, qui hoc ſcripſerit: neque audiui quemquam virum doctum, qui huiuſmodi loquendi ratione ſit vſus. Quod ſi quis mihi Priſcianum obiecerit, qui nonnihil huic præceptioni obſtat: vt me aliquando tantis quæſtionibus explicem, principio non admittam libellum, qui ſub illius nomine inſcriptus de accentu vulgo circumfertur, idque doctiſſimorum conſenſu, atque compluribus argumentis facile comprobatur. Nam quæ de aduerbijs libro quinto decimo, atque de alijs partibus orationis alijs in locis ſcripſit, non ſunt multi facienda, cum habeam autores optimos, quorum teſtimonia poſſim illi opponere. Seruius in illud ex æneidis Vergiliane libro ſexto. Illius ergo venimus. Ergo (inquit) coniunctio fuit, ſed per accentus mutationem in aduerbium tranſit: & eſt ſola particula, quæ habet in fine accentum circumflexum. Quod ſi ſola, igitur alias aduerbium loci & temporis non circumflectitur, id quod Priſcianus putat. Idem quoque præcipit in compoſitis ab inde tertiam à fine debere acui, vt déinde. éxinde. próinde. périnde. & à quando. vt alíquando. néquando. ſíquando. Quam pungendi rationem Aldus Manutius ſequitur. De quo quid nos ſentiamus, poſtea dicemus. Idem adhuc Priſcianus aſſerit ab horſum compoſita. vt déxtrorſum. ſiníſtrorſum. déorſum. ſéorſum. & ab hac particula verſus, cum poſtpoſita componitur. vt Italíam verſus. Siciliam verſus. eandem quoque tertiam à fine acuere, non ob aliam rationem, niſi vt ſub vno accentu prolata demonſtrentur eſſe compoſita. Non tamen in eadem perſtat ſententia: ſed affert adhuc aliam cauſam minus aptam, quam ſibi magis placere dicit, particulas videlicet illas horſum & verſum habere vim quandam inclinandi ad ſe nomina ſupra poſita, quemadmodum & illa, q;. ne. ve; quas vocant inclinatiuas, ex eadem ratione: de quibus mox

Eandem compoſitionis cauſam eſſe dicunt, cur illa mutent accentum ex penultima in tertiam à fine déinceps. de répente. de impróuiſo. & 'a propter compoſita. Vt éapropter. quápropter. & 'a longe. vt délonge. álonge. & 'a circum. vt circúmcirca. ídcirco. & complura alia ad hunc modum. vt dúntaxat. exáduerſum: quæ omnia & Quintilianus, & doctorum vſus excludit. Aiunt præterea differentiæ cauſa accentu acuto in vltima proferenda eſſe illa profectó. porró, immó, ne videantur coincidere cum datiuis quorundam nominum. Cur non & aduerbia illa, quæ ipſa datiui terminatione ſimilia ſunt quibuſdam nominibus adiectiuis. vt falſó. certó. manifeſtó. conſultó. crebró. auſpicató. augurató. ſeduló. precarió. meritó. raró. modó. citó? Ad quod iſti reſpondent: id non debere fieri niſi in illis tantum, vbi autores differentiam facere voluerunt. Sed qui tandem obſecro ſunt iſti autores? vbi latent? vnde ſunt petendi? Nonne commodius multoque ſimplicius eſt Quintiliani præceptum, qui nihil tale nos curare præcipit, ſed tantum vt accentus latini regulas teneamus? Quod ſi (vt ille ait) conſuetudo vicerit, vetus lex ſermonis abolebitur, totumque hoc negotium, quod grammaticén appellamus, nomen eſt inane. Sit apud græcos accentus ratio difficilior, ſit apud nos quam breuiſſima: habeant accentus magis varios, quia plures habent dialectos, hoc eſt, loquendi genera, ſit nobis vnum atque ſimplex dicendi genus: ſint illis quantumcunque volent accentus ſuaues, atque ipſa varietate dulces, dum nobis relinquant grauitatem atque conſtantiam, qui Muſas colimus ſeueriores. Maneat igitur nobis in hac parte fixum indubitatumque præceptum, ſiue fiat compoſitio ex diuerſis particulis, ſiue inuicem apponantur, ſemper obſeruandos eſſe tenores præpoſitis de latino ſermone regulis, hoc eſt, nunquam in fine acuendam, aut circumflectendam eſſe ſyllabam, niſi in ijs, quæ ſunt ſyllabæ vnius. Neque dicendum cum imperita multitudine plané. ſané. vná. poné. fermé. ergó. aliás, vltima acuta, aut circumflexa, ſed econtrario priori acuta aut circumflexa, ſequenti vero deiecta. Quod ſi penultima per naturam fuerit longa, in eadem accentum debere collocari. Neque cum vulgo proferas prima acuta ádprime ſiue ápprime: ſed media adprime ſiue apprime, quia eadem eſt longa. Non enímuero ſiue átuero antepenultima acuta, ſed penultima enimuéro, atuéro. Quod ſi fuerit breuis, in tertiam á fine eſſe transferendum, ſi dictio ſit compoſita: vt in illis ádmodum. quemádmodum. propémodum. póſtmodum. póſtmodo. quodámmodo. huiúſmodi. iſtiúſmodi. Si vero in compoſitione non coaleſcant, ſuo queque accentu erunt proferenda: vt ſi tribus particulis ſolutis dico quem ad modum. Idem quoque dicendum de illis multómagis, ſiue múlto mágis. quantómagis, ſiue qánto magis, multóminus, ſiue múlto mínus. paulóminus, ſiue paulo mínus. nihilómagis, ſiue níhilo mágis. nihilóminus, ſiue níhilo mínus. Alióqui ſi componatur, accentu in penultima: ſi vero non componatur, ſua queque particula ſuum accentum habebit. Ex hac ratione tenus præpoſitio (cum poſtponatur ſemper contra naturam præpoſitionis) ſi componitur, remittit accentum ad ſyllabam præcedentem. vt háctenus quátenus. Si vero non componitur: ſuum per ſe accentum retinebit. vt crurum ténus. capulo ténus. pube ténus. Illa tamen quæ corrupta in compoſitionem veniunt, ſiue ita coeunt, vt non poſſint ſeparari: ſi penultimam habent breuem, regulam accentus generalem ſequuntur. vt alíubi. ſícubi. ínibi. idéntidem. índidem. intereá loci. óbiter, & huiuſmodi. Secundo inquam, accentus latini regula fallit in dictionibus abſciſſis, quia in eadem ſyllaba retinent accentum, in qua fuerat ante abſciſſionem. quemadmodum in nominibus proprijs ſecundæ declinationis in .ius. ſyllabas deſinentibus, quæ .us. mutata in .e. apud antiquiſſimos formabant vocandi caſum, hic Vergilius ô Vergilie. hic Ouidius ô Ouidie. hic Mercurius ô Mercurie antepenultima acuta, propterea quod penultima breuis eſt. Deinde .us finali abſciſſa ſequens, atque proinde ſæculum eruditius protulit ô Vergíli. ô Ouídi. Mercúri, accentu acuto in eadem ſyllaba, hoc eſt, in penultima, quamquam ſit breuis, quod eſt contra latini ſermonis regulam. Quis hoc dicit? Priſcianus, opinor, in ſecundo de octo partibus orationis volumine: cum de vocatiuo ſingulari declinationis ſecundæ agit. Atqui P. Nigidius Figulus apud Gellium in libro noctium atticarum duodecimo aliter ſentit: reijciendum eſſe videlicet in tertiam à fine, quoniam penultima ſit breuis. Nigidij verba referente Gellio ex grammaticorum commentariorum libro quarto & viceſimo, ſunt huiuſmodi. Voculatio (inquit) qui poterit ſeruari, ſi non ſcimus in nominibus vt Valeri vtrum interrogandi an vocandi ſint caſus? Nam interrogandi ſecunda ſyllaba ſuperiori tono eſt, quam prima, deinde nouiſſima deijcitur. At in caſu vocandi ſuperiori tono eſt prima deinde gradatim deſcenditur. Sic quidẽ Nigidius præcipit. Sed ſi quis nũc (inquit) Valeriũ appellans in caſu vocãdi (ſecundum preceptum Nigidij) acuerit primã, nõ multũ abierit, quin rideatur. Hęc Gellius. Voculationẽ appellat Nigidius, quẽ nos accentum. Caſum interrogandi, quem nos genitiuum, quia per illum interogamus, cuius eſt aliqua res. Caſum vocãdi, quem nos vocatiuum. Sed cur in vocatiuo Nigidius acuit tertiã 'a fine, & in genitiuo penultimã? illa nimirũ ratio eſt, quod vocatiuus .i. ſimplici, genitiuus .ij. duplici ſcribitur, quę prolatę coaleſcunt in ſyneręſim: retinẽt



tamen propemodum vtri ſuam. Sed dic mihi rogo te, vtri magis credẽdum eſſe cenſes Priſciano homini nouitio, atque omnium reprehenſioni obnoxio: an Nigidio omnium iudicio viro eruditiſſimo? Nemo eſt hodie vel mediocriter in re literaria doctus, qui non in Priſciano aliquid deſideret, aliquid detrahat, aliquid ſcriptum negligentius exiſtimet. Idque iam vulgo perſuaſum eſt, vt illius autoritas non admittatur: niſi in ijs tantum, quæ aliorum teſtimonio comprobantur, aut quæ aliorum ſententiæ duntaxat non aduerſentur. At de Nigidio Figulo audi qđ Gelliꝰ in libri vndeviceſimi calce ſcribat: Aetas (inquit) Marci Ciceronis, & C. Cæſaris præſtantes facundia viros paucos habuit: doctrinarum autem multiformium variarumque artium, quibus humanitas erudita eſt, culmina habuit Marcum Varronem, & Publium Nigidium. & quæ ſequuntur. Sed obijciet mihi quiſpiam rurſus, cur igitur contra Nigidium præceptionem dediſti, quod abſciſſione accentus latini regula fallit? Nimirum, quia illud vulgo proponebatur: ſed quid ego de ea re ſentirem, in commentationibus, in quibus cum eruditioribus loquor, manifeſte oſtendi. Quãquã Publius Nigidius (inquam) vir ſui ſæculi, præter vnum Ciceronem omnium eruditiſſimus, putauerit in caſu vocandi huius nominis Valerius primam accentu acuto eſſe proferendam. Quod, & ſi Gellius ſcribit non defuiſſe qui irriderent, ego tantum Nigidio tribuo, vt cum eo libentius velim errare, quã cum omnibus neotericis literatoribus verum dicere. Scribit præterea Priſcianus libro quinto, ꝙ nomina in .as. deſinentia (ſi ſunt latina & patria) debent in fine circunflecti. vt arpinás. ſuffenás. capenás. aſſeritq; ciꝰ rei cauſam, quia per ſyncopam proferuntur: antiquiſſimi enim hic & hæc arpinatis, & hoc arpinate proferebant. Idem quoque de pronominibus illis noſtrás & veſtrás vult intelligi. Quintilianus certe nihil tale præcipit, neq; (quod ego legerim) quiſquã hoc ſcripſit, cuius modo autoritas ſit recipienda. Nam quod Probus grammaticus in illud Vergil'. ex tertio æneid. humo fumat neptunia troia. ſcribit exponendum eſſe fumat pro fumauit, atque idcirco fumat vltimam debere circumflectere. merito 'a Seruio in eodem loco exploditur, neque vllo modo eſt admittendum. Sed neque illa, quæ ſunt 'a dico dicis, duco ducis, & facio facis compoſita, quæ abijciunt .e. literam finalem in ſecunda perſona ſingularis præſentis imperatiui modi, alio modo ſunt proferenda, quã ſecundum regulas accentus latini. Sicut neque aduerbia illa iſthuc, illuc, iſthic, illic, & ſimilia. Neq; obſtat, ꝙ ſunt abſciſſa ab eo, quod eſt iſthuce, illuce. Iam dónec, ſiue ex eo quod eſt abſciſſum ab eo, quod donicum, ſiue ex regula de accentu latino tradita primam circumflectit. Tertio inquam accentus latini regula fallit attractione, ſiue inclinatione ex natura (vt aiunt) quarundam particularũ, quas dicunt habere vim attrahendi, ſiue inclinandi ad ſe vltimam ſyllabam dictionis præcedentis. Græci tamen aliter dicunt appellari apud ſe quaſdam particulas incliticas, hoc eſt, inclinatiuas, non quod ad ſe inclinent vltimas dictionum præcedentium ſyllabas, ſed ꝙ ad illas ſuos accentus remittant. Sed ſiue hoc, ſiue illud ſit, quod ad rationem prolationis attinet, nihil refert. Sed habeant Græci huiuſmodi particulas inclinatiuas, quibus eſt conſuetum acuere vltimas dictionum ſyllabas, idque apud illos habere neſcio quam ſuauitatem Quintilianus dicebat. Latini ſermonis conſuetudo huiuſmodi accentus quaſi peregrinos penitus reformidat. Quis igitur præceptum illud primus induxit? aut vnde factum eſt, quod tam pertinaciter in doctorum animis inſederit, vt nihil ſit quod maiori contentione defendant? Quibus aſtipulantur non infimæ conditionis homines: ſed maximi in re literaria viri. Atque in primis Aldus Manutius, qui nunquã aliter pungit libros, quos per totum orbem terræ diſpergit. Sed quid ſi Quintilianus nihil tale præcipit? Quid ſi nemo eſt hodie, qui virum doctum ita loquentem audierit? neque (vt opinor) Aldus ipſe ſic vnquã eſt loquutus. Igitur Aldus, quiſpiam dicet, aliud facit, aliud præcipit. Sic eſt profecto, plenaque huiuſmodi erroribus eſt vita. Sed in hoc peculiare quiddam accidit, vt contra falſum præceptum recte homines loquantur eruditi: alijs in rebus ediuerſo bene præcipiant, & agant male. Sed eſto, ſyllaba inclinatiuæ particulę incumbẽs acuenda ſit, id quod eſt in noſtris præceptionibus traditum, num ita debet acui, vt iſti faciunt? hoc eſt excitato ac vehementi quodam ſono? Cur igitur dediſti nobis præceptum, quod erat dediſcendum? Nimirum, quia illic cum vulgo, hoc eſt cum pueris rudibus, cũ præceptoribus parum eruditis, cum ſacrificulis & æditiuis res agebatur. Quod genus hominum nihil probat, niſi quod didicit, atque plerumque nouitatibus offenditur. Quos cum recta non poſſemus adoriri: dolis fuerunt circunueniendi. Diximus namque huiuſmodi ſyllabas non incitato illo accentu eſſe proferendas, quem latinus ſermo recuſat: ſed clæmentiori, & qualis eſt fere, quem ipſi moderatum appellabant. Idque teſtati ſumus in commentationibus noſtris, in quibus non tam diſcipulos, quam præceptores artis literariæ inſtituimus. Sed de his hactenus: nunc ad reliqua pergamus.

¶ Diximus accentus latini regulam quarto deficere interrogatione, quoniam vltimas clauſularum ſyllabas interrogando ſuſpendimus. Quod nimium eccleſiaſtici faciunt, cum pſalmos, prophetias, epiſtolas, euangelia, & doctorum expoſitiones populo audiente pronuntiant, vel potius ſuboſcure cantant: atque vno prop'e ductu ſyllabas omnes efferunt, niſi quatenus diſtinctionis gratia quaſdam ſeſquitono, quaſdam diapente, hoc eſt tribus tonis cum dimidio, ſubmittunt. At cum eſt interrogandum, quartam à fine deijciunt ſemitono, tertiam ſeſquitono, deinde penultimam tono, atque vltimam rurſus attollunt ſeſqui-

ſono, vt ſit vltima ſyllaba par quintæ pręcedenti. Quam monotoniam, id eſt eiuſdem toni, ſimilitudinẽ fugiendã eſſe in pronũtiatione Quintilianus præcipit. Neque enim omnia ſubmiſſo, neqꝫ omnia elato, neqꝫ oĩa medio quodam ſono, atque ſub vno denique aſpectu ſunt proferenda: ſed faciendi ſunt quidam dictionum ſyllabarumqꝫ flexus: prout verborum, aut ſententiarum, aut ad ſequentia tranſitus ratio exegerit. Aliter namque cęſum claudimus recitando Iuuenalis illud.

> Semper ego auditor tantum, nunqꝫ ne reponam
> Vexatus toties rauci theſeide Codri? Alter illud eiuſdem.
> Nonnę libet medio ceras implere capaces Quadriuio.

¶ Illic namque acuimus finem, at hic grauamus. Itaqꝫ nulla de ĳs certa regula tradi magis poteſt: quam de interiectionibus, quas omnes ſcribunt pro mentis noſtrę affectu, aut pro arbitrio eſſe proferendas. Audiui ego nuper Bernardum Gentilem Siculum ordinis pręedicatorum fratrem: qui carmina ſua quædam mihi recitans accentu acuto omnes clauſulas non ſine decore ac venuſtate finiebat. Deficiunt præterea latini accentus regulæ idiomate, hoc eſt, cum dictiones peregrinę ſermoni latino miſcentur, de quo in calce introductionum latinarum diximus.

> Hebreę voces plęrũque in fine acuuntur:
> Non tamen & ſemper, quia ſępe in fine grauantur.
> Id quod Alexander (deceptus forte) putauit.
> Si caſus gręcos vſurpet ſermo latinus:
> Accentu gręco talis vox eſt referenda.
> Gręca ſit at ſi vox, ſed declinata latine,
> Accentus noſter caſus moderabitur illos.

¶ Nam (quemadmodum in tertia repetitione diximus, de accentu latinarum dictionum) multa à multis prodita ſunt, at de Hebraicis & Gręcis cum in ſermonem latinum non mutata literatura transferuntur, quo eſſent accentu proferendę, neminem adhuc certi quicquã prodidiſſe. Quo in loco, & ſi nõnihil de accentu græco attingimus, atque illa eadem ex parte coniecimus in quoddam opus, quod cum eiſdem introductionibus vulgo circunfertur, non tñ pigebit me nunc ea ipſa repetens iterum iterumque monere. Neque enim fortaſſe ad rem tam inſuetã, atqꝫ proinde à pleriſque ignoratam vna via peruenire poteſt. Sed antea quã ad gręcarum dictionum accentus veniamus, reddendum hoc in loco eſt, quod de ſynepia ſumus polliciti, nos eſſe dicturos, quod cum dictio hebraica ſiue gręca finitur in ſyllaba acuta, ſequiturque ante cęſum ſiue clauſulam aliqua verborum ſeries, diſſimulatur accentus ille acutus, & pro illo ponitur grauis, vt quod in genealogia ſaluatoris noſtri legimus apud Matthęum: Liber generationis Ieſu Chriſti filĳ Dauid, filĳ Abraán. Abraàm autem genuit Iſaac. in priori loco Abraám accentu acuto in fine profertur, quia cęſum finitur. In ſequenti grauis ponitur pro accuto, quia ſequitur genuit Iſaac. idem eſt dicendum de clauſulis ſequentibus. Igitur hebraicis vocibus in aliud tempus reiectis, de gręcarum dictionum accentu, quę ſermoni latino intermiſceri conſueuerunt, pauca impræſentiarum perſtringemus. Hæ omnes cum apud illos in quinque declinationes diſtribuãtur. à nobis in tres dumtaxat priores reducuntur. Nam per quartam & quintam nullum eſt græcum nomen quod inflectatur, ſed neque latinum, quod quidem ſit proprium. Nomina quoque in quibus declinatio græca cum ſuo accentu ab autoribus vſurpatur, maiori ex parte propria ſunt virorum, aut fœminarum, ſiue locorum. Quæ (quoniam in alteram linguam non debent transferri) non ſine cauſa interpretes cum ſua literatura plerumque reliquerunt. Id quod eſt à ſeptuaginta obſeruatum, qui ex hebræo in gręcum ſermonẽ transferẽtes raro ex proprĳs nominibus quicquam immutarunt. Poſteriores audacius ex Adam adamus. ex Abraam abraámus. ex iacob iacóbus. ex Ioſeph ioſéphus: atque ad hunc modum alia complura interpretantes. Pari quoque modo latini ex græco nomina propria vertentes cum ſua literatura plerumquæ reliquerunt, nonnunquam illis declinationem ſuam cum reliquis accidentibus accommodarunt. Hinc Quintilianus de grammatica diſſerens. Recentiores (inquit) inſtituerunt gręcis nominibus gręcas potius declinationes dare, quod tñ ipſum non ſemper fieri poteſt. & ſubdit. Mihi autem placet latinam rationem ſequi, quouſqꝫ patitur decor. Neque enim Calypſonem dixerim, vt Iunonem: quãq̃ ſequutus antiquos Cæſar vtitur hac ratione declinãdi. Sed autoritatem (inquit) conſuetudo ſuperauit. Phocas præterea vbi de græca declinatione errant (inquit) qui didónis aut mantónis dicunt genitiuum, & vocum aſperitas, & veterum autoritas eiuſmodi declinationem repudiauit. Quod ſi græcorum nominum græcam declinationem admittimus, & accentus quoque græcos cum illis recipiamus, neceſſe eſt, id quod omnes ad vnum tam antiqui quam recentiores grammatici confitentur. Nominum itaque græcorum, aut eorum quæ per græcam declinationem inflexa latino ſermoni miſcentur, nominatiui terminationes partim ſunt mere græce, partim mere latinæ, partim græcis atque latinis communes. Mere græcas voco illas, quæ non admittunt caſus latinos, mere latinas, quæ non admittunt caſus græcos, communes: quæ ſub eadem gręca terminatione poſſunt græce ſimul & latine declinari. Poteſt tamen fieri: vt in quibuſdam magis ſint in vſu caſus græci quam latini: atqꝫ é diuerſo in quibuſdam magis latini quam græci. Mere gręcæ terminationes ſunt illæ, quas grammatici declinationi latinæ non interpoſuerunt. Hæ ſunt in.a.longã, quæ ad primam declinationem referuntur. vt nemeá.as. In.e.longam, quæ



ad eandem primam. vt heléne.es. In.o.longam, quæ ad tertiam. vt ſaphó ſaphóos, & per ſynęreſin ſaphûs. In.os. & in.on. breues, quæ ad ſecundam. vt ílios vel ílion íliu. Mere latinæ ſunt, quæ græcos caſus non admittunt, queãdmodũ oẽs, q̃ ex terminatione græca in latinã literis immutatis ſunt tranſlatæ. vt ab heléne .es. hélena.æ. ab atr'ides.u atrída.æ. Communes ſunt aliæ omnes, quæ ſub eadem terminatione græce & latine poſſunt declinari: niſi quod (vt paulo ante diximus) latini alĳs caſibus magis quã alĳs vtuntur: puta in tertia declinatione accuſatiuis vtriuſque numeri potius quam genitiuis. & genitiuis quã datiuis. In ſecunda quoque accuſatiuo & vocatiuo frequentius quã genitiuo, & genitiuo quã datiuo. Ablatiuus tamen, quo gręci carent, ſemper erit latinus, ac proinde accentu ac declinatione latina moderandus: præſertim ſi cum latina terminatione coinciderit. Nam in mere græca declinatione ablatiuus datiuo potius aſſimilabitur. Sed antea quã de ſingulis dicam, explodenda mihi eſt hoc in loco Aldi Manutĳ ratio, qua ex Quintiliani præcepto vtitur in accentibus per apices deſignandis. Nam in terminationibus illis, quæ ſunt græcis atque latinis communes, ego non video, cur græcos potius quã latinos ſequatur. Niſi fortaſſe, quia magis fauet græcę, quàm latinę lectioni: ſiue, vt nos homines latinos contemnat, græcis ſe vocibus iactat. Quod ſi iam terminationes illæ ſunt latinitate donatę, atque omnium conſenſu inter latinas receptę numerantur: quę tandem cacozelia eſt, alinis quã patrĳs vti malle? Igitur quemadmodum ego illi facile aſſentior in mere græca declinatione, ita in communi penitus diſſentio. Itaque ob hanc cauſam inter accentus gręci regulas propoſita eſt à nobis vigeſima his verbis. Nominatiuus atqꝫ proinde vocatiuus ſingularis terminationem habens communem gręcis & latinis, tametſi accentu græco & latino proferri poteſt, mixtus tamen ſermoni latino ſecundum regulas accentus latini proferendus eſt. In ſermone vero gręco accentus gręci regulas ſequatur, oportet. Eſto exempli cauſa hoc nomen átreus, quod tam à gręcis q̃ à latinis ꝑ eus diphthõgon profertur: quã terminationem latini ſuam fecere, atque accentu acuto in prima protulerunt. Atqui Aldus mauult accentu acuto in vltima notare, quemadmodum & omnia alia nomina ſimiliter cadentia, puta penthéus. theſéus. prometheús. Alia regula eſt, quod nomina maſculina, aut fœminina, aut duorum generum communia quintæ declinationis, quæ ad tertiam noſtram referuntur, mittuntque nominatiuum & vocatiuum pluirales in.es. communem græcis atque latinis, terminationem genitiui ſingularis vtriuſque linguæ rationem ſequuntur: illa modo differentia eſt, quod græci breuiant, latini vero producunt terminationem illam, vt quoniam apud græcos nomina terminata in.as. recipientia.d. in genitiuo acuunt vltimam, penultima quoque genitiui acuitur, atque ex conſequenti aliorum caſuum ex regula inferius tradenda. Eſto exempli cauſa arcás arcádos. arcádi. arcáda. ó arcás. In plurali quoque arcádes. Apud latinos tamen quia huiuſmodi nomina in obliquis breuiant penultimam, accentus transfertur in tertiam à fine. vt árcas. árcadis. árcadi. árcadem. ó árcas. Plurali nominatiuo & vocatiuo árcades. Cum itaque Vergilius in buc. dicit ambo florentes ętatibus, arcádes ambo. atque ibidem. arcádes inuidia rumpantur, vt ilia codro. quia vtrobique.es. breuiatur, conſtat declinationem eſſe gręcam, & conſequenter penultimam debere acui, tametſi penultima ſit breuis. Accuſatiui tamen pluralis inter gręcos & latinos manifeſta eſt differentia ex terminatione, quod illi in.as. breuem, nos vero in.es. longam terminamus, quare illi arcádas penultima acuta, nos árcades antepenultima proferemus: atque pari modo de reliquis huiuſmodi. Nunc ad ſingulas quinque declinationum græcarum, & trium latinarum terminationes accedamus. Sed, quid ſibi velit Quintilianus cum de accentu ſcribens, ait ſe iuuene doctiſſimos quoſdam ſenes proferre ſolitos átreus, & nomina huiuſmodi prima acuta, vt neceſſario ſecunda eſſet grauis, mihi non liquet. Nam ſi terminationem illam in .eus. diphthongon ex ſermone gręco in latinam declinationem admittit, recte proferebant ſenes illi: ſi non admittit, perperam. Atqui omnes grammatici illam admittunt, atque inter ſecundę declinationis terminationes connumerant. Sed antea quã ad ſingula deſcendam, repetendę ſunt adhuc ex eodem loco regulę duę. Prima, qꝫ vltima dictionis ſyllaba exiſtente longa non poteſt accentus in tertia á fine collocari, ſed in penultima, aut in vltima. Altera quod in eadem ſyllaba collocatur accentus in obliquis, in qua fuerat in recto. Quæ regula tribus in locis deficit, primo ſi in recto accentus ſit in antepenultima, in obliquis vero vltima ſit longa. tunc enim ex regula ſuperiori transfertur accentus in penultimam. vt apóſtolos. apoſtólu. apoſtólo. ap'oſtolõ. ó apoſtole vel apóſtolos. In nominatiuo, accuſatiuo, & vocatiuo antepenultima acuitur: in genitiuo & datiuo, quia alter diphthongo, alter o mega terminatur, in penultimam transfertur. Deficit quoque hæc regula in nominibus, q̃ ad tertiam noſtram declinationem referuntur, quæ propterea quod creſcunt vna ſyllaba in obliquis, ſi accentus in recto eſt in antepenultima, neceſſe eſt in obliquis in ſequentem transferatur: quoniam accentus in quarta à fine collocari non poteſt. vt ǽnigma, habet in prima accentum. ænígmatos in ſecunda. Tertio deficit hæc regula in dictionibus monoſyllabis, quę ad tertiam declinationem noſtram referuntur, quorum genitiuus in .os. acuitur, transferturque accentus à prima in vltimam. vt pán panós. crés cretós. accuſatiuus qui frequenter vſurpatur, nominatiui accentum ſequitur. vt pána. créta. ¶ Primę igitur latinę declinatiõis vna dũtaxat eſt terminatio in.a. breui, recipit tamen & quatuor gręcas in.a. longam. in.a. breuem. in .as. & in.es. lon-

gas, quibus oẽs ſuos caſus communicat: recipit (inquam) ex prima declinatione græca duas in .as. & in .es. vt Aeneas. Anchiſes. Quarum genitiuus exit in .æ. diphthongon, cui ſimilis eſt datiuus. Accuſatiuus in .am. Vocatiuus in .a. breuem. Ablatiuus in .a. longam. Sunt qui hos caſus non a græca terminatione in .as. aut in .es. ſed à terminatione latina in .a. breui deducant. & illud quod Horatius in ſecundo ſermo. ſcribit: Ne quis humaſſe velit Aiacem atrida vetas cur. & illud Ouidij ex quinto metamorpho. Te tamen o parui rector Polydecta Seriphi. Illud præterea Senecæ in Agamẽnone. Aggrediar & te oreſta furabor libens. Illud quoque Martialis: Tereos aut cœnam crude thyeſta tuam. non ab eo quod eſt atrides. polydectes. oreſtes. thyeſtes: ſed ab eo potius quod atrida. polydecta. oreſta. thyeſta eſſe deducta. Sed cur magis has duas latini non recipiunt, quam alias, de quibus paulo poſt dicturi ſumus, non video. Sed quod ad rem attinet: plerique latinorum falluntur, cum audiunt græcos putantes quod illorum verba ita ſunt enuncianda, quemadmodum ab illis proferuntur. Nam cum apud eos vltima exiſtente longa accentus non poſſit in tertia à fine collocari, ſed aut in eadem vltima, aut penultima, ſiue illa ſit breuis, ſiue illa ſit longa, cumque nomina in .as. & in .es. deſinentia producantur in hac declinatione, neceſſe eſt vt penultima, etiam ſi breuis ſit, acuatur. Quare illi ex ſua regula dicunt andréas. pythagóras. priamídes. panthoídes. Nos vero quia penultima eſt breuis, translato accentu in tertiam à fine dicimus, ándreas. pythágoras. priámides. panthóides. Itaque apud Horatium in ſecundo ſermo. quia ex declinatione græca legimus pythagóran per .n. in fine, penultimam accentu acuto proferemus. Qualia (inquit) vincunt pythagóran antiquę reum, doctumque plátona. Apud Vergilium quoque in tertio æneid. Ex eadem ratione priamidem hélenum graias regnare per vrbes. & apud Horatium in primo carmi. tartara panthoídem iterum orco. In vocatiuo quoque apud eundem in tertio ſermo. O laertiade quidquid dicam, aut erit, aut non. Pari quoque ſunt in errore, qui obliquos, nam de rectis nolo nunc digladiari, horum nominum Eſaíæ. Ieremíæ. Zacharíæ. & ſimiliter deſinentium proferunt in penultima accentu acuto, cum ſint omnino caſus latini, habeantque penultimam breuem. Eadem præterea ratio neſtros in errorem induxit, vt nomina græca ſecundæ illorum declinationis in .a. longam deſinentia, penultimamque breuiantia, quæ cum apud illos eandem penultimam ſiue vltimam acuant, ipſi quoque mutata etiam declinatione, quemadmodum illi proferunt, cum deberent ex accentus latini regula tertiam à fine acuere, & pro eo quod illi dicunt ſophía. philoſophía. theología. aſtrología. neutra penultima acuta. ipſi proferre deberent, ſóphia. philoſóphia. theológia. aſtrológia. neméa. accentu in tertia à fine ex ratione declinationis latinę: quæ vltimam ex longa in .a. breuem commutauit. Quod ſi longa vſpiam reperiatur, intelligimus declinationem eſſe græcam; atque proinde accentu græco proferendam. Quemadmodum apud Papinium in quinto thebaid. Et facilis neméa latas euoluere vires. Quem locum Priſcianus libro ſeptimo citans, neméa (inquit) quia ſeruauit .a. productam accentum in penultima retinet acutum. Non deerunt fortaſſe, qui dicant in Pampinio legendum eſſe pro nemea nemée: aut per cęſuram poni breuem pro longa, vt accentu latino proferatur némea prima acuta. Sed nihilominus regula vtriuſque linguæ in vigore ſuo perſtat. Iam vero quis etiam ex doctiſſimis quibuſque non peccat in proferendis nominibus in .e. longam deſinentibus, quæ omnia ex more græca declinatione inflectuntur, in illis præſertim quæ habent penultimam breuem? Nam cum deberent illam enunciare accentu græco, ipſi latino proferunt. vt penelope pro penelópe. callíope pro calliópe. hélene pro heléne. erigone pro erigóne. dánae pro danáe. eurydice pro eurydíce: & fere ad hunc modum nomina propria fœminarum præter admodum pauca. vt agaué. canaché: acuentia vltimam. Nomina quoque regionum, vrbium & inſularum. vt líbye pro libýe. áſine pro aſíne. íthace pro itháce. mélite pro melíte. & nomina poſſeſſiua in .ce. deſinentia, quæ acuunt vltimam. vt grammátice pro grammaticé. dialéctice pro dialecticé. múſice pro muſicé. éthice pro ethicé. A recto etiam in .a. breui terminato, cuius penultima producitur, acuiturque antepenultima, accentus vſurpatur, vt apud Papinium libro ſeptimo theba. Namque ferunt raptam patrijs ǽginam ab vndis. pro quo inerudíti dicunt æginam penultima acuta ſiue circumflexa, quoniam eſt per naturam longa.

¶ Secunda declinatio literas quinque habet proprias terminationes in .er. ir. ur. um. us. Recipit quoque vnam græcis atque latinis communem in .eus. diphthongon. Cuius nominatiuus (quemadmodum paulo ante diximus) in ſermone latino latinus potius q̃ gręꝯ cẽſeri debet, atq; idcirco pferẽdus eſt accẽtu latino, hoc eſt penultima acuta, cũ apd̃ illos acuat. Ex hac terminatiõe latini omnes caſus atque proinde accentus gręcos vſurpant. vt téreus, pro eo quod illi dicũt teréus. In genitiuo teréos penultima acuta vel terêi p ſynęreſin: nã terei p .ei. ſolutas latinus eſt. Martia. Flet Philomena nefas inceſti teréos & q. In dtõ terî per ſynæreſin quoq; ſicut orphêi. Verg. in buc. Orphêi calliopea lino formoſus apollo. Nam orpheo & tereo latini eſſet caſus. In actõ teréa & orphéa penultima acuta. Iuuena. Alcinoen bacchi thebas & teréa fauſti.



Idem in eodem opere. Orphéaque in medio poſuit, ſyluaſque ſequentes. Têreum namq; & órpheum caſus latini ſunt. Vocatiuus ferè ſemper vſurpatur à latinis: circunflectitque vltimam: vt o terêu. o orphêu. Ouidius libro. vi. metamorpho. vt voluere ambo voluiſti tu quoque Terêu. Vergilius. iiij. Georgico. Illa quis & me (inquit) miſerã, & te perdidit Orphêu. atque ad hunc modum reliqua in .eus. diphthongon deſinentia, quæ ſunt ꝑpè innumera. vt tydéus tydéos. tydéa. tydêu. peléus. peléos. peléa. pelêu. theſéus. theſéos. theſéa. theſêu. achoréus. achoréos. achoréa. achorêu. penthéus. penthéos. penthéa. penthêu. prométheus. promethéos. prométhéa. promethêu. Recipit etiam duas in .os. & in .on. longas, quas illi per tertiam Atticorum declinationem inflectunt. vt andrógeos. andrógeo. andrógeo. andrógeon. ó andrógeos. áthos. átho. átho. áthon. ó áthos. Hæc declinatio cum ſuo accentu à latinis nonnunquã vſurpatur. Vergilius ſecundo æneid. Andrógeos offert nobis ſocia agmina credens. Idem libro ſexto. In foribus lœtum andrógeo: tum pendere pœnas. nam andrógeo genitiuus eſt græcus Atticus. Iuuenalis. Creditur olim velificatus áthos, & quicquid græcia mendax. Et Vergilius primo Georgico. Aut átho, aut rhodópen. Hanc quoque declinationem interpres vſurpauit in epiſtola ad Corinthios prima. Ego quidem ſum Pauli, ego autem Apollo, qui genitiuus eſt græcus, ab eo quod eſt ápollos. Idem in eadem. De Apollo autem fratre notum vobis facio. qui ablatiuus datiuo Attico ſimilis eſt. Idem in epiſtola ad Titum. Apollo (inquit) ſolicite permitte, qui accuſatiuus quoque Atticus eſt, habetque accentum in tertia à fine: tametſi penultima ſit longa, quod eſt declinationis Atticę proprium. De altera terminatione in .on. longam: non ſuccurrit exemplum, quod vſurpetur à latinis. Recidit præterea & duas alteras terminationes in .os. & in .on breues, quæ per quartam declinationem græcorum inflectuntur, vt ilios vel ilion. nam in vtraque terminatione reperitur. & ab eo quod eſt ilion. Vergilius tertio æneid. dixit. Cecidit quę ſuperbum ilion: & omnis humo fumat neptunia troia. Ex hac terminatione maxime in .os. latini frequenter caſus rectos, atque ex obliquis accuſatiuos vſurpant cum ſuis accentibus, qui ſunt apud illos tam varij, vt à nobis de illis nihil certi tradi poſſit. Nam & penultima etiam per naturam longa exiſtente reijciunt accentum in tertiam à fine, quemadmodum in ijs, quæ ſequuntur. Áglauros. Ácaſtos. Cáyſtros. Céphiſos. Cýmolos. Cypáriſſos. Córinthos. Éraſmos. Épiros. Erímanthos. Éuandros. Helléſpontos. Hermaphróditos. Hyácinthos. Hyménæos. Íacchos. Léarchos. Léucippos. Mæándros. Nárciſſos. Ólympos. Péloros. Párnaſſos. Príapos. Polýphemos. Rhadámanthos. Týrannos. Ábydos. Zácynthos. Quæ omnia rationis huius ignari accentu in penultima proferunt, ex eo decepti quod ſit longa. Nam quis apud Vergilium in tertio æneid. non legit. Iam medio apparet fluctu nemoroſa zacýnthos. penultima acuta pro zácynthos eadem grauis apud Ouidium quoque in hero. & quos tulit alta zacýnthos, pro zácynthos, & apud Mart. Conſuluit nares an olerent æra corinthon pro córinthon. apud Hor. tñ quia declinatione latina vſus eſt, legimus, contingit adire corínthum penultima acuta. Ouidius in epiſtola Leandri. In ſpeculis omnis abydos erat. atque rurſus ad Leandrum hero. Si quis ábydo venerit, aut quæro ſi quis ábydon eat. ſed quia ablatiuus merè latinus eſt, accentu latino eſt proferendus abýdo. quemadmodum apud Vergiliũ primo geor. & oſtriferi fauces tentantur abýdi. Nam quod Lucanus in ſecundo dixit. ſeſtõque admouit abýdo, quãquã datiuus ille communis eſt græcis & latinis, nihilominus tamen ex ijs quæ dicta ſunt, accentu latino eſt proferendus. Atque è diuerſo complura ſunt penultimam habentia breuem: eandemque acuentia, vt a phago quod eſt comedo, & à phoreo, quod eſt phero, & à phone ſiue phonos, quod eſt cædes compoſita: cuiuſmodi ſunt. Pamphágos. Sarcophágos. Lotophágos. Doryphóros. Nicephóros. Carpophóros. Nebrophónos. Leontophónos. Myophónos, & ad hunc modum alia innumera, quæ ſub regula non cadunt. Ex ſermonis præterea gręci idiomate non pauciora ſunt acuentia vltimam. vt Iapetós. Oceanós. Sperchiós. Silenós. Rhodanós. Eridanós. Aeacós. & denominatiua exeuntia in .mos. vt Barbariſmós. Solœciſmós. Pleonaſmós. Iſthmós. & nomina poſſeſſiua deſinentia in .cos. vt grammaticós. dialecticós. rhetoricós. dicticós. hiſtoricós. & multa alia quæ numero comprehendere non eſt, quorum accentus cum terminatione in rectis & obliquis ab autoribus vſurpatur. ſed accuſatiui (vt paulo ante dixi) frequenter: alij caſus raro. vt apud coſmographos heſperúceras, id eſt, promontorium heſperi. & héliutrapeza, id eſt, ſolis menſa, & in plurali theonóchema, id eſt, deorum currus.

Tertia declinatio terminationes habet aliquanto plures quam græcorum quinta, quæ ad tertiam noſtram referuntur: de quibus per ordinem nunc eſt diſſerendum. Igitur in .a. deſinentia quæ communis eſt gręcorum & latinorum mittentia genitiuũ in .atos. tertiam à fine acuunt in obliquis. vt dógma dógmatos. ænigma ænigmatos. diádema diadématos. Latini ex hac terminatione genitiuum pluralem plerunque vſurpant, qui propterea quod in on. per .o. longum terminatur, quemadmodum & omnes alię partes orationis, quæ per caſus declinantur, acutum in penultimam attrahit. vt epigrámma epigrámmatos. & in plurali epigrámmata epigrammáton. Martialis in primo. toto notus orbe Martialis argutis epigrammáton libellis. & nomen illud Dei, quod eſt ineffabile, Tetragrammáton cognominatur, Clemens quoque à noſtris frequenter in libris periſtromáton citatur.

¶ In .i. latinum, ſiue .y. gręcum deſinentia, quę plerunque barbara ſunt, atque apud gręcos declinabilia; ſunt

mittentia genitiuum in.ios.vel.itos.vel.yos.accentum habent in prima ſyllaba.vt cómmi cómmios.ſtímmi ſtímmios.cíci cícios.álphi álphios.éri érios.tróphi tróphios.áſty áſtyos.nápy nápyos.méli mélitos.mólyly.mólyos. Cuius compoſita retrahunt accentum in tertiam a fine. vt hydrómeli. œnómeli. oxýmeli. Polyſyllaba quoque. vt cinnábari. píperi. ſinapi. quod nos latinum facientes in ſinâpis penultima circunflexa vertimus. Latini ex hac terminatione caſus tantum recto ſimiles vſurpant.

¶ In.ω.mega deſinentia,quę grecorum terminatio propria eſt generis fœminini, vltimam acuunt: mittuntque genitiuum in.oos.aut in.us. per ſynęreſin contractam accentu circunflexo.vt didó didóos,vel didûs.Didói,vel didói cótractam.Didóa,vel didó. ó didó, vel didói.& eodem modo, ſapphó ſapphóos,vel ſapphûs. mantó mantóos,vel mantûs. clió clióos,vel cliûs.erató eratóos, vel eratûs. echó echóos, vel echûs. calypſó vel calypſóos,vel calypſûs. ſpió ſpióos,vel ſpiûs. ió íoos,vel iûs. inó inóos, vel inûs.lampedó lampedóos,vel lampedûs. clothó clothóos, vel clothûs. Latini ex hac terminatione omnes ferè caſus ſynęrizatos cum ſuis accentibus vſurpant. Ouidius in primo de arte. Nec mihi ſunt viſę,clio cliuſq; ſorores. Idem in heroi. An niſi legiſſes autoris nomina ſaphûs.. Vergilius ſeptimo ęneid.Fatidicę mãtus:& tuſci filius amnis. Idem quoq; in quarto,accuſatiuum vſurpauit. Et nomine didó ſępe vocaturum. & in Priape.Atlantidemque calypſó. Hęc de gręcis nominibus in vocalibus terminatis,quę ad tertiam declinationem latinam referri poſſunt. Nunc de ijs,quę deſinunt in conſonantes, non quidem omnes: ſed in tres tantum liquidas.n.r.s.& vnam duplicem.x. Nam in.l.&.m. nullum græcum nomen terminatur, ſicut neque in aliquam ex mutarum numero.

¶ In.an.igitur oĩa vltimã plerũq; acuũt.vt titán titânos.peán peános. Pelecán pelecános.pán panós. Cuius genitiuũ Vergilius ſeptimo ęneid.vſurpauit dicens. Panos de more lycęi. accentu acuto in fine ex regula ſuperius tradita. Accuſatiuum quoque in bucolicis.Mecum vna in ſyluis imitabere pána canendo,ex eadem regula accentu in prima.

¶ In.en.per.ε.acuunt vltimam plerunque.vt hymén hyménos.lichén lichénos.adén adénos. ſolén ſolénos. troezén troezénos. ſirén ſirénos. Nonnunquam penultimam acuunt.vt héllen héllenos.

¶ In.in.per.i.iota,quę alteram quoque habent terminationem in.is, vltimam acũnt.vt delphín vel delphís delphinis.telchín vel telchís telchinis.ſalamín vel ſalamís ſalaminis.eleuſín vel eleuſís eleuſinis.

¶ In.yn.quoque per y pſilon penultimam acuentia eãdem rationem ſequuntur.vt phórcin vel phórcis phórcinis.póltyn vel póltys póltynis.

¶ In.on.per ω.quędam acuunt finalem.vt ſarpedón gerión.amazón antedón.calcedón. carchedón. quędam acuunt penultimam.vt pláton.zénon. théon achéron. médon. laocóon. demophóon.hippocóon, quę tria atque his ſimilia circumflectunt vltimã, ſi duę vltimę contrahantur in vnam per ſynęreſim.vt laocôn demophôn.hippocôn. Ex quibus alię mittunt genitiuum in.ontos. vt achéron achérontos.médon médõtos, laocóon laocóontos.demophóon demophóontos.hippocóon hippocóontos. Quędam in.onos.per.o.lõgum, vt pláton plátonos. zénon zénonos.babýlon babýlonos.théon théonos. dáphnon dáphnonos.plátanon plátanonos. Quędam in.onos.per.o. breuem.vt dǽmon dǽmonos.cánon cánonos.iáſon iáſonos.agamémnon agaménnonos.

¶ In.um.p̃ ου.diphthongon (quãquã apud gręcos ſint cõplura mittentia genitiuum in.untos.) hęc terminatio nonnunquã à latinis vſurpatur.

¶ In.ar.nunquã ferè vſurpãtur à latinis,nã q̃d apud medicos frequẽter vſurpatur hépar hépatos,latinis vox eſt incognita pro eo quod eſt iecur iecoris.

¶ In.er.per.ε.deſinentia vltimam acuũt. vt ſotér ſotéros.aér aéros. ęthér ęthéros. cratér cratéros. charactér charactéros.cremaſtér cremaſtéros.climatér climatéros.phyſetér phyſetéros. ſpinthér ſpinthéros. Ibér vero Iberos in recto penultimam acuit,in obliquis antepenultimam.

¶ In.ir.per.i.iota.aut,yr.per y pſilon rara ſunt acuẽtia penultimam.vt gádir gádiros.mártyr mártyros.

¶ In.or.per.ω.mega acuũt proximam à fine,vt néſtor néſtoros.héctor héctoros. rhétor rhétoros. polyméſtor polyméſtoros.

¶ In.as.maſculina penultimam acuũt,vt adámas adámãtos.polydámas polydámãtos.ábas ábantos. apéſas apéſantos.athámas atámantos.átlas átlantos.chálcas chálcantos.cýphas cyphántos.coríphas coríphantos.eléphas eléphantos.gígas.antos.pállas.antos.períphas períphantos.phórbas phórbantos.tháumas thaumantos,thóas thóantos. Fœminina vero vltimam acuũt, aſſumuntque in genitiuo.d. vt acrás acrádos. dyás dyádos.triás triádos.ogdoás ogdoádos.heptás heptádos.pallás pallados.lampás lampádos.quam rationem ſequitur vnum ex maſculinis,arcás arcádos.

¶ In.es per.ε.maſculina penultimam acuũt plerũq; ea,quę mittũt genitiuũ in.etos.vt cráthes crátetos. chréſmes chréſmetos.dáres dáretos.cúres cúretos.láches láchetos.lébes lébetos. magnés magnétos. tápes tápetos. tháles tháletos. Et nomina quędam latina,quę in gręcum ſermonem traducta amittũt.n.atque rurſus in obliquis reſumunt. vt clémes cleméntos, créſces creſcéntos.púdes púdentos. prúdes prúdentos. váles válentos. Penultimam quoque acuũt ea,quę mittũt genitiuum in.eos.vt compoſita a ſtenos,qualia ſunt, antiſthénes antiſthéneos.caliſthénes caliſthéneos,demoſthénes demoſthéneos.& à genos,vt antigénes.origénes.hermogénes.& à telos. vt Ariſtotéles. praxitéles. pyrgotéles. Compoſita vero à cleos ſynęrizata circũflectũt vltimam.vt agathoclês.periclês.ſophoclês.



¶ In.is.per.i.iota. polyſyllaba fœminina non habentia duas terminationes,quæ mittunt genitiuum in.idos.plerunque acuunt vltimam. vt cnemís cnemídos. crepís crepídos. & patronimyca,fœminina ſiue habentia formam patronymicorum. vt priamís priamídos.ęneís ęneídos. thebaís thebaídos. prophetís prophetídos. poetís poetídos. calamís calamídos. eumenís eumenídos. ſalmácis ſalmácidos. biblís biblídos. Quędam tamen ex his acuunt penultimam, vt thémis thémidos. cýpris cýpridos. pháſis pháſidos. curétis curétidos. élis élidos. Quædam acuunt antepenultimam. vt ſíbaris. cháribdis. thámyris. ádonis. théognis,quorum maſculina mittunt genitiuum in.idos. vt páris páridos.théognis théognidos. ádonis adónidos.

¶ Aduertendum tamen quod mittẽtia genitiuum in.idos.per.os.purum,poſſunt mittere genitiuum in.ios.more ionico.vt páris páridos,vel pários.mémphis mémphidos, vel mémphios.

¶ In.ois. mittentia genitiuum in .entos. penultimam acuunt, vt pyróis.pyróentos. ſimóis ſimóentos.opóis opóentos.

¶ In.ys.per ypſilon quędam circũflectũt vltimam,vt ichthŷs ichthŷos. quędam eandem grauãt, vt botrís botríos.quędam acuũt eãdẽ.vt chlamýs chlamýdos.tethýs tethýos.erinnýs erinnýos.

¶ In.os.per.ω.mega deſinẽtia tam habẽtia penultimam breuem,quę mittũt genitiuũ in.otos.vt philéros philérotos.rhinocéros rhinocérotos,quam habentia eãdem lõgam,quę exeũt in.oos. vt héros heróos.mínos minóos, proximam à fine acuũt. Accuſatiuus vtriuſque numeri vſurpatur à latinis.

¶ In.us.quę per.ου.diphthongon ſcribuntur ſynęrizata à nominibus terminatis in .ois.ſolutas, mittuntque genitiuum in.untos.circunflectunt vltimam.vt ſimóis ſimûs ſimûntos.opóis opûs opûntos. phicóis phycûs phycûntos.hydróis hydrûs.ûntos.ſipóis ſipûs.untos.amathois amathûs.ûntos.iericóis iericûs.ûntos.Rectus & accuſatiuus vſurpantur à latinis.

¶ In.ns.deſinẽtia penultimam acuũt,mittũtque genitiuum in .nthos.vt týrins týrinthos.hélmins hélminthos. Accuſatiuus vſurpatur à latinis. Papinius lib.iij.Suus excit in arma antiquam týrintha deus.

¶ In.ps.polyſyllaba tam ſimplicia,quã compoſita proximam à fine acuũt, vt lélaps lélapos. ęthíops ęthíopos.& quę in genitiuo mutant.p.in.b.vt áraps árabos. chályps chálybos. Sed aduertẽdum q̃ omnia habentia o micrõ in recto,pręterquã hydrops,& cõpoſita ab ops,quod eſt oculus, vt cýclops cýclopos.mýops mýopos.mónops.opos. Nam ab ops,quod eſt vox,regulam ſequuntur. vt mérops méropos. Latini ex hac terminatiõe accuſatiuos vtriuſque numeri vſurpãt.

¶ In.ax.quędam accentu acuto in penultima proferũtur, vt thórax thóracos.phǽax phǽacos.córax córacos, quędam circũflectũt penultimam.vt âulax âulacos.clîmax clîmacos.

¶ In.ex.per.e.longum acuunt penultimam,ſeruãtque illud.e.in obliquis ęque longum. vt mýrmex mýrmecos.nárthex nárthecos.ſcólex ſcólecos. Habentia tamẽ o.longum in penultima breuiant in obliquis illud.e, vt alópex alópecos.

¶ In.yx.per ypſilon,partim acuũt penultimam, ut bómbyx bómbycos.bébryx bébrycos.ónyx ónycos.ſardónyx ſardónycos.cóccyx cóccygos.órtyx órtygos.partim circũflectũt eãdem. vt cêryx cêycos. doêcyx doêdicos. Latini ex hac terminatiõe accuſatiuos vtriuſque numeri vſurpãt.

¶ In ox.per .ω, mega rara ſunt acuentia finalem. vt cyamotróx cyamotrógos à trógo,quod eſt voro, & cyamos faba.

¶ In.x habentia.g.ante.x. quam nos per.n. ex cauſa vni tantum mihi comperta,per.n. proferimus & ſcribimus,penultimam acuunt. mittuntque omnia genitiuum in.gos.vt phárynx phárynngos. lárynx lárynngos.lýnx lýngos.

**FINIS.**

Fr Joseph Carc... 1727

Padres Hermanos carisimos

id non poſſe fieri,aſſeueramus:propterea quod conſonantes ęque vires ſuas ad vocales ſequentes ꝓferāt, nominatimq; Quintilianus de cappa id dicat.

Aduertendum quoq; in ſcriptura gręca quoties poſt gamma ſequitur alterū gamma,vel cappa,vel.chi.vel.xi. loco gamma debere pronutniari.ni.lr̄am,aut ſi ꝓferatur.ni.lr̄as illas loco.ni.debere ſcribi:cuius rei cauſam attulimus libello de vi,& poteſtate literarum,cū de.n.litera ageretur.

Aduertendum pręterea ſi poſt ni literam ſequatur tau,loco tau bebere proferri delta:ne fiat (vt illi dicunt) ſonus retorri dus.Si poſt.m.ſequatur.p.ꝓfertur.p.quēadmodū.b.latinum.vt penpo,qđ eſt mitto.

HArum quatuor & viginti literarum duo ſunt genera.ſeptem vocales,alpha. epſilon.eta.iota.o micron. y pſilon.ω.mega,reliquę omnes ſunt conſonantes.Vocales rurſus in partes diuiduntur,in duas ſemper breues:epſilon.& omicron in duas ſemper longas.ω.&.η.& in tres medias ſiue ancipites,hoc eſt q̄ poſſunt eſſe breues & longę.a.i.y pſilon.Conſonantes rurſus in duo genera diuidūtur:in octo ſemiuocales,zeta.xi. pſi.lambda.mi.ni.ro.ſigma.quarum tres priores duplices dicuntur.zeta.pro ſd. xi.pro.cs.vel gs. pſi.pro.ps. quinq; poſteriores liquidę,quę etiam immutabiles appellantur.lambda.mi.ni.ro.ſigma. Et in nouem mutas.beta.gamma.delta.cappa.pi.tau.theta.phi.chi.Quarum tres ſunt exiles.cappa.pi.tau.tres aſpiratę.chi.phi. theta.tres medię.gamma.beta.delta.

| | | | |
|---|---|---|---|
| ϖ | τ | κ | exiles. |
| ϐ | δ | γ | medię. |
| φ | θ | χ | aſpiratę. |

ASpirationis notam antiquiores gręci in ordine aliarum literarum(perinde ac ſi eſſet lr̄a)poſuerūt,quēadmodū apđ latinos nūc ponitur.deinde.η.lr̄ę figurā ꝑ lineā trāſuerſam mediā diuidētes in hūc modū ⊢ ⊣ dexterā illius partē exilitatis,ſiniſtrā vero aſpiratiōi ſnotā eſſe voluerūt. Illā Palęmon vicentinus exilē, Grillus leuē nōiauit: idem,q̄ aſpiratiōis nota erat,flatilē dixit.per priorē dictiones à vocalibus incipiētes q̄ debeant proferri exiliter,notauerūt:ꝑ poſteriorē,q̄ debeant aſpirari. Iuniores eandē rōnem ſequuti o.mediā diuiſerūt in hūc modū ( ) .Poſſunt autē vocales oēs aſpirari & nō aſpirari,pręter ypſilon,q̄ ſemꝑ in principio dictiōis aſpiratur.cauſā vero cur notā illā ex lr̄arum ſerie tollētes vocalibus impendere fecerint, hanc fuiſſe tradunt:ne ſpūs videlicet ille extra vocalē eſſe putaretur,atq; occaſionē daret putādi eſſe lr̄am,q̄ ſequētem vocalē feriret,quēadmodū apud Hebręos.he.lr̄a q̄ inter lr̄as numeratur:qđ flatus ille ſuus quodammodo ſonat.Sed cum ex conſonantibus quatuor à Gręcis aſpirentur:cur theta-phi-chi-figuras accomodarint.rho vero propriam figuram non dederint?Hanc fuiſſe cauſam putandum eſt,quod in tribus illis aſpiratio intra ipſas eſt,& cum ipſis erumpit.in rho vero potius extra eſt,& cum vocali ſequenti coaleſcit.

¶ De diphthongis.

DIphthongi propriè dictæ apud Græcos ſex ſunt.αι.que apud illos ꝓfertur quo ſono nos enuntiamus.æ.noſtrā diphthōgon,atq; ſemper in eandē vertitur. vt αἰακοσ. Aeacus.

hélminthos.mácars mácartos per.t exile,nā habētia.a.ante duas illas cōſonātes in.tos.mittunt gtūi:non ha
bentia.a in.thos.per.th. Itaque ex hac ratione háls háltos debuit facere: ſed vt ſeruaret daſean nominatiui
halós fecit.Omnis enim vocalis pręcedens liquidā ſi poſt eam ſequatur.d.vel.t.vel.th.tenuatur,& qa obli
qui ſimiles nominatiuo ſpiritus habent:abiectum eſt.t.& facit halós.Papinius in.iiij.the.ab eo qd' eſt tý
rins actm vſurpauit dicens:ſuus excit in arma antiquā týrintha deus.

In.ps.finita per.p.in obliquis declinātur,ſiue ſint monoſyllaba,ſiue polyſyllaba,cōpoſita,ſiue ſimplicia:ſed po
lyſyllaba penultimā acuūt:monoſyllaba quoq; acuuntur.vt óps opós.thóps thopós.cyclops cýclopos.læ
laps lælapos.eurýops.opos.Excipiūtur hæc q loco.p.ſuſcipiūt.b.in gtō ꝓpter harū literarū affinitatem.vn
de & à latinis p.b.quoq; in gtō cōſueuerunt ſcribi.líps libós.níps nibós.pháps phabós.phléps phlebós.
áraps árabos.chálybs chálibos.chérnips chérnibos.thárybs thárybos.Et tria p.ph.cínyps cínyphos.cathe
lips cathéliphos,ſcíraps ſcíraphos.ſed aduertēdū eſt,qd in.ops.polyſyllaba p.o.micrō ſcribūtur.vt ęthíops
ęthíopos.mérops méropos.cécrops.opos.ænops ænopos.pélops pélopos.præterq̄ hýdrops hydrópos.cý
clops cyclópos.tróolops.lopos.cónops.opos.nyctálops.álopos.ſcólops ſcólopos.mýops.mýopos.cá
nops cánopos. Et quecunque deducuntur ab óps opós.quod eſt oculus.vt helícops helicópos.ſicut ecō
trario quæ ab óps opós.qd' eſt vox.o.micrō habēt.vt mérops méropos.Latini ex hac terminatiōe actōs
vtriuſq; numeri cum ntō plurali frequēter vſurpāt.Hora.j.ſer.paſtorem ſaltaret vti cyclopa rogabat.Vergi.
iij.æñ.infandi cýclopes & altis montibus errant.Idem.xi.æthneos vidit cýclopas vlyſſes.

In.ax.quædā accētu acuto in penultima proferūtur.vt thórax.phéax.ánax.phýlax.córax.quędā circūflectūt pe
nultimā.vt âulax.clîmax.hŷlax.cŷax.ſŷax.q in obliquis.c.habēt.vt thórax thóracos.phéax.ácos.q aliqñ.t
cū.c.accipiūt.vt ânax ánacos,vel ánactos.aſtýanax.ánacos,vel aſtyánactos.hippônax.ónacos.vel hippó
nactos.âulax.acos.clîmax.îmacos.Quę vero à verbis in.zo.deſinētib⁹ deriuātur.g.accipiūt in obliqs.vt
ab arpázo,qd' eſt rapio.hárpax hárpagos.& à crazo,qd' eſt voco.cécrax cécragos.à ſphazo qd' eſt iugulo.
apóſphax apóſphagos.ſilr átrax átragos.lálax lálagos.ſed diſſyllaba maſculina natura lōga penultimātia ha
bēt.a.ꝓductū.vt thórax thóracos.phéax.acos.óeax oéacos.ílax ílacos.plútax.acos.Excipiūtur hýlax.acos.
& cýax.acos.poſitiōe vero lōga penultimātia corripiūt.hárpax.agos.cécrax.agos.Neax aūt & ſphenax &
cordax.a.ꝓducūt.ſed cabax idifferētē hēt.Sup byſyllaba breui exiſtēte penultima a.ꝓducūt.vt híerax.erácos.
æcophýlax.ylácos.aſphálax vero aſphálacos corripit.Latini ex hac terminatiōe freqnt' actōs vtriuſq; nūeri cū
ntō plrali vſurpāt.Iuu.viridēq; thóraca iubebit afferri,minimaſq; nuces.& Mar.accipe belligerę crudū thóra
ca mineruę.Verg.vij.ęñ.vmbonū crates alij thóracas ahenos.Idē.iij.puerū aſtýanacta trahebat ad ſoceros.

In.ex.per.e.lōgū acuūt penultimā,ſeruātq; illud.e.lōgum in obliquis. vt mýrmex.ecos.nárthex.thecos.ſcólex
ſcólecos.pélex.ecos tálex.ecos.béx quoq; bécos.hyſplex vero & ab eo compoſitū antýſplex.hýſplegos,&
antýſplegos faciunt.Habētia vero.ω.in penultima vertūt.e.longū in breue.vt alópex alópecos.

In.ix.partim acuūt penultimā.vt pérdix.cílix.tétrix.partim circūflectūt.vt choênix.phoênix.ſuſcipiuntq;.c.in
gtō pleriq;.vt pérdix pérdicos.cílix.icos,chœnix.icos.phoênix.icos.Tétrix vero tétrigos.& máſtix máſti
gos.per.g facit,& ónyx ónichos.per.ch.Cōmunia autē,q à fœmininis fiūt,ſimpliciū ſeruāt declinationē.vt
hic & hęc callíthrix callithricós,quia thríx trichós fecit.homóſtix homoſtichós,quia ſtíx ſtichós fecit.

In.lix.vero finita.i.correptū habēt vbiq;.vt cílix cílicos.hélix hélicos.homélix homélicos.Latini ex hac termi
natione vſurpāt actōs cū ntō plurali.vt cílix cílicas cílica cílices.phoênix phœnicas.nices.nicas.

In.yx.per y pſilon partim acuūt penultimā.vt bómbix.bébryx.ónyx.ſardónyx.cóccyx.órtyx.partim circūfle
ctunt eādē.vt cêryx.doêdyx.Maſculina vero ſimplicia natura lōga penultimātia.c.habēt in obliquis.vt cé
ryx cérycos.doédyx.dycos.ætyx ætycos.thrânyx.ánicos.Etiā poſitiōe lōga penultimātia,quę habēt in vlti
ma ſyll[illegible].vel.g.vel.d.vel.pt.vt bómbyx.bycos.Et penultimātia in.e.vt eryx érycos.Et habētia in pe
nultima añ fine.g.vt ádryx ádrycos Nā habētia.g.p.g.declinātur.vt phárygs pháryggos.lárygx.yggos.quę
nos p.n.enūtiamus phárynx & lárynx.Superbiſyllaba quoq; penultimātia in.a.g.habēt.vt tarbáryx tarbári
gos.Et penultimātia in.o.nō illato.n.vel.g.vt cóccyx cóccygos.mórtyx.tygos.órtyx.tygos,qd' & órtyces
fecit apud Philomenē.Item q à pheugo & zeugo cōponūtur.vt próphyx próphygos.homózyx homózy
gos.Sed habentia.n.ch.habent in obliquis.vt ónyx ónychos.ſtónyx ſtónychos.

In.yx.fœminina multiſyllaba per.g.declinātur,niſi alia ratio ꝓhibeat.vt ántyx antygos.pempholyx.óligos.
ptéryx ptérygos.Sed monoſyllaba acutiſona plerūq;.g.habēt.vt ſtýx ſtýgos.nýx tñ nycós & nyctós
facit.& ámpyx ámpycos.Sciēdū autē ꝙ in.yx.ſimplicia habētia longa natura,vel poſitione in ntō ſolo.y.
natura corripiūt,in alijs autē caſibus producūt natura.Cōpoſita aūt & penultimātia breui vbiq; corripiūt.

In.ox.per ω mega rara ſunt,eaq; fere monoſyllaba acutiſona.habētq; in obliquis.c.vt próx.ocós.bóx.cos.Exci
piūtur róx.qd p g.facit rogós.& cyamotróx.ógos.qa à trogos qd eſt voro cōponitur.g in obliquis accipit.

In.x.[illegible]bētia.g.ante.x.quā nos,vt paulo ante dixim⁹,quaſi.n.ꝓferim⁹ per.g.in obliquis declinātur.phárygx ſi
ue phárynx pháringos.lárigx ſiue lárinx lároyngos.ménigx ſiue méninx méningos.ſphýgx ſiue ſphýnx.gos.
ſalpygx ſiue ſálpynx ſálpyngos.lýgx vel lýnx lýngos.lýnx vero pro fera lyncos facit.Habētia tñ aliā cō
ſonātē ante.x.per.c.declinātur.vt ólx olcós.ſárx ſárcos. FINIS.

## IN PROLATIONE QVARVNDAM LITERARVM ERRARE Græcos & Latinos facile poteſt demonſtrari ex diffinitionibus & principiis, quæ ab omnibus grãmaticis tam Gręcis quam Latinis, tam antiquis, quam iunioribus admittuntur.

¶ Diffinitio prima.

LITERA EST MINIMA PARS VOCIS, HOC EST INDIVIDVA, quæ ſcribi poteſt. Hęc diffinitio ab omnibus in cõmune tam Gręcis, quã Latinis recepta eſt. Quod ſi vera eſt illa Priſciani differentia, quam in primo de octo partibus orationis volumine ponit, ꝙ litera eſt figura, quę ſcribitur: elementum vero, quod pronuntiatur: manifeſtum eſt hoc in loco non diffiniri literam, ſed elementum. Sed quia hęc differentia non obſeruatur ab autoribus: ſed nec ab ipſo quidem Priſciano eſt obſeruata, accipiamus interim alterum pro altero. Eſt igitur in literę diffinitione poſitum in loco generis pars vocis minima, vel potius vox: vt ſit minima differentia idem valens, quod indiuidua, vt in verbo dñs. do. eſt minima pars vocis: ſed quia poteſt adhuc diuidi in. d. & . o. vt cõſtituatur literę ſpecies, ſubiungit loco differentiæ indiuidua, quia neq; . d. neq; . o. amplius diuidi poſſunt, ſaltem in partes diuerſorum generum. Alioqui. o. longa diuiſibilis eſt in duo tempora, atq; ſecũdum illos, qui hanc partẽ ſcrupuloſius inquiſierunt, in duo tẽpora cum dimidio, atq; etiã in tria. Quia vero ſunt quędã voces, quæ proferri quidẽ poſſunt, non tamen ſcribi, quia non ſunt articulatæ: idcirco adiungit literę differẽtiam vltimam, quæ conſtituit ſpeciẽ dicens: quæ ſcribi poteſt. Nam quæ non poſſunt, inarticulatæ ſunt: cuiuſmodi ſunt interiectiones, puta ridẽtis, vt ha, ha. dolẽtis, vt ah. imperãtis ſilentiũ: vt. ſt. quę licet ſcribi conſueuerunt, non ſunt tñ ſcriptiles: vnde & in diffinitione interiectiõis adiungitur, qđ ſignificat mẽtis affectũ voce incõdita, hoc eſt, cõfuſa & indeterminata.

¶ Secunda diffinitio.

VOcalis eſt vocis elementum, quod per ſe & ſine alterius literę permixtione proferri poteſt. vt a. e. i. Hæc namque differentia eſt inter vocales & conſonantes: ꝙ vocales pure & per ſe poſſunt enunciari, conſonantes vero non poſſunt, niſi cum vocalibus proferantur: vnde & illæ vocales dictæ, hæ vero cõſonantes appellatæ: & vocales quidem poſſunt per ſe enuntiari, quia epiglottide, hoc eſt, lingula preminente, nihil obſtat quominus vox libere per laryngem erumpat, ſed confuſa prius donec ex oris figura ad certam ſpeciem redigatur. Sed quia oris figurę innumerę ſunt, & vocalium certe numerus indeterminatus erit.

¶ Tertia diffinitio.

COnſonans eſt elementũ, quod niſi vocali incumbat, per ſe enuntiari non poteſt: atq;, vt paulo ante diximus, ex eo ſibi nomen inditũ eſt. Ex quo fit, vt ſine vocali ſyllaba cõſtare nõ poſſit, modo ſit articulata. Nã ꝙ Verrius Longus tradit inuenire ſyllabã ſine vocali, qđ probat Comicorũ autoritate, apud quos. ſt. vox imperantis ſilentiũ legitur, dicendum ꝙ. ſt. interiectio proculdubio eſt, q̃ voce incondita proferri debet.

¶ Quarta diffinitio.

MVta conſonans eſt, quæ in tali oris parte formatur, vt intercluſa voce ſine vocali nullo modo poſſit enuntiari. vnde & muta nominatur Nam quod grammatici dicunt, ideo mutas appellari, quia incipiunt à ſeipſis & deſinunt in vocalem: inepta ſane ratio. cum ſtatim occurrat. f. litera, quæ incipiat à vocali, & deſinat in ſeipſam, & nihilominus inter mutas numeretur.

Quinta diffinitio.

SEmiuocalis eſt cõſonãs, q̃ in tali parte oris effingitur, in qua etſi nõ plene, vt vocalis, quiddã tñ ſubobſcuri ſonat vnde & ſemiuocalis appellatur: & quẽadmodũ de mutis dicebatur, inepta à grãmaticis affertur cauſa, cur ſemiuocales dicãtur, hoc eſt, qđ incipiant à vocali & deſinant in ſeipſas. Eſto, ad internoſcendas vtraſq; apud latinos ſignũ illud nominibus literarum ſit accõmodatum. Hebręi tñ & Gręci nihil tale obſeruarunt.

¶ Sexta diffinitio.

DIphthõgus eſt cõglutinatio duarũ vocalium in eadẽ ſyllaba ſuã vim retinẽtium. Hęc diffinitio tã gręcorum q̃ latinorũ eſt. Suã vim grãmatiſtę interpretãtur ſyllabę extẽſione. ſed iſti nõ intelligunt ꝙ vis literę nihil aliud eſt quã ipſa Pronuntiatio. Ex quo fit, vt in diphthongo vtraq; vocalis proferri debeat.

QVæ Gręci vocãt axiomata, Varro tum profata, tum effata, tum ꝓloquia. Cicero tũ ꝓnũtiata, tum dialectice, hoc eſt, diſputationis fundamenta Iuniores tũ ꝓpoſitiões primas & immediatas, tum verbum ex verbo axiomata (vt diximus interpretari) dignitates appellãt. Hæ quia demonſtrabiles ſunt, atq; in communi hominũ ſenſu cõcipiuntur, quaſi principia in omni diſputatione ſupponẽda ſunt: vt ſi quis eaſ non admiſerit, bardus enſenſatuſque habeatur, neq; dignus cum quo de vlla re diſceptari debeat. Sit igitur

Axioma primum.

¶ Eodem modo literas ſcriptiles deſignare voces, quo voces ipſę conceptus ſignificant. Sit igitur primũ diſputationis noſtrę fundamẽtum, in quo plerıq; oẽs facile cõſentiunt: literas ea potiſſimum de cauſa fuiſſe excogitatas, vt per illas quaſi per quædam ſigna tum abſentes viui, tum poſteros morituri certiores facere poſſemus de rebus, quę ad priuatam publicam ve vtilitatem pertinerent. Nã quẽadmodum Ariſtoteles tradit: eo modo literę verba humanis vocibus informata deſignant: quo verba ipſa res mente conceptas, q̃ per ea ſignificantur. Quod ſi non quatuor hæc ex ordine ſibi inuicẽ conſentirent: dico res, cõceptus, voces, literæ, interirent vtiq; commercia, & publica fides, qua hominum ſocietas continetur: interiret omnes artes & ſcientię, quę vitam humanã cultiorem reddũt: interiret deniq; hic ipſe ſacrarum literarum ſpendor, quibus ad Chriſtianã religionem



inſtruimur, & docemur. Hæc omnia eo pertinent, vt oſtendamus illos ingentem erroribus feneſtram patefacere, quicũq; putant orthographię rationẽ nõ ſeueriſſime in verborũ ſcriptione ſeruãdã: aut voces alias poſſe literarum figuris accõmodare, q̃ quę cũ primũ fuerunt inuentę, per illas repræſentari cœperunt: cũ oĩs diſputãdi ſubtilitas in verba, ſyllabas, literaſq; quaſi in qđã elementa reſoluãtur. Neq; enim min⁹ erraueris, ſi aliud legis q̃ ſcriptũ eſt: q̃ ſi aliud loquaris q̃ cõcepiſti, qđ eſt mẽdaciũ: & aliud cõcepiſti q̃ ſe res habet, qđ eſt ignorãtię.

¶ Axioma ſecundum.

¶ Ita ſcribẽdũ eſſe, vt loquimur: & loquendũ, vt ſcribimus. Hoc principiũ ex ſuperiori pẽdet, niſi ꝙ deſiderat magis explicari: propterea ꝙ ex certis quibuſdã cauſis nonnũq; aliud ſcribim⁹ & aliud enũtiamus. Quod ſi hoc admittimus, vt aliud ſcribatur, & aliud enunctetur: fruſtra literę ſunt inuentę, cum ad hoc tantum literarũ figurę ſint excogitatę, vt creditas voces quaſi depoſitum quoddã fideliſſime cuſtodiãt, & cũ opus fuerit, nulla ex parte decoctum reddant. Atqui dicet quiſpiam: videmus apud Hebręos iod & vau plerũq; otioſas: & nomen illud ineffabile tetragrammáton quatuor literis ſcriptum, hoc eſt, iod. he. vau. he, in adonai voces diuerſas ꝓferri. Videmus quoq; apud Gręcos ſcribi gamma litera ſequẽtibus gamma, vel chi. vel cappa, vel xi: & proferri ni: vt aggelus pro angelus. Agchiſes pro Anchiſes, agcora pro ancora, phalagx pro phalanx. Et rurſus poſt. ni. literã ſequenti. tau. pro tau proferri delta: vt ſynderesis pro ſyntereſis. Et in diphthongis vocales alteras ſupprimi, & alteras pronuntiari: aut vtraſq; in tertiam extraneam proferri, idq; nõ modo apud gręcos, ſe etiã apud latinos. apud quos etiam (teſte Seruio grãmatico in primo georgicorum) Caius Cneius Amurca ſcribuntur per. c. literã, & pronuntiãtur per. g. Gaius Gneius Amurga. Sed cur hoc fiat, ſuis in locis reddemus, partim excuſando id fieri quadam ratione, partim accuſando ꝙ ſit ab ignorantia profectum.

¶ Axioma tertium.

¶ Literas nõ ex diuerſitate figurarum, ſed ex diuerſitate vocũ diſtingui. Hoc axioma tametſi per ſe notum eſt: ſic tamen deduci poteſt. Quod ſi Aleph hebraicum & Alipha punicũ, & Alpha gręcum, & . A. latinũ quatuor diuerſis figuris repreſentantur, vnam tamen eandẽq; vocẽ reddũt, hæ duæ poſteriores per ſe, & illę duæ priores cum ſuis apicibus. Qui præterea ex arte nuper à magiſtro quodam Martino homine perquã ingenioſo excogitata literarum figuras pro cuiuſq; arbitrio cõſtitutas legunt, non multum curant quo literarum ductu verba deſignentur: apud quos mille characteres (dum modo idem efficiant) pro vno habentur. In alphabeto quoque latino. c. K. q. quod attinet ad figuram, diuerſæ literæ ſunt: quoniam vero eadem eſt illarum vox, vnum tantũ eſſe elementum omnes fatentur. Ecõtrario quoq; quia. i. & . v. binas habent poteſtates, ꝙ tum quaſi vocales, tũ quaſi conſonantes enuntiantur: nemo eſt, qui neget, illas duplici officio fungi: vt quanq; figuræ ſunt duæ: quatuor tamen elementa in numero literarum ſunt computanda.

¶ Axioma quartum.

¶ Cõſonãtes ęqualiter vim ſuã in vocales ſequẽtes ꝓferre. Hoc axioma facile q̃q; ꝑ inductionẽ ꝓbatur. nã. b. litera eandẽ vocẽ exhibet cũ. a. quã cum reliquis vocalibus: idq; non ſolum in ſermone latino: ſed in græco, hebraico, punico. Nã qđ aliqui ex latinis & græcis alio modo proferunt. c. & . g. ſequentibus. a. vel. o. vel. u. quã ſequentibus. e. vel. i. facile confutari poſſunt, per ea q̃ dicta ſunt in ſuperiori axiomate, ꝙ q̃libet illarũ duplicẽ haberet vim. atq; ex cõſequẽti nõ vna ſed duę literę eſſent: id qđ de. i. & . u. dicebamus. Quintilianus ꝑterea diſputãs cõtra illos, qui dicebãt. K. gręcũ ſcribi debere ſequẽti. a. vocali, alias vero. c. latinum, fruſtra dicit id fieri, cũ c. latinum in locum cappa græci ſucceſſerit. & . c. litera ſit, q̃ ex æquo vim ſuã ad vocales ſequẽtes perferat.

¶ Axioma quintum.

¶ Ex nouem mutis, quas gręci habent, quęq; ad tria genera reducuntur: earum ſcilicet, quæ inter labra formantur. vt. p. b. ph. & earũ q̃ inter dẽtes admota lingua. vt. t. d. th. & earũ quæ ad epiglottida. vt. c. g. ch. primas eſſe exiles. vltimas eſſe aſpiratas: medias vero participare naturam extremarum, quæ tamen ſunt eiuſdem generis, nõ differre voce, ſed aſpiratione ſola.

¶ Axioma ſextum.

¶ Literarum (ſiue illę ſint vocales, ſiue cõſonãtes) non eſſe certũ numerũ: ſed determinari ex cuiuſq; idiomatis ratione. Ex quo fit, vt non ſit idem literarum numerus apud oẽs nationes: quia quęlibet lingua habet proprias voces. Nam quid prohibet, cum duarum vocaliũ diſtantia ſit in quantitate continua, inter. a. & . u. innumeras eſſe vocales tam & ſi non omnes ſenſu percipiantur: quemadmodum & in diapaſon conſonantia octo vocũ diſcrimina ſentiuntur, cum tamen intra diaſtema illud infinitas eſſe voces intelligamus, quandoquidem omne continuum ſine vllo termino ſecari poteſt. Eadem quoq; ratio eſt conſonãtium, quæ ex diuerſa oris figura poſſunt compluribus modis variari. Sed de his paulo poſt copioſius diſputabitur.

¶ Errores grecorum.

QVod ſic proferunt. β. ſicut nos latini. u. conſonantem, cum differant genere: vt bita pro vita. valliſta pro balliſta.

Quod alio modo proferunt. γ. ſequentibus. ε. pſilon. ει. ι. υ. quam ſequentibus. α. ο. ω. vt ganymedes, geryones.

Quod proferunt. ζ. quaſi ſit litera ſimplex, cum ſit compoſita ex. ſd. per quas debet enũtiari. vt ζethus ꝓ ſdetus.

Quod proferunt. η. eodem ſono quo iota, cum nihil differt ab. ε. pſilon niſi tempore ſolo. vt lida pro leda.

# ERRORES GRAECORVM ET LATINORVM.

Quod alio modo proferunt.κ.ſeqntibꝰ.ε.η.ι.υ. quã ſequẽtibus.α.ο.ω.vt carpos.copos.ceras.cer.cirnos.cyclops.
Quod alio modo profertur.λ.ſequẽtibus.ω.η.ι.υ.& diphthongis,quę quaſi per iota pronunciantur, quam ſequentibus alijs vocalibus.
Quod alio modo proferunt.ν.ſequentibus.ε.η.ι.υ.& diphthongis:quę quaſi per iota pronuntiantur,quã ſequentibus alijs vocalibus.
Quod nõ recte profertur.γν.quaſi vnã literam voce inarticulata,cum vtraq; ſuis vocibus enũtiari debeat.
Quod non bene proferunt σ.quaſi per ſibilium,cum habeat vocem hebraici.ס.aut anſeris ſtrepentis.
Quod non recte proferunt.τ.quoties ſequitur poſt.ν,quaſi per.d.literam.vt ſynderesis pro ſynteresis.
Quod male proferunt.υ.pſilon quaſi iota,cum ſint literę diuerſorũ generũ.vt lira per iota,p lyra per ypſilon.
Quod male pferũt.χ ſequentibus.ε.η.ι.υ.voce inarticulata,quã ſequẽtibꝰ alijs vocalibꝰ.vt charites.cherſos.
Quod perperã enũtiant diphthongos per vnam vocalem,cum vtraq;(quãquã raptim) proferri debeat.
Quod non recte proferũt.υ.pſilon quaſi.u.conſonantẽ cum in diphthongis ſubijcitur.α.vel.ε.
Quod per.ο.micrõ &.υ.nõ poteſt deſignari.u.vocalis nr̃a,ſed voces q̃ p illas duas lr̃as raptim enunciantur.
Quod per literas ſuas non poſſunt repreſentare voces,quę ſunt latinorum proprię,vt.f.&.i.&.u.cum p conſonantibus accipiuntur.

Errores Latinorum.

Quod aliter proferunt.c.&.g.e.vel.i.vel.y.ſequẽtibus,quã ſi ſequãtur aliæ vocales.vt pica.æ.fuga.æ.
Quod non recte proferunt.gn.voce quadã inarticulata,in quo errore gręcos quoq; verſari diximus.
Quod male pferunt.t.quaſi.c.quoties poſt.t.ſequitur.i.& poſt.i.alia vocalis,vt prudencia per.c.pro prudentia per.t.
Quod non recte proferunt.z.quaſi litera ſimplex,cum ſit cõpoſita ex.ſd.melius tñ quam græci per.ſ.
Quod ita proferunt.phi.græcũ quaſi.f.cum ſit,vt diximus,hæc latinorũ propria,illa vero græcorum.
Quod non recte proferunt.ch.&.th.aſpiratas quaſi.c.&.t.exiles.vt corus pro chorus.talamus pro thalamus.

FABIANVS ARTEM PATRIS ALloquitur,atq; illa reſpondet alternatim.

O Soror ars,quoniã noſtris ſuccedere tectis
Non dedignata es,quęrere pauca libet.
Quid genitor cõdat,iã pridẽ hoc ſcire laboro:
Nam nil deſidia turpius eſſe putat.
A. Mãdat opus chartis ſemper memorabile,linguas
Quod canat,vt melius iam ſibi fama parat:
Ocyus vt volitet,celeres nunc excutit alas:
Rem tantam vt mundi ſpargat in omne latus.
F. Grata refers,o ſi lucis toleraret in auras
Exire,inq; hominum ſcripta venire manus.
Vt tamen ipſa vales limen digreſſa paternum?
Nunquid barbaries exagitata fugit?
A. Per loca per varias peragraui nomine gentes.
Sed ſolum indoctis lis mihi tota ſonat.
Hi mea ſunt,qui acuunt contra præcepta tumultus,
Et miſera obtundunt ambitione caput.
Nata mihi,audieris,quod ſit contentio nugis:
Arcadicos bipedes bella mouere ſcies.
Nam cum ſe indocto ſtudeant iactare popello,
In me rancidulus promitur ore ſonus.
Submoueas ſi de lana certare caprina,
Hi fient Hermæ marmora muta dei.
F. Quid phœbea cohors? A. laudat,miratur,amatq;:
Dictitat & grata voce perenne ſophos.
Iudicio quorũ Diomedis pagina,phocæ,
Donati nullo eſt ante ferenda modo:
Muſa negat nomen,reticentq; volumina cuius:
Iamq; neotericum cætera turba ſilet.
At quicunq; meas vires effingere tentat
Impar ingenij,rumpere ſe poterit.
Altius & repetunt,Crates Antonius ille
Non latiæ linguæ commada tanta parat.
Orbilius cedit,Cato,Iulius:atq; Palæmon
Vni mi palmam victus & vltro dabit.
Deniq; ab his nimium dicor copioſa,breuiſq;
Atq; freti medias puppe ſecare vias.
F. Quid caprimulgus agit?qui cantabatur Iberis
Nuper,cui nomen facta debere bona?
Quid Mammurra loquax?audax taxare beatæ
Diuitias Romę,cui ſatis aſſis erat?
Quid rides?calcem quæſitis ponere perge.
A. Rideo:ſic lepido nomine vtrumq; notas.
Ambo habitant cæca tenebroſas nocte cauernas:
Quod ſua tam citius nænia pulſa perit.
Sola ego,quod teneo::ſequitur mea regna diſertus,
Et qui pieridum tangere ſacra cupit.
Non patitur bubo feralis lampada phœbi,
Noctua ſic lucem nec veniente die.
F. Quid facit interea liuor fœlicibus obſtans
Inſidijs?nunquid libera capis iter?
A. Hæc manet,hæc peſtis regnat,ſemperq; vigebit,
Occiduas dum ſol natus adiuit aquas.
Nemo tuos mores neſcit iam Zoile,cuius
In benefacta quidem lingua venena vomit.
Nonne ſinus laceros poſt tergum dentibus atris
Cernis,vt ipſa feram?ſed neq; obeſſe poteſt.
Tu germane tamen,iuueni dum tempora reſtant,
Multa rogo diſcas,vbere multa meo.
Vt ſi quando ſuam rabiem me abſente reiectet:
Tunc pro me poſſis dicere quæ docui.
Iamq; vale.hinc abeo nomen dictura parentis.
Δη κλέοσ αὐτοῦ εισ οὐρανὸμ ηξει μέγα.
Nam veterem poſtquã me dudum iuſſit habere
Candorem,mittor non reditura lares.

τέλοσ.



# ÆL. ANTONII NEBRISSENSIS DE LITERIS HEBRAICIS CVM QVIBVSDAM ANNOTATIONIBVS IN SCRIPTVRAM SACRAM.

| | | | |
|---|---|---|---|
| א אָלֶף | a aleph | צ עֲדִיק | ç çaddic |
| ב בֵּית | b beth | ץ עֲדִיק | ç çadic |
| ג גִּימֶל | g gimal | ק קוֹף | q quoph |
| ד דָּלֶת | d daleth | ר רֵישׁ | r res |
| ה הֵא | h he | ש שִׁין | ſ ſin |
| ו וָיו | u vau | ת תָּיו | th tau |
| ז זַיִן | z zain | | |
| ח חֵית | hh cheth | ַ פַּתַח | a patha |
| ט טֵית | t teth | ָ קָמֵץ | a cames |
| י יוֹד | i iod | ֵ עֵירֵי | e çere |
| כ כַּף | c caph | ֶ סֶגוֹל | e ſegol |
| ך כַּף | ch chaph | ְ שְׁבָא | e ſeba |
| ל לָמֶד | l lamed | ִ חִרֶק | i hiric |
| מ מֵם | m mem mem | ֹ חוֹלֶם | o holem |
| ם סָם | n nun nun | ֻ שֻׁרֻק | u ſurec |
| נ נוּן | ſ ſamach | וּ שׁוּרֶק | u ſurec |
| ן כוּן | h hain | ֲ פַּתַחחָטֵף | pathah chateph |
| ס סָמֶךְ | p pe | ֳ קָמֵץחָטֵף | cames chateph |
| ע עַיִן | ph phe | ֱ סֶגוֹלחָטֵף | ſegol chateph. |

HAE duæ atq; viginti literarum figuræ omnes præter primam deſignãt nobis literas cõſonantes. Nã aleph non tam vocalis eſt, quam figura deſeruiens apicibus, per quos Hebræi vocaliũ ſuarum varietates diſtinguũt: vnde neq; inter literas numerari debet, quando neq; vocem per ſe vllã demonſtrat. Harum igitur vnius & viginti conſonantium quatuordecim ſunt mutæ, quia in tali parte oris finguntur, quæ niſi iuuentur à vocali, nullum ſonum exhibent. Tres (inquam) quæ formantur inter labra pe. beth. phe. Tres inter dentes admota lingua. thet. daleth. tau. Tres ad epiglottida ſiue clauem caph. gimal. chaph. Tres intra pariſthmia, ſiue tõſillas. he. heth. hain. Hæ quatuor triplicitates ita ſe habent, quod ſi literæ mediæ prioribus comparentur, ſint aſpiratæ: ſi poſterioribus, exiles: vt ſi beth cõparetur ad pe. ſit aſpiratior. ſi ad phe ſit exilis. Eodem modo ſi daleth cõparetur ad teth, eſt aſpirata: ſi ad tau exilis. Itẽ ſi gimal cõparetur ad chaph eſt aſpirata: ſi ad caph, ſubtilis. Eodem modo ſi heth cõparetur ad he, eſt aſpirata: ſi ad hain, exilis. Eſt adhuc alia ſcrupuloſior differẽtia in qualibet iſtarum literarum triplicitate, atq; etiam in ſemiuocalibus, de quibus mox dicturi ſumus: qđ quæ habẽt dagues ſunt adhuc ſeipſis exiliores: & quæ habent raphe, aſpiratiores, vt pe quã diximus exilem, ſi accipiat dagues eſt adhuc exilior: & ſi raphe, aſpiratior. Et quod bet adhuc cum ſit media inter pe. & phe poteſt accipere dagues & raphe, vt ſit ſeipſe exilior & aſpiratior, & ita multiplicãtur innumeræ intenſiones ſuo cũ in literis. ſed hoc iã nõ attinet ad nos ſcire, qui vix vmbrã quãdã huius linguæ attigimus. Illud tantum admonuiſſe fuerit ſatis, quod punctũ in vẽtre literæ, qđ appellant dagues, facit illã exiliorẽ, & virgula iacens in parte ſuperiori facit illã aſpiratiorem. Sũt præterea duæ mutæ græcis incognitæ, hebræis & latinis familiares iod & vau, quæ proculdubio cõſonantes cum ſint, mutis annumerari debent, cũ ita enuntientur, vt ſine vocali nulla ratione proferri poſſint. Reliquæ conſonantes, hoc eſt, men. lamed. nun. res. ſin. çadic. çamach. zain, quæ ex ſd. cõpoſita eſt, ſemiuocales ſunt appellatæ. Quæ ideo ſemiuocales appellantur, quod aliquo modo vocem per ſeipſas reddant, quãquã de mem litera ſit dubiũ mutis ne, an ſemiuocalibus cõnumerari debeat: propterea qđ quicquid illud eſt, quod ſonat, non per os, ſed per nares erumpit, quam ob cauſã & plinius inter mutas illam cõputat. Eſt & illud animaduerſione dignũ, quod ego primꝰ omniũ admirãtibus Hebræis oſtẽdi, cur hæc litera apud illos duplicem habeat figurã, adapertilem alteram, qua vtuntur in principio atq; in medio dictionum: alterã clauſam, qua in fine. Nam facile in hac litera experimur id, quod omnes grãmatici teſtãtur, habere ſcilicet in principio & in medio ſonum plenum, in fine vero ſurdum neſcio quid & proxime ad mugitum bouis accedẽtẽ. Sed de quatuor reliquis, q̃ apđ hebræos geminantur, cur duplices ſint figuræ, nõ aliam puto fuiſſe cauſam, q̃ cõmoditas apicis in principio & in medio ſupponendi, atq; ideo extenſiones illæ quibus vtuntur in fine dictionum in principio & in medio in ſiniſtrã obliquantur. Eſt & illud ſin literæ propriũ, quod cũ in cornu ſiniſtro punctũ habet, proxime accedit ad ſonũ ſamach, cum vero in dextro cornu, ſui generis ſonum repræſentat.

¶ De he litera.

EX his vna & viginti cõſonantibus tres ſunt, quas appellant pectorales, quibus nullũ apud græcos & latinos reſpõdet elemẽtũ. Quare interpretes illas aut cũ ſuis apicibus expunxerunt, aut illis expunctis apices tantũ retinuere, aut in finitimas tranſtulerunt: vt he, q̃ apud hebræos in numero literarũ cõputatur: quoniã & vocales ſequentes frangit, & ſonũ (ſicut & conſonãtes aliæ) reddit, quod aſpirationi græcæ & latinæ nõ cõtingit. Igitur he litera aliqñ diſpũgitur in principio dictionũ, vt ĩ Abel filio Adã ex Eua vxore, & Adurã filio Iectã, de quo Gẽ. ca. x. & Agar ãcilla Abraam ex qua genuit Iſmael, & aleluia, quod interpretatur laudate deum, id quod in titulis multorum pſalmorum legimus, & Ammadatha patre Amã, de quo multa in lib. Eſter, & in eodẽ libro, qđ Eſter cognoĩata eſt hedeſſa per he in principio. Et Emam filiꝰ Lothã, de quo Gẽ. ca. xxxvj. Eman per n. in fine filiꝰ Zaræ filij iudæ, de quo. j. Paralipo. ca. ij. In medio præterea dictionis aliquando diſpungitur retento apice, vt in Aarõ frater Moyſis, & in Ioſue, qui hebraice appellatur Iehoſua diſpũcto ſeba ex prima ſyllaba, & he litera ex ſecũda, & duabus ſyllabis poſterioribus in vnã cõpactis. Græci vero ex iehoſua nomen Ieſu conflarunt, i. cõſonãte in vocalẽ verſa, & he cum apice holem expuncta, & ex duabus literis poſterioribus per ſynæreſim contractis in vnam Ieſu accentu circumflexo fecerunt. Nam ſ. nominis eſt extenſio, vt græce declinari poſſit ad proportionẽ huius noĩs panthus panthu & ſimilium. In fine dictionũ plærũq; he reperitur otioſa, aut parum intendens vocem. Nam ſi habet punctum in medio ventre, vox multum intenditur, quod tamen nunquã euenit niſi pronomini fœminino tertiæ perſonæ, atq; nunc appellatur non dagues, ſed mapic, quod interpretatur excitans, quia literã, quæ cõſueuit eſſe otioſa, in fine viuificat: vt ſi dicas dabérath, hoc eſt verbũ eius, & bethſah domus eius, ita vt eius ſit generis fœminini.

¶ De heth litera.

HEth litera, quã Hierony. duplicẽ aſpirationem vocat, vna eſt ex quinq; quibus nullũ apud Græcos & Latinos elemẽtum reſpondet. Quare interpretes illam plerunq; diſpunxerunt cum ſuo apice: aliqñ ipſam ſolã retento apice, aliqñ verterunt in ſimplicem aſpirationem aliquando in chi græcum hoc eſt ch aſpiratum. Diſpunxerunt (inquam) in hoc nomine Aram, q̃ eſt, ciuitas Meſopotamiæ. vt Gẽ. ca. xj. legimus, qđ Tharæ pater Abraã venit vſq; Arã, & habitauit ibi. & quod ſequitur. facti ſunt dies Tharæ ducẽtorũ quinq; annorũ, & mortuus eſt in Arã. vbi Arã per heth literam in principio ſcribitur, græci tamẽ in peculiarẽ illam ſuam chi literã verterũt ſcribentes charam, quã literaturã latini ex græco interpretantes obſeruarunt. vt in apoſtolica hiſto. cap. vj. Prius (inquit) quã moraretur in Charam. & in Tobia, qui liber ad nos ex chaldaico ſermõe per græcũ venit, ca. vi. cũq; reuerteretur (inquit) peruenerũt ad Charaã. Ioſephus præterea, qui & ipſe græco ſermone ſcripſit, in primo antiquitatũ volumine. Thares (inquit) dum odio habuiſſet Charam ciuitatem Meſopotamiæ migrauit. Euſebius quoq; in orthographia locorum ſacræ ſcripturæ interprete Hieronymo: Charam (inquit) ciuitas eſt Meſopotamiæ trãs Edeſſam, q̃ vſq; hodie Charã dicitur, vbi Romanus caſus eſt exercitus. de qua Lucanus: Aſſyrias latio maculauit ſanguine Charas. Hæc quoq; Nachor vrbs etiam appellatur. Gẽ. ca. xxiiii. ꝓfectus (inquit) perrexit in Meſopotamiam in vrbem Nachor: Quem locum Nicolaus à Lyra perperam interpretatur dicẽs: quod quia ciuitas illa ſita eſt inter duo flumina, ideo appellata eſt Aram fluuiorum: quæ ab hebræis đr Aram naraim, à græcis Meſopotamia. Eſt nã & Aram fluuiorũ, Aſſyria inter duo flumina, hoc eſt, Tygrim & Euphratẽ. ſcribitur nãq; in principio per Aleph exilẽ, & in fine per m. literã. Aram itaq; interpretatur Syria in cõmuni, Charam vero foramina. Hierony. autore in illđ Ezeci. ca. xxvij. vbi legitur Aram & Channe negotiatores tui. Diſpũgitur quoq; in principio dictionũ. vt in Abacuc ꝓpheta: in Anna matre Samuelis: in Eua omniũ matre. in Euila regiõe orietali: in Enoch filio Seth: in Emor Eueo patre Sichẽ: in Eſrõ filio Rubẽ, & alijs cõpluribꝰ: & in medio quoq; dictionũ exteritur heth litera. vt in Gtõ fluuio, q eſt Nilus: & in Iſaac filio Abraã & in Bethleẽ ciuitate Dauid, vbi natꝰ eſt Chriſtꝰ: & in Raab meretrice: de qua in Euãgelio. ꝓ qua apud græcos legimꝰ Rachab. Nã græci (vt diximꝰ) plerũq; hãc literã verterũt in aſpirationẽ. vnde Hiero. in illđ Gẽ. ca. ix. erãt filij Noe, q egreſſi ſunt de arca Sem, Cham, Iaphet. frequẽter (inquit) ſeptuaginta interpretes non valẽtes heth literã (quæ duplicẽ aſpirationẽ habet) vertere. ch. literã græcã addiderũt, vt docerẽt nos iſtiuſmodi vocabula aſpirari debere. vnde & in præſenti loco Chã trãſtulerunt, ꝓ eo qđ eſt han. à quo vſq; hodie ægyptia lingua han đr. Aliqñ vertitur in aſpirationẽ ſimplicẽ, vel potiꝰ noſtrã. Vt in Hãniel filio Ephot de tribu Manaſſe: de quo in lib. Nume. ca. xxxiiij. & in Hares mõte in tribu Dan: de quo Iudicũ cap. j. & in Hamarã filio Diſan: de quo. j. Paralipo. ca. j. ꝓ quo in Gẽ. ca. xxxvj. legitur Amdã ſiue Abdã. ſed corrupte vtrobiq; ex cauſis diuerſis. Et in Hebrõ filio Caath filij Leui: à quo eſt familia Hebronitarũ in lib. Nume. Et in Hebrõ ciuitate Iuda, qua nihil eſt illuſtriꝰ in ſacris literis: q̃ varijs modis ſcribi ſolet. Nã expuncta aſpiratiõe ſcribitur Ebrõ, & Hebrõ cum aſpiratiõe ſimplici, & chebrõ præſertim apđ græcos, quorum peculiaris eſt chi litera. In fine quoq; dictionum heth litera ſubiecto patha vertitur in e. accẽtu reiecto in penultimã ſyllabã. vt Noah in Noe ſub quo diluuium fuit vniuerſale. Tharah pater Abraã, qđ verſum eſt in thare. Iarah filius Iectã in iare. Corah nomẽ celebre multorum in core. Salah filiꝰ Arphacſad in ſale. Balah filius Beniamin in bale. Iephtha filius vnus ex numero Iudicum in Iſrael in Iephthe. Siloah locus in Euã. Ioã. pro ſiloe. Peſah hebræorum atq; proinde feſtum Chriſtianis celebre, qđ Hiero. interpretatus eſt phaſe in teſtamento veteri, & in nouo vertitur in paſcha: & alia complura in hunc modum ab interpretibus ex hebræo in græcum & latinum ſermonem interpretata.

¶ De Hain litera.

QVod de heth litera (quã diximus eſſe vnã ex illis q̃nq;, quibꝰ apđ græcos & latinos nullũ elemẽtum rũdet) idẽ nunc de hain dicimꝰ. Quare interpretes tã græci q̃ latini aliqñ penitꝰ illã extriuerunt: & quidẽ frequẽter: vt in abarim mõte vbi mortuꝰ eſt Moſes. Deute. ca. xxxij. Amalec quoq; per hain ſtrictã in principio legitur: qui filius fuit Eliphaz. vnde ſunt cognominati Amalecitæ. Gẽ. ca. xix. & Ammõ filiꝰ Loth ex minore filia: à quo ſunt dicti ammonitæ. Gẽ. ca. xix. & Abdõ ciuitas ſeparata leuitis, de qua in Ioſuæ. ca. xxi. & Acarõ ciuitas Palæſtinæ q̃ cecidit in ſortẽ tribꝰ Iuda, de qua Ioſue ca. xv. atq; in eodẽ loco eiuſdẽq; ſortis Eder. Vertitur quoq; in aſpirationẽ ſimplicẽ: vt ĩ noĩe Hebal, qui fuit filiꝰ Iectã. Gẽ. ca. x. & j. Parali. & in eiuſdẽ noĩs mõte: de quo Ioſue ca. viij. per hain quoq; ſcribitur in principio Henã villa de qua in lib. Nume. c. xxxiiij. & Henadda locꝰ in tribu Iſachar: de quo Ioſue. c. xix. & Helam filiꝰ Sem filij Noe & regio ab eodẽ cognominata, de quibꝰ Gẽ. ca. x. & inde dicti Helamitæ: & Heber filiꝰ Salæ: de quo in eodẽ. ca. x. & Her filiꝰ Iudæ ex filia Chananæi Sue vxore ſua. Gẽ. xxxviij. & Heri filius Gad. Gẽ. ca. xlvi. & Heram filius Sutala filij Ephraim. Nume. ca. xxvi. & Hadriel qui duxit vxorẽ Merob filiã Saul. j. Reg. ca. xxviij. hain præterea vertitur in g. literã finitimã: vt in verbo Gomorra, quæ fuit vna ex quinq; vrbibꝰ pentapoleos iudicio dñi ſubmerſa. Gẽ. ca. xix. & Gaza ciuitas Eueorum, quæ cecidit in ſortem Iuda. Ioſue ca. xv. & Gader ciuitas, cuiꝰ regẽ occidit Ioſue in eodẽ volumine ca. xij. & Gothoniel, qui poſt Ioſue fuit Iudex in Iſrael Iudi. ca. iij. & Gai ciuitas amorreorum ꝓpe Bethel cuiꝰ regẽ occidit quoq; Ioſue: de quo in eodẽ Ioſue lib. ca. vij & viij & qđ de heth litera in ca. ſuperiori diximus, id nunc de hain dicimꝰ in fine dictionum ſubiecto patha plerũq; verti in e. accẽtu in penultimã ſyllabã reiecto. vt in Iehoſuah, ſiue quod interpretes ex Hebræo trãſtulerunt tum in Ioſue tum in Ieſus. & Beerſabath qđ interpretatur puteus ſeptẽ, ſiue iuramẽti quãdo ſcribitur per ſin literã, & in Beerſabath qđ interpretatur puteus ſaturitatis qñ ſcribitur per ſama literã, de quibꝰ legitur in Gẽ. ca. xxj. & ca. xxvi. & Bethſabah, quod interpretatur filia ſeptẽ ſiue iuramenti: quo nomine fuit vxor Vriæ primum, & poſtea Dauid regis: quod interpretes verterunt in Bethſabe: & Suah vxoris Iuda Cananitidis, ex qua genuit tres filios. Gẽ. ca. xxxviij. & Balah filiꝰ Beniamin: de quo Gẽ. ca. xxvj. qđ interpres vertit in Bale, & Arbah qđ interpretatur quatuor, & Cariatharbah ciuitas eadem quæ Ebron ſiue Mamre, ſic dicta, quod quatuor in eo loco fuerunt ſepulti. interpres vertit in Cariatharbe. & Oſeah propheta vnus ex duodecim minoribus, pro quo interpres vertit Oſee, & Gelboah mons & locus vbi Saul ſuperantibus Philiſteis cecidit. primo Regum. cap. xxviij. in Gelboe verterunt.

¶ De ſama. ſadic. & ſin. Hebraicis literis.

SLitera ex ſemiuocalibꝰ vltima teſte Martiano, à quibuſdã autoribus inter literas non eſt cõnumerata. Et ꝑfecto Meſſala, qui ꝓprium volumen huic literæ dedicauit, ſibilum quẽdam potiꝰ q̃ vocẽ humanã reddere illam ſcripſit. Sed cũ apud latinos hæc litera ſigma græco rũdeat: in eãdẽ vnã tres hebraicæ, hoc eſt, ſama. ſadic. ſin cõfunduntur. Quẽ vero ſonũ apđ græcos & latinos habere debeat, nõ eſt dictu facile: ego certe (quãtum aſſequi poſſum coiectura & rationibꝰ) in illiꝰ ꝓlatiõe vtroſq; aberrare puto, græcos dico & latinos noſtri ſæculi, nã cum his mihi tãtũ cõcertatio eſt. Etenim quis audeat priſcos illos dicere vel in minimis fuiſſe lapſos: quos penes arbitriũ ius eſt & norma loquendi: Sed cũ hoc negotiũ voce cõſtet, quæ ex negligentia vel potiꝰ ignoratiõe iuniorum nõ ſemper ſuis literis redditur: afferã rõnes quæ me in eã opinionẽ adduxerũt. Diuus Hiero. quo autore (in ijs quæ ad rẽ literariam pertinẽt) nullus eſt grauior, ſed neq; certior, in opere illo in q̃ dictiões hebraicas latine interpretatꝰ eſt: cũ de verbis ab. s. litera incipiẽtibꝰ ageret, in cal

ce ſic ſcribit: Apd' hebræos tres ſunt literæ: vna quæ d'r ſama & ſimpliciter legitur, quaſi per .s. noſtrā ſcribatur literā. Altera ſin, in qua ſtridor quidam nō noſtri ſermonis inſtrepit. Tertia ſadic: quā noſtræ aures penitus reformidant. Cum itaq; tres illæ literæ ab interpretibꝰ primū græcis in ſigma: deinde à latinis in .s. noſtrū cōfuſim verſæ ſint: cumq; ſadic & ſin literarū ſonꝰ, vt Hiero. tradit, vtriq; ſermōi (hoc eſt græco et latino) ſit incognitꝰ, efficitur vt ſigma græcū, & .s. noſtrū ſama hebraico rūdeat: illūq; apd' græcos & latinos ſonū reddat, qui nō eſt abſimilis ei, quē noſtri ſæculi inſcitia dat .c. literæ .e. vel .i. ſequētibꝰ: quēadmodū dictū eſt, cū de .c. litera agebatur. Idē autor præterea in libris hebraicarū quæſtionū exponens illud ex Gen. ca. xxvi. vocata eſt ciuitas Beerſabe, hoc eſt puteus ſaturitatis. licet (inquit) ſupra ex verbo iuramenti, ſiue ex ſeptēnario numero (qd' Sabe d'r) aſſeuerenꝰ Beerſabe appellatā: tū nunc ex eo quod aqua eſt inuenta ad nomē ciuitatis (quæ ita vocabatur) alludens, declinauit paululū literā: & pro ſtridule hebræorū ſin à quo ſabe incipitur: græcū ſigma .i. hebraicū ſama poſuit. Hucuſq; Hiero. Ex cuius verbis vtrobiq; ſatis conſtat ſigma græcū, & .s. latinū talem ſonum exhibere, qualē ſama hebraicum apud illos reddit: non eū, quem tempeſtatis noſtræ homines græci & latini (hoc eſt ſin hebraicū) pferūt. Quod ſi ad hæc Hiero. verba dixerit quiſpiā, latinos recte ſuum s. & græcos ſuū ſigma, hebræos perperā ſuū ſama pferre: poſſem ego rūdere hāc litē iam nō eſſe meā. ſed inter græcos & latinos ex altera parte: & hebræos ex altera debere diſceptari. nec minoris eſſe gloriæ alterutros erroris cōuincere. Sed haberēt Hebraizātes alias, quibꝰ cauſam ſuā facerēt pbabiliorē: atq; illā in primis, q̧ oēs q de orthographia græcæ & latinæ vnq̄ ſcriþſere .z. literā duplicē eſſe tradūt, atq; ex .ſd. literis cōſtare. nūc vero ex ſono quē .z. litera reddit apud hebræos, græcos, pœnos: atq; in dictiōibꝰ quoq; peregrinis apud latinos, nemo eſt qui nō intelligat. quē ſonū debeat ſigma græco, & .s. latino accōmodare, quippe qui nō aliare diſtet à .z. litera: niſi qd' .s. ſimplex, & .z. in .ſd. deſabetur. Eſt & alia ratio q̄q̄ à librariorū errore pfecta .s. literam ex parte .z. ſonū habere qd' apud hebræos ſcriba legis ille nominatiſſimꝰ Ezras per zain ſcribatur: literæ eiuſdē loco .ſd. ſubſtituerūt ſcribētes Eſdras: perinde ac ſi .ſd. tātundē polleāt: quātū .z. Atq; ediuerſo pro eo qd' apud hebræos legitur aſdod, q̄ eſt nobiliſſima ciuitas Palaſtinæ, in græco atq; in latino ſermone transfertur in azotum. Quod ſi eſras & azotus per .z. & eſdras & aſdod per .ſd. eādē vocē reddūt, manifeſtū eſt ſi altera parte cōpoſitiōis (hoc eſt .d.) abſtuleris, quē ſonū .ſ litera relinques. Sed an licuerit librarijs ſiue interpretibus id facere, cum de .x. litera diſputabitur, oſtēdemus. Illud quoq; nō mediocrē exterquēdæ veritati coniecturā facit: qd' oēs grāmatici fatētur, interiectionē .ſt. aut .ſi (quēadmodū apud Terē. legitur) qua ſilentiū imperatur, à ſono vocis eſſe fictā. Sext. quoq; ſeſtus Pompeius, ſilco (inquit) tacere ſignificat ficto verbo ab .ſ. litera, quæ nota ſilentij eſt. Cūq; interiectionū voces propemodū naturales ſint: qppe quæ neq; locorū diſtātia, neq; tēporū diuturnitate mutētur, cōſequēs eſt, vt interiectio .ſt. & verbum ſilco apud antiquos illos, quorum imitatores nos eſſe profitemur, eodem modo, quo nunc Hiſpani ſilētium imperamus, proferatur, hoc eſt, quaſi per .ci. literas: ſed (vt ſupra demōſtratū eſt) male ſcriberetur. Eſt etiā ratio quædā non inepta, ex eo ſumpta: quod ex hebræis viri dociſſimi quiddam factitarint: qui ex græco & latino ſermone in ſuū vertentes opera quædā in nominibus pprijs hominū ſiue locorū, quæ nō licet mutare, ſemper .ſ. literam vertere in ſama non in ſin aut in ſadic. vt Antiochos, Alexandros, Pompeios, Cæſer, quæ nos per .s. illi per ſama ſcribūt ac proferūt. Nos vero perperā, ſi per ſin hebraicum proferamus, cum inter has literas tanta ſit diſtātia, quanta poteſt eſſe inter quaslibet duas alias: nam ſin priori lingua ad palatum applicata effingitur. ſama vero ad ſuperiorū dentiū radices lingua illa ſonum reddit, quod .s. litera Terentianus & Martianus capella in Philologiæ nuptijs ſcribit. Fuit tempꝰ quo & ego putabā hāc literam tali ſono debere proferri, quali nunc imperitum vulgus enuntiat: & quas in illius prolatiōe delicias fieri prelibet Quintili. coniectabā illorum eſſe, quos vulgo Hiſpani ceceoſos vocāt: nunc vero his rationibus, quas ſupra attulimꝰ, conuicti, aſſeueramus illos recte, nos perperam hodie hanc literam pronuntiare: vt qui ſolebāt à nobis derideri, poſſunt nos viciſſim iure ſuo eludere. Sed nos illos hac vna in re ſuperamꝰ, qđ vtrāq; vocem poſſimus efferre, illi vero inemendabilis oris prauitate non poſſunt: illis ſimiles, qui erant ex tribu Ephraim, & occupantibus Galaaditis vada Iordanis, cum ſe vellent ad ſuos recipere interrogati dic ſibboleth, hoc eſt per ſama, reſpondebant ſibboleth per ſin. De aliarum literarum cōuerſione in alias, vt quod ponantur aſpiratæ pro exilibus, & ecōtrario: & quod aliæ pro alijs diuerſorū generū ſimilitudine figurarū decepti interpretes poſuerūt, alibi copioſius diſſeretur. Nūc ad hebraicarum vocalium diſputationem accedamus.

¶ De vocalibus hebraicis, quæ per apices deſignantur. Cap. j.

PRincipio falluntur hebræi cū (vel Hiero. autore) putāt ſe duas tantū & viginti literas habere, propterea qd' à totidē figuris atq; elemētis Ieremias q̄tuor lamētationū ſuarū ſingulos verſiculos inchoauit. Quidā præterea pſalmi cū prouerbiorū Salo. clauſula eodē literarū numero contexti ſunt. Nā ſi ad literarū figuras reſpicis, præter nouē apices & duas aſpirationis & exilitatis notas, ſeptem & viginti ſunt, quoniam ex illis quinq; duplicantur. Chaph, Caph. Mem, Mem. Num, Num. Pe, Phe. Sadich, Sadic. Si ad voces te conuertas conſpicuum eſt, tot eſſe vocum differentias, quot ſunt figurarū diuerſitates. Alioqui ſi duæ figuræ eandem vocem deſignarent, altera eſſet otioſa. aut vtraq; pro eadē computaretur, per axioma tertium. Quod vero apices atq; aſpirationis & exilitatis notæ & ſcripto & pronuntiato literis annumerari debeant, ex literæ diffinitione ſatis conſtat. Nam ſi apex patha mihi vocem illam deſignat, quæ à græcis per ſuū alpha, & à latinis per .a. literam denotari conſueuit, ex eodem tertio axiomate non minus patha erit litera, quā alpha græcū & a latinū, cū præſertim diffinitio literæ patha apici cōueniat, qd' videlicet eſt minima pars vocis, hoc eſt, indiuidua, & q̄ ſcribi pōt, atq; idē de reliq̄s apicibꝰ dicēdū: q cū ſint nouē, nō ſolū figuris, verūetiā vocibus inter ſe diſtātes, fit, vt ſint apud illos vocales nouē. Nam aleph per ſe nō eſt vocalis, niſi animetur ab vno ex nouē apicibꝰ, neq; vau neq; iod, niſi admoueās apices per quos .u. & .i. vocales deſignātur. Quod vero apices inuicē diſtinguātur, hunc in modum ab illorum doctiſſimis deducitur.



¶ Patha, quæ deſignatur per virgulam iacentem hoc modo ─ ſiue aleph literæ, ſiue alicui ex conſonantibus ſubijciatur demonſtrat mihi .a. vocalem, quæ recte & ſimpliciter pfertur. vnde protēta virgula figuratur, interpretaturque adapertio, propterea quod adapertili, rectoque ore pronuntiatur.

¶ Cames, deſignatur per eandem virgulam protētā ſubiecto puncto in hūc modū ─̣ proferturq; contractioribus labris declinando paululum ab .a. in .o. vt fiat ex vtraque vocali ſonus quidā medius. ita tamen vt in eas reſolui nō poſſit: tunc enim non litera, ſed diphthongus, hoc eſt, duarum vocalium coagmentatio eſſet. Interpretatur autem cames pugnus ſiue clauſura, ex eo quod ore (vt diximus) contractiori effingitur.

¶ Sere, deſignatur per duo puncta iacentia hoc modo .. profertur recte & ſimpliciter .e. vocalis. Interpretatur autem coadunatio: ex eo quod vox illa in rectum protenditur.

¶ Segol, deſignatur per tria puncta in orbem circūducta in hunc modum ∴ & profertur ſono quodā medio inter .e. & .a. vel potius declinando paululū ab .e. in .a. interpretaturq; circulus, quod tam vox quā figura circūagitur.

¶ Scba, deſignatur per duo puncta ſibi inuicem incidentia in hunc modū : Eſtq; illius duplex vſus alter cum inter duas vocales interponuntur duæ conſonantes. ſub quarū priori ponitur ſeba ad deſignādū, q̧ illa cōſonās enuntiatur cum vocali præcedente: alter cum ſimpliciter ſubijcitur literæ hoc modo & profertur ſono .e. vocalis tenui, interpretaturq; volutio.

¶ Hiric, deſignatur per vnum dūtaxat punctū hoc modo אִ Proferturq; ſono ſimplicis .i. vocalis, neq; obliquatur quēadmodū diximus de .a. & .e. interpretaturq; cōſumptor.

¶ Holem, deſignatur per vnum punctū alteri literæ ſuper impoſitum, cum ſuperiores ſex apices cum alijs literis ſubijciantur: & profertur recte & ſimpliciter .o. vocalis. Interpretaturq; robuſtū & forte: quoniā ſic enuntiatur.

¶ Surec, deſignatur per punctum in ventre vau literæ appoſitum hoc modo וּ proferturque ſimplici voce .u. vocalis. interpretaturque vacuum, ex eo quod vau litera ibi otioſa eſt.

¶ Cibum, deſignatur per tria puncta ſcalariter ſibi inuicem deſcendendo ſuccedētia, hoc modo ⋱ proferturq; medio quodam ſono inter .u. vocalem & .i. vel potius ab .u. vocali in .i. literam declinante. Interpretaturq; cōiunctio, quod videlicet duarū literarū voces coniungat. Ex quibꝰ infertur vocales apud hebræos eſſe nouē, quæ deſignātur per nouem ſupra memoratos apices: quādoquidē literæ atq; vocalis diffinitiones cuiq; illarum cōueniūt. Neque aſſentior Ioanni Phorcenſi, neq; aliis (ſi qui ſunt, qui eius ſentētiæ ſubſcribūt) putātes vau. he. iod. hain. heth. vocalibꝰ debere annumerari. Aleph præterea (quemadmodū diximus) non tā vocalis, quā mortua quædam figura eſt, apicibus tamen deſeruiēs. ſicut iod & vau quando conſonantium officio non funguntur.

¶ Quod he. heth. hain. vocales non ſunt.

SEd quia ſuſpicor non defuturos, qui huic aſſertioni meæ nolint aſſentiri, cōtendātq; mecum ſex literas ſuperiores omnino eſſe vocales: libet mihi hoc in loco paululum à propoſito digredi: vt oſtendamus rationes, quæ nos in eā ſententiā adduxerūt. Principio conſiderādū nobis eſt, quæ ſit differētia inter vocales & cōſonantes, quæ manifeſtiſſime colligitur ex vtrarūq; diffinitione iā inde ab initio nobis propoſita: perſpiciendūq; profundiori quodam ſenſu vtra ex illis diffinitionibꝰ ſex literis (de quibꝰ agitur) magis conueniat. Quod ſi vocalis eſt, q̄ per ſe & pura ſine alterius literæ permixtione poteſt enuntiari: videamus an tres illæ ex pulmonibus per gargarcō ſpiritu ad fauces alliſo per ſe ſine alteriꝰ literæ adminiculo proferantur. vt ſint vocales. Non he quā Hiero. ſimplicem aſpirationē vocat. & quæ noſtræ quā ſimillima eſt: certe ex ſermone hebraico in eā ſemper vertitur, aut diſpūgitur omnino. Illa modo differētia inter eas eſſe videtur: quod apud hebræos vocē deſignat. apud latinos ſonꝰ tātū eſt nota. vtrūq; tū ſi proferas, niſi aliquā ex vocalibus feriat, nullo id modo poſſis efficere, vt per ſe & pura enūtietur. Non heth, quā idē Hiero. duplicē aſpirationē appellat, & à græcis & latinis tum in chi, hoc eſt, ch. aſpiratū, tum in ſimplicē aſpirationē vertitur: quæ (vt paulo ante diximus) tametſi nō eſt litera. magis tamē ad vim conſonātis, quā vocalis accedit. Non hain, quæ cōpreſſis faucibus expreſſa per ſe nihil ſonat, ſed cū vocali per apicē deſignata tātū crepit: ſemperq; apud interpretes, aut propter illius vaſtitatē exteritur, aut in .g. conſonātē, aut in .h. quaſi conſonātē permutatur. Quod ſi interpretes has tres in conſonātes verterunt, igitur & ipſæ cōſonātes ſunt. cū literæ alicuiꝰ linguæ nō debeāt verti, niſi in literas ſui gēnis, aut in ſibi cognatas, & affines, aut penitus diſpungi. Quid? quod illud peculiare cōſonantibus eſt, vt ſibi apices ſubijciantur, qui vocales deſignant: aut vocales ſequātur, quæ per apices cōſonātibus ſubiectos, aut per aleph. iod. vau. literas otioſas & tātū apicibꝰ deſeruientes notantur. Quod vtrūq; tribꝰ illis (de quibus agitur) literis accidit, quoniā aut apices ſubiectos habēt, aut apices cū ſibi deſeruiētibus figuris ſubſequuntur. Eſt & alia palmaris ratio, cui nemo refragari poſſit: ſumpta ex cōſonātium ordine apud hebræos obſeruato: de quo paulo poſt multis diſputabimus. Is aūt eſt, q̧ ſi duæ cōſonātes in medio dictionis ponūtur inter duas quaſcūq; vocales, q̄ per apices deſignātur, prior ex illis pertinet ad priorē vocalē, poſterior vero ad poſteriorē. Vñ ab hebræis cōſonāti priori ſubijcitur apex ſeba, p quē ſignificatur illā debere ſuſpēdi. atq; cū uocali præcedēti ſonare. Atq; videmꝰ frequēter cōſonātē aliquā ſubiecto apice ſeba præcedētē. ſubſequi has tres de quibꝰ agimꝰ. Sunt igitur cōſonātes, aut des mihi, neceſſe eſt, verbū, in quo vocalis conſonātem ſequatur, in qua apex ſeba ſit ſubiectus. Cū ediuerſo regula ſit inter orthographos recepta, ſi in dictione ſimplici reperitur conſonans duabus interiecta vocalibus, debere illam non priori, ſed poſteriori iungi. Quod vero de he. heth. & hain. literis paulo ante diximꝰ plerūq; ſubſequi conſonātes, quæ apicem ſeba ſubiectum habeant, reliquū eſt, vt exemplis comprobemus. De he in .j. Paral. volumine cap. xxvij. Quintus (inquit) mēſe qnto princeps Sambuth. Sic enim apd' hebræos ſcribitur, hoc eſt, per ſin patha ſequenti men cū ſeba deinde per he vau cū ſurec, & in fine tau cū raphe. apd nos, vt in alijs cōpluribꝰ verbis, ſeba mutatꝰ eſt in .a. & .u. in .a. legimus ſamach. De heth Iſhac filiꝰ Abraā: ſcribitur nāq; apd' hebræos per iod ſeqnti ſadic cū ſeba, deinde per heth ſubiecto patha, & in fine coph. ſed nos ſeba (vt in multis) verſo in .a. & diſpuncta heth litera (quemadmodum alibi diximus) ex Iſhac

fecimus Iſaac. De hain ſimbō celebre nomē in ſacris literis ſcribitur enim per ſin ſubiecto kiric ſequēti mē cū ſeba, deinde per ain ſiue hain ſequenti vau cū holem, & in fine num. Græci tamen & latini apicem ſeba mutarunt in. e. & ain extrita dixerūt Simeon. vt in vno ex duodecim filiis Iacob. & iuſtus ille vir, de quo in euange. Luc. ca. ij. qui reſpōſum acceperat à domino, non viſurū ſe mortē. &c. vocatus eſt quoq; Simeon. Sed plerūq; non vertitur ſeba in. e. ſed ſupprimitur: ſed frequentius in teſtamento nouo: vt Simō cognomēto Petrus, Simō frater dñi, Simō pater Iudæ Iſcharicthis, Simō Cyreneus crucis Chriſti baiulus, Simon Coriarius, & Simō niger, de quibus Lucas in apoſtolica hiſtoria: & ne amplius in re perquā manifeſta immoremur, pergamus ad reliqua.

¶ De nouem Hebraicis vocalibus.

Vocalium non eſſe certum ac definitum numerum in axiomate quinto dictum eſt. In lingua vero hebraica ex diuerſitate apicū colligi numerū illarū, vt ſint omnino nouē, dictum eſt, cū de apicibus agebatur: vbi etiā diximus aleph nō eſſe vocalē: quæ certam habeat vocē, ſed apicibꝰ diſtingui in vnā aliquā ex illis nouē: quā quidem confuſaneam mixturam neceſſarium fuit per certa quædam ſigna determinari. Apices vero ipſo initio apud hebræos nō fuiſſe, ex monumētis hebraicarum literarū, quas vidimꝰ in marmoribus atq; numiſmatis incuſſas, deprehēdi pōt id qd' etiā in ſuo pentatheucho (quod in abditis cuſtodiūt pertinaciſſime ad hāc vſq; ætatē hebræi) retinēt, putantes opinor vel ex eo ſuæ religionis antiquitatē oſtēdere. Adieciſſe deinde apices primus omnium d'r Ezras ille ſcriba legis notatiſſimꝰ. Hiero. in prologo Galeato non apices appoſuiſſe, ſed quaſdā literarum figuras excogitaſſe tradit. Sed quicūq; tandē is fuerit huius inuenti autor: rē cōmodiſſimā, ac oīno hebræis, atq; proinde hebraicæ linguæ ſtudioſis neceſſariā attulit: cū alioqui quaſi per notas & cōpendia legendū ſcribendumq; eſſet: res quidem lubrica & multis erroribꝰ obnoxia: ſi ſtāte eadem ſcriptura ſenſus diuerſi ac cōtrarij plerūq; poſſent intelligi. Aleph igitur (quēadmodum iterū atq; iterū diximꝰ) per ſeipſam nunquā exhibet ſonū, quē ipſo nomine profitetur: ſed cum poteſtate vim omnium habeat vocalium per appoſitos apices cōgeries illa diſcernitur. Tale aliquid & in lingua punica vidimus, quæ Hebraicæ, & proinde Arameæ, atq; Aegyptiæ finitima eſt nō modo in literarū vocibꝰ, verūetiā in ordine literas diſponēdi. Omnes enim hæ quatuor linguæ punicā dico, Hebraicā, Arameam, ſiue Chaldaicā, & Aegyptiam a dextra ſiniſtrā verſus ꝓcedentes (hoc eſt peruerſe, vt Herodotꝰ & Mela tradūt) literis vtūtur. Cūq; Hiero. Auguſt. Remi. autoribꝰ inſtrumētum vetꝰ ex Hebraico, Arameo, Aegyptio, Arabicoq; ſermone cōſtet: hæ quatuor linguæ in vnā ꝓpe cōfundūtur. Habet (inq̄) lingua punica, ſiue illa ſit Aegyptia, primā ſui alphabeti literā Alipha (ſic enim appellāt) codē ꝓpe ſono quo hebræi ſuū Aleph: neq; habēt aliā vocalē, præter illam, quā tñ adiectis apicibꝰ, axiclas, ſiue haracas, vt dixīmꝰ, .i. motrices illi vocāt, oēs qnq; latinas deſignāt: quēadmodū & de Aleph hebraico diximꝰ. Quod ſi quiſpiā dixerit, duas præterea reliquas eſſe apud Hebræos, Iod & Vau: is ꝑfecto non intelligit, quas apd' illos habeāt vires. Sūt enim per ſe cōſonātes, atq; cōſonātiū officio fungūtur, cū & vocales frāgāt præpoſitæ: & appoſitæ vocalibꝰ incūbāt: & in illa oris parte formētur: vbi ſine vocalibꝰ enūtiari nō poſſint. Quod ſi vſpiā reperiūtur cōſonātiū vim nō habere, nec vocales quidē ſunt, ſed figuræ apicibꝰ tātū deſeruiētes: quare nīe ab hebræis nahai. i. ocioſæ ac ſuperuacuæ dñr: neq; alios hñt vſus, q̄ quos in logiſtice, ſiue arte cōputatoria, q̄ vocatur ſifra, q̄ per ſe ſola nihil valet, præſtat tñ vt aliæ numerorū notæ mutēt ordinē, atq; proinde alium atq; alium numerum deſignent.

¶ De ſeba hebraico apice.

Est apud hebræos apex ſeba, qui ſubdi conſonantibus conſueuit in varios vſus: inter quos vnus eſt, vt ſubiectꝰ literæ finiat ſyllabā præcedentē. Nā cum ſit illud hebraicæ linguæ ꝓpriū: vt nūq̄ duæ cōſonātes frangāt vocalē ſequentem, aut finiāt ſyllabam præcedentē, quoties veniunt in medio dictionis: prior pertinet ad ſyllabam præcedētē: poſterior vero ad ſequentē. Quod, vt deſignarēt librarij, conſueuerūt priori cōſonāti ſubijcere hunc apicē: qui ſuſpēderet ſyllabam: atq; præcedenti vocali adiungeret. Quēadmodū in hac particula abrā. b. literæ ſubijcitur ſeba, deſignatque illam debere iungi. a. vocali præcedenti. Apud græcos tamen & latinos ex ratione ordinis cōſonātiū. b. illud pertineret ad ſyllabam ſequentē: niſi eſſet cōpoſitum ex ab: quod interpretatur pater: & ram excelſus. Nam ſi cōpoſitū nō eſt, vtraq; litera ad vocalem ſequentē pertineret. vt abra, qd' interpretatur ancilla, quæ ꝓculdubio vox græca eſt: qua frequēter vtitur interpres in libro Iudith. Septuaginta vero primum, atq; deinceps qui ſequuti ſunt interpretes græci & latini in nominibus hebraicis, quæ nō potuerūt, ſed neq; debuerūt vertere: qualia ſunt virorū & fœminarū, atq; locorū ꝓpria nomina plerūq; trāſtulerūt ſilentiū illud ſiue interciſionē, quæ fiebat per ſeba in vocalem: quæ adnexa conſonāti faceret ſyllabā: aliqñ ſequuti hebræos, apicem illum diſſimulauere: vt in hoc nomine Abſalon in. iii. Regum volumine frequenter legimus Abſalom triſyllabū. In. iii. vero Regū lib. cap. xv. Abeſalon quadriſyllabū: ſiue ſit idem qui ſuperior, ſiue alius quiſpiam non facit ad rem: cum vtrobiq; in hebræo eadem ſit ſcriptio. Igitur interpretes aliqñ verterunt ſeba in. a. vocalē: vt ꝓ eo qd' in. iii. Regū ca. v. legitur. Acron ſubiecto ſeba ſecūdæ literæ, intepretati ſunt Acaron: quæ fuit ciuitas Palaſtinæ inter Azotum & Iamnā reſpiciens ad orientē. Pro eo qd' Iudicū ca. j. legitur Achzib, quæ fuit ciuitas in tribu Aſer, verterūt Achazib vtrobiq; ſeba mutato in. a. In lib. tñ Ioſue ca. xix. Achziba nihil ex hebræo mutātes reliquerūt. Pro eo qd' Gen. ca. xii. in hebræo legimꝰ Aſſontamar, hoc eſt ciuitas palmarū, in qua habitabāt Amorrei iuxta eremum, Aſaſontamar interpretati ſunt. Pro eo qd' Gen. ca. x. atq; iterū. xiii. in hebræo legitur Adma, q̄ fuit vna de quinq; vrbibus Sodomorū euerſis: verterunt Adama. Pro eo qd' Gen. ca. x. atq; iterū. j. Paralipo. j. Hebræi hñt Arci, qui fuit filius Chan, & cōdidit Arcas oppidū ad radices Libani mōtis: noſtri verterūt in Araceū: vnde fuit Chuſi amicus Dauid regis: & poſtea trāsfuga Abſalon rerum potito: vnde Aracites dictus: de quo. ij. Reg. ca. xvii. Pro eo qd' Gen. ca. xxxvi. atq; iterū. j. Paralipo. j. habetur apud hebræos Bilhā: apud nos legitur Balad: qui fuit filiꝰ Eſer horrei. Pro eo qd' in lib. Nume. ca. xxii atq; iterū Ioſue. ca. xiii. illi hñt Bilā, qui fuit filius Beor, nos habemus Balaam per. m. in fine. Pro eo qd' Gen. cap. x. atq; iterum Amos cap. vi. illi



hñt Chalne, quæ fuit ciuitas regni Nērod, vbi turris ædificata eſt, nos habemꝰ chalane: quibꝰ in locis oibꝰ, atq; in alijs complurib⁹ ſeba verſus eſt in. a. vocalem. Aliqñ ſeba (& quidē freqñtius) vertitur in. e. vt ꝓ eo qd in Exo. & i li. Nume. & in paralipo. apud hebræos legitur Elazar, Eleazer conuerterunt. Et ꝓ eo qd eſt in lib. Reg. Abſalon, quemadmodum ſupra diximus, tum Abſalon tum Abeſalon interpretati ſunt. Et pro eo quod in libro Iudic. cap. xij. apud hebræos legitur Abſan Bethleemites, qui fuit iudex in Iſrael: nos habemꝰ Abeſan. Et ꝓ eo qd Gen. xxvj. illi habēt Baſmath, quæ fuit vxor Saul: & iij. Reg cap. iiij. iterū Baſmath, vtrobiq; nos habemꝰ Baſemath. Et ꝓ eo qd in pleriſq; ſacræ ſcripturæ locis illi hñt Iezcias q fuit rex in Iuda, nos vbiq; habemꝰ Ezecias. Et pro eo qd' nos habemus, aut habere debuimꝰ Ezeciel, illi hñt Iecezel. Et pro eo qd' vulgo legimꝰ Hieremias ꝓpheta, atq; alter Hieremias pater Iechoniæ de quo Iere. ca. xxxv. atq; alijs in locis apud hebræos ſemper legitur Iermiau. Et pro eo quod illi dicunt Ribca pro vxore Iſaac, nos dicimus Rebeca. Et ꝓ eo qd hebræi dicunt Simon pro filio Iacob ex Lia, nos dicimus Simeon. In teſtamēto nouo, tum Simō, tum Simeon legimus: nā & Simon Petrus, & Simon leproſus, & Simon Cyreneus, & Simon frater domini, Simon Iudas Iſcariotes dicimus: & Simeon ille, qui apud Lu. puerum Ieſum in vlnas accepit, & de eo eſt vaticinatus. Et ne in ſingulis demoremur bina tantū exempla proferemus de tribus vocalibus. i. & . u. & . o. quæ ſuperſunt, in quas ſeba verti conſueuit. vt pro eo quod Exo. ca. vj. legitur in hebræo Elſaphā, nos habemꝰ Eliſaphā. Et ꝓ eo qd' Gen. cap. x. atq; alijs in locis illi hñt Ninue per. u. cōſonātē, nos habemꝰ Niniue. Et ꝓ eo qd Gen cap. xxxvj. hebræi hñt Achbor, apd nos legitur Achobor. Et pro eo quod Ioſue ca. xv. & Iudicū primo, hebræi habent Othniel: nos habemus Othoniel.

¶ D. pro. r. & . r. pro. d.

Est præterea apud hebræos inter Daleth, & Res tanta literarum ſimilitudo. vt non diſtinguantur, niſi in ipſo cubiti flexu tenui ad modum diſcrimine. vnde nemini mirum videri debet, quod interpretes decepti alteram ꝓ altera acceperūt. vt pro eo quod in. ij. Reg. volumine cap. viii. legitur frequēter Adadezer, qui fuit filius Roob rex Soba: in codicibꝰ hebræis habetur Adarezer. Neutrum damno, cum illud teſtimonium auxilij, hoc pulchritudinis auxilium interpretetur: fieriq; poſſit, vt error ſit in codicibꝰ hebræis & in noſtris recta ſcriptio. Lego tñ apd' Euſebiū, atq; illius interpretē Hiero. qd' Maſbuth fuit ciuitas hoſtilis regis Adarezer. Adarezer (inquā) per. r. literam quartam, ex quo manifeſtum eſt in libris latinis potius errorē eſſe, q̄ in hebræis aut græcis. Hinc præterea ortus eſt error, vt eadē putetur eſſe Deblatha, quæ Reblatha ſiue Rebla. Hiero. in illud Iezecielis cap. vj. Et faciam (inquit) terram eorum deſolatam & deſtitutā a deſerto Deblata in omnibus habitationibus eorū. A deſerto (inquit) Deblatha, quæ eſt in terra Emath: quæ hodie vocatur Epiphania Syriæ. In iii. tamen Nume. volumine cap. xxxiiij. De ſephama (inquit) deſcēdent termini in Reblatha contra fontem Daphnē. In. iiij. præterea Reg. lib. cap. xxiij. vnxit (inquit) Iochaz Pharao Nechao in Reblatha, q̄ eſt in terra Emath. atq; iterum ca. xxv. eiuſdē. iiij. li. Quos (inquit) tollēs Nabuzardā princeps militū, duxit ad regē Babylonis in Reblatha. Iere. quoq; ca. xxxix. comprehenderunt (inquit) Sedeciam, & captum adduxerūt ad Nabuchodonoſor regem Babylonis in Reblatha, quæ eſt in terra Emath. Eſt autem Sephama eadem quæ Apamia. Emath quæ Epiphania. Reblatha ſiue Deblatha, quæ Antiochia ad Daphnē tres vrbes Syriæ illuſtres atq; finitimæ. Et ſubdit idem Hiero. multi putant eundem eſſe locū Reblatha de quo in Iere. ſcriptum eſt & Deblatha, de qua in Iezeciel: & propter nimiam (inquit) ſimilitudinem Daleth, & res hebraicarum literarum, quæ paruo apice diſtinguntur vel Deblatha, vel Reblatha appellari. Pro eo quoq; quod in. ij. Reg li. ca. xxiij. legitur Semma de Arodi, & Elicha de Arodi vtrobiq; in hebræo legitur Arori per. r. literā in quarta. Pro eo præterea qd in lib Ioſue ca. xix. legimus Iedaba, quæ fuit ciuitas in ſorte Zabulō, in hebræo habetur Ieraba per. r. in tertio loco. Pro eo etiam quod in Iezeciele cap xxvij. legimus Syrus negotiator tuus: in hebræo pro Syrus poſitum eſt Aram: quo in loco Hiero. ſeptuaginta (inquit) interpretati ſunt homines pro Aram per. r. literam legentes Adam per. d quod interpretatur homo ſiue homines. Pro eo quod in eodem propheta ca. xlvij. in hebræo habetur Tamodu, qd interpretatur metiemini, ab eo qd eſt Metior, iris. ipſi Tamoru per. r. legentes Pheniconos. i. Palmeti verterunt. Hiero. præterea in illud eiuſdē ꝓphetæ cap. xxvij. filij Dedā negotiatores tu'. pro Dedā (inquit) neſcio quid volentes ſeptuaginta filios Rhodiorū interpretati ſūt: niſi forte primæ literæ ſimilitudine decepti pro Dedā legerunt Redā per. r. literam qd' in Rhodios tranſtulerunt. Pro eo etiā qd in. ij. Reg. volumine legitur. Tulit itaq; rex duos filios Reſphafiliæ Abia, quos peperit Saul. Armoin & Miphiboſeth: in hebreo Admoni p. d. literā in ſecūdo loco legitur. Pro eo qd in hebræo Gen. xiiij a legitur Thadal, ſiue Thidal: in græco habetur Thargal. Pro eo etiam qd' in li. Ioſue cap. xxii. & . xxiii. In libris latinis legitur Aſeroth, in hebræis habetur Aſedoth per. d. literam, quod interpretatur effuſiōes ſiue decliuia. Illud ad hæc in ambiguo relinquitur, quod in Pſal. cix. legitur apud hebræos Hadre, ſiue Harere: nam ex altero Hiero. tranſtulit ex hebraica veritate in montibus ſanctis, ex altero Lucianus, & alii In ſplendoribus ſanctorū. Hebræi tamen contendunt aſtipulante etiam ſcriptura Chaldaica, Hadre potius eſſe legendum, hoc eſt, per. d. literam. Sunt & alia complura eiuſdem generis, quæ ſe paſſim legentibus offerent.

¶ B pro. u. conſonante.

B Literam mediam eſſe inter. p. & . ph. in ſuperioribus dictum eſt: atq; demonſtratum nulla alia re ab illis diſtare, quam quod eſt exilior quam. ph. & aſpiratior quā. p. Omnes tamē circa huius literæ vocem nonnihil peccant. Ac primum hebræi, qui Beth appoſito Raphe, tali ſono proferunt, qualem nos. u. conſonanti accommodamus. Nam ſi Beth cum Dagues hoc eſt puncto illo medio ſcribatur: tunc ipſi fatentur compreſſis labris debere formari. Si vero cū Raphe, hoc eſt, aſpirationis nota, tunc quaſi æolicum Digama eſſe proferendū, quaſi velim dicere. b. laxum ad. u. conſonantem, preſſum vero ad exilis vocem proxime accedere. Hinc ortus eſt error ille frequens in codicibus latinis, vt. b. litera pro. u. conſonante atq; ediuerſo pro. b. u. conſonās reperiatur ſcripta: & quemadmodū ſcripta eſt, proferatur. vt Gen. xiiij. Codor, Laomor, & alij reges, ꝑcuſſerūt Emim in Sabe Cariathain. i. in planicie. & paulopoſt in valle (inquit) Sabe eſt vallis regis, vtrobiq; ſabe. p. b.

ſcribitur, cum per. u. conſonantē ſcribi atq; proinde proferri deberet: quandoquidē apud hebræos per vau conſonantē ſcribitur. In lib. quoq; Eſter ſibā per b legitur pro ſiuā per. u conſonantē, eſtq; menſis tertius in anno hebræorū. In. ij. quoq; reg. volumine, ca. xx. ſiba per. b. pro ſiua per. u ſcribitur. præterea Gen. ca. xxxv. Zabā fili9 Aſer ꝓ Zauan legitur. In. i. etiam Paral. lib. ca. iij. Bethſabe legitur ꝓ bethſue, hoc eſt. b. pro. u. vocali. Subeſtq; mihi hoc in loco admiratio quædā, vnde ſit tāta huius nominis in ſcriptura diuerſitas: vt quod vulgo legitur Berſabee ꝓ Dauid regis vxore illa, quæ quondā fuerat Vriæ: & in vetuſtiſſimis codicibus atq; proinde in græcis bethſabee: apud hebræos ſemper ſcribitur per. b. literā in tertia ſyllaba, in vno tantum ſupra memorato loco. b. mutata in. u. vocalem legamus bethſue. vt iā apud latinos non miremur, qđ b. cōſonās aliqñ mutetur in. u. vocalē. vt aufero. aufugio, q̄ ex ab præpoſitiōe cōponi manifeſtū eſt. ſed hæc alias. In errore pari videtur eſſe græci, q eodē mō beta ꝓferūt, quo hebræi ſuū beth cū raphe. Quos vtroſq; aberrare, ex iis q̄ ſupradicta ſunt, facile apparet: atq; in hunc modū adhuc poteſt deduci. Tres literæ eiuſdem generis effinguntur inter labra non aliter inter ſe diſtantes, quā exilitate & aſpiratione. p. b ph. duo quoq; ſuperiori dentium ſerie labro inferiori appreſſa. non alio quippe differentes, quā q; autore Quint. f. litera inter dentiū diſcrimina efflatur. u. vero cōſonans ſpiritu ad oris inanitatem reducto profertur. Ex quo efficitur, vt alia ſit vox. b. literæ, quā. u. conſonātis, atq; ex tertio axiomate ſub diuerſis generib9 poſitæ, multoq; magis a ſe inuicem diſtātes quā. b. a. p. & ph literis. & f. ab. u. cōſonāti Igitur nullo modo poſſunt altera ꝓ altera poni, nō magis quā. b. pro. c. aut. c. pro. d. Atq; ex eodē tertio axiomate ſi. b. litera. u. cōſonantis ſono proferri poſſet, eſſet eadem litera numero cū illa. atq; paſſim altera ꝓ altera ſcribi ac proferri poſſet, quod nemo vnquā dixit, neq; dicturus eſt, niſi cōfeſſa atq; omniū conſenſu recepta negare velit. Ex quo infertur, q; latini multo melius. b. literam proferant, quā græci ſuū beta, aut hebræi ſuū beth cum raphe: quādoquidē non alio diſtent a p. litera, niſi breui admodū labrorū laxitate. Eſt & illa aduerſus hebræos ratio peculiaris, quæ conuincit eos aberrare, qđ raphe, q̄ nota eſt aſpirationis, nunq̄ mutat genus literæ, cui imponitur. neq; aliud quicquā efficit, quā quod paululū laxat id, quod erat preſſum. Atqui vt ipſi nūc proferunt, non modo mutant ſpeciem, ſed etiam genus, quandoquidem beth & vau ſub diuerſis generibus reponuntur.

¶ Dictiones hebraicæ in teſtamento nouo.

Reperiuntur in ſacris literis (in euāgelio maxime) particulæ quædā, quas interpretes incertis de cauſis nō auſi ſunt ex hebræo in græcū, aut latinū ſermonē interpretari. Origenes propter vernaculū cuiuſq; linguæ idioma non potuiſſe verti putat, neq; ita apud alios ſonare, vt apud ſuos dicta ſunt: & multo melius fuiſſe non interpretata ponere, quā vim eorum interpretatione tenuare. Cui aſtipulatur Auguſt. in. ij. de doctrina chriſtiana lib. Hiero. in epiſt. quadā ad Marcellam: Quoniam (inquit) prima eccleſia ex iudæis fuerat congregata, poſtea quā euangelij dilatatus eſt ſermo, non potuerūt quædam ſemel ſuſcepta mutari. cuiuſmodi ſunt Aleluia Amen. Oſanna. & ſimilia.

חקל־דמא Achéldema, qđ interpretatur ager ſanguinis ex euāg. Mat. ca. xxvii. Vocat9 eſt (inquit) ager ille Achéldema, hoc eſt ager ſanguinis vſq; in hodiernū diē. Scribiturq; achel. per heth, quā extriuimus ſubiecto patha. deinde per coph ſubiecto patha, quē vertimus in. a. & in fine lamet. Dema vero ſcribitur per daleth ſeba, deinde per men cames, & in fine aleph, vtrobiq; accētu in fine: & eſt vtraq; particula ex chaldæo ſermōe deducta. nā hebraice ſere adā diceretur.

הללויה Aleluia, quod interpretatur laudate deū, ſiue dñm. nā proco, qđ in pſalmo nos habemus laudate dñm quoniā bonus eſt pſalmus: apud hebræos legitur aleluia. Scribitur itaq; alelu, hoc eſt laudate. per he diſpunctā ſubiecto patha, deinde per lamed ſubiecto ſeba quē vertimus in. e. quoniā ſequitur alterū lamed: deinde per lamed. & in fine vau cū ſurec, & ibidē accentu acuto. Deinde ia, quod interpretatur deus, & eſt vnū ex decem Dei nominibus. Scribitur per iod ſubiecto cames, & in fine he cum mapic, vt intendat vocem, quod diximus, nūquā fere niſi cum pronomine fœminino cōniṙe. & ia dictio eſt monoſyllaba, quia iod conſonans eſt.

אמן Amen, quod ſeptuaginta interpretes verterūt in Geneto, hoc eſt fiat: & ita in fine librorum quinq;, in quos pſalteriū diuiditur, tranſtulerūt amen, amen, in fiat fiat. Aquila amē vertit in pepiſtomenos, hoc eſt fideliter verbū dictum ex fide. Scribitur per aleph cames: deinde per mem ſere, & in fine nun, accentu acuto in eadem.

כיפא Cephas, quo nomine Petrus apoſtolus cognominatus eſt Ioan. ca. primo. Tu es Simon filius Ioannis. tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. Hiero. in epiſtola ad Galatas, non (inquit) aliud ſignificat Petrus, aliud cephas. ſed quod, quā nos latine & græce petrā, hanc hebræi & ſyri propter linguæ vicinitatem cephā appellāt. Sed hebræi magis ſyriſcū, quā hebraicū eſſe dicūt. Scribitur per caph ſere: deinde per. pe. ſubiecto cames, & in fine aleph: & in eadē accētu acuto.

אלי אלי למה עזבתני Eli eli lama azabatani, qđ interpretatur deus meus deus meus, quare dereliquiſti me, & ſunt verba ſaluatoris noſtri in cruce poſiti ſumpta ex pſal. xxii. eli ſcribitur per aleph ſere, deinde per lamed hiric, & in fine iod accētu ibidē, & eodē modo ſcribitur alterum eli. Lama ſcribitur per lameth ſubiecto cames, deinde per men ſubiecto cames, & in fine he, azabatani ſcribitur per hain extritā cū ſuo patha ſiue retento patha, & hain diſpuncto, deinde per zain ſubiecto patha ſequenti beth cum ſeba, qui plerūq; vertitur in. a. quia ſequitur tau, deinde per tau exile ſubiecto cames deinde per num ſubiecto hiric & in fine iod. accentu in penultima.

יפתח Epheta, quod euangeliſta interpretatur aperire, ait enim Marcus ca. vij Quod Ieſus ſuſpiciēs in cælū ingemuit, & ait ſurdo & muto Epheta, quod eſt, aperire. Scribitur per iod ſubiecto hiric ſequenti phe aſpirato cum ſeba, quē hoc in loco (vt in plerīſq;) vertimus in. e. deinde per tau exile ſubiecto patha, & in fine he eſt autem epheta futurū indicatiui modi non imperatiui, vt alij putant: nam ſi imperatiui modi eſſet hipata potius dixiſſet accentu in fine.

גיאהנם Gehennon, vnde Saluator noſter declinat gehennam, interpretatur vallis hēnon, ſiue filiorū hēnon: cecidit autē in ſorte de tribu Beniamin: de quo in lib. Ioſue, & lib. Reg. & Parali. Scribitur per gimal ſubiecto ſere ſequenti iod, & in fine aleph: deinde per he ſubiecto hiric: deinde per num cū dagues, qđ vertimus in duplex. n. impoſito holē, & in fine



in fine mem. Hiero. in illud Matt. ca. x. Qui poteſt animam & corpus perdere in gehēnam. nomen (inquit) gehēnæ in veteribus libris nō inuenitur: ſed primū a ſaluatore noſtro ponitur. Quæram9 ergo, quæ ſit ſermonis huius occaſio. Idolum Baal fuiſſe iuxta Ieruſalem ad radicem montis ſion in quibus ſiloa fuit, non ſemel legimus. In tantam autem dementiam populus Iſrael venerat, vt deſerta templi vicinia, ibi hoſtias immolaret: & rigorem religionis deliciæ vincerent, filioſq; ſuos dæmonijs ibidem incēderēt & initiarent. Comminatur Deus ſe locum illum impleturum cadaueribus mortuorum: vt nequaquā vocetur tophet baal. ſed vocetur polyandron. i. tumulus mortuorum. Hinc Saluator noſter gehennā appellat locum, in quem ſcelerati pœnas ſunt daturi.

גיאשמני Geſemani loc9 vbi ſaluator noſter ante paſſionē orauit: de quo Hiero. in illud Mat. ca. xxvij. Venit Ieſus in villā, q dr geſemani. Geſemani (inq̄t) interpretatur vallis pinguiſſima. Scribitur ꝑ gimal ſere ſequēti iod, et in fine aleph. deinde per ſin ſubiecto ſeba: deinde per mem ſubiecto patha: deinde per num ſubiecto hiric & in fine iod, accentu acuto in eadem.

גלגלתא Golgotha (inquit) Euſebius locus eſt Caluariæ, vt nonnulli putant Adam, in quo Saluator noſter crucifixus eſt ad ſeptentrionalem partem montis Sion: de quo Matth. xxvij. interpretaturq; caluaria. Scribitur per gimal ſequenti vau cum ſurec, quā vertimus in. o. ſequenti lamed cum ſeba: deinde per gimal ſequenti vau cum holem & lamed cum ſeba: deinde per tau exile ſubiecto cames, & in fine aleph. accentu in eadem.

מראנתא Maranatha, qua voce apoſtolus Paulus vtitur prima ad Corinthios epiſtola capite vltimo, interpretaturq; dominus noſter venit. Scribitur per mem ſubiecto patha. deinde per res ſubiecto cames. ſequentibus aleph cum num & ſeba: deinde per tau exile, & in fine aleph. atq; accentu in eadem.

הושע נא Oſaana, ſiue Oſiana, qua voce vtuntur euangeliſtæ, & eccleſia vniuerſalis in re diuina, interpretatur ſalua obſecro. Na enim ſiue ana, vt in epiſtola ad Damaſcum papam Hieron. ſcribit, interiectio eſt obſecrantis: ſicut vah inſultantis, & hei dolentis. Scribitur per he quam extriuimus ſequenti vau cum holem, deinde per ſin ſubiecto patha & in fine hain. na, ſcribitur per num ſubiecto cames, & in fine aleph.

ריקה Raca, qua voce vtitur Saluator Matt. ca. v. Qui dixerit (inquit) fratri ſuo Raca. vbi Hiero. ait. Hoc verbū hebræum eſt, quod interpretatur cenos, id eſt, inanis, aut vacuus: quem nos poſſumus vulgata iniuria abſq; cerebro nuncupare. Scribitur per res ſubiecto ſere ſequenti iod, quod nos uertimus in. a. deinde per coph ſubiecto cames, & in fine he. accentu in eadem.

רבי Rabbi, quam vocem ſæpe in Euangelio legimus. ut Matth. cap. xxiij. Vocari ab hominibus rabbi. ubi Hieronymus: Rabbi (inquit) quod latino ſermone magiſter dicitur ſiue mi maior. Scribitur per res ſubiecto ſeba, quam vertimus in. a. deinde per beth cum dagues, quam vertimus in. b. duplicem ſubiecto hiric, & in fine iod, accentu in eadem.

רבוני Rabboni, q̄ vox ex lingua chaldea interpretatur maior domine mi, & qua vtitur Marc. cap. x. Cæcus dixit Ieſu rabboni vt videam. Scribitur per res ſubiecto hiric, quem vertimus in. a. deinde per beth preſſum, quod vertimus in duplex. b. impoſito holem cum vau: deinde per num ſubiecto hiric, & in fine iod, accentu in priori ſyllaba.

טליתא קומי Talita cumi, quibus vocibus vſus eſt Saluator cum ſuſcitaret filiam Archiſynagogi, & euangeliſta interpretatur puella ſurge. Scribitur thalita per thet exile ſubiecto cames, deinde per lamed ſubiecto hiric. ſequenti iod. deinde per tau exile ſubiecto cames, & in fine aleph, & eſt verbum Aramæum, cum ſcribitur per coph ſequenti vau cum ſurec. deinde per mem ſubiecto hiric, & in fine iod. accentu in priori ſyllaba.

טביתא קומי Tabita nomen mulieris, quam ſuſcitauit Petrus apoſtolus. Scribitur eiſdem literis, quibus talica præterquam quod. b. ponitur pro. l.

QVO TEMPORE INTRODVCTIONES GRAMMATICAS IN SERMOnē latinum ſcribebamus, nihil magis præ oculis habuimus, quā vt eſſent quā ſimpliciſſimæ: ne tenerā ætatē illorū, quos inſtituere ꝓpoſitū erat, difficultate multiplici obrueremus: id qđ fecerunt alij, qui ante nos ſcripſerūt, miſcentes græca & barbara latinis: & quæ nōdū explorata erāt, pro cognitis præponētes. Quare nos & græca, quorum eſt vſus apud latinos: & hebræa, quorū cauſa religionis habēda fuit ratio, in aliū locum reiecimus. Cum itaq; in calce illius operis vbi de accētu agebamus, diximus accētus latini regulas deficere idiomate. i. linguæ cuiuſq; proprietate intulimus, quod ab omnibus artis grāmaticæ ſcriptoribus aut fuerat neglectum, aut de ambigua re præceptum confuſe traditum. Vt quod Alexander à villa dei ſcriptam reliquit:

Omnis barbara vox non declinata latine,
Accentum ſuper extremam ſeruabit acutum.

Nos vero diſtincte magis:

Hebrææ voces plerunq; in fine acuuntur.
Non tamen & ſemper, quia ſæpe in fine grauantur.
Id quod Alexander (deceptus forte) putauit.

¶ Sed reſtabat adhuc explicare, q̄ erant illæ dictiones, quæ haberent accētū in vltima: q̄ in penultima: & quæ in tertia a fine. De quo in relectione quadam mea, quā de peregrinarū dictionū accentu Salmanticæ quondam recitauimus, multa ſunt à nobis diſputata, quæ tametſi ex impreſſione in multa exempla propagata in vulgus prodijt, quia tamen iam fere nuſquā inuenitur, libuit illa eadem hoc in loco repetere. Dictiones igitur hebreæ, quarū in ſacris literis eſt vſus, aut nomina propria ſunt locorū, aut perſonarum. Nā quæ ſunt aliarū rerū, quia in græcū, aut latinū ſermonē iam ſunt conuerſæ, non pertinent ad hanc cōſiderationem: niſi quatenus pauca quædā, quæ ꝓpter incertas cauſas nō ſunt ab interpretibus trāslata. vt all'a. amen. oſana. Noīa igitur locorū, ſiue perſonarū, hoc eſt hoīm ſiue deorū, aut nō declinantur, & perſtāt in græco & latino ſermone cū ſuo accētu, hoc eſt, accētu acuto in vltima ſyllaba, præter illa quæ noīatim excepimus hñtia accētū in penultima ſiue tertia a fine. Quod ſi declinātur declinatione græca, accētu græco, ſi latina accētu latino ſunt proferēda. vt Abia, ſi non declinatur, accentū habet in vltima: ſi declinatur græce, accentū habet in penultima, quia vltima lōga eſt: ſi latine, accentum habet in tertia à fine, quia penultima eſt breuis. ſed de his alias plura diximus.

¶De incipientibus ab.A.litera.

ASbai,pater Eliphcleth de quo.ij.Reg.xxiij.acc.in pe.
Abdemelech in hebræo Abedmelec.Iere.xxxviij.accẽtu in penultima.
Abednago,q̃ literis inuerſis dicitur Abdenago. Danie.primo, accentu in antepenultima.
Abel,filius Adam ex Eua vxore.accentu in prima.
Abel,quod interpretatur luctus in vltima habet accentum.vt
Abel ceramim,id eſt,luctus vinearum de quo.Iudicum.xj.
Abel beth Maacha,id eſt,luctus domus Maacha:in libris Reg.
Abel maim,id eſt,luctus aquarum de quo.j.Paralipome.xvj.
Abel meula,id eſt,luctus meula,ſiue meola.Iudicũ.xj.& alias.
Abelſathim locus in deſerto de quo Numero.xxxiij.
Abela locus de quo in.ij.Regum libro.cap.xx.accẽ.in penul.
Abenboen.i.lapis boen de quo in lib.Ioſue.ca.xviij.acc.in pen.
Abenezer.i.lapis adiutorij de quo.j.Reg.iiij.accen.in penul.
Aber cineus Iabel vir de quo Iudicum cap.iiij.accẽ.in prima.
Abeſalom,qui Abſalom filius Dauid vtrobiq;.accen.in anpe.
Abiail nomen celebre virorum & fœminarum accen.in pen.
Abialbõ arbathites vir fortis ſub Dauid.ij.re.xxiij.in antepen.
Abiaſaph filius Core.& alter filius Elcana.accen.in antepen.
Abiazer nomen celebre multorũ virorũ.accen.in penul.
Abigail vxor Nabal & poſtea Dauid regis.accen.in penul.
Abimael filius Iectam de quo Geñ.x.accentu in penultima.
Abimelech rex Gerara & alter filius Gedeonis iudex.ac.in pe.
Abinadab nomen celebre multorũ virorũ.accen.in antepenul.
Abinoem pater Barach iudicis de quo Iudicũ.iiij.accen in pen.
Abiſai filiꝰ Saruiæ frater Ioab de q̃ lib.j ca.xxvi.Reg.accẽ.i pe.
Abiſue filius Phinees de quo.j.Paralipo.vj.accen.in antepe.
Acheldemach,quod interpretatur ager ſanguinis.acc.in antepen.
Achimaas filiꝰ Sadoc ſacerdotis in lib.Reg.et Para.accen.in pe.
Achimelech filius Abiathar ſacerdotis.ij.Reg.viij.accen.in pñ.
Achimoem vxor Dauid ex qua genuit Amnon.accen.in penul.
Achitophel gilonites de quo in libris Reg.& Para.ac.in pen.
Achirami q ſunt ex genere Achirã filij Beniamin.acc.in añpe.
Achiſamech pater Ooliab.de quo in Exo.xxxj.accen.in añpen.
Acuphanathinæꝰ de quo in Ezra & Neemia.accẽ.in penul.
Adadezer,ſiue Adarezer rex Soba de quo.ij.Reg.viij.ac.in pñ.
Adina vir de quo in libro Ezra & Neemia.accentu in penul.
Aditaim ciuitas,q̃ cecidit in ſortẽ Iuda.Ioſue.xv.accen.in penul.
Admatha vir prĩceps ſub Aſuero rege de quo Eſter.j.acc.in pe.
Adonai vnum de decem nominibus dei.accentu in penultima.
Adonibezec,rex fuit Bezec ciuitatis de quo.j.Iudi.accen.in pe.
Adonicã de cuius filijs legimus in Ezra & Neemia.ac.ĩ añpen.
Adonirã filius Abda,q̃ſtor Salomonis.iij.Reg.iiij.accẽ.in añpe.
Adoniſedec rex Sedec de quo in libro Ioſue.cap.x.acc.in penult.
Adramelech idolũ Aſſyriorũ in.lib.Reg.et in Eſa.acc.in pñ.
Aendor,ſiue Endor.i.fons dor in tribu Manaſſe.accen.in prim.
Abiezer filius Ammiſaddai de tribu Dan Nume.i.accẽ.in pen.
Abiſamech,idẽ qui Achiſamech de quo ſupra.acc.in antepeñ.
Ain litera hebræorũ propria.acentu ſupra litera.á.
Ain ciuitas in tribu Iuda,& altera in tribu Simeon.acc.in pri.
Alamath filius Bechor & ciuitas in tribu Bẽiamin.accen.in pe.
Aleph prima litera alphabeti apud Hebræos.accẽtu in prima.
Amadatha vir pater Amã ſub Aſuero rege in lib.Eſter.ac.in pe.
Amain ciuitas in tribu Iuda de quo Ioſue.xv.accentu in penult.
Amaſai nomen celebre virorũ apud Hebræos.accen.in penul.
Amathæus filius chanaan.Geñ.x.Paralipo.j.accen.in penul.
Amalec,idem quod Amalech atq; accentu in vltima.
Ammadathi pater Amã principis ſub Aſuero in Eſter.ac.in pe.
Amminadab virorũ apud hebræos nomen celebre.ac.ĩ añpe.
Ammiſaddai pater Abiezer de tribu Dan.Nume.j.acc.in pen.
Ammizadab vir de quo in.j.Para.ca.xxvij.accen.in antepen.
Amſai pro quo nos habemus Abiſai.j.Parali.xij.acc.in penul.
Anamelech idolũ Aſsyriorũ de quo libro.Reg.iiij.accẽ.in pen.
Anani nomen celebre virorũ apud hebræos.accentu.in penul.
Aphaim filius Nadab de quo.j.Paralipo.ij.acentu in penulti.
Apharaim ciuitas ſortis Iſachar Ioſue.xix.accen.in penul.
Apheca ciuitas in tribu ſortis Ruben accentu in penultima.
Aphia,vir a quo ducit originem Saul rex.j.Reg.ix.acc.in pen.
Arach ciuitas principũ regni Nemrod.Geñ.x.ac.in prima.
Aramathaim ſophim de qua in principio Reg.acc.in penul.
Area,ſiue Are de cuius filijs in Ezra & in Neemia.acc.in pen.
Ared filius Beniamin de quo in Geñ.ca.xlvj.acc in prima.
Areth villa Dauid de qua in.j.Reg.ca.xxij.acc.in prima.
Areuna Iebuſæus de quo.ij.Regum.xxiiij.accen.in ſecunda.
Aridatha vnus de duodecim filijs Amã in lib.Eſter.accẽ.in pen.
Aroſeth ciuitas Siſaræ prĩcipis iabin de qua Iudicũ.iiij.ac.in pe.
Aſaſontamar ciuitas de q̃ Geñ.xiiij.et alijs in locis.ac.ĩ añpen.
Aſerſual ciuitas in tribu Iuda de qua Ioſue.xv.accn.in antepen.
Aſebaim,ſiue Sebaim de quo Ezras.ij.acc.in penulti.vtrobiq;.
Aſion gaber,vna mãſio hebræorũ Nume.xxxiij.accen.in pen.
Aſſontamar eadem eſt,quæ Aſaſontamar.acc.in antepen.
Aſtarte dea Sidoniorũ de qua.iij.Regum.xi.accen.in penul.
Atai filius Roboã ex Maacha de quo.ij.Para.xj.accen.in pen.
Aterſatha vir de quo in Ezra cap.x.accentu in penultima.
Athalai,vir de quo in libro Ezra cap.x.accentu in penul.
Athanai filius Zara de quo.j.Paralipo.vi.accen.in penul.
Auothiair,quæ & Baſan de qua Deutero accen.in antepenul.
Azabtani,ſiue Azabatani,quod eſt dereliquiſti me.acc.in pen.
Azai,ſiue Azi vir de quo in Ezra & Neemia.accen.in pen.
Azer filius Ioſue de quo in Neemia.ca.iij.accentu in prima.
Azera ciuitas in ſorte tribus Iuda de qua Ioſue.xv.acc.in pen.
Azmaueth vnus de triginta fortiſsimis ſub Dauid.accẽ.in pen.

¶De incipientibus ab.S.litera.

Baal,quod interpretatur idolum ſemper habet in prima accẽ.
Baali quod interpretatur vir meus Oſeæ.cap.ij.in accen in vl.
Bale filius Beor,ſiue ſit filius Beniamin.accentu in prima.
Barabbas,latro inſignis eſt ex Euãgelio.accentu in penulti.
Baſemath vxor Eſau,ſiue altera Salomonis filia.accen.in añpen.
Beel,quod æque interp.idolum,ſicut Baal.accen.in.penul.
Becra ciuitas de qua Iudi.ix.ſiue vir de tribu Rubem.ac.i pe.
Beerſabe,locus celebris,quia terminꝰ Palæſtinæ.accẽ.in penul.
Benaminadab præfectꝰ Salomonis in Nephador.accẽ.in añpe.
Benail vir princeps ſub Ioſaphath rege.ij.Para.xvij.ac.i pen.
Bendecer præfectus annonæ ſub Salomone rege.accen.in pen.
Beneiacã,mãſio filiorũ Iſrael Numer.xxxiij.accen.in antepen.
Bengaber præfectus ſub Salomone rege.iij.Reg.iiij.accen.in pe.
Beſai,vir de quo in Ezra & Neemia fit mentio.accen.in pen.
Bethacarem,qd' interp.domus vineæ Iere.vi.acce.in antepe.
Bethauen,locus celebris ad orentalem plagã accen.in pen.
Bethbarai,ſiue Bethbara,locus Iudicũ.vij.accen.in penul.
Bethgader locus eſt de quo.j.Paralipo.accentu.in penul.
Bethleem ciuitas Dauid in tribu Iuda.accentu in penultima.
Bethſemes ciuitas in tribu Beniamin,& in Neptali.acc.in pen.
Bethſabe vxor Vriæ,et poſtea Dauid regis nõ Berſabe ac.ĩ pe.
Bethtaphua ciuitas in tribu Iuda de qua Ioſue.xv.acc.in pe.
Bezec ciuitas in qua regnauit Adonibezec Iudicũ.j.acc.in pe



Booz iudex idem,q ſit Abſam de quo in lib.Ruth.accẽ in pri.
Boen de quo Ioſue.xv.ad lapidem boen.accen.in prima.
Boſor ciuitas de qua Deuterono.iiij.& Ioſue.xx.accen.in pri.

¶De incipientibus à.C.litera.

Cale ciuitas,quã edificauit Aſſur de quo Geñ.x.accen.in pri.
Canaam filius Cham,& regio eiuſdẽ noĩs Geñ.x.accen.in pri.
Carnaim vnde Aſtaroth carnaim cognominata.accen.in pen.
Caſed Nachor ex Melcha filius de quo Geñ.xxii.accen.in pri.
Caſleu,menſis hebræorũ nonus de quo in Neemia accen.in pri.
Cedma vnus de filijs Iſmaelis de quo Geñ.xxv.accen.in pri.
Cedes nomen ciuitatis celebre in ſacris literis accen.in prima.
Celatha vna ex mãſiõibus filiorũ Iſrael Num.xxxiij.acc.in pẽ.
Cellai vnus de filijs Leuitarũ de quo in Ezra et Neem.acc.ĩ pe.
Celubu vir de quo in libro Ezra.ca.x.accentu in penultima.
Cenereth mare q̃đ eſt ſtagnũ tiberiadis Ioſue.xix.accen.in pe.
Ceren,qđ interpretatur cornu,crebro legitur.accẽ.in prima.
Chalt ab Euſebio per.ch.ſcribitur,quæ ſupra Cale.acc.in pri.
Corazaim ciuitas Galilææ de qua in Euãgelio.accẽtu in penul.
Cibſaim ciuitas de qua Ioſue.xxj.Iebſam mẽdoſe.accen.in pen.
Cicaion quod in Iona ꝓpheta Hierony.interpretatur hederã. accentu in prima.
Codorlaomor rex Elamitarũ de quo Geñ.xiiij.accen.in penulti.
Coeleth liber Salomonis q̃ dicitur Eccleſiaſtes.accentu in pe.
Core nomen celebre multorũ apud Hebræos.accentu in prima.
Cores rex ab hebræis dicitur,qui ſit nobis cyrus.accẽ.in pri.
Cutha ciuitas,vnde Cutheni.iiij.Regum.xvij.accentu in prima.

¶De incipientibus a.D.litera.

Dabaſeth ciuitas in tribu Zabulõ de qua Ioſue.xix.accen.in pe.
Daberath ciuitas quoq; in tribu Zabulõ Ioſue.xix.accen.in pe.
Dabira ciuitas in tribu Dan de qua Ioſue.xij.accen.in penul.
Dabreiamim,id eſt,Paralipomenon liber.accen.in penul.
Dannaba,ſiue Denaba vbi regnauit Balac filius Beor.acc.in pe.
Dariaues ab hebræis dicitur qui ſit Darius rex.accen.in penul.
Debelaim cognominatus eſt pater Gomer.Oſeæ.j.acc.in penul.
Deblathaim de qua Numer.xxiiij accentu in penultima.
Dodanim ciuitas,de qua Eſaias in viſione Arabiæ.acc.in añpe.
Dothaina ab hebræis dicitur,apud nos Dotain.accen.in ſcđ'a.
Dudaiaboites vir de quo.j.Paralipome.xxvij.accen.in penult.

¶De incipientibus ab.E.litera.

Ebrona,caſtra filiorũ Iſrael ĩ deſerto Nume.xxxiii.accen.in pe.
Echer ciuitas,quæ cæcidit in ſortẽ tribu Simeonis.accẽ.in pen.
Eden nomen celebre virorũ & pro voluptate.acc.in prima.
Eder ciuitas ſortis Iuda,& pro rege vtrobiq;.accẽ.in prim.
Edrai vbi interfectus eſt Og.& ciuitas ſortis Neptali.ac.ĩ pe.
Elai vnus ex maioribus in genealogia Iudith.accen.in penul.
Eleb unus ex triginta fortiſsimis viris ſub Dauid.accẽ.in pri.
Elec filius Galaad de quo in numeris cap.xxvi.accentu in pri.
Eleph ciuitas in ſorte Neptali de qua Ioſue.xix.accen in prima.
Eles phaloites de quo in.j.Paralipome.xxvii.accentu in pri.
Eliezer nomen celebre multorum hebræorũ.accen.in antepeñ.
Elimelech vir de quo in principio libri Ruth.accen.in penul.
Eliocnai nomen celebre multorũ apud Hebreos.accentu in pen.
Elioreph,ſcriba filius Siſa de quo.iii.Regum.iiii.accen.in pen.
Eliphelcth filius Dauid & aliorũ pluriũ nomen.accen.in pen.
Eliſa filius Iauan,& regio ab illo dicta Geñ.x.accen.in penul.
Eliſama nomen celebre multorũ hebræorum.accen.in antepenul.
Eliſaphan filius Oziel,et alter filius Pharnach.accen.in antepe.
Eliſaphat filius Zechri centurio ſub Ioiada.accen.in antepen.
Eliſna filius Dauid regis de quo libro.ii.Reg.v.accen.in pen.
Emmanuel,qd' eſt nobiſcũ Deꝰ,de quo Eſaiæ.vii.acc.in antepeñ.
Endor de quo Ioſue.xv.& Pſal.lxxxii.locus eſt.accen.in pri.
Engadi ciuitas Palæſtinæ ab occaſu Iordanis.accẽ.in antepen.
Engalim,locus de quo in Iezeciele.cap.xlvii.accen.in antepen.
Engãnim ciuitas in tribu Iſachar,& Iuda.accen.in antepenulti.
Enſemes,qd' interpretatur fons Solis,Ioſue.xviii.acce.in pen.
Epher,nomen celebre multorum hebræorum.accentu in prima.
Epheta quod interpretatur aperire Marci.vii.accentu in fine.
Ephraim filius Ioſeph,& mons,& ciuitas.accentu in litera.a.
Ephrata,regio Bethleem,vbi Chriſtus natus eſt.accen.in peñ.
Eſem ciuitas in trubu Iuda de qua Ioſue.xv.accen.in prima.
Eſer,filiꝰ Seir horræi de quo Geñ.xxxvi.et.j.Para.j.acc ĩ pri.
Eſpatha,filius Aman de quo multa in libro Eſter.accen.in pen.
Eſrai,vnus de triginta fortiſsimis ſub Dauid rege.accen.in pe.
Ethai,ſiue Etai nomen celebre apud hebræos.accẽ.in penul.
Ethbaal,pater Iezabel vxoris Achab de quo.iiii.Re.ac.in pe.
Ethanim,menſis ſeptimus apud hebræos.iii.Reg.accẽ.in añpe.
Ether,ciuitas in ſorte tribu Iuda de qua Ioſue.accen.in prima.
Eua prima hominũ parens Euam hebraice.accẽtu in prima.
Ezel,lapis de quo loco.j.Reg.xx.& alias ſæpe.accẽ.in prima.
Ezer,qđ interpretatur auditoriũ,et filius Phanuel.accen.in pri.

¶De incipientibus a.G.litera.

Gaal,filius Obed de quo in libro Iudicũ cap.ix.accẽ.in prima.
Gaas mons in tribu Ephraim vbi ſepultꝰ eſt Ioſue.accẽ.in pri.
Gabaa,ſiue Gabee in tribu ſortis Beniamin.accentu in prima.
Gabbai,vir de quo legimus in Neemia.cap.xj.accẽ.in penulti.
Gabee eadem eſt,quæ Gabaa.Eſa.x.accentu in antepe.
Gaber filius Suri de quo libro.iij.& iiij.Regũ accẽ.in pri.
Gabderothaim ciuitas in ſorte tribus Iuda.Ioſue.xv.accẽ.in pe.
Gai,eadem eſt,quæ Hai ciuitas iuxta Bethel.accen.in prima.
Galalai vir de quo in Neemia.cap.xij.accentu in penul.
Gareb,vir fortis ſub Dauid & locus ꝓpe Ieruſalẽ.acc.in pri.
Gaſiogaber caſtra filiorũ Iſrael,quæ & Aſiongaber.ac.in pẽ.
Gazer,ſiue Gezer.ciuitas in ſorte Ephraim.accen.in prima.
Geba,vir a quo dicta regio in Neemia ca.xij.accen.in penulti.
Gelboe mons,& vicus vbi cecidit Saul rex.accentu in penul.
Gerara,ciuitas & regio trans Iordanem.accentu in penultima.
